
# REVERENDI PATRIS Dominici Soto Segouienſis Theologi ordinis Prædicatorum in inclyta Salmanticenſi Academia profeſſoris ac Cæſareæ Maieſtati à ſacris confeſſionibus ſuper Octo libros Phyſicorum Ariſtotelis Cõmentaria.

**SECVNDA AEDITIO NVPERRIME AB** Authore recognita, multiſq; in locis aucta, & à mendis quàm maximè fieri potuit repurgata.



SALMANTICAE,

In ædibus Andreæ à Portonarijs. S. C. M. Typógraphi.
M. D. LXIII.

Cum Priuilegio.

# EL REY.

POR quanto vos Andrea de Portonaris mercader de libros vezino de la ciudad de Salamanca, nos heziſtes relacion, diziẽdo que vos teneys poder en cauſa propria de fray Domingo de Soto, prior de Sãtiſteuan de la dicha ciudad, para nos ſupplicar os dieſſemos priuilegio para imprimir y vender todas ſus obras, que haſta aqui hauia fecho, que ſon vna Epiſtola ad Romanos, de Natura & gratia, con vna Apologia contra Catharino, y vna Conſultacion de los pobres, y vna Repeticiõ de Tegendis ſecretis, y Summulas, Logica magna y Phyſica. Como parecia por vna ſcriptura ſignada de eſcriuano, de que ante los del nueſtro conſejo hizo preſentacion, y nos ſupplicaſtes acatando ſer obras muy vtiles y prouechoſas, os dieſſemos licencia y facultad, para que vos ſolo, o quiem vueſtro poder ouieſſe, pudieſſedes imprimir y vender las dichas obras, o como la nueſtra merced fueſſe: lo qual viſto por los del nueſtro cõſejo, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta para vos, en la dicha razõ: Y nos tuuimos lo por bien. Et por la preſente por os hazer biẽ y merced, os doy licencia & facultad, para que vos, o las perſonas que vueſtro poder ouieren para ello, por tiempo y eſpacio de ocho años primeros ſiguientes, que corran y ſe cuenten dende el dia de la fecha deſta mi cedula en adelante, podays imprimir y vender los dichos libros en eſtos nueſtros Reynos y ſeñorios, ſiendo primeramente taſſados por los del nueſtro conſejo el precio, a como los ouieredes de vender. Y mandamos que por el dicho tiẽpo ninguna otra perſona los pueda imprimir, ni vender, ſin tener el dicho vueſtro poder, como dicho es, ſo pena, que pierda la impreſsion que aſsi hiziere y vendiere, y los moldes, y aparejos con que lo hiziere, y mas incurra en pena de diez mil marauedis para la nueſtra Camara. Y mãdamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes y Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nueſtra Caſa, Corte, y Chancillerias, y a otras qualeſquier nueſtras juſticias delos nueſtros Reynos y Señorios, a cada vno en ſu juriſdicion que guarden y cumplan, & fagan guardar y cumplir eſta nueſtra cedula, por el dicho tiempo delos dichos ocho años, y contra lo en ella contenido, ni conſientan yr, ni paſſar. Fecha en Valladolid a diez dias del mes de Nouiembre, M. D. L Años.

Yo la Reyna.

Por mandado de ſu M. ſu Alteza en ſu nombre.
Franciſco de Ledeſma.

Ay nueua prorogacion de Priuilegio por cinco años.

# ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO. D. D. IOANNI à Toleto, Cardinali Burgensi, ex ordine prædicatorum assumpto suus frater Dominicus Soto. S.

SI A SOCRATE ILLO, quem sapiētissimū celebrauit antiquitas, pronunciauit Apollo, testimonium iudiciumq; petendum foret, planum est præsul clarissime, quam de hac nostra Physicorum æditione sentētiam diceret. De hoc enim vel maximū nomen adeptus est, quod cum in rerum naturis & causis vestigandis iuuentutis florem expendisset, tunc demum longius ætate prouectus, quasi inani illa cura indigne iactatus, in eam quæ de moribus est Philosophiam, veluti in tranquillum se portum recepit. Ego vero cōtrà cum in Theologia: in eorum inquam lectione, quorum cognitio summa felicitas est, tot annorum vtcunque posuerim: iam nunc denique ætate vertente: ad hoc genus Philosophiæ reuertor. At vero si doctorem gentium Paulum, se longe superiorem audiuisset Socrates, pluris fortè hanc quam neglexit, æstimasset Philosophiam. Hanc enim tantæ molis fabricam, hanc rerum, quanta est, vniuersitatem, nihil aliud quàm scintillam censeri oportet immensæ illius sapientiæ diuinæ, lucem habitantis inacessibilem: cuius proinde mundi contemplatione inuisibilia Dei lumina conspiciuntur. Hoc qui non intellexere Philosophi, partim naturalium scientiam vanam existimarunt, partim certè ipsi euanuerunt in cogitationibus suis. Attamen Theologi, cum lumine fidei, tum etiam maiorum institutione hanc veritatem edocti, huiusmodi Philosophiam à sacrorum scholis non relegant. Quin vero, vt per creaturas, quantum nostræ mortalium exiguitati concessum est, creatoris virtutem, sapientiam atque adeo benignitatem indagare valeant, bonam Theologiæ partem in rerum causis naturalium perscrutandis, & iure quidem optimo, collocant. Quocirca antistes reuerendissime tametsi cum anno superiori Dialecticorum commētarios amplissimæ dignitati tuæ mittebam, nonnihil vererer id vitio mihi datum iri, quod tam serò Dialecticam tractarem, iam nunc vero nihil hoc metu commoueor, quippe cum naturalem Philosophiam dignissimam semper duxerim, de qua nō nisi grauissimi authores (in quibus ego nullus sum) tamen scriberent. Quod proinde munus immaturus præsumit, quicunque non multo longius omni scientiarū genere fuerit progressus. Atque adeo nullum vnquam opportunum magis atq; idoneum tempus ad hāc rem capere potui, quam cum ex locis Theologicis exploratum habeo, quantopere naturalis hæc scientia diuinæ illi subseruiat: vt si deus fortè in animum induxerit, quæ de Theologia pro virili nostra legendo adnotauimus, nido (quod aiunt) dimittere, non res nobis Physicæ Theologas intercidant: sed hæc habeant lectores, ad quæ remittantur, cōmentaria. Quod vero ea dignitati tuæ splēdidissimæ dedico: iussa tua facio. Cum enim in vestro isto apostolico senatorum ordine, is, citra inuidiam, sis in quo sanguinis claritas cum maiestate dignitatis de amplitudine contendit, ea tamen tua est humanitas, & in hanc tuam religionem pectoris candor, ac nescio quæ in me peculiaris beneuolentia, vt quæcunq; scripsero, non solū libenter accipias, sed ex me etiā tu ipse digneris exposcere. Vale.

# ADMODVM REVERENDO Patri ac Illustri præsuli. D. Ioanni Quignonio, sapientissimo Salmanticensis Academiæ præfecto, Andreas à Portonarijs Chalcographus. S.

CVM IAM PRIDEM MIHI IN ANIMO esset, præsul optime, aliquo obseruantiæ argumento, singularem animi mei erga amplitudinem tuam propensionem significare: idq́ꝫ nō prius efficere potuissem, quàm esset oblata occasio: nunc demum se se cum minimè sperabam, obtulit. Præclarum enim illud physicorum Aristotelis opus, fratris Dominici Soto commentarijs illustratum, circunferebatur hactenus, mutilum simul, & mendosum. Indignum profecto quod & tanto authori, & tali commentatori cōtingeret. Vt enim de Aristotele taceam, cuius doctrinam (vt de Platone inquit Hieronymus) cuncta orbis gymnasia personat: quid de commentatore hoc (quem omnium præstantissimum, præstantissimus philosophus sortitus est) dignum referam? qui religione, & vita & sanctimonia nemini, vel paucissimis est comparandus, ita mentis acie, & iudicij subtilitate vel ipsi Aristoteli præferēdus, & meritò quidem, cum eum velut solem orbi nouum illuxisse Deus Optim. Maxi. voluerit, vt scripturarum arcana, tam diuinarum quam humanarum in omnium vtilitatem propalaret. Accipe igitur, pater amplissime, codicem nostris typis excusum, à mendis quàm maximè fieri potuit repurgatum. Quod si tua singulari authoritate suscipere, & maturo iudicio dignatus fueris, non dubito quin studiosis omnibus, & gratissimum, & commendatissimum tui etiam nominis accessione sit futurum. Et si (vt spero) tibi gratum hoc genus obsequij sensero, dabo operam, vt alia sub tui nominis clypeo excudantur. Vale huius Academiæ decus eximium, & vnicum ornamentum.

Ad eundem ἄδηλου.

Græcia iam sileat, Latium nec iactet alumnos,
Grandeque nec memorent, quod retulêre decus.
Tu facis, vt referat longè Salmantica maius,
Præside te, nomen tollit in astra suum.
Simplicitas tua prudens, & sapientia mira,
Doctrina, & mores, scilicet id faciunt.

# Reuerēdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticensi Academia professoris, super Octo libros Physicorum Aristotelis Commentaria.

## PRAEFATIO.

HAud equidem ignoro, quā sint multi, quantęq; authoritatis vtriusq; lingug viri, qui Philosophiam naturalem eo ingenio, & eruditiōe tractauerint, atque adeo ad verū exegerint, vt reliquū vix vllum dicendi locum posteris fecisse videantur. Attamen hoc nostrum mortalium ingeniū est, vt vsq; dum gloria fontis illius ac patris luminum apparuerit, nullis interim satiemur inuentis: sed ex antiquis noua semper eruere, aliaq; ex alijs continēter indagare conemur. Eo vel maxime quod quę alij, vt acuta suspiciunt, ab alijs vti difficilia reprobantur: & alios quidem breuitas, alios vero rerum copia vndecunq; accersita delectat: ac demum qui his placet, stylus dicendi, alijs contra non probatur. Deniq; nōn omnes eadem mirātur, amantq;. Quocirca laborem hunc nostrum (si modo ex sententia successerit) non adeo forsan superuacaneum fore arbitror. Cum enim antiqui Aristote. expositores, plus forte nimio per fragosa metaphysicorum loca vagantes, philosophiam subobscurā prolixamq; effecissent, posteri tum demum, horum satietate defessi, ipsum cum glossatorib⁹ suis Aristotelem negligentes, ac deserentes, ad quęstiōes defecerunt: in quibus disputandis ac definiendis (quod citra cuiuspiam notam dixerim) non adeo multum, aut rationi, aut Aristotelis testimonio incubuisse videntur: sed quas pro suo quisque arbitrio mouebant, de suo subinde capite terminabant. Quo nimirum vsu venisse videmus, vt Parisienses ipsi, in quibus ratio hęc studiorū pręcipue vigebat, scholasticam philosophiā prorsus abiecerint. Vnde non possum illis non damnum aliquod, & literarum iacturam metuere. Enimuero vt barbaries illa sophismatum, quam dum illic agebamus, pręsentes ipsi vidimus, perniciosa erat: ita Aristotelis cognitio (qui sine Theseo neutiquā adiri potest) & quęstionum disputatio, certa ratione moderata, ad rerum cum humanarum, tum etiam diuinarum notitiam, apprime est necessaria. Ista me consideratio inducere potuit, vt priusquam ad rem theologicam calamum admouerem, physicā pro meo qualicunque ingenio tractarem, secundum mensuram donationis dei, cui, quicquid boni accipimus, referendum est. At cum huius ętatis professoribus mos a nobis gerēdus esset: sane qui in cursu (quem vocant) artium, triennium tantum ponunt, ne si idem codex, & textus expositionem, & simul quęstiones complecteretur, iustum volumen excederet, seorsum operępretium duximus vtrunque facere: nempe vt vno volumine Aristotelis expositionem, quā pro rei qualitate potuerimus breuissimam, exhibeamus: in altero vero quęstiones necessarias iuxta textus ordinem disputemus.

**Partitio operis.**

¶ Erit autem lectoris cura, qui volumen vtrunq; ordine interpretari voluerit, obseruare: & in commentis, in quo nos fine capitis lectorem ad quęstionū seriem mittimus: & rursus in quęstionibus, in quo eum quęstionis calce ad intermissa commēta remittimus. ¶ Quo igitur rem aggredientes a nomine ipso, philosophię, proficiscamur vt Diogenes Laertius lib. 1. & Cicero lib. 5. tuscula. quęstionum ex Heraclide pontico referunt, Pythagoras primus fuit huius nominis inuentor. Olim nanq; septem illi celebres Gręcię, Sophi, id est, sapiētes dicebantur: sed cum Pythagoram, coram Leonte Philiasiorum tyranno docte & copiose de rerum naturis disserentem, admiratus Leon interrogasset, qua maxima arte polleret, respōdisse fertur, artem quidem nullam se scire, sed esse Philosophū, id est, sapientię studiosum: solosq; deos dignos esse, qui dicantur sophi. i. sapientes. Atq; inde, quę initio sophia, id est, sapiētia dicebatur, Philosophia, id est, studium sapientię, appellari cepit.

**Philosophię nomen.**

¶ Hanc in vniuersum sic dictam philosophiam (quam Cicer. li. 4. tuscul. quęst. sub nomine sapientię, diffinit esse rerum diuinarum & humanarum scientiam, cognitionemq;, quę cuiusq; rei causa sit) hanc inquam antiqui philosophi trifariā partiti sunt: puta in Dialecticen. i. rationalem, Physicen. i. naturalem, Ethicen. i. moralem. Cuius quidē diuisionis, si Diogeni. libr. 1. fides danda est, Zeno Cynicus Stoicorum princeps primus author fuit: Tametsi & Cicero in Academicis lib. 1. & Augustinus lib. 8. de ciuitate Dei, cap. 4. Platoni eam attribuunt.

**Philosophię diuisio.**

¶ At vero, vt. 6. metaphy. tex. 1. & lib. 11. c. 6. ex Aristotele colligitur, congruētius hoc modo diuiditur Philosophia: nempe vt alia sit rationalis, quę in Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam diuiditur, alia vero realis. Et hęc, alia speculatiua, & alia practica. Atqui inter practicas alia est actiua, vt Moralis: quippe quę actiones immanentes moderetur: alię factiuę, nempe quarum actiones in exteram sint materiam trāseuntes, vt Mechanice. De quibus nihil ad pręsens negotium. ¶ Philosophiā ergo realem speculatiuam partitur locis citatis Aristoteles, in Metaphysicam, Physicam, et Mathematicas. Cuius rationes diuisionis. qō. 1. enarrabimus. Vbi & de earum Philosophię partiū inuentoribus sermonem etiam facturi sumus. ¶ Ex his sequitur, quod Philosophia, & Physica,

se habent vt genus, ⁊ species: nā, Philosophia, cō
plectitur ⁊ moralem ⁊ rationalē ⁊ naturalē: Phy
sica vero (quod Latine sonat naturalis) solum dicit
*Questiōis prię sedes.* Philosophiā realē speculatiuā naturalē. i. de ente
mobili. De qua re primā mouim⁹ questionē. Quā
ꝓpter in subsequētib⁹ idifferēter vtemur his duo
bus noībus, Philosophia naturalis, ⁊ Physica.
¶ Aliys ergo Philosophię partibus pretermissis,
Physica est, quā interpretandam assumpsimus.

*Octo notā da.* ¶ Octo aūt cum sint quæ Cō
mentator in hoc prologo adnotare nos precipit: q̄
sunt, authoris ⁊ nomē, ⁊ intētio: libri vero nomen,
vtilitas, proportio: ordo, modus procedēdi, atq; di
uisio. De Aristotele quidē i prologo predicamēto
*Intentio.* rū satis a nobis dictū existimo. Intentio vero eius
est in libris Philosophię naturalis de rebus oib⁹
naturalibus dicere, inquantū naturales sunt. i. ea
ratione qua in se habent principiū motus. Nā hac
ratione res naturales a moralibus, ⁊ artificialib⁹
distinguuntur, vt questione prima elucidabimus:
vbi ⁊ de huius scientię vtilitate nonnihil dicturi
*Comparatio.* sumus. ¶ Comparatio huius sciētię ad alias (vt ex
dictis colligitur) est, ꝙ hęc quę Physica dicitur,
est Philosophię species realis speculatiuę, cōtra
metaphysicā ⁊ mathematicas distincta: a philoso
phia vero morali atq; adeo a rōnabilibus scientiys
genere differens. ¶ De ordine autē huius scientię
*Ordo.* ad alias, inter philosophos olim cōtrouersum fuit
vt libr. 7. in vita Zenonis meminit Diogenes. Nā
Zeno, Chrysippus, ⁊ aliy Stoici, primā Logicē, se
cundā physicen, tertiā Ethicen statuebant: Dioge
nes Ptolomeēsis ab Ethicis cēsebat inchoandū:
sed Panetius a Physicis sumebat initiū. At vero
vt S. Tho. 6. Ethi. lectione. 7. adnotauit, cōgruus
ordo scientiarū est, vt a rationalibus, puta a Dialec
tica initiū sumatur, q̄ secundū Cōm. 2. meta. cōm.
15. est modus sciēdi: nam vt illic ait Aristo. modus
sciendi ante scientiā querendus est. Secundo loco
succedūt mathematicę: q2 vt autor est. 1. Ethi. Ari
sto. iuuenis non est idone⁹ auditor philosophię mo
ralis: ⁊ addit in. 6. libr. cap. 8. ꝙ nec est idoneus ad
philosophiā naturalē: sed tamē ad mathematicas:
eo ꝙ pricipia philosophię moralis ⁊ naturalis a sē
sibilibus consuetudine aut experientia sumūtur:
iuuenis aūt nec experientiā, nec cōsuetudinē rerū
habet: quare nec d̄ moralibus, nec de naturalibus
iudicare potēs est: Mathematicę vero abstrahunt
a sensibilibus, q̄ proinde facilius acquirunt. Vñ an
tiquitus pueri in mathematicis ob earum facilita
tē exercebātur. Tertiū vero locū hēt philosophia
naturalis, ⁊ quartum philosophia moralis: nā faci
lior est experiētia rerū naturaliū, q̄ ꝯsuetudo, quę
ad prudentiam moralium exigitur. Quinto tandē
⁊ postremo loco adeūda est diuinorum theologia.
*Diuisio.* Juribus autem locum non damus peculiarē, pro
pterea ꝙ ius ciuile, philosophia quidē moralis est:
ius autem canonicum sub theologia militat. Phy
sicam seu philosophiam naturalem (quod ad eius
attinet diuisionem) in duas Arist. considerationes
distribuit. Enimuero vt in principio statim de par
tibus animalium ipse admonet, qui de plurib⁹ spe
ciebus dicturus est, debet ea quę omnibus sunt cō
munia prius tractare, q̄ ad singulorum propria de
scendat: alias sępe opus esset in singulis eadē cōia
repetere. Quocirca dicturus Arist. de multis mo
bilium. si. rerum naturalium speciebus, prius in
his octo libris Physicorū tractat ea, quę omni en
ti mobili sunt cōia. Facit enī sermonē de materia ⁊
forma, ⁊ aliys caussis ⁊ proprietatibus entis mobi
lis. In reliqs vero libris descendit ad singulas spe
cies motus, nā in libris de cęlo agit de dignissimis
corporibus, quę solo motu locali mouētur: nempe
de cęlis. In libris de generatione, de his quę cōia
sunt oī generationi. s. de elemētis, ex quibus fit ge
neratio: de alteratiōe q̄ precedit ⁊ de augmētatio
ne quę sequitur omnē generationē. Atqui in reli
quis descēdit ad species corporum generabilium:
nam in libris metheororum agit de his quę primo
generantur ex elementis in sublimi. s. de igneis ⁊
aqueis: vt de fulminibus, de niue, pluuia, ⁊ grandi
ne, aliisq; id genus. Reliquos vero libros cōsumit
disputationibus de natura aīaliū: initiū sumēs ab
his primo quę cōia sunt oībus aīalibus. Unde in li
bris de anima tractat de aīa ⁊ partibus eius: ⁊ in
reliquis paruis naturalibus d̄ sensu, ⁊ sensato som
no ⁊ vigilia, ⁊ cęteris, q̄ oībus, aut pluribus aīali
b⁹ sunt cōia. In libris vero de historia, de partibus,
de generatione, ⁊ de motione aīaliū, agit de anima
liū speciebus in particulari. ¶ Numerus aūt libro
rū octo physicorū hac rōne diuiditur. Primus est *Libri octo*
de principiys rei naturalis, seu entis mobilis: quod
idē est. s. de materia, forma ⁊ priuatiōe. Secundus
vero est de principiys sciētię naturalis. s. de natura
quę cū sit principiū motus, est sicut mediū quo vti
tur hęc sciētia in suis demōstrationibus, ⁊ de qua
tuor generibus causarū: ꝑ quas demōstrat. In ter
tio sequit tractatus de motu: q̄ est prima passio sub
iecti huius sciētię. In quarto vero subsequit dispu
tatio de his quę extrinsecus adiacēt motui. s. de lo
co: q̄ est mensura mobilis: ⁊ de tpe, qd̄ est mensura
motus. Quinti aūt libri consideratio est de diui
sione motus in suas species: sexti de diuisione mo
tus in partes integrales. s. de diuisione motus secū
dū tēpus. Septimum vero ⁊ octauū adiecit Arist.
de primo motore, ⁊ primo mobili, ⁊ primo motu.
In septimo nanq; ostendit necessariū esse vt sit pri
mus motor, primum mobile, ⁊ primus motus: ⁊ in
octauo tādē differit quę sit natura primi motoris,
primi mobilis, ⁊ primi motus. ¶ Modi procedendi *Modus procedendi.*
huius sciētię (inquit hic Cōm.) sunt vię cōes doctri
nę. s. demōstratio a signo. i. ex effectibus ad cām: ⁊
demonstratio propter quid a causa ad effectū, ⁊ de
mōstratio simpliciter. Distinguit hic demōstratio *Demōstratio simpliciter.*
nē simpliciter a demōstratione generaliter, ex cau
sa, aut quēadmodū. 1. poste. q. 4. diximus, s. ꝙ demo
stratio simpliciter sit illa, nō quę procedit qūocūq;
a causa ad effectum: sed quę procedit formaliter ex
causis ⁊ principiys immediatis. Aut forte meli⁹, ꝙ
demōstratio a signo sit secundū quid demōstratio:
q2 procedit ex notioribus, non simpliciter, sed solū
quo ad nos: ⁊ eadem ratione, demōstratio quę pro
cedit a causa, notiori quidem naturę, nobis autem
ignotiori, vocetur etiam quodāmodo scdm̄ quid:
vt demōstratio eclipsis per interpositionem terrę,
vbi causa est nobis ignotior quā effectus. Demon
stratio vero simpliciter sit illa quę procedit ex no
tioribus simpliciter. s. ⁊ quo ad naturam, ⁊ quo ad
nos: vt sunt demonstrationes mathematicę: quę,
vt patet apud Euclidem, procedunt ex principiys
simpliciter notis naturę ⁊ nobis, paulatim ad igno
tiora simpliciter ascendendo. Demōstramus enim
tres angulos trianguli, ęquiualere duobus rectis *Nomen libri.*
per hoc quod angulus extrinsecus ęquiualet duo
bus intrinsecis oppositis, quę quidem causa est no
tior: ⁊ naturę ⁊ nobis. vt. 1. poste. q. 5. exemplo mon
strauimus. ¶ Ut autem tandem ad nomen libri de
scendamus titulus sic habet.

# ARISTOTELIS DE PHYsico auditu, seu de naturalibus principijs. Liber primus: Frācisco Vatablo translationis veteris correctore.

INscriptionis huius, scilicet de Physico auditu, seu ð naturali auscultatione, qđ idē pollet, non aliam rōnē fere afferunt expositores, nisi qđ opus hoc auditoribus suis legebat interp̄tabaturq; Aristot. At quia rō hęc nō omnibus forsan sufficiens reputabitur, notandū est qđ opera antiquorum philosophorum Philoponus in prologo predicamen. in tria genera distribuit, s. in commentaria (quę erāt annotationes illę, quas quisq; ex lectione aliorum operum in gratiam memorię scripto mandabat) & collocutoria seu dialogica (quę. s. non tanquam ex propria persona a proprio authore, sed a personis in dialogū introductis, p̄ferebant: quę apud Platonē sunt frequentissima) & auscultatoria (quę erāt illa opera quę magister in scholis tanquam ex propria persona pręceptionis modo legebat.) Attamē vt Simplicius, & Themis. in hoc libro, meminit, & Cicero lib. 5. de finibus insinuat, & Aulius Gellius lib. 20. cap. 4. latius explicat, duo erant, quantū ad rē attinet, genera operū apud antiquos: alia ī quibus continebantur rhetoricę meditatiōes & argutię ad res ciuiles pertinentes: & alię id genus res minoris momenti, quę dicebantur, Exoterica. i. extera & vulgaria, eo quod ad illorū auditionē admittebantur vulgares, & quicunq; de plebe audire volentes. Alia vero erant in quibus res maioris momenti & subtiliores agitabant, siue ad dialecticā, siue ad naturę contemplationem pertinerent. Quę proinde appellabantur, Acromatica. i. auscultatoria, eo quod attentiori meditatione indigerent: nā auscultari est attente audire: & idcirco ad hęc non admittebantur, nisi homines iam prouecti & peculiares auditores. Et hęc legebantur mane: ideoq; dicebatur matutina deambulatio, alia vero legebātur vespere & dicebāt vespertina deambulatio. Legebat enim Arist. deambulās. Vnde Them. alia, inquit, quę de rhetoricis & de poeticis & moralibus Arist. scripsit, ea claritate dictauit, vt quisquis negotio facili posset per se intelligere. Hęc aūt de rerū principijs, quę altioris sunt speculatiōis obscure tradidit: vt non nisi qui ingenio pollerent, neq; illi sine doctore perciperent. Vnde cum de his conquereretur Alexāder, qđ, quę ipse in secreto audierat, alijs vulgasset, respōdisse fertur Arist. nō egre id ferret, q2 ita scripserat, vt nemo, nisi ab eius ore audiret, intelligere per se valeret. ¶ Inscribit ergo opus hoc de physico auditu. i. de naturali auscultatione: nempe quod hęc nisi audiant & assidua meditatione versentur, intelligi nequeunt. Tametsi & grece etiā inscribatur, de principijs naturalibus, eo qđ vt dictum est, ī his octo libris agitur de principijs vniuersalibus rerum naturalium. Et ita vulgo modo nuncupātur, libri Physicorum. i. naturalium, videlicet principiorū. At vero, vt Them. hic ex Adastro refert, quinq; priores libri quandoque ab Aristotele appellantur de principijs: tres vero posteriores vocātur de motu. Et sub illis nominibus solet eos Arist. sępe citare. ¶ Ex trāslatiōibus Latinis elegimus veterem trāslatiōnē, quę a Frācisco Vatablo ad veritatē Grecam exactissime correcta est, & latinitate pręterea donata & polita: nā veterē illam quę sub noīe Boetij circunfertur, indigna est profecto, quę in scholis versetur: & Argyropili translatio (quam in dialectica, quia aliā correctiorem non habebamus, sequuti sumus) quanuis in sententia parum a veritate greca declinet, verba tamen greca non adeo fideliter seruat.

Exoterica.

Acromatica.

Vatablus.

¶ Sequitur hic quęstio prima quę est prooemialis.

## DE ORDI. PROCEDEN.

## CAPVT. I.

QVONIAM intelligere, ac scire contingit circa oēs scientias quarū sunt principia, causæ, vel elemēta, ex horū cognitione (tūc enim putamus cognoscere vnūquodq;: cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsque ad elementa) Manifestum est, quòd, & ea quæ sunt circa principia scientiæ, quæ de natura est, primum determinare tentandū est. Text. j.

Primi articuli quęstionis secūdę loc⁹.

¶ Exorditur ergo Aristot. opus hoc Physicorum a principijs rei naturalis, siue entis mobilis, quod est subiectū physicę. De quibus subinde est totus hic primus liber. Adnotandum est tamen, quod opus hoc grece tātūmodo diuiditur in libros octo: nullus autem librorum amplius subdiuiditur, sed perpetuo contextu p̄cedit. Traductores vero lingue, elucidationis gratia, singulos libros per capita distribuunt. At vero Cōm. non sequitur diuisionem per capita: sed per cōment. Et quia receptissimum est Aristotelem per textus commentorum citare, hoc nos etiam tempori dabimus, vt diuisiōes capitulorum, & simul commentorum obseruemus. ¶ Tametsi profecto (vt inscitiam meam ingenue fatear) non mihi videor intelligere, cur Cōmentator in tāto sit habit⁹ pretio, vt par fere negotiū sit expositoribus Aristotelis Cōmentatorē & intelligere, & defendere, atq; Aristotelem ipsum. Nam pręterquam quod pressus est & lubricus: atq; adeo intellectu fere difficilior quam Aristote. nescio quid egregium pręclaroque ingenio dignum, nisi vnum forsan aut alterum apud Commentato. legatur: cū tamen erroribus, non solum cōtra fidem, sed cōtra veram philosophiam sit frequentissimus. Non illi gloriam hanc detraho, quominus hoc nomine fuerit de Aristotele benemeritus, quod cū esset & lingua greca, & alijs tunc temporis latinis expositoribus destitutus, tam multis in locis Aristotelē intellexerit, ob idque tanquam solus inter Latinos merito fuerit receptus: sed tamen quando tanta iā

Cōmentator Auer.

nunc est expositorum frequentia, & qui lumine fidei illustrati res physicas tractauerunt, nõ est cur nobis Auerroes tantũ negotiũ facessat. Fuit Cordubensis Machumetus, medicus, sub anno Domini 1150. ¶ Attamen vt ad propositum reuertamur, liber iste primus nouẽ continet capita: diuidit tamen per textus octoginta tres. Primũ caput, q̃d quinq; textus habet, sed perspicacius in tres tantum partes diuiditur, est velut proœmium huius operis: imo forsan totius philosophię naturalis: sane in quo duas statuit Aristoteles conclusiões quibus aperit modum debitum procedẽdi in philosophia naturali: quinimo in omni, quę de aliqua re traditur, scientia. Circa quas versatur secũda questio nostra. ¶ Prima conclusio hoc primo textu

1. Conclus. est. Tentandũ est primũ determinare ea quę sunt circa principia sciẽtię quę de natura est, id est Inchoanda est scientia naturalis determinatiõe principiorum rei naturalis de qua tractat. Probat cõclusio. Omnis scientia rerum quarum sunt principia, aut causę aut elementa, ex horum principiorũ, causarum, & elementorum cognitione fit: sed scientia rerũ naturaliũ est rerum habentium principia &c. ergo hęc sciẽtia inchoanda est a cognitiõe principiorum rerum naturalium. Maiorem syllogismi probat Arist. ex eo quod dixerat. 1. poste. tex. 5. videlicet quod tũc putamus cognoscere vnumquodq;: cum causas primas cognouerimus, & principia prima, & vsq; ad elemẽta. Minorem vero, vt mos eius est, nõ exprimit sed subintelligit. ¶ Consulto dicit,

Intelligere. intelligere & scire, vt, intelligere, referatur ad cognitionem primorum principiorũ: quę quanuis nõ habeant principia, nec causas extrinsecas, habent tamen elementa, puta terminos ex quibus constituuntur: ex quorum cognitione fit cognitio principiorum, vt ait Arist. 1. poste. tex. 6. Aut potest referri, vt ait S. Thom. ad diffinitionem, cuius intellectio pendet ex genere & differentia, quę sunt eius causę & principia. Commen. legit. Quoniam dispositio scientię & certitudinis, vbi nescio quam differentiam comminiscitur inter scientiam & certitudinem: videlicet quod non omnis sciẽtia sit certa, sed illa quę procedit ex causis. Verũtamen nec fundatur in litera grgca, nec est ad intentionẽ Arist. ¶ Quid intelligat nomine principiorum, causarũ, aut elementorum, Alpharabius opinatur illa referri ad principia scientię: vt dignitates dicantur principia, & pręmissę dicantur causę: & maior et minor extremitas, elementa. Commentator illa intelligit de principijs rei: vt per principia intelligantur causę agentes: & per causas, causę finales, & per elemẽta, causę materiales. Sed hęc omnia sunt ad libitum conficta: & maxime, quia Comment. in primo & secundo loco huius textus ęquiuoce accipit principia & causas: quod sine aliqua probabilitate dictum est. ¶ Superuacuum ergo est opiniones referre, vbi expressa est scientia Aristot. qui. 5. meta.

Principiũ causa: elementum. text. 1. & infra eo ordine quo hic, ista proponit. Docetq; quid horũ sit vnumquodq;. Habent enim se tanquam superius & inferius. Enimuero principium solum dicit ordinem. i. id vnde res aut motus incipit. Causa vero supra principium addit influxũ in effectum: sed elementũ adhuc addit, quod sit causa materialis intrãs compositionẽ rei. Quocirca nomen principij est communissimum: vt punctum est principiũ magnitudinis, & instans principiũ temporis, & terminus a quo, principium motus, vt ex nõ calido fit calidum: & tamen nec punctũ, nec instãs, nec terminus a quo sunt proprię causę. Causa vero est illa quę influit: vt causa efficiens, aut quę mouet, vt finis: aut quomodocunque concurrit vt materia & forma. Sed elementum proprie est sola causa materialis: vt cuprum est elemẽtum statuę. Unde prima elementa vocantur illa quę non sunt amplius resolubilia in partes differentes specie: vt literę dicuntur prima elementa: & in mistis naturalibus sunt quatuor elemẽta, in quę fit resolutio: quorum similitudine. 1. poste. text. 38. propositiões immediatas & irresolubiles, appellat Arist. prima demonstrationis elemẽta. Ex quo sequitur quod omne elementum est causa, & non econuerso: item omnis causa est principium: quia est prior effectu: non tamen econuerso. ¶ Numerantur vero illa tria disiunctiue: quia non omnes res habent omnia illa tria: vt intelligentię non habent elemẽta: quia nõ sunt materialia: habent tamen causas. Et cęlum non habet principiũ magnitudinis, cum sit sphęricum, nec secundum Aristotel. principium temporis, sed habet causas motrices. s. intelligentias. Et pręterea numerantur disiunctiue, quia non omnis scientia demonstrat per omnes causas. Mathematicę nanque solum demonstrant per causam formalem, vt habetur. 2. huius text. 18. & 3. meta. text. 3. Cuius ratio est: quia abstrahunt a materia, et per consequens ab agente & fine: tractat enim Geometria de forma trianguli, non vt est in tali materia, & per consequens, nec vt fit ab agente. Metaphysica etiam tractat de ente, pro vt est cõmune ad res omnes materiales & immateriales, & per consequens proprie non tractat de materia: quanuis in genere tractet de actu & potentia. Tractat vero de alijs causis, vt de genere & differentia quę sunt causę rei. Physica vero: quia in suis diffinitionibus vtitur materia & motu, propterea tractat de omni genere causarum: nam agens producit formam in materia propter finem.

Innata autẽ est ex notioribus nobis & manifestioribus via, ad manifestiora natura, & notiora: nõ enim sunt eadem & nobis nota, & simpliciter. Quapropter necesse est ad hunc modum procedere, ex immanifestioribus natura quidem, nobis autem manifestioribus, ad manifestiora natura, & notiora. Sunt autem primum nobis dilucida, ac manifesta, cõfusa magis. Posterius autem ex his nota fiunt elementa, & principia, ijs qui diuidunt ipsa. Quapropter ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet.

Text. ij. Tex. iij. Tex. iiij.

¶ Secunda conclusio huius prologi est. Ex vniuersalibus ad singularia procedere oportet. i. Ordo tractandi de principijs est, vt ab vniuersalioribus ad particularia procedatur. Probatur. Ordo naturalis cognitionis humanę est, vt a notioribus nobis & manifestioribus ad ea, quę sunt nobis minus nota, naturę vero notiora, procedamus (nõ enim sunt eadẽ nobis, & naturę notiora) sed illa quę sunt magis confusa, sunt nobis magis nota: ergo ex illis pro-

Arti. 2. secunde questionis. 2. Conclus.

lis procedendum nobis est,ad illa que sunt magis
determinata:at vniuersaliora sunt magis confusa
[vt animal,quam homo:& corpus,quã animal,&c.]
ergo ab vniuersalibus ad singularia procedendum
nobis est.Maiorem ponit in.2.text.minorem,in.3.
conclusionem,in.4. ¶Scio multos,qui diuisio-
nem Commentatoris sequuntur,in plures conclu
siones hunc prologum distribuere:nam Com.illã
propositionem,quod,confusa magis,sunt nobis
notiora,non accipit tanquam premissam ad conclu
dendum aliam,scilicet,quod sit incipiẽdum ab vni
uersalibus:sed dicit esse aliam per se conclusionẽ.
Unde per confusa,nõ intelligit vniuersalia,sed
tota respectu partiũ,quas Arist.statim(inquit)ap
pellat elementa & principia.In quibus(ait)verbis
non vult ostendere ordinem procedendi in doctri-
na,sed qualitatem demonstrationũ quibus vtitur
hec scientia.Uidelicet quod pergant ab effectu ad
causam,& a compositis ad simplicia.¶At vero pro
fecto:licet totũ notius nobis sit aliquo modo quã
partes:vt in primo exemplo statim textus.4.vide
bimus,& questione.2.explicuimus,tamen cum ait
confusa esse notiora,a parte intelligit vniuersalia:
quia hic Arist.non loquitur de modo demonstran
di huius scientie(hoc enim docet in.2.libr.)sed so
lum statuit duos ordines doctrine:vnum ex parte
Duo ordines. obiecti in prima conclusione,videlicet quod consi
deratio rei procedere debet ordine nature a princi
pijs ad cõposita,quo ordine natura procedit in ei9
compositione:secundum ordinem subdit in secun-
da conclusione ex parte cognitionum:videlicet q
in cõtẽplatiõe principiorũ cognitio debet procede
re ab vniuersalioribus.Ad cuius probationem sub
sumit illam minorem,quod confusa idest vniuersa
lia sunt nobis notiora.Quos ordines seruat Aris.
cũ prius tractet de materia & forma in.1.libr.& de
alijs causis entis mobilis in secũdo,& deinde in ter
tio prosequitur de ipso ente mobili.Rursus in cõ
sideratiõe principiorum prius in genere incipit in
quirere,quot sunt principia rerũ naturaliũ,& mox
in particulari tractat d singulis principijs.Atqui
in his octo libris tractat in genere & in vniuersali
de mobili & motu,deĩde in alijs libris pticularib9,
in particulari de singulis specieb9 mobiliũ & mo-
tuũ.Quocirca nõ accipit hic vniuersale,p propo
sitione de subiecto distributo,sed pro notitia cõfu-
Uniuersale. sa.¶Colligitur ergo qd per cõfusa Aris.intelligit,
non composita,vt vult Cõm.sed vniuersalia.Que
Confusa. dicuntur confusa eo quod indistincte cõtinent & si
gnificant plures species:quas hic vocat elementa
& principia,propterea quod genus se habet ad spe
cies,sicut totum ad partes in quas diuiditur.Et
hoc est quod intelligit hic Aris.quãdo dicit,quod
confusa magis,sunt nobis primũ manifesta,poste
rius ex his nota fiũt elemẽta,ijs qui diuidũt ipsas
Nã diuisione generis p suas differentias distincte
cognoscũtur species:vt aĩaliũ aliud aĩal rationale,
aliud irrationale.Et hanc expositionem insinuant
Philoponus,Alexãder,Themistius,qui Grece e-
gregiẽ Aristotelẽ intellexerunt.Et ideo nos duas
tãtũ principales cõclusiones ex hoc.1.cap.colligi-
mus.Reliqũe vero,oẽs sunt premisse,quibus ipse
demõstrantur.¶Offert se hic statim argumentũ
contra hanc secundã conclusionem,q vniuersalia
non sunt nobis magis nota:nec sit ab illis incipiẽ
dum:cũ Arist.1.poste.capit.2.tex.5.dicat,singula
ria esse magis nota quam vniuersalia,& a singulari
bus incipere cognitionẽ nostram:quippe que sunt
proximis sensibus,sed hoc in questione.2.expositũ
est & solutũ.Ubi ostendimus illic sermonem esse de
singularibus simpliciter,que sunt obiecta sensuũ:
hic vero de particularibus speciebus seu minus
vniuersalibus,que dicũtur singularia respectu su
periorum generum.

Totum em̃,secundum sensum noti9 Text.v.
est:vniuersale autem totũ quoddã est.
multa enim comprehẽdit vt partes vni
uersale.Patiuntur autẽ hoc idẽ,quodã
modo & nomina ad rationem totũ em̃
quoddã,& indistinctẽ significãt:vt cir
culus.diffinitio autem ipsius,diuidit in
singula.Ac pueri,primum quidem oẽs
viros,patres appellant:& matres,fœmi
nas,posterius autem,determinãt horũ
vtrunque.

In tertia demũ parte huius capitis tribus exẽ
plis manifestat minorẽ superioris syllogismi,vide
licet quod infusa idest vniuersalia genera sunt ma
gis nota quã singularia,idest quam inferiores spe
cies.Primũ sumitur a toto sensibili ad partes.To Primum
tum enim prius sese offert sensui quã partes distin exemplum
cte:vt prius quis a remotis videt turrim,quã qd
sit ex lateribus aut ex lapidibus cõstructa,& prius
videt arborem,quam distinguat ramos;& prius ho
minem,quã distinguat membra:ergo a simili,cũ
vniuersale sit quodammodo totum respectu suarũ
specierum,notius est illis.Quod si quis contra ar
guat vniuersale nullam habere similitudinem cũ
toto integrali respectu partium:nam totum con-
tinet actu partes,vniuersale autem solum cõtinet
in potentia species,vt vidimus in predicabilibus
ca.de differẽtia.Respõdet qd totũ integrale,duas Totum in
habet ad suas partes habitudines:prima est q cõ tegrale.
tinet illas actu:& in hoc nõ assimilatur generi,sed
potius speciei,que in actu cõtinet genus & differẽ
tiã:secunda est quod continet eas indistincte & cõ
fuse,vnde per diuisionẽ totius,partes distingun-
tur,vt cum frustum impuri auri liquatur,separa
tur purũ aurum ab alijs metallis:& in hoc assimila
tur generi.¶Secundum exemplum sumitur a to-
to intelligibili:nempe a diffinito ad partes diffini Secũdum
tionis.Nomen enim homo,seu,circulus,confu- exẽplum.
se continet partes diffinitionis,que in diffinitione
distincte explicantur:prius nãque quis cognoscit
confuse hominem,quã distincte cognoscat esse ani
mal rationale.¶At tamen videtur hic Arist.sibi es
se contrarius,cum supra dixerat partem diffinitio
nis notiorem nobis esse quam ipsam speciẽ.vt ani
mal quam hominẽ,hic autem videtur dicere oppo
situm.Responsio tamen est,quod animal seorsum
notius nobis est quam homo:si tñ aĩal sumatur vt
pars diffinitionis hoĩs,prius notũ est nobis hunc
esse hominẽ,quam distincte esse animal rationale.
Sicuti notior est linea,quam linea circularis:ta
men prius confuse cognoscitur circulus,quam qd
linee a centro ad circumferentiã sint equales,que
est diffinitio circuli.¶Tertium exemplũ est in tex Tertiũ e-
tu quinto qd sumitur a toto sensibili ad particula xemplum.
re.s.a superiori ad inferius in significando & repre
sentãdo sensui:siue id sumatur secũdũ locũ,siue se-
cũdũ tẽpus.Cũ em̃ quicquã a remotis videmus,
prius cognoscim9 id eẽ corp9,quã esse aĩal,& prius

 esse

esse animal, quam esse hominẽ. Item puer prius tẽpore sensu percipit rationem hominis in cõmuni, quã proprietates patris in particulari, & differẽtiã inter matrem & foeminam, quam inter patrẽ & matrẽ: & ideo prius appellat omnes homines patres & omnes foeminas matres, nõ discernens inter cõmunia hominis, & propria patris: ergo signum est ita contingere in intellectu, vt vniuersalia sint nobis prius nota, quã particularia. ¶ Sequitur quęstio. ij. super tex. 1. vtrum modi, &c.

## DE PRINCIPIIS, AD uersus Parmeni. & Melissum. CAP. II.

Text. vj. NEcesse est autem: aut vnũ esse principiũ, aut plura. Et si vnũ, aut immobile, vt dicit Parmenides, ac Melissus, aut mobile, vt physici, hi quidẽ aerẽ asserẽtes, alij verò aquã, primũ esse principium. Si verò plura, aut finita, aut infinita. Et si finita, plura autẽ vno aut duo, aut tria, aut quatuor, aut secundum aliũ quẽpiam numerũ. Et si infinita, aut sic est vt Democritus genere quidem vnũ, figura verô vel specie differẽtia, aut etiã contraria.

¶ Statuto in prologo duplici ordine procedẽdi scientię physicę, aggreditur in hoc. 2. capitu. Aris. iuxta primum ordinem, tractatum de principijs entis mobilis, quod est subiectũ physicę: & iuxta secũdũ, incipit prius in genere inquirere principiorũ numerũ. Atqui tribus integris capitulis vsq; ad textum. 14. disputat de principijs aduersus veterũ
Mos Aristot. opiniones. In more enim semper habet Aristo. in initio suorum operũ contrariis dogmata euellere, vt suam cõmodius sententiam introducat: instar naturalis actis, quę ad cõtrariã formã, priusq̃ propriã in subiectũ inducat, inde pellit: vt. 1. Metaph. & 1. de aia, & 1. Ethico. est inspicere. Et quia inter philosophos, aliqui sunt naturaliter loquentes, id est principia admittẽtes naturalia: alij vero nõ naturaliter loquẽtes, quippe q talia principia negãt, in hoc. 2. capit. quod sexdecim textus cõtinet: a sexto vsq; ad. 21. inclusiue arguit aduersus eos, q nõ naturaliter loquuntur: qui sunt Parmeni. & Melis. & in tertio respõdet eorũ rationibus: & in quarto disputat aduersus naturaliter loquẽtes. ¶ In hoc ergo primo textu, qui est sextus in ordine proponit diuisiones principiorum, quas antiqui solebãt appellare scientificas, propterea quod procedũt per membra cõtradictoria, atq; adeo in vniuersum cõprehendunt numerũ omnẽ & qualitatẽ principiorum, quę possunt in cogitationẽ cuiuscũq; philosophi cadere. Ita fere distinxit. 1. Ethic. antiquorum opiniones de felicitate & vltimo fine, qui est in operabilibus, sicut principiũ in speculabilibus. ¶ Di-
Diuisiões quinq; uisiones autem sunt numero quinque, vnde quinq; formantur quęstiones. Prima: Rerum naturaliũ, aut vnum est principium, aut plura. Non est dare medium: quia ea quę sunt plura simpliciter, id est actu diuisa, non sunt vnum. Secunda. Si vnũ, aut immobile, vt dicunt Parmeni. & Melis. aut mobile, vt aiũt physici: quorum alij dicunt esse aerem: alij aquam, aut aliud quippiam. Tertia. Si plura, aut finita, aut infinita. Quarta si finita, aut duo, aut tria, aut in alio quouis numero. Quinta. Si infinita, aut genere quidem vnum: figura vero & specie differentia, id est forma: nã Democri. non ponebat principia differre essentiali specie, vt dicebat Anaxago. aut contraria, vt infra videbimus opinatum fuisse Anaxagoram. ¶ Videtur hic tamen Aristo. alias diuisiones silentio pręterisse. Primo quia vt ait Commen. ponentium vnum principium, alij dicebant esse finitum, vt Parmeni. & alij infinitum vt Melissus. Ubi notandũ est obiter, quod nisi mẽdũ sit chalcographi: falsum est amborũ fuisse opinionem, principium esse infinitum: cũ statim text. 18. referat Aristote. Parmenidem dixisse esse finitum. Melissum vero, infinitum: cuius rationem assignat. 1. Metaphy. cap. 5. Respondet tamen Commẽ. quod cum plura distinxit in infinita & finita, eãdẽ distinctionem subintellexit de vno. Vel forsan satis est dicere, quod Aristo. noluit omnes diuisiones, sed pręcipuas enarrare. ¶ Et eadem ratione non recitauit omnes opiniones physicorum, id est naturaliter loquentium, nam vt. 1. Meta. capitu. 3. habetur Thales posuit primum principiũ esse aquam. Anaximenes vero & Diogenes, aerem: sed Hippasus & Heraclitus, ignem: de quo hic nõ meminit. Quin etiã vt Philoponus hic refert Anaximander posuit medium vaporem inter aquã & aerem, aut inter aerem & ignem: qui nõ esset purum elementum. Terram vero, vt ait Aristot. 1. Meta. text. 14. propter eius grossitiem nemo philosophorum posuit esse principiũ: licet Hesiodus & alij veteres poetę id in fabulis reliquissent. ¶ Et eadem forte causa, ne omnes referret, subticuit aliam diuisionem. Videlicet. Si sunt plura, vtrũ sint mobilia, an immobilia. Quod enim ait Commen. illam tacuisse, eo quod nulli ponerẽt plura esse principia immobilia, falsum est profecto, nã libro sexto. text. [illegible] commemorat opinionem Zenonis tenẽtis oĩa quiescere: quam libro octauo, text. 22. confutat, tãquam hominis non solum negãtis principia naturalia, sed sibi repugnantis. Repugnat enim plura vnum componere nisi alterentur, aut aliter mutẽtur. Et hac forsan de causa vt ait Simplicius missã hic fecit hanc opinionem Aristo. tanquam sibi repugnantem. ¶ Notãdũ est pręterea quod physici, Physici.
i. naturales, dupliciter dicti sunt: vno modo, quia de rebus naturalibus philosophãtur: quemadmodum qui a Thalete deriuati sunt, dicebãtur physici, ad differentiam discipulorũ Socratis, qui appellabantur, Ethici, id est morales quia de moribus disserebant. Alio modo dicuntur physici, vt hic accipiũtur, quia principia naturalia admittũt: ad differentiã Parme. & Melis. qui licet de rebus naturalibus philosophantur, negãt tamẽ principia naturalia, scilicet aliquid esse mobile. Principiũ enim rerum naturalium est natura, quę est principiũ motus. Obidq; qui motum negant, principia subinde tollũt sciẽtię physicę, meritoq; proinde appellant non naturales. ¶ Molestum esset & importunũ vniuersas hic istorum philosophorum opiniones de principijs recensere: quandoquidẽ suus cuiq; locus erit inferius, vbi singulę cõmodius explicabuntur: quibus

bus singulis expositis,postmodũ.q.5.qua ꝺ nume ro pncipiorũ disputo:simul oẽs in epilogũ colligo. ¶Hoc aũt in gñe circa oẽs istos philosophos prio ad notãdũ est ex Arist.1.Met.c.3.vbi has opiniões peramplius explicat,ꝙ primi philosophi ex causis ꝛ principijs rerũ solũ cognouerũt cãm materialẽ: alia vero principia tenuiter ꝛ hallucinãtes attige runt:eo ꝙ tunc infantia erat generis humani:nẽ pe qñ homines in rerum inuentione supra sensum parũ assurgebãt,ꝛ sensu solũ principiũ materiale percipimus.Uidemus eñ cum aqua ex frigida fit calida:ꝛ cum cerasuz ex viridi fit rubeũ,ꝛ cũ lignũ vertitur in cineres,videm⁹inquã illic manere sub iectũ.Anvero formę tam essentiales quã accidẽta les,res sint distinctę,ꝺ nouo ab aliqua causa efficiẽ te productę,id sensu nõ percipimus,sed intellect⁹ contemplatione opus est:qua illi parũ vtebantur. Unde Cicero lib.1.Aca.q.secũdũ illos,inquit,phi losophos qui solã causam materialẽ cognouerũt,ni hil magni erat philosophari. ¶Secundo notandũ est ꝙ neqꝫ principiũ materiale plene cognouerũt: nam materia vt in hoc libro videbimus,nõ est ens in actu.i.suppositũ,sicut aqua vel ignis,sed est po tẽtia quę recipit formã:quã proinde nec sensu ple ne percipimus,sed intellectu per analogiã ad ma teriam artificialiũ,vt infra videbim⁹.Jlli vero pu tabãt principiũ materiale esse ens in actu comple tũ:puta aquã vel ignem vel aliud id genus ens per se,quod sensu percipitur.Jtaqꝫ secundum illos pn cipiũ materiale erat tota substãtia rei.Unde sicut in artificialibus ꝛ in alijs subiectis formarum acci dentalium non dicimus ꝙ aggregatuz ex subiecto ꝛ accidente est album,aut est scamnũ: sed ꝙ homo est albus,ꝛ lignum est scamnum:ita ipsi loquebant in formis substantialibus,ꝙ videlicet homo aut li gnum non est aggregatum ex materia ꝛ forma:sed qui ponebant principiũ esse aquam,dicebãt quod cunqꝫ ens esse aquam.At aqua magis densa,est fer rum:minus densa,est lana:aqua huius figurę est homo,ꝛ alterius figurę est equus.Et proportiona biliter de alijs.Per hęc intelligitur textus subse quens septimus.

*Antiq non cognoue-rũt nisi materiam.*

Tex.vij. Similiter autem quærunt,& quęren tes quot sunt,ea quę sunt.ex quibus eñ sunt,ea quæ sunt quærũt primum vtrũ hæc vnum,an multa sint.& si multa:fi nita,an infinita.quare principiũ ac ele mentum quærunt:vtrum sit vnum an multa.

¶Similes eñ quęstiones erant apud illos phi losophos de entibus ipsis cõpletis ꝛ subsistẽtibus, ꝛ de eorum principijs,nã cũ principiũ sit totũ ens idẽ est quęrere quot sunt pricipia,ꝛ quęrere quot sunt ea quę sunt.i.entia ipsa subsistẽtia. Unde quę rere vnum ne sit principiũ,an plura,mobile an im mobile,finita an infinita,eiusdẽ speciei,an differen tia specie,cõtraria an nõ contraria,est quęrere an oĩa entia sint vnũ ens an plura,mobile an immobi le:ꝛc.Et per consequens asserere ꝙ nõ est nisi vnũ principiũ,est asserere ꝙ omnia sunt vnũ ens : nem pe ꝙ totũ vniuersum est vnum ens.Sicuti qui po neret lignum esse principiũ omniũ artificialiũ,con cedere subinde haberet,ꝙ omnia artificiata sunt li gnum.Quomodo autẽ intelligant omnia esse vnũ exponetur tex.12.Et ideo cõcludit Arist.ꝙ quęrẽ tes principia solum quęrũt principiũ quod est ele mentum.i.principium materiale:qꝺ est tota res.

Itaqꝫ si vnum,atque immobile sit,id quod est,considerare:non est de natu ra,speculari.VT enim Geometriæ non amplius est ratio, ad eum qui destruit principia,sed aut alterius est scientiæ, aut omnium cõmunis:sic neqꝫ cuipiam de principijs.Non enim amplius,prin cipium est.si vnum solum, & ita vnum est.aut enim principiũ cuiusdam,aut a liquorum est.

*Tex.viij Contra negãtes prĩcipia nõ est ar guendũ &c.*

¶Quoniam ex istis philosophis,vt modo diceba mus,quidam,vt Parmenides ꝛ Melissus,negan tes aliquid esse mobile,negabant subinde princi pia rerum naturalium,atqꝫ adeo principia huius scientię,ꝛ ideo appellati sunt non naturales.Ari sto.aduersus eos,tanquam contra illos qui radi citus tollebant philosophiam naturalem,ꝛ per cõ sequens sint primitus exterminandi,primum inci pit argumentari.¶Præmittit vertm tamẽ quod contra istos,quippe qui principia physicę negat, nõ incumbit philosopho naturali disputare.Do cuerat nanqꝫ.1.post.c.9.tex.26.ꝛ.28.vnãquãqꝫ scie tiam habere sua propria principia ꝛ conclusiones, ꝛ per consequens habere proprios errores,pecu liariter pertinentes ad illam scientiam.Et ideo si cut scientia non debet reddere rationẽ suorũ prin cipiorum,ita nec debet disputare contra negãtes sua principia.Sed si fuerit subalternata,hoc perti net ad subalternãtem:si vero fuerit subalternans, id pertinebit ad meta.vel ad dialecticam,quę sunt scientię cõmunes.Jn duobus autẽ negãt isti prin cipia.Primũ qꝛ dicũt oĩa esse vnũ.Scdo qꝛ dicunt esse immobile.Arguit Aristo.cõtra primũ hoc mo do.Principiũ,ꝛ id cui⁹ est principiũ,necessario de bent esse duo,qꝛ nihil est principiũ sui ipsius:ergo vbi nõ sunt aliq̃ duo,nullũ põt esse pcipiũ,sꝫ scdm istos oĩa q̃ sunt in orbe sunt vnũ,vt tex.prio expost tũ est:ergo sibi ꝯdicũt dicẽtes oĩa esse vnũ:ꝛ tñ esse principiũ:sed virtualiter dicunt omnia esse vnum ens cõpletũ ꝛ subsistens.Unde in text.nono.

Simile igitur est considerare an sic vnum est:& ad aliam quãlibet positio nem sermonis gratia dictam disputare vt Heracliteam,aut si quis dicat homi nem vnum,id quod est,esse.

*Tex.ix.*

¶Subiungit Aristo.perinde esse hoc dicere,ac si quis dicat,id quod est,esse.i.existentia omnia esse vnum hominem.Quod est ad aliam quãlibet positionem, sermonis gratia dictam disputare. vt ad positionem Heracliti.Heraclitus inter anti quos est qui plures incredibiles opiniones asse ruit:qui proinde passim in exẽplum erroris ascis cit ab Arist.Opinatus est oĩa esse in cõtinuo motu vt ifra li.8.tex.23.ꝛ.4.meta.tex.22.referẽ.Ad quã opinionẽ forsan hic alludit,dicẽs:tã inopinabile es se nihil eẽ mobile,ꝙ est ꝯria opinio Heracliti tenẽ tis oĩa esse in cõtinuo motu.Et ita.1.top.ca.9.am bas opiniones,ꝛ Melis.ꝛ Heracliti,appellat admi rabiles.i.sine rõne assertas.De qbus ait,ꝙ ꝺ quoli bet

*Heraclit⁹.*

bet proferente contraria, curam habere stultū est. Uel forte alludit ad aliam peiorem opinionem He racli. qua tenebat contraria idem esse. vt statim tex. 19. videbimus. Imo asserebat duo contradicto ria. scilicet idem esse ⁊ non esse. vt habetur. 4. me ta. tex. 28. ⁊ lib. 11. cap. 4. Que Aristo. hic dicit ser monis gratia esse dicta, id est libidine loquendi si ne aliqua probabilitate. ¶ Aliud membrum ꝙ scʒ Parme. ⁊ Melis. dicunt illud esse immobile, non expresse redarguit hic Aristo. sed tanquam manife ste falsum relinquit. Cum enim natura idem sit q̃d principium motus ⁊ quietis, negantes motum, ne gant subinde naturam. ¶ Dubium est hic tamē q̄r videtur nihil vetare, quominus sciētia probet sua prima principia. Nā ⁊ mathematice: que sunt cer tissime scientie, proponunt ⁊ explicant sua princi pia. Et Aristo. hic disserit de materia ⁊ forma, que sunt principia rei naturalis. Et metaphysicus ha bet disputare aduersus dicentes aliquid esse ⁊ non esse: aduersus quos disputat Arist. 4. meta. tex. 9. cum tamen illud sit contra primum principiū me taphysice, nihil simul est ⁊ non est. ¶ Respondetur vt hic cōm. 8. insinuat Cōmentator, ꝙ alia sunt p̄n cipia cognitionis in scientia: ⁊ alia sunt principia realia obiecti, de quibus tractant. Prima prin cipia cognitionis, ex quibus scientia demonstrat, non potest scientia probare, saltēʒ a priori: alias vt dictuʒ est. 1. post. esset procedere in infinituʒ in de monstrationibus. Et isto modo dicit hic Aristo. nō esse arguendum contra negantes principia. Pos sunt nihilominus explicari, vt facit mathematicus: vel a posteriori per inductionem ostendi: vt physi cus ostendit entia naturalia moueri, ⁊ naturaʒ p̄n cipiū esse motus ⁊ quietis. De metaphysica vero alia est ratio: quia cuʒ sit vniuersalissima, potest ar guere contra negantes principia, ⁊ aliarum scien tiarum, ⁊ sua propria. Et pariter Dialectica dedu cendo ad aliqua impossibilia, vt docet Aris. 4. Me ta. tex. 9. ⁊ facit hic contra Parme. ⁊ Melis. Prin cipia vero realia obiecti ipsius scientie cadunt sub consideratione scientie, vt physica tractat de mate ria ⁊ forma, que sunt principia rerum naturaliuʒ, demonstrādo illa esse, ⁊ quot sunt. De quibus iteʒ demonstrat suas proprietates, vt quod sint contra ria, ꝙ altera sit potentia, altera vero actus, ⁊c.

Scientia probat sua principia.

Text. x.

Aut soluere litigiosam rationem. q̃d vtræq; quidem habent rationes: & Melissi & Parmenidis. Etenim, falsa accipiunt, & non syllogizantes sunt. Magis autem Melissi onerosa est, & nō habens dubitationem. SED vno inconuenienti dato: alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

VNO inconueniēti dato, &c.

Subdit Arist. ꝙ nec pertinet ad philosophiam naturalem soluere litigiosam rationem Parme. ⁊ Melissi. Probat autem hoc dupliciter. Primo ra tione generali: quia vt modo referebamus ex Ari sto. 1. Topi. (quod itidem. 1. Ethi. repetit) non debe mus esse soliciti respondere cuicunq; ad libitum ⁊ absq; probabilitate loquenti: sed Parme. ⁊ Melis. nullam prorsus habent apparentiam. Falsa enim accipiūt. i. peccant in materia: ⁊ non syllogizātes sunt. i. peccant in forma. Quin etiam nō solum fal sa, sed contradictoria dicunt: nam rationi princi pij vtrunq; repugnat, ⁊ ꝙ omnia sint vnum, ⁊ ꝙ il lud sit immobile. Enimuero si principiū est, ab eo cuius est principiuʒ, distinguitur, ⁊ nō nisi per mo tum efficere aliud potest. Subiungit vero, rationē Melissi magis esse onerosam, quia nullaʒ habet du bitationem. Ea enim oratio molesta est, que nulla tenus a ratione saltem apparenter proficiscitur. Ratio vero Melissi, vt quam primum videbimus, multo minus habet apparentie, quam ratio Par menidis. Sed vno (inquit) inconuenienti dato, plu ra contingunt, vt enim veritas, quāto amplius di latatur, tanto perspicacior est, ita error paruus in p̄ncipio, maximus est in fine. 1. de celo tex. 33. [Hoc autem nihil difficile est] vel refertur ad verbum ꝑ ximuʒ. s. ꝙ non est difficile vno incōuenienti dato, plura contingere: aut vult dicere quod non est dif ficile rationem Melissi dissoluere, cū nec in super ficie habeat apparentiam. Secundā rationem sub iungit in tex. vndecimo.

Nobis autē supponatur, ea que sunt natura, aut omnia, aut quædam moueri. manifestum est autem ex inductione. Simul autem neq; conuenit omnia soluere: sed quæcūq; ex principijs aliquis demonstrans mentitur, quæcunq; vero non, minime. vt tetragonismum: eū quidem, qui per sectiones, Geometrici est dissoluere: illum autē, qui Antiphōtis, non Geometrici est.

Tex. xj.

¶ At vero prima propositio huius textus poti⁹ videtur continua esse superiori rationi, ⁊ quasi cō clusio illius. Ac si dicat. Quicq̃d Parmeni. ⁊ Me lis. senserint, nobis autem tanquam manifestū sup ponatur omnia naturalia, aut quedam moueri: q̄r hoc inductione manifestum est. Quippe cuʒ vide mus animalia moueri, lignū igne comburi, semina fructus facere: ⁊ alia id genus. Ait, omnia aut que dam, vt inquit Comm. propter formas substantia les, que proprie non sunt mobiles, sed sunt forme quibus supposita mouentur: ⁊ tamen reputantur res naturales, tanquam partes rei naturalis. Uel propter centrum terre aut totam terram: de qua dubium est an moueatur. Nam ꝙ hoc dixerit pro pter intelligentias, vt aliqui volunt, non est veri simile: quia intelligētie, vti nō sunt mobiles, ita nec sunt entia naturalia, de quibus per se tractat phy sica, vt. q. de subiecto huius scientie determinatum est. ¶ Subditur secunda ratio, cur nō pertineat ad physicam respondere rationibus Parme. ⁊ Me lis. que est peculiaris philosophi naturalis: q̄r, (in quit) non conuenit physico soluere rationes, nisi que procedunt ex proprijs principijs philosophie naturalis: ex quibus tamen nō procedūt rationes istorum. Probat autem maiorem exemplo geome trici, qui licet tenetur respondere ad rationes Bri sonis, contendētis quadrare circulum per incisio nes, non tamen tenetur respondere ad ratiōes An tiphontis: quippe cuʒ primus procedebat ex prin cipijs geometrie: alter vero non. Tetragonismus ideʒ est quod quadratio. ¶ Ad cuius euidētiaʒ no tandum est ꝙ solēne erat apud antiquos vt. 1. post tex. 23. ad notauimus, quadrationē circuli esse sci bilem, nondum tamen esse inuentam eius sciētiā. Quadrare circulū est. dato circulo, inuenire qua dratum. cuius area sit equalis aree circuli. Briso


Quadrare circulum.

vt ait


vt ait illic Arist. ⁊ Hippocra. vt ait Philoponꝰ, cō
tendebant quadrare circulum secādo illū in lunu
las. Quod varie a doctoribus exponitur. Commē.
enim quē sequitur. S. Th. ⁊ cui Philoponus ⁊ fe
re antiqui vident annuere, explicāt hoc modo. Da
to circulo, describebat intus quadratū, inter cuiꝰ
costas ⁊ circūfe
rētiam circuli
fiūt. 4. lunę Et
secūdū aliquos
interp̄tes nihil
amplius facie-
bat. Atsi i hac fi
gura, nō cōside
res figurā illā.
12. anguloꝝ, sȝ
solū q̄dratū in-
tra circulū. vbi
q̄libet costa q̄-
drati ⁊ quarta
circuli sibi res-



pōdēs habēt se sicut chorda ⁊ arcus. Et tūc sic ari
guebat. Omnes lineę ductę ab eodē pūcto in eodē
pūctū sunt equales: chorda ⁊ arcus ducūtur ab eo
dē pūcto in idē pūctū: ergo sunt ęq̄les. Si autē q̄li
bet costa q̄drati ęq̄lis ē quartę circuli sibi correspō
dēti, oēs simul costę sunt ęq̄les toti circūferētię cir
culi. Rursus, si circūferētię circuli ⁊ q̄drati sunt ę-
quales, inferebat areā q̄drati descripti intra circu
lū eē ęq̄lē areę circuli. ¶ Alij dicūt ꝙ describebat in
ter latera q̄drati ⁊ circūferētiā circuli aliā figurā.
12. anguloꝝ: volēs ꝓbare illā eē ęq̄lē circulo eadē
arte: q̄a sumpta q̄cūq̧ parua costa eius, ē ęq̄lis por
tiūculę circuli illi correspōdēti: q̄m ducunt ab eo-
dē pūcto in idē pūctū: sicut chorda ⁊ arcus. Q̄ si
circūferētię sunt equales, areę sunt equales. ¶ At
vero profecto, neutiq̄ est credibile quēq̄ his rōni
bus visum fuisse. Primo. Nullꝰ nisi mēte captꝰ cō
cludere posset cōtra euidētiā oculoꝝ ꝙ linea recta
⁊ circularis, ductę ab eodē pūcto in idē pūctū sint
ęq̄les: neq̧ q̄dratū descriptū inter circulū eē ęq̄le
circulo. Est eñ aerea q̄drati pars areę circuli. Prę
sertim: q̄a antiq̄ ꝓbabāt dari q̄dratū ęq̄li circulo:
hoc mō. Dat q̄dratū minꝰ intra circulū, ⁊ q̄dratū
maiꝰ extra: ergo dat q̄dratū ęq̄le circulo. Quomō
ergo possent cōcedere ꝙ q̄dratū descriptum intra
circulū sit ęq̄le circulo. ¶ Et preterea Aris. dicit ꝙ
Briso nō peccabat in materia, sȝ in forma: attamē
s̄m istos peccabat i materia: nā pręmissa illa ꝙ oēs
lineę ductę ab eodē pūcto in idē pūctū sunt ęq̄les,
est cōtra principiū mathematicū: nisi addat, am-
bas eē rectas: quoniā diameter circuli, ⁊ linea se
micirculi nō sunt ęq̄les. Imo ab eodē pūcto in idē
pūctū nō p̄nt duci duę lineę equales: q̄r inter duo
pūcta vnica tātū linea recta ducitur. ¶ Et eadē rō
ne si describat figura. 12. angulorū, nullus, nisi cę
cꝰ, diceret areā illā eē ęq̄lē areę circuli: cū sit pars
eius. Et eodē modo peccaret in materia, dicens, ꝙ
q̄libet costa parua talis figurę ē ęq̄lis portioni cir
culi sibi correspōdēti. ¶ S. Tho. melius dicit ꝙ nō
intendebat figurā signatam esse equalem circulo:
sed ꝙ illa arte poterat secari q̄cunq̧ lunula, vt fie
ret figura. 24. angulorū, ⁊ ita ꝓcedēdo quousq̧ da
retur figura rectilinea equalis circulo. Sed profe
cto hoc est incidere in opinionem Antiphōtis: q̄r
veniri nō posset ad figuram rectilineam equalem
circulo, nisi circūferentia circuli diuideretur quo
adusque non esset amplius diuisibilis: quod est con
tra principium mathematicum: ⁊ tamen Briso nō
peccabat ꝯtra principia mathematica: sȝ solus An
tiphō. ¶ Cōmētator ait Brisonē peccare in con
sequētia, scilicet, ꝙ putabat si luna circuli quadra
retur, quadrari posse totum circulū. Sed certe il-
lud falsum est: quia tā impossibile est quadrare lu-
nam circuli, quā circulum. Et certe si luna quadra
retur, quadraretur etiā medietas circuli, ⁊ per cō
sequens totus circulus: nā dato vno quadrato faci
le datur duplum. ¶ Aliter intelligūt quadrationē
Brisonis Paulus Venetꝰ ⁊ alij. Dato enim circu
lo secabat circumferentiā in quatuor equales por
tiōes, vt ē i hac figura. Dein
de capiebat quatuor lineas
rectas, singulas equales sin-
gulis quartis circuli, ex q̄bꝰ
describebat quadratum: ac si
circulꝰ hic subscriptꝰ esset fi
lū mobile, ⁊ cōtraheretur in
quadratū, vt quilibet quarta
circuli fieret costa quadrati.



Et tūc arguebat. Quęlibet
costa quadrati est equalis q̄r
tę circuli: ergo tota circūfe-
rētia quadrati est equalis cir
cūferentię circuli: vnde po-
stremo inferebat ꝙ area qua
drati erat equalis areę circu
li: nā si termini duarū figura
rū sunt equales, apparētia ē,
figuras eē equales. Et profe
cto nimirum si tunc homines non adeo mathema-
ticis instructi reputarent hoc modo quadrari cir
culum, cum Thomas Brauardinus etiam fuerit in
hoc deceptus, credens se isto modo nouā inuenis-
se quadrationē circuli. Lucida ergo est nūc litera
Aris. nā Briso supponebat principiū geometrię. s.
ꝙ cuicūq̧ lineę circulari datę, potest dari equalis
linea recta, ⁊ per ꝯñs pōt dari circūferētia q̄drati
q̄ sit ęq̄lis circūferentię circuli. Sed peccabat in
forma, cū inde inferebat, areā q̄drati eē ęq̄lē areę
circuli. Quin potiꝰ oppositū sequit. Cū eñ circulꝰ
sit figura capacissima, eadē circūferētia, descripta
in modū circuli, maiorē areā capit, quā si describat
in modū q̄drati. ¶ Antiphō moliebat q̄drationē cir
culi hoc mō. Dato circulo, signabat in circūferētia
tria pūcta ęq̄ distātia: int quę d̄scribebat triāgulū
equilaterū intra circulū. Alij descributt quadratū
q̄d idē ē in re: sȝ tñ ille semper ꝓcedebat ꝑ triāgu
los. Mox signato pūcto medio cuiuslibet tertię ꝑ-
tis circūferētię circuli, describebat singulos trian
gulos super singula latera prioris trianguli: ⁊ ita
faciebat exagonū. i. figurā sex anguloꝝ. Deinde sig
nato pūcto medio cuiuslibet sextę eiusdē circūfe-
rētię, cōstituebat adhuc sex triāgulos sup illa late
ra circunferentię exagoni, ⁊ faciebat figurā recti
lineam. 12. an-
gulorū, vt ap-
paret in subie
cta figura. Et
ita procedēdo
putabat ꝑueni
re ad figuram
rectilineā tot
anguloꝝ, vt es
set equalis cir
culo. Data ve
ro figura recti
linea quorun
cunq̧ angulo
rum equali cir



culo, facile est dare quadratum equale illi,
vt constat

vt cõstat perito in geometria. Assumebat quadra-
tio hęc, pręmissas cõtrarias principijs geometrię,
vz ꝙ diuidẽdo circũferentiã circuli posset deueni
ri ad circũferẽtiam angularem ęqualem illi: illud
enĩ fieri nõ posset, nisi daretur terminus diuisiõis
circunferentię: ⁊ tamẽ est principiũ in geometria,
continuum esse diuisibile in infinitum. Et ideo ait
Arist. ꝙ rõni Antiphõtis respõdere, nõ ꝑtinet ad
geometram. Et pari ratiõe nec incũbit physico re
spõdere ad rationes Parmeni. ⁊ Meliss. negantiũ
principia naturalia. Poterit, cui libuerit, Simpli
ciũ conspicere, qui cũ suo Eudemo conatur ex qui
busdã propositionibus Euclidis, quã maxime fieri
põt, quadrare circulũ. Nos enim quia (vt idẽ ipse
monstrat) neq illo modo quadratur, abstinendũ sa
tius arbitrati sumus ab eiusmodi multiplicandis
Circul⁹ nõ quadrat. quadrationibus. Sępe enim suspicatus sum illam
receptissimã sniam philosophorum, ꝙ quadratura
circuli sit possibilis, eo ꝙ est dabile minus quadra
tum ⁊ maius, esse falsam. Nec forte eã Arist. asserit
ex propria opinione: nã ꝙuis figurę sint in quãtita
te cõtinua, forsan in hac parte habẽt se vt numeri,
in quib⁹ manifestũ est, ꝙ dat numerus maior. v.g.
ternario, ⁊ datur minor ternario: ⁊ tamẽ nullus est
ęqualis ternario: nisi ternarius ipse. Et in spẽbus
aialis est dabilis ꝑfectior equo, ⁊ imꝑfectior equo:
tamẽ nulla est dabilis ęqualis equo: nisi ipsa spẽs
equi. Et pari rõne nõ sequit, datur quadratũ intra
circulũ minus circulo, ⁊ quadratũ extra, mai⁹ cir
culo: ergo datur quadratũ ęquale circulo. Et ideo
vt nõ est inuẽta sciẽtia quadraturę circuli, ita nec
est possibilis: quia falsum nõ scitur. Sed forsan vbi
ait Arist. quadraturam circuli esse scibilem, cuius
tamẽ sciẽtia nõ est inuenta, irridere voluit Pytha
goreos. Ac si dixisset. Valeant ⁊ credant scibile il-
lud esse, cuius inueniri nequit scientia.

Textus. xij. Sed quoniam de natura quidem, nõ
autem naturales dubitationes cõtingit
dicere ipsos: forsitan quidem bene se
habet aliquantulum disputare de ipsis.
habet enim philosophiam hæc consi-
deratio.

¶ Subsequenter in text. 12. ait ꝙ quãuis ad physi-
cũ nõ pertineat cum istis philosophis disputare:
nihilominus quia de rebus naturalibus loquun-
tur, redarguendi sunt rõnibus communibus sum
ptis, aut ex Metaphysica, aut ex dialectica.

Textus. xiij. Principium autem, maximè omniũ
proprium cùm multipliciter dicatur, id
quod est: quomodo dicunt dicẽtes vnũ
esse omnia? vtrum substantiam, omnia:
an quantitatem, aut qualitatem? & ite-
rum, vtrum substantiã vnam, omnia: vt
hominem vnum, aut equum vnum, aut
animam vnam? an qualitatem, vnam au
tem hanc: vt album, aut calidum, aut ali
quid talium? hæc enim omnia differũt
multum: & sunt impossibilia dictu.

¶ In tex. 13. incipit redarguere ⁊ confutare opinio
nes Parmenid. ⁊ Meliss. At rationes Arist. intel
ligi aliter nequeũt, quã si prius intelligat eoꝝ opi
nio: quę profecto, vt est intellectu difficilis, ita rari
sunt q vltra verba illã ꝑcipiant. Cum. n. istorũ ope
ra nõ extẽt, nõ possumus: nisi hallucinãdo eoꝝ opi
niões cognoscere. Nec tanti sunt momẽti antiquo
rũ ista somnia, vt magnũ esset illis studiũ adhiben
dũ: nisi hoc nobis Aristo. negotiũ dedisset. Quod,
cũ alios introitus aliorum eius operum, tum maxi
me hunc physicorũ, insuauẽ facit, ⁊ grauẽ. ¶ Par Parmeni. ⁊ Meliss.
menides natiõe Eleates, discipulus fuit Xenopha
nis, vnde suã fere opinionem traxit, vt. 1. meta. ca.
5. author est Aristo. vbi ait Xenophanẽ nihil clarũ
dixisse, ⁊ tanquã agrestem reijciendũ esse cum Me
lisso, in his q de principijs dixit. Xenophanes vero
successit Pythagorę. Fuit ergo Parmenides ex
stirpe philosophorũ Italica, vt in. q. 1. dicebamus,
puta ex Pythagoricis. Tametsi magister eius Xe
nophanes, atq adeo ipse, ⁊ a Pythag. ⁊ a Thalete
recesserint, vt ait Laer. lib. 9. Melissus vero natio
ne Samius Parmenidis fuit discipulus, vt lib. 9.
refert Diogenes Laerti⁹. ¶ Vt aũt eorũ opiniões
vtcunq intelligantur, notãdũ est ex Arist. 5. meta.
tex. 8. vsq ad. 12. ꝙ vnũ accipitur quadrupliciter.
s. numero, specie, genere, ⁊ analogia. Vt enim illi Vnũ q̃drupliciter.
ex ignorãtia distinctionis huius nois, vnũ, pecca-
uerunt, ita modo ex eius incõsideratiõe, nõ intelli
gunt multi eorum opiniones. Adhuc vnũ numero
contingit dupliciter: aut qr est simpliciter vnũ, vt
nec sit in potẽtia plura, quẽadmodũ punctũ, ⁊ alia
indiuisibilia. Quę tamen, cũ nõ sint quanta, impro
prie dicũtur vnũ numero: sed dicunt vnũ: qr quod-
libet est ab alio distinctũ. Scdo modo illa sunt vnũ
quoꝝ materia est vna. i. cuius partes sunt cõtinuę:
quẽadmodũ lignũ ⁊ lapis, ⁊ quodlibet suppositum
quãtũ. Philosophi isti nõ erãt adeo stupidi, vt cre
derẽt oia esse vnũ isto modo. s. aut indiuisibile, aut
vnũ continuũ: quippe qui viderent hoiem non esse
filiũ, quem genuit, panẽ quem comedit, aut quem
equitat equũ: ac deniq cęlũ nõ esse terram. Vnum
analogia, per aliud extremũ, sunt oia quę lz nõ sint
eiusdẽ gñis, cõueniũt tñ in vno conceptu formali,
in quo habent aliquã proportionẽ. Quẽadmodum
oia entia mundi possent dici vnum ens: nã ratio en
tis est esse, ⁊ ideo oia significãtur conceptu entis:
qui simpliciter de substãtia, ⁊ sm quid de accidenti
prędicatur, vt. q. 1. super. 4. ca. prędicamẽto. copio
se explicuim⁹. Et si hoc mõ dixissent oia esse vnũ, ni
hil falsi dixissent: nam Arist. id cõcedit, ⁊ est rei ve
ritas: acsi qs diceret, ꝙ homo ⁊ ei⁹ statua sunt vna
res, qr cõueniunt in noie sm analogiã. Vnũ autem
genere sunt illa quę sunt sub eodem prędicamẽto,
vt oẽs substantię sunt eiusdẽ generis, ⁊ oẽs quali-
tates alterius generis. ⁊c. Vnum aũt specie (quod
Arist. solet vocare vnum ratione) sunt illa quoꝝ dif
finitio quiditatiua est eadẽ, vt Petrus ⁊ Paul⁹ ⁊
oẽs hoies sunt hoc modo vnũ: qui apud antiquos
erat celebratissimus modus loquendi, dicẽte Por
phyrio, communicatione speciei plures hoies sunt
vnus hõ. Et his duobus modis dicebãt isti omnia
esse vnũ. s. genere ⁊ specie. Putabãt enĩ lignũ, lapi
dem, equũ, hominem, cęlũ ⁊ terrã, non differre spe
cie, neq esse cõposita ĩ se ex materia ⁊ forma distin
ctis specie, neq habere accidẽtia distincta gñre: sz
differre penes rarũ ⁊ dẽsum: rotundũ ⁊ quadratũ,
albũ ⁊ nigrũ, ⁊ alias id genus dñias: quę tñ erant
modi distincti se habendi rerum. Sicuti homo qui
sedet, differt a se ipso dum stat: tenendo ꝙ sedens ⁊
sessio sunt eadẽ res. Itaq ĩ summa, ne op⁹ id sit fre Ens accipitur pro vniuerso.
quẽter repetere, cũ isti dicũt ens eẽ vnũ, noie entis
intelligũt vniuersum: qđ Arist. appellat, qđ est. Et
intelligũt ita esse vnũ, vt nullę eius ꝑtes rõne diffe
rant,

rant, Quorum rõnes cap. ſequẽti cõmemorabim⁹. licet Parme. multũ differebat a Meliſſo. His ceu fundamẽtis pręiactis: q2 iſti dicebant oĩa eſſe vnũ ens, ſumit Ariſt. primum argm̃ cõtra illos a rõne entis: ⁊ ſecũdum, a rõne vnius. Proponit ergo in text. 13. [Principiũ autẽ ⁊c.] .i. principiũ maxime omniũ aptiſſimum diſputatiõis aduerſus iſtos, ſumendũ eſt ex ampliſſima ſignificatione entis. Vñ hoc colligitur documentum, nempe ꝙ initium diſputationis ſumendũ eſt a nominũ ſignificatione: ne in ęquoco diſputatio laboret. Ens. n. multipliciter .i. analogice dicit̃: alia. n. rõne ſubſtãtia ẽ ens, alia vero quantitas, aut q̃litas, aut aliud quodlibet accidẽtiũ. Rurſus ſubſtãtia multa gña ⁊ ſpẽs vniuoce ſignificat, vt hoĩem, equũ, lapidẽ: põtq; accipi vniuerſalit̃ ⁊ indiuidualiter. ⁊c. Cũ ergo iſti dicũt oĩa eſſe vnũ ens, qđ nã taliũ entiũ dicũt eſſe oĩa: an oĩa ſunt vna ſubſtãtia, aut vnũ accidẽs: ⁊ ſi ſunt oĩa vna ſubſtãtia, aut vnũ aĩal, aut vnũ lignũ: ⁊ ſi vnũ aĩal, aut vnus hõ, aut vn⁹ equus? Qui. n. diceret omñ eſſe vnũ ens, nõ ſufficiẽter rñderet niſi diceret in ſpẽ qđ nã ens ſit, vʒ an ſit vnũ determinatũ lignũ, aut vnus lapis, aut vna figura ⁊c. q2 nullũ eſt ens niſi hoc determinatũ. Sʒ poſſet hic aliq̃s dicere Ariſto. petere principiũ. Negarent. n. illi ꝙ ens multiplicit̃ dicat̃: q2 dicerẽt oĩa eſſe eiuſdẽ rõnis. Rñdet̃ aũt ꝙ q̃cq̃d ſit, vtrum ens analogice, an vniuoce, an ęquiuoce ſignificet entia: tñ hoc erat maniſeſtiſſimũ ẽt tũc ⁊ receptiſſimũ, ꝙ ens ſignificat ⁊ ſubſtãtias ⁊ accidẽtia: ⁊ ꝙ accipit̃ in vniuerſali ⁊ in ꝑticulari. Et iõ nõ petit principiũ: ſed ſupponit ſignificationẽ noĩs receptiſſimã: ⁊ quęrit qđ nam ens ſit illud, qđ oĩa eſſe dicũt. Subiungit autem ꝙ hęc oĩa ſunt impoſſibilia dictu, vʒ ꝙ ſint vnus homo, aut vna qualitas ⁊c. Vnde ſtatim tex. 14. ⁊. 15. [quos non erat opus in duos ſecare] format primã rõnem ad probandum ꝙ non oĩa ſunt vnũ genere.

Textus. xiiij. Si em̃ erunt, & ſubſtantia, & quale, & quantũ, & hæc ſiue ſeparata adinuicẽ, ſiue nõ, multa ſunt, quę ſunt. Si verò omnia, aut quantũ ſunt, aut quale, ſiue cum ſit ſubſtantia, ſiue cum non ſit: inconueniens eſt: ſi oportet inconueniens dicere, quod impoſsibile. nullũ enim aliorũ ſeparabile eſt, præter ſubſtantiã: omnia nanq; de ſubiecta dicuntur ſubſtantia.

Textus. xv. ¶ Meliſſus aũt: qđ eſt, infinitum eſſe dicit, quantũ itaq; aliquid eſt. qđ eſt. infinitũ em̃ in quãtitate eſt. ſubſtãtiam aũt infinitã, aut qualitatem, aut paſsionem eſſe non contingit, niſi ſecundum accidens, ſi ſimul & quãtitates aliquæ ſint. Infiniti enim ratio quãtitate vtitur: ſed non ſubſtantia, neq; qualitate. Si igitur & ſubſtantia eſt & quãtum, duo & non vnum eſt, quod eſt, ſi verò ſubſtantia ſolùm ſit. non infinitũ eſt, neq; magnitudinẽ habebit vllã. q̃tũ em̃ quoddã erit.

Subſtantia & quãtitas duo ſunt.

¶ Ratio eſt hęc. Aut ea quę ſunt in rerum natura ſunt ſubſtantia ⁊ acciden̄s, puta ſubſtantia quanta, vel ſubſtantia qualis, aut tantum accidens ſine ſubſtantia, aut tantũ ſubſtantia ſine accidenti. Si ſubſtantia ⁊ accidens (ſiue ſeparata ſint ſubiecto, ſiue non, id eſt, ſiue quãtitas ⁊ qualitas inſint ſubſtantię, ſiue ſint ſine ſubiecto) iam ea quę ſunt. i. entia multa ſunt. i. multa genere differentia. ¶ Notãdum enim incidẽter eſt hic, ꝙ quamuis hęc authoritas Ariſt. magnum habeat momentum ad probãdum quantitatem ⁊ ſubſtantiam diſtingui, tanquã duas res: qñquidem quantitas ⁊ qualitas pariter comparantur ad ſubſtantiã, neq; ambigant ſcdm̃ Ariſt. ambas eodẽ modo ſecerni a ſubſtantia, mẽs tamẽ eius hic, ſolum eſt cõcludere ꝙ diſtinguãtur tanquã duo genera prędicamẽtorũ (vt capi. de quãtitate adnotauimus) eodem. n. modo dixiſſet ꝙ ſubſtãtia ⁊ relatio duo ſunt, quãuis non ſunt duę res diſtinctę, ſed duo prędicamenta formaliter diſtincta. vt. q. 1. de quãtitate expoſuimus. ¶ Si vero dicatur oĩa eſſe tm̃ accidens, iſtud eſt impoſſibile: q2 nullũ accidens eſt ſua ꝑte natura ſeparabile a ſubſtantia. Accidens enim eſt: quod ſubſtãtię accidit, ⁊ de illa denominatiue prędicatur. Vnde ſpecialiter in text. 15. dirigit rõnẽ aduerſus Meliſſum ſub hac forma. Omne infinitũ eſt quantum, nam infinitum eſt quod eſt in infinitum diuiſibile (infinitum inquã ex parte materię, vt iſti loquebantur: nã infiniti ſm̃ eſſentiã, qualis eſt Deus, non eſt hęc diffinitio) ſed ſm̃ Meliſſum, illud qđ oĩa ſunt, eſt infinitũ: ergo eſt quantum. Rurſus nihil eſt quantũ: niſi per quantitatẽ, ſiue em̃ ſubſtantia, ſiue qualitas, ſiue actio, vel quęcunq; res alterius prędicamenti eſt quãta, hoc habet a quantitate: ergo ſm̃ Meliſſum neceſſe eſt ꝙ ſint ſubſtantia ⁊ quantitas: atq; adeo repetendo concludit Ariſt. ea quę ſunt. i. entia, nõ vnũ, ſed duo eſſe. i. duo rerũ genera. ¶ Sed ſi detur tertiũ membrũ. ſ. ꝙ ſit ſubſtantia ſola ſine accidente, tunc ſequit̃ ꝙ illa non eſt quanta, ⁊ per cõſequens nec erit finita, vt ait Parmeni. nec infinita, vt ait Meliſſ. Potuiſſet pariter inferre, ꝙ nec eſſet qualis, ꝙ eſt cõtra experientiam, ſed maluit inferre ad hoĩem, qđ non eſt quanta: cuius contrarium ipſi inuiti confiteri tenentur.

Amplius, quoniã & ipſum vnũ multipliciter dicitur, quemadmodũ & ꝙ eſt: conſiderandum eſt quomodo dicunt vnũ eſſe omne. dicitur em̃ vnũ aut continuũ, aut indiuiſibile, aut quorũ ratio eadem, & vna eſt ipſius quod quid erat eſſe. quemadmodum merum, & vinũ. Textus. xvj.

¶ In tex. hoc. 16. ⁊ tribus ſubſequẽtibus proſequitur ſecundũ argm̃ ſumptum a rõne vnius. Vt em̃ ens, ita ⁊ vnum, quod cum ente conuertitur, multipliciter dicitur. Aut enim aliqua ſunt vnum continuum, ceu partes hominis ſunt vnũ continuum: aut vnum indiuiſibile: aut vnum rõne. i. ſpecie, vt expoſitum ſupra reliquimus. Non addit vnitatem analogię: q2 illo modo, vti ſupra dicebamus, nõ eſt inconueniẽs omnia eſſe vnum. Neq; addit vnitatẽ generis: q2 ſupra iã arguerat nõ eſſe oĩa vnũ gñre. Vnũ ſpecie appellat ea quorũ eadẽ eſt rõ. i. diffinitio quiditatiua. Velut merũ ⁊ vinũ. Alij textus habent, vappa ⁊ vinum, ſed idem eſt. Vappa enim eſt quoddam vinum certę qualitatis. Intelligit enim ponere exemplũ in nominibus ſynonymis, quę ſolum voce differẽtia, eandẽ rem ſignificãt. vt veſtis ⁊ tunica.

⁊ tunica. Et in hoc mẽbro punctim tangitur sensus opinionis istorum. Intelligebant enim omnia esse eiusdem rationis: ceu tunica ⁊ vestis, vt homo ⁊ equus ⁊ lapis ⁊c. solo nomine differrent. Tunc sic format argumentum. Aut omnia sunt vnum continuum, aut vnum indiuisibile, aut vnum ratione: nullum istorum: ergo. In singulis textibus tractat singula membra minoris propositionis.

Textus. xvij. Si igitur continuũ est: multa est id qđ est. in infinitũ. n. diuisibile est cõtinuũ.

Questionis tertie materiæ. ¶Habet autem dubitationẽ de parte & toto. fortassis autem nihil ad orationẽ: sed ipsam secundũ seipsam, vtrũ vnum an plura sint pars & totũ? Et q̃uo vnum, aut plura? & si plura, quomodo plura? Et de partibus nõ continuis: eadẽ est ratio. Et si toti vnum, vtraq; est velut indiuisibile: quoniam & ipse sibi ipsis.

¶In tex. 17. probat ꝙ omnia que sunt in mũdo nõ sunt vnum continuum: q̃ si est continuum, partes habet: (est. n. continuum diuisibile in semper diuisibilia) ꝙ si partes habet, iam totũ ⁊ pars sunt duo: q̃ Petrus non est caput: ⁊ eadem ratione vniuersum non est lignum, qđ est pars vniuersi, ⁊ per ꝯñs non tñ est vnum. Non est hec ratio intelligẽda ac si Parme. ⁊ Meliss. ꝯtrium dicerent, puta omnia esse vnum continuum, non. n. erant adeo ceci, sꝫ quia dixerant omnia esse vnum, intendit omnes modos vnius impugnare: ita. n. per oẽs numeros solet philosophos redarguere. ¶Est verũtñ subobscura ratio hec Arist. ⁊ quã interserit dubitationẽ, facit eã obscuriorẽ. Ait. n. de toto ⁊ parte dubitationẽ eẽ, an sint idẽ. Non quidẽ ꝙ hec dubitatio (inquit) ad rẽ presentem pertineat: sꝫ q̃ per se res est dubia. Ac si dicat ꝙ isti non asserebant oĩa esse vnum continuum, ⁊ ideo redarguere illos ꝙ totum ⁊ pars sunt duo, non est ad rem. Vel forte argumentum hoc militat etiam contra illos. Non ꝙ ponerẽt omnia esse vnum continuum: sed alia ratione vt paulo post tex. 21. explicabimus. Sed dicitur non esse ad orationem. s. presentem, vt ait Simplicius q̃ est problema dialecticũ: qđ physicis nõ erat interserẽdum. Est ergo dubiũ per se an totũ ⁊ pars sint vnũ, ⁊ quomodo sint vnũ, aut quomõ plura. Nã si pars (inquit) est idẽ toti, sequitur ꝙ partes inter se sunt idẽ, vt si caput est idẽ petro, ⁊ pes est idẽ petro, sequit̃ ꝙ caput est pes. Quecunq;. n. sunt eadem vni tertio, sunt eadẽ inter se. ¶Sꝫ ad euidẽtiã huius litere notandũ est ꝙ Aris. nunquã hic cogitauit disputare an p̃tes simul sumpte sint totũ (in quo vel ego, vel multi qui oppositũ sentiũt, grauiter decipimur) sed solum an totũ ⁊ singule partes seorsum sint vnũ. s. vtrũ Petrus ⁊ caput sint vnũ. ¶Sꝫ ais quomodo hoc in dubiũ poterat cadere? si em̃ Petrus ⁊ caput essent vnũ, Petrus esset caput, quod nemo sane mẽtis cogitare vnquam potuit. Respõdetur ꝙ qui non sunt versati in Arist. fallũtur hoc argumẽto. Etem̃ apud antiquos, imo in vera significatione nominũ. a. ⁊. b. esse vnũ, non semper requirit ꝙ. a. sit. b. ceu Petrꝰ est homo ⁊ ẽ animal: satis enim est ꝙ. b. nõ habeat vnitatem distinctã ab. a. ⁊ ideo Petrus ⁊ caput sunt vnum, q̃ cũ caput sit ei actu vnitũ, non hꝫ distinctã vnitatẽ. Quapropter Petrus ⁊ caput sunt vnũ actu, ⁊ duo in potentia.

Totum et partes.

Quare licet caput non sit Petrus, est tamen actu vnum cum Petro. Et ideo ait Arist. dubium esse quomodo totũ ⁊ pars sint vnũ, ⁊ q̃uo plura. Quasi dicat: aliter sunt vnũ, ⁊ aliter plura. Unde q̃ non cõcedit̃ simpliciter ꝙ pars est idẽ toti. i. ꝙ pars est totũ, nõ vꝫ illud sophisma, Caput est vnũ Petro, ⁊ pes ẽ vnũ eidẽ Petro: ergo caput ⁊ pes sunt vnũ inter se. ⁊ ita intelligẽdꝰ ẽ hic S. Tho. vbi ait, ꝙ si ambe partes ponãtur esse simpliciter idẽ toti, erũt idẽ ad inuicem: nõ enim intelligit collectiue, ꝙ si omnes partes simul sumpte sunt totũ ⁊c. vt aliqui putant: dicentes proinde secundum S. Tho. ꝙ partes simul sumpte non sunt totũ (quod tñ S. Th. nõ somniauit) sed solum dixit ꝙ si diuisiue ambe p̃tes idest quelibet medietas est idem toti, vna esset altera. Colligitur ergo ꝙ quelibet pars ẽ vnũ toti, imo due medietates sunt vnũ totũ: sed nihilominus q̃libet pars est alia a toto, q̃ nõ predicatur de toto in recto. Unde Cõmẽtator, ⁊ Philoponꝰ, ⁊ Themist. ⁊ Simpliciꝰ expresse aiũt nõ valere hoc sophisma. Quelibet pars est alia a toto, ergo oẽs simul sunt aliud a toto: imo omnes simul partes (inquiũt) sunt totũ. Eo hanc literam tot verbis tractauimus, q̃ de hoc facimus questionem tertiã, qua ostẽdimus totũ nõ distingui a partibus simul sumptis, cuius contrariũ multi putant Arist. sensisse. ¶Restat tñ scrupulus in litera vbi habetur ꝙ eadẽ ẽ rõ de partibus nõ cõtinuis. Uidetur enim, ꝙ in aceruo lapidum verum nõ sit ꝙ lapis ⁊ acerûꝰ sint vnũ: siquidem vnusquilibet lapis habet distinctam vnitatẽ. ¶Ad quod tamẽ respõdetur, ꝙ intelligitur de partibus non continuis, facientibus tñ vnũ artificiũ, ceu sunt partes domus, quelꝫ singule in genere entis habeãt vnitates distinctas: ⁊ per cõsequẽs sint actu plures substãtie, tamẽ quia faciũt vnã domũ, que dicit vnã formã, illa ratione quelibet pars domus est vnũ toti domui: nam in genere qualitatis forma p̃tis nõ est p̃ se vna, sꝫ faciẽs vnã formã totiꝰ.

At verò si velut indiuisibile, nullum erit quãtũ, neq; quale. Neq; itaq; infinitũ est, id quod est: sicut Melissus dicit. neq; finitũ: sicut Parmenides. Terminꝰ, enim indiuisibilis est, neq; finitus est. Textus. xviij.

¶In tex. 18. tractat secundam partẽ minoris subsumpte in principali argumẽto, videlicet ꝙ non omnia sunt vnũ indiuisibile. Nam tũc (inquit) sequeretur ꝙ illud vnũ nec esset finitum, vt ait Parme. nec infinitũ: vt ait Melissus. Quod si quis arguat tã Deum quã angelum esse indiuisibiles: ⁊ tamen Deus est infinitus, ⁊ angelus finitus. Respõdetur ꝙ isti loquebãtur de finito ⁊ infinito ex parte materie: quia ponebãt omnia esse vnũ principium materiale: ⁊ hoc modo nihil est finitũ, aut infinitum, nisi ratione quantitatis: Deus autẽ est infinite essentie, ⁊ angelus finite. Quare punctum [quod hic Aristo. vocat terminum] proprie nec est finitũ, nec infinitũ nisi negatiue: quia, cũ nõ extẽdit̃, nõ finit̃.

At verò si oĩa quæ sunt, ratione vnũ sunt, vt indumentum & tunica: Heracliti orationẽ cõtingit ipsos dicere. Idem enim erit esse & bono & malo: & nõ bono & bono. quare idẽ erit, bonum, & nõ bonũ, & homo & equus. & nõ, de eo ꝙ Textus. xix. Text. v.

vnum

vnũ sunt quæ sunt, ratio erit: sed đ eo ꝙ nihil sunt. & tali esse & tanto: idem.

¶ In tex.19. prosequit̃ tertiũ mẽbrũ directe cõtra istorũ opinionẽ, videlicet ꝙ nõ oĩa sunt vnũ rõne. Et argumẽtũ est hoc. Si oĩa q̃ sunt in mũdo, essent eiusdẽ rõnis ⁊ diffinitionis, ceu tunica ⁊ indumẽtũ sequeretur opinio illa absurda Heracliti, ꝙ eadem esset ratio boni ⁊ mali, ⁊ quia malũ includit nõ bonũ, eadẽ etiã esset ratio boni, ⁊ non boni, ⁊ sic eadẽ esset rõ duoꝝ ꝯtradictorioꝝ. Et secũdo seq̃ret̃, ꝙ eadẽ esset ratio ⁊ diffinitio hoĩs ⁊ equi: q̃ hõ ⁊ equ⁹ secũdũ illos nõ differũt magis ꝙ̃ tunica ⁊ indumẽtũ. Et tertio cũ eorũ quę sunt eiusdẽ rationis, vnũ prędicatur de alio (queãdmodũ tunica est indumẽtũ) sequeret̃, ꝙ albũ esset nõ albũ, ⁊ hõ esset equus: ⁊ pari ratione sequeretur, ꝙ ens esset nõ ens ⁊ nihil, ⁊ ꝙ vnũ esset plura. Et tũc cõtra illos sequeret̃ ꝙ sicut oĩa sunt ens, ita oĩa sunt nihil: ⁊ sicut oĩa sunt vnũ, ita oĩa sunt plura. Et .4. etiã sequeret̃ (inquit) ꝙ tali esse ⁊ tãto, idẽ esset. i. ꝙ eadẽ esset ratio prędicamẽti qualitatis ⁊ quãtitatis: ⁊ ꝑ cõsequẽs quãtitas esset qualitas: ꝙ est oĩa prędicamẽta permiscere. ¶ Notãdũ est hic ꝙ Heraclitus, q̃ dicebat oĩa esse in cõtinuo motu ⁊ fluxu, vt patet .4. meta. tex.22. ⁊ id ꝙ fit partim est tale, ⁊ partim non tale (ꝙ enim calefit, partim est calidũ, ⁊ partim nõ calidũ, sed quodã modo frigidũ) asserebat subinde (vt patet eo. lib. tex.23.) idẽ esse calidũ ⁊ frigidũ, bonũ ⁊ malum: imo dicebat simpliciter idẽ esse ⁊ nõ esse: q̃ res q̃cũq; momẽto est corrũpi ⁊ generari. Quę tñ ait Aris. 4. meta. tex. 9. ⁊ 1. post. 25. solo id verbo dicere, nõ tamẽ corde credere. Similia absurda inferũtur si oĩa entia sunt eiusdẽ rationis, vt isti dicebãt. Et sunt notanda quatuor mẽbra quę Aristo. infert contra illos. Primo ꝙ cõtrariũ verificaretur de suo cõtrario, ⁊ contradictoriũ verficaret̃ de suo cõtrario, cõtradictoriũ de cõtradictorio: ⁊ secũdũ, ꝙ vna species verficaretur de alia, vt equus de homine. Tertiũ quod nõ ens ⁊ nihil, verificarẽtur de ente: ⁊ quartũ denique, quod vnũ generalissimũ verificaretur de alio, vt quantitas de qualitate. Heraclit⁹.

Textus. xx. Cõturbabantur autẽ & posteriores, queãdmodum & antiqui: ne forte accidat ipsis, idem simul vnũ esse & multa. Quapropter & alij quidẽ ipsum est auferebãt, queãdmodum Lycophron, alij autem mutabant dictionem. quoniã homo, nõ albus est, sed albatur. neque ambulans est: sed ambulat. vt ne ipsum est adijcientes, multa faciant esse vnum, tãquam singulariter dicto, vno, aut ente.

¶ Varius est inter expositores sensus huius text. vigesimi: existimo tamẽ sic habere. Causa deceptionis Parmenidis ⁊ Melissi, vt ait Aris. 1. meta. tex. 4. fuit, quia nesciebãt distinguere inter vnum ⁊ plura. Et ideo cum videbant omnia quę sunt, cõuenire ratione entis, nõ aduertebãt sub illa vna rõne posse inuicem differre alijs rationibus specificis inferioribus. Sunt nãque omnia animalia eiusdem rationis genericę, sub qua tamẽ sunt species plurimę. Itaq; deberẽt cõcedere ꝙ vniuersum põt esse vna rõne vnũ, ⁊ alia rõne plura. Ob idq; iã ante Aristotelẽ coeptũ erat ab alijs aduersus eos disputari, ꝙ poterat esse aliquod ens, ⁊ vnũ, ⁊ plura, diuersis rationibus. Et potissimũ id demõstrabãt in vno supposito. Est. n. petrus. v. g. philosophus, albus, magn⁹ ⁊ sic de alijs accidẽtibus: quę quidẽ omnia sunt vnũ supposito: quia illa accidẽtia nõ habẽt vnitates seorsum, pręter illã quã habẽt in petro: ⁊ tamẽ substãtia ⁊ qualitas, ⁊ quãtitas sunt plura, nõ solũ specie, sed genere. Posterioris ergo discipuli Parmenid. ⁊ Melissi mordic⁹ sustinẽtes vnũ ⁊ plura adeo esse opposita, vt ꝙ est aliqua rõne vnũ, neutiꝙ̃ sit plura, sucurrebãt huic argumẽto negãtes ꝙ in petro sint plura accidẽtia, quę rõne distinguant̃, sed sola substãtia. Et quia verbũ, est, videtur facere distinctionẽ inter subiectũ ⁊ prędicatũ, ⁊ denotare existẽtiã prędicati, admittebãt quidẽ, est, secũdũ adiacẽs dictũ de substantia. s. petrus est, nõ tñ tertiũ adiacẽs. s. petrus est albus, aut est philosophus ⁊c. sed sine verbo affirmabãt, petr⁹ albus, petrus philosophus ⁊c. Alij videntes nõ esse enũciationẽ sine verbo, vtebant̃ verbis adiectiuis. s. petr⁹ albat̃, philosophatur ⁊c. putãtes hoc mõ sustinere, quod petr⁹ ⁊ alia accidẽtia nõ sunt aliquo mõ plures res, tanꝙ̃ ens ⁊ vnũ singularit̃. i. vno tãtũ modo dicat̃.

Sed multa sunt, quę sunt: aut ratione, vt aliud est albo esse & musico (idem vero, vtraque multa itaque vnũ) aut diuisione, queãdmodũ totũ, & partes. Hic autem iam dubitabant: & cõfitebantur vnum multa esse: tanquam non contingeret, idem, vnum & multa esse, non autem opposita? est enim vnum & potentia, & actu. Hoc igitur modo dicẽtibus, impossibile videtur quæ sunt, vnũ esse. Textus. xxj.

¶ In textu deniq; 21. ⁊ vltimo huius capitis: patefacit Aris. istoꝝ ignorãtiã, manifestãs q; idẽ est vnũ ⁊ plura, diuersis rõnibus. Et q̃ ĩ eodẽ supposito id ostẽdit̃ dupliciter: primo, vt mõ dicebamus, q̃ in vno supposito sunt multa differẽtia rõne: ⁊ secũdo: q̃ vnũ continuũ est plura in potẽtia, cũ possit ĩ plures partes diuidi: ait primo ꝙ aliud est albo esse, ⁊ musico. i. albedo ⁊ musica, licet sint vnũ supposito, specie tamẽ differũt. Et ideo [vtraque (inquit) idẽ] s. sunt: ⁊ ꝑ cõsequẽs [multa, vnũ]. i. ea quę sunt multa specie, sunt vnũ supposito. Itẽ vnũ cõtinuũ qđ est vnũ in actu, diuisione est plura in potẽtia. ¶ Subdit autẽ Aris. qđ quãuis primum modum sophysticę illi cauillabant, auferentes verbũ: tamen secundum modũ nõ poterant. Et ideo illic titubare ⁊ hęrere coeperunt, quasi inuiti confitentes vnum esse multa. i. vnum cõtinuum esse plures partes. Et inđ coepit iam labefactari opinio Parme. qui ita putabat vniuersum esse vnum in ratione entis, vt nullo mõ esset plura genere aut specie. Coeperunt. n. tunc videre posteriores, quod sicut vnum cõtinuũ est vnum actu ⁊ plura potẽtia: ita omnia quę sunt, sunt vnũ in ratione entis, ⁊ nihilominus plura sub diuersis rationibus genericis ⁊ specificis. Ait ergo Aris. quod merito isti confitebant̃ vnũ multa esse [tanquam non contingeret, inquit, idem vnum ⁊ multa esse, non autem opposita. Est. n. vnum potentia ⁊ actu] Interroganter legẽda est hęc negatio. Ac si affirmet. Contingit idem esse vnum ⁊ multa, non quidem opposita: quia vnum ⁊ multa secundũ candem rationem opponũtur, vt habetur. 5. meta.

B text.

text.15.nõ tamẽ diuersis rationibus, vt vnũ actu, & plura potẽtia, non opponũtur. ¶ Ex quibus deniq; concludit, quod hoc modo dicentibus.i. considerãtibus quod id qđ est vno modo vnum, põt alio mõ esse plura: statim videbitur impossibile quod isti dicebãt.s.omnia esse vnũ. Hic tandẽ adnotãdũ est primo quod nõ adducitur argumẽtũ, ꝙ totũ & partes sint vnũ & plura, propterea quod isti crederent vniuersum esse vnũ cõtinuum (qđ multos hacten⁹ decepit) sed quia decipiebãtur credẽtes ea quę sunt vnũ in ratione entis, nõ posse esse plura spẽ vel genere cui⁹ contrarium a simili ostenditur in toto & partibus. ¶ Secundo id presertim adnotandum est hic, quẽadmodũ Arist. concedit vnũ cõtinuum esse plura: & per cõsequẽs totũ esse suas partes, vt.q.3. latius disputamus. Sequitur tamẽ prius caput tertiũ, vt disputatio contra non naturaliter loquẽtes terminetur.

## QVO RESPONDETVR RAtionibus Parmeni. & Melissi CAP. III.

Textus. xxij. Ea ex quibus ondũt, soluere nõ difficile est: vterq; em̃ cõtentiose syllogizat, & Melissus, & Parmenides. Nã & falsa accipiũt, & nõ syllogizantes sunt. Est autem Melisi magis onerosa ratio, & non habens dubitationem. sed vno inconuenienti admisso, alia contingunt. hoc autem nihil difficile est.

¶ Postquã in superiori cap. Arist. cõfutauit opiniones istorũ nõ naturaliter loquẽtiũ, in hoc tertio (ꝙ per decẽ textus distribuitur) respõdet rationib⁹ & fundamẽtis eorũ. In primo ergo statim textu, qui est vigesimus secũdus in ordine, ait ꝙ nõ est difficile soluere ea, ex quibus ostẽdũt.i. ea argumẽta quibus nitũtur demõstrare suas opiniões: vterq; em̃ tã Melissus ꝙ Parmenides cõtẽtiose syllogizat: nã & falsa accipiũt, peccantes in materia: & nõ syllogizãtes sunt, peccãtes in forma. Cõtẽtiosus.n. syllogism⁹: vt habetur.1.elẽcho.ca.2. qui apparet syllogizare, nõ tamẽ syllogizat. tametsi Melissi ratio magis sit onerosa: quia multis modis absq; vlla ꝓbabilitate peccat: vno em̃ incõueniẽti dato, plura sequuntur, & ideo nulla est difficultas eius rationẽ elidere.

Textus. xxiij. Quod igitur paralogizat Melissus, manifestũ est: opinatur enim accipere, si ꝙ factũ est, omne habet pricipiũ: quod, & id quod non factũ est, nõ habet. Postea & hoc incõueniẽs: omnis esse principiũ rei, & non temporis, & generationis nõ simplicis, sed alterationis, tanquam nõ momentaneę facta mutatione.

Melissus. ¶ In hoc text.23. & sequenti respõdet Melisso. Ratio nanq; Melissi qua probat oĩa esse vnum, idemq; infinitũ atq; immobile, erat hęc. Quicquid est factũ habet principiũ: ergo qcqd nõ est factũ, nõ habet principium: sed ens nõ est factũ: ergo nõ habet principiũ. Rursus qđ nõ habet principiũ, eadẽ ratione nec hȝ finẽ: quod autẽ nõ habet principium nec finẽ, est infinitũ: ergo ens est infinitũ. Deinde. Omne infinitũ est immobile (quia infinitũ replet oẽm locũ, & qđ mouet̃ acqrit locũ in quo antea nõ erat) ſȝ ens est infinitũ: ergo est immobile. Postremo. Infinitũ esse nõ põt, nisi vnum q: extra infinitũ nõ restat locus vbi sit aliud: est autẽ ens infinitum: est ergo vnũ. ¶ Primum qđ Arist. vr̃ hic debuisse negare, erat minor illa subsumpta, qđ ens nõ est factũ: cum oĩa entia sublunaria quotidie fiãt & corrumpãtur. Attamẽ quia, vt text.13. dictũ est, nomine entis isti intelligũt vniuersum, qđ sm̃ Arist. est ꝑpetuũ, tanq̃ notã admittit illã minorẽ. Quin etiã [vt in subsequentibus demõstrabitur] singularia nõ fiũt sub ratiõe entis, sed sub rationibus particularibus hominis, ligni &c. Cũ enim nihil fiat nisi ex suo contrario, vt ignis ex nõ igne, puta ex ligno: & hõ ex nõ homine. i. ex semine, si ens fieret, deberet fieri ex nõ ente, puta ex nihilo per creationẽ quã philosophi naturales nõ cognouerũt. Sed de hoc inferius. ¶ Admisso ergo qđ ens non est factũ. Quatuor sunt in hac rõne peccata: quorum duo redarguit Arist. in hoc textu, & duo in sequẽti. Primo nãque peccat in forma primę cõsequẽtię. Non enim sequitur. Si id quod factũ est, habet principium, id quod nõ est factum nõ habere principiũ. Est.n. ac si arguas. quicquid est homo est animal: ergo quicquid nõ est homo, non est animal. Aut si argueretur cõditionaliter ex opposito antecedentis ad oppositũ cõsequẽtis. Sequitur nãq;. Si hoc est hõ, est aĩal: ergo si nõ est animal, nõ est hõ: nõ tamẽ sequitur. Si hoc est hõ, est aĩal, ergo si nõ est homo, non est animal, liceret ergo arguere ex opposito cõsequẽtis ad oppositum antecedentis, si hoc est factum, habet principiũ: ergo si nõ habet principiũ, nõ est factũ: nõ tamẽ ex opposito antecedẽtis ad oppositũ cõsequẽtis, si hoc est factũ habet principiũ. ergo si non est factũ, nõ habet principium. ¶ Secũdo ibi [postea] ostẽditur qđ Melissus pręter malam cõsequẽtiã laborat etiã ĩ ęquiuoco đ ly, principiũ. Principiũ nãq; (quãtũ attinet ad propositum) accipit̃ tripliciter: aut ꝓ principio tẽporis, aut ꝓ principio magnitudinis, & quãtitatis finitę: & tertio ꝓ principio generationis [nõ quidẽ inquit simplicis, sed alterationis.] Quod ideo adiecit: quia si accipiatur generatio proprie pro introductiõe formę substãtialis, nõ habet proprie principium, quia est momẽtanea: alteratio vero: q: est per motum: habet principium. Quãdo ergo Melissus arguebat, id qđ est factum, habere principium, & qđ nõ est factum, carere principio, verum habebat de principio tẽporis, & de principio generationis: quãdo vero postea infert, id quod nõ habet principium & finẽ, esse infinitũ, solũ est verũ de principio magnitudinis. Stat autẽ id qđ nõ habet principiũ tẽporis nec generationis, habere nihilomin⁹ principiũ magnitudinis & sic nõ esse infinitũ: vt patet de cęlo & de vniuerso secũdũ Arist. Et hoc est quod ait [& hoc incõueniẽs (.s. reputatũ est a Melisso) nẽpe qđ oĩs (.i. vniuersi) sit principiũ (puta magnitudinis (nõ tamẽ tẽporis & generationis &c.] Cũ de facto nõ sit incõueniẽs. s. quod vniuersi sit principium magnitudinis: licet nõ habeat principium temporis nec generationis. Atqui potuisset Arist. adijcere aliqua, quę secũdũ suã opinionẽ nõ sunt facta, habere nihilomin⁹ etiã principium a quo dependent, vt sunt vniuersum, & intelligẽtię, quę scđm eũ sunt ꝑpetua, depẽdẽt nihilomin⁹ a deo.3. de cęl. tex.61. Sicuti ꝑpetuę veritates

Generatio non habet principiũ.

tates ceu,hō est risibilis, habēt nihilominꝰ princi
pia:vt hō est aīal rōnale,vt habet.8.huius.tex.68.

Textus. xxiiij.

Deinde propter quid est immobile,
si vnum est? sicut enim & pars vna cum
sit, hæc aqua, mouetur in seipsā: quare
nō & totū? Postea alteratio ꝑpter quid
nō erit. Atvero nec specie possibile est,
vnū esse: nisi eo ex quo. Sic aūt & Phy-
sicorū quidā dicunt vnū. illo em̄ modo
non. homo nanq; ab equo alterum est
specie & contraria abinuicem.

¶In tex.24.refutat alia duo. Tertiꝰ.n. error erat
inferre,si ens est vnū ꝛ infinitū,eē subinde immo-
bile. Nā aqua, q̄ est vna pars vniuersi,mouet̄ ī suo
loco naturali sine acqsitiōe noui loci[mare intelli-
git:ꝙ ī suo loco naturali fluit ꝛ refluit] ergo eadē
rōne nihil incōueniret ꝙ lꝫ vniuersum eēt vnū,nec
posset mutare locū: nihilominus mouet̄ ī suo loco
ſm ptes. Prēterea qn̄ localit̄ nō moueret̄,nihil ve
taret quominꝰ moueret̄ motu alteratiōis ſm suas
partes. Quartū deniq; pctm̄ Melis. erat cū infere
bat. Si ens est īfinitū,eēt subinde simpliciter vnū.
Nā poterat habere ptes spē differentes: sicut mō
lꝫ orbis esset infinitꝰ, cēnt nihilominꝰ multę spēs.
¶Sed ad intelligentiā literę,q̄ nimis est concissa,
notato ꝙ vniuersa corpora sunt eiusdē spēi ſm ma
teriā, vt inferius videbimus. Quicquid sit de cę-
lo:cuius materia,vt infra dicemus, est alteriꝰ spe-
ciei a materia horū inferiorum,secundū Aristote-
lem: lꝫ alij philosophi putauerint esse totam mate
riam vniuersi eiusdem speciei. Differūt tamē par
tes orbis specie secundū formas. Et hoc est qd ait
[nec spē possibile est vnum esse,nisi eo ex quo].i.nō
sunt oīa eiusdem speciei,nisi secūdum materiā, ex
qua fiunt:sic autem quidam philosophorum dicūt
vnum.s.eē omnia:illo.n.mō(.s.quo dicit Melissus)
non. Homo nāq; ab equo alterum quidā est,suntq;
duę species abinuicem contrarię.

Textus. xxv.

Et ad Parmenidē autē idem modus
rōnum est: & si aliqui alij sunt ꝑprij. Et
solutio est:partim quidem quia mēdax
est,partim aūt quia nō concludit: men-
dax quidem,quia quod est,accipit sim-
pliciter dici,cum multipliciter dicatur.
Nō cōcludit aūt:quia si sola alba capiā-
tur,significante vnū albo, nihilominus
multa alba sunt,& non vnum. nō enim
continuatione erit album vnū, neq; ra-
tione. Aliud em̄ erit esse albo, & susci-
pienti. & nō erit præter albū, aliquid se-
parabile. nō em̄ quatenus separabile est
sed esse alterum est albo, & ei cui inest.
Sed hoc Parmenides nondum videbat.

Parmenides.

¶Soluta rōne Melis. ꝓsequit̄ Arist. soluere rōnē
Parmenidis. Hoc tn̄ ꝑmittēdū est hic, ꝙ Parme.
diuersas cēsent nōnulli habuisse opiniōes de prin-
cipijs. Philoponus nāq; supra tex.6.dicit ꝙ ī illis
q̄ scripsit ſm alioꝝ opiniōes tenuit duo esse princi
pia,puta ignē ꝛ terrā:sꝫ ī alijs operibus ſm ꝓpriā
sniam tenuit oīa esse vnū. At vero aliter expsse re-
fert Arist.1.meta.c.5. vbi ait vtrāq; eē ꝓpriā opi-
nionē Parm. nēpe q̄ opinatꝰ est oīa eē vnū ſm rō-
nē,sed duo eē principia ſm sensum.s.ignē ꝛ terrā.
Qd est dicere. Quāq̄ oīa q̄ sunt ī mūdo sunt essen
tialiter eiusdē spēi, tn̄ qꝛ ad sensū experimur ignē
īter oīa eē maxime actiuū,appellauit cām efficien
tē,ignē:cām v̄o materialē,terrā. ¶Qd aūt oīa es-
sent vnū.i.eiusdē rōnis specificę, licet alia id rōne
ꝓbauerit.vt hr̄.1.de ge.tex.57.hoc tn̄ id potissimū
sibi persuadebat,vt hr̄.1.meta. Quicquid est p̄ter
ens,est nō ens: sꝫ non ens est nihil:ergo quicquid
est p̄ter ens, est nihil. Rursus ens ꝛ vnū cōuertun
tur:ergo quicquid est prēter vnū,est nihil:ꝛ ꝑ ꝯn̄s
oīa sunt vnū. Ait ergo Arist. hic q; ad Parme. idē
modꝰ est rn̄dendi,q̄ ad Meliss. qꝛ.s. in materia pec
cat,falsa assumēdo:ꝛ in forma, male inferēdo. Ta-
metsi alij sunt p̄terea peculiares modi rn̄dēdi Par
menidi:sane qꝛ differebat a Melisso,nō solū ī rōne,
sꝫ ī cōclusiōe:qꝛ nō ponebat ens,ꝙ est vniuersum,
esse infinitū,vt Melis. Cuiꝰ rōnē differę explicat Ari
sto.1.meta.c.5.qꝛ vꝫ Parme. ponebat oīa eē vnū
ſm formā.s.secūdū rōnē entis,ī qua cōueniūt oīa q̄
sunt ī mūdo, quā tn̄ ponebat esse finitā. Melis. v̄o
potiꝰ sequebat̄ rōnē materię: qꝛ vꝫ id ꝙ est factū
nō hꝫ principiū ꝛ ꝑ cōsequēs est infinitū, vt expositū est. ¶Qd rō Parm. ꝑmo assumit falsa ꝛ mēdax
est,ꝓbat Aris. qꝛ accipit ens simpliciter dici,cū tn̄
multipliciter dicat̄. Enimuero vt maior Parmeni
dis apparētiā hēat,accipiēdū est ens,vt significet
oīa entia mūdi,acsi significaret eadē rōne. Tūc em̄
apparētiā haberet dicere qd quicquid nō est ens,
est nō ens:sicuti quicquid nō est substātia, est non
substātia,ꝛ quicquid nō est hō,est non hō. Quanq̄
neq; tūc esset vera in sensu affirmatiuo: qꝛ nō ens
ꝓ nullo supponit. Sed tamē ad suum propositum
tantundem faciebat sensus negatiuus: qꝛ satis illi
erat si quicquid est prēter ens nihil est. Attamen
cū ens non vniuoce: sed analogice significet entia
(principaliter substantiam, ꝛ minus principaliter
accidētia)neq; illam apparētiam habet. Nam ens
simpliciter dictum supponit ꝓ substantia, ꝛ ideo
tm̄ valet illa maior,acsi dicat̄, Quicquid est prēter
substantiā est nō ens. Quę quidē est falsa: nā licet
accidēs nō sit ens simpliciter,vt habetur.7.meta.
tex.2.tn̄ nec simpliciter est nō ens neq; est nihil:qꝛ
est entis ens. ¶Prēterea Parme. peccat in forma
(qd appellabat Arist. nō cōcludere) vt em̄ cōsequē
tia formaliter cōcludat,dꝫ in oībus terminis eius-
dē formę vniuersaliter cōcludere,vt.5.li. Summu
larū expositū habemus:illa tn̄ cōsequētia nō valet,
si loco de ly,ens,vtamur hoc noīe,albū,qd vniuoce
significat alba diuisiue, sicut ens significat entia.
Tūc em̄ nō sequitur. Quicquid est prēter albū,est
nō albū:ergo oīa sunt vnū album:aut cōtinuatiōe.
i.tanquā vnum cōtinuū aut secundū rōnē:qꝛ aliud
est esse albo inquantū albo,ꝛ aliud suscipiēti.i.alia
est rō ꝛ diffō albedinis, ꝛ alia corporis, ꝙ est eius
subm̄. ¶Ad euidētiā huiꝰ rōnis notādū est ꝙ cum
Arist. ostēdisset primū peccasse Parmenidē in ęq-
uocatiōe entis, vt ostēderet peccare etiā ī forma,
accipit terminū vniuocum ī quo nō cōmitteretur
primꝰ error. Et hoc est ꝙ ait(albo vnū significāte].
s.vniuoce,ꝛ prēterea vnū diuisiue: ad tollendū aliā
ęquiuocationē entis. ꝙ accipit̄ etiā pro vniuerso:
in quo maxime sensu habet apparentiā, qd quic-
quid est prēter ens,est nō ens. Et p̄terea vt maior
affirmatiua esset vera.s.quicqd est prēter albū, est
non albū:qualis non erat illa, quicquid est prēter
ens est non ens. Accepit autē nomen cōnotatiuū

Parme. finitū. Mel. infinitum.

vt in vno exẽplo patefaceret qḋ Parme. nec concludit oĩa esse vnum cõnotatiuũ, neqꝫ vnum rõne, vt statim videbiť. Sẽsus ergo Arist. est facere hãc cõsequentiã. Quicquid est p̃ter albũ, est nõ albũ, ꝛ quicquid est album est vnũ albũ: ergo quicquid est p̃ter vnũ albũ, est nõ albũ. Vñ vr̃ cõsequi nõ eẽ nisi vnicũ albũ. In q̃ maxime apparet isufficiẽtia prioris cõsequẽtię. Nã si ly, vnũ accipiať diuisiue, vt cõuertiť cũ ente, bõa est cõsequẽtia, ꝛ cõclusio est vera: quippe cui⁹ sensus ẽ ꝙ illud ꝙ nõ est vnũ albũ, non est albũ singulariter: sꝫ tñ inde nõ sequiť ꝙ oĩa alba collectiue sint vnũ albũ. Si tamẽ ly, vnũ, accipiať collectiue, vt facit sensum exclusiuũ gr̃a pluralitatis, quẽadmodũ in expõibilib⁹ dictũ est, tũc cõsequẽtia nõ vꝫ. Est. n. acsi argueret, oẽ albũ est vnũ albũ: ergo tm̃ vnũ sunt alba. i. vnũ albũ ꝛ nõ plura. Et eodẽ mõ peccat cõsequẽtia Parme. Cõcedim⁹ em̃ ꝙ quicquid est p̃ter ens est nõ ens: saltẽ negatiue. i. nihil est. Et cũ subsumiť oẽ ens est vnũ, cõcediť, si accipiať vtrũqꝫ diuisiue. i. ꝓ singulis entib⁹: sed negať ꝯña qñ inferť: ergo oĩa sunt vnũ. Est nãque acsi argueretur. Oẽ ens est vnũ: ergo tm̃ vnũ sunt entia. i. vnũ ꝛ nõ plura. Et iõ rõ Parme. nõ cõcludit ꝙ oĩa sunt vnũ continuatiõe. i. vnũ cõtinuũ.

¶ Qḋ aũt nõ cõcludat oĩa eẽ vnũ rõne, ꝓbat Aris. Et vt euidẽtior sit rõ, cõcedam⁹ Parme. gr̃a disputatiõis nõ eẽ in mũdo aliud ẽs, quã vnũ albũ. Tũc adhuc nõ seq̃tur. Quicq̃d ẽ p̃ter vnũ albũ, nihil ẽ: ergo oĩa sunt vnũ rõne. Qꝛ aliḋ inq̃t est eẽ albo in quãtũ albo, ꝛ aliud suscipienti. i. alia erit rõ albedinis, ꝛ alia corpis subiecti: ꝙuis albedo non sit p̃ter corp⁹. i. nõ sit a corpe sepabilis (loq̃tur ĩ lumine naturali) nõ em̃ (inquit) qꝛ sepabilis, aliud ẽ: sꝫ qꝛ alia est definitio albedinis ꝛ alia corpis. [Hoc aũt Parmenides nondũ videbat] vꝫ ꝙ id quod est vnum subiecto, sit plura secundũ ratiõem ꝛ definitionẽ.

Textus. xxvj.

Necesse est igiť accipere iis q̃ dicũt ꝙ est vnũ esse: nõ solũ vnũ significare qđ est de quo vtiq; p̃dicetur, sed & qđ verè est, & quod verè vnũ est. Accidens em̃ de subiecto quodã dr̃: quare cui accidit qđ est, nõ erit: alterũ em̃ est ab eo quod est. erit itaq; aliquid: qđ nõ est. nõ itaq; erit alij inexistens: quod verè est. nõ em̃ erit enti ipsi, esse: nisi multa, qđ est, significet, sic vt sit aliquid, vnũquodque sed supponitur quod est: significare vnum.

¶ Postꝙ Aris. mõstrauit cõsequẽtiã Parme. nõ esse formalẽ, ꝓsequitur ostẽdere ꝙ neqꝫ ĩ suis terminis materialiter cõcludit. Et in hoc tex. ꝛ sequenti ostẽdit ꝙ nõ cõcludit oĩa eẽ vnũ, trib⁹ rõnibus. At qꝛ litera hęc aspera ẽ ꝛ cõscissa: notãdũ est, ꝙ istud cõplexũ, ꝙ est, tm̃ vꝫ apud Arist. quãtũ ens, gñaliter dictũ, vt p̃dicatur ď substãtia, ꝛ quodãmõ de accidẽtibus. Sꝫ cũ ait, ꝙ vere est, ĩtelligit ens simpliciter: vt solũ dr̃ de substãtia, q̃ simpliciter ẽ ens: nã simpliciter eẽ, idẽ est ꝙ subsistere. Intẽdit ergo Aris. hãc primã rõnẽ. Qñ Parme. dicit, q̃cq̃d est pręter ens, ẽ nõ ens, aut accipitur ens a ꝑte subiecti ꝓ solo accidẽte, aut ꝓ sola substãtia, aut indifferenter ꝓ vtroqꝫ: nõ põt accipi ꝓ solo accidẽte, nec ꝓ sola substãtia: ergo accipitur ĩdifferẽter ꝓ vtroqꝫ, ꝛ ꝑ ꝯñs qñ cõcludit oĩa esse vnũ ens, ly ens, ĩcludit plura s̃m rõnẽ, puta substãtiã ꝛ accidẽs. ¶ In hoc textu ꝓbat primã ꝑtẽ minoris. s. ꝙ nõ accipiať hic ens ꝓ solo accidẽti: duplici rõnẽ. Primo qꝛ cũ substãtia sit id ꝙ vere est. i. ꝓprie ens, accidẽs vero solũ est id de quo ens quodãmõ p̃dicatur. s. s̃m quid, nõ obẽt isti accipere, vnũ, vt significet ꝙ est. i. ens, de quo vtiqꝫ (. i. quodãmõ) p̃dicatur, puta accidẽs: sed vt significet id ꝙ vere est. s. substãtiã, ꝛ ꝙ vere vnũ est: nã ens ꝛ vnũ cõuertunť. ¶ Secundo ꝓbať idẽ. Si ens a parte subiecti accipiať solũ ꝓ accidẽti, cũ accidẽs sit id ꝙ dr̃ de subiecto, sequiť ꝙ id cui accidit, qḋ est. i. subiectũ cui cõuenit accidẽs, quod est ens, esset non ens: nã si solum accidẽs est ens, ꝛ quicquid est p̃ter ens, est non ens. sequiť quod substãtia nõ erit. i. erit nõ ens ꝛ nihil: qꝛ substantia est alterũ ab eo ꝙ est. i. ab accidẽte, quod est ens [erit itaqꝫ aliquid quod nõ est]. i. tunc nõ ens, puta substantia, erit ens. s. albũ. Albedo. n. q̃ tunc solũ esset ens, pręedicareť in cõcreto de substãtia, q̃ esset non ens: ꝛ sic vnũ contradictorium pręedicareť de alio, quod est absurdũ. Et p̃terea sequereť, quod id qḋ est. s. accidens, nulli inexisteret, ꝛ cum esse accidentis nõ sit nisi inexistere, sequeretur quod accidens simpliciter nõ esset. Vnde sequeretur alia ꝯdictio, nempe quod id quod est. i. ens, nõ haberet esse. Sequitur ergo (inquit) quod nisi id qḋ est. i. ens, multa significet, puta ꝛ substantiã ꝛ accidens, nõ põt ens, ꝙ est accidens, habere esse. Isti autem dicunt quod ens nõ significat nisi vnum: ergo nullatenus possunt dicere quod illud vnum sit accidens.

Textus. xxvij. QVOD verè est &c.

Si igitur QVOD verè est, nulli accidit, sed illi aliquid: magis qđ vere est, significat ꝙ est, quã ꝙ non est. Si em̃ erit, qđ verè est idem & album: albo aũt esse nõ est qđ verè est (neq;. n. accidere ipsi possibile est ꝙ est: nihil em̃ ꝙ est, est: ꝙ nõ verè sit) nõ ergo qđ est: albũ est. non sic aũt, vt aliquid nõ sit, sed omnino nõ sit, erit, qđ verè itaq; est, non est, verum enim est dicere: ꝙ verè est albũ esse. hoc aũt: nõ ꝙ est significabat. quare & si album significat & quod verè est: multa ergo significat, quod est.

Meli⁹ Argyropilus vertit hũc locum.

¶ In hoc tex. 27. probat secũdam partem eiusdem minoris. s. quod ly ens, non significat illic solã substantiam, eadem ratione. Et resumit prius conclusionem superioris rationis. Si igitur inquit quod vere est. i. substantia, quę simpliciter est ens, nulli accidit, sed alia accidũt illi, sequitur quod cum dicitur, quicquid est pręter ens, est non ens, id quod vere est. i. substãtia, magis significetur per ly ens, quod est subm̃, quam per ly nõ ens, quod est pręedicatum. Attñ ꝙ ly ens, nõ solã substantiã, sed etiam illic accidẽs significet, ꝓbatur. Nam si ens solum accipitur pro substãtia, tunc cum accidẽs sit aliud pręter ens. i. distinguatur a substãtia, sequitur qḋ sit non ens: ꝛ cum accidens, puta albedo in cõcreto, pręedicetur de substãtia, cum dicimus, ens est album, sequitur idẽ quod prius. s. ꝙ id ꝙ nõ est, pręedicabitur de eo ꝙ est: ꝛ ꝑ ꝯñs vnũ contradictoriorũ pręedicatur de alio. Est autẽ litera adeo implexa, vt fere syllabatim sit ordinanda. [Si em̃ inquit ꝙ vere est, idẽ erit etiã albũ. i. si substantia, q̃ ꝓprie est ens, sit etiã alba. albo autẽ esse non est, quod vere est]. i. albedo tñ non sit vere ens s̃m Parme. siquidem est pręter substãtiam, (neqꝫ enim accidere

ipſi.ſ.albedini pōt quod eſt].i.non pōt ei accidere vt ſit ens.[Nihil.n.qđ eſt,eſt qđ nō eſt].i.nulli pōt accidere vt ſit, niſi vere ſit ens. Sequitur ꝙ albū nō erit quod eſt.i. nō erit ens. [Nō ſic aūt vt aliqd nō ſit,ſed oīno vt non ſit].i.nō ſolū albedo non erit ens ſimpliciter(nā hoc verū eſt) ſed neq; oīno erit ens.i.neq; erit entis ens. Vñ cōcluditur ꝙ ſi ſubſtātia eſt ens,⁊ accidēs nō ē ens : id qđ vere eſt,nō eſt.i.ens,eſt nō ens ⁊ nihil : nā verum eſt dicere id qđ vere eſt.i.ſubſtantiā,albū eſſe:hoc autē.ſ.albedinē,nō quod eſt.i.ille termin⁹ nō ens, ſignificabat. (q̄re ſi ⁊ albū ſignificat,⁊ qđ vere eſt)cōcludit ergo ꝙ ſi qđ eſt.i.ens ſignificat albū.i.accidens,⁊ qđ vere eſt.i.ſubſtātiā (qđ quidē ē neceſſariū ad ſaluādū veritatē iſtius ens eſt albū, ſequit̄ ꝙ ly ens in maxima Parmenidis multa ſignificat,⁊ ꝑ cōſequens cū concludit omnia eſſe vnū,illic vnū cōprehendit multa ſecundū rationē.ſ. ſubſtantiam ⁊ accidens.

Textus xxviij. Neq; igitur magnitudinem habebit quod eſt: ſiquidē quod verè eſt, eſt qđ eſt:vtrique enim partium aliud eſt eſſe.

¶Hęc eſt ſecūda rō ſumpta a rōnibus totius ⁊ partis.Et eſt hęc.Si oīa eſſent vna ſubſtantia in ſenſu Parme.itaq; nullo mō eēnt plura, ſequeret̄ quod neq; haberet magnitudinē : ⁊ ꝑ cōſequēs nec eſſet finitū,vt ipſe cōcedit.Nā ſi haberet magnitudinē, iā eſſent totū ⁊ pars : ⁊ per cōſequēs plura ſecūdū rationē.Oīa.n.tria argumēta Ariſt.cōtendūt probare ꝙ oīa ſint plura ſm rationē.Parme. nāq; nō negabat vniuerſum eſſe plura ſm ꝑtes quātas,ſed ſecūdū rōnē.Et ideo ait Ariſto.ꝙ totū ⁊ pars non ſolū ſunt plura in potētia ſecundū diuiſionē quātitatis,ſed plura quodāmō ſecundum rationē. Alia enim quodāmodo eſt rō eſſendi totius ⁊ alia partis:nā eſſe totius eſt per ſe ſubſiſtere, ⁊ eſſe partis eſt nō per ſe eſſe:ſed in toto. Et hac de cauſa poſtq̄ ꝓbauit accidēs rōne diſtingui a ſubſtātia,qꝛ eſſe illius eſt ineſſe,ſubdit fere idē de parte:quę quāquā non ſit accidens:habet tamen eſſe in alio.

Quod autem diuiditur quod verè eſt, in quod verè eſt aliquid aliud: etiam ratiōe manifeſtū eſt.vt homo,ſi eſt quod verè eſt aliquid:neceſſe eſt, & animal, ꝙ verè aliquid eſt eſſe,& bipes.Si enim nō qđ verè eſt,eſt:accidētia erūt:aut igitur homini: aut alicui alij ſubiecto, ſed impoſsibile eſt: accidens etem̄ dr̄ hoc aut quod cōtingit eſſe & nō eſſe, aut in cuius ratione eſt hoc cui accidit.vt ſedere quidē: velut ſeparabile. in ſimo autē eſt ratio naris cui dicimus accidere ſimū.

Textus. xxix. Atqui quæcūq; in diffinitiua rōne inſunt,aut ex quibus ſunt:in ratione horū,nō ineſt ratio totius,vt in bipede,ratio hominis:aut in albo,ratio albi hominis.Si igitur hæc hoc ſe habēt modo, & homini accidit bipes,neceſſe eſt ſeparabile eſſe ipſum. quare cōtingit vtiq; nō bipede eſſe hoīem:aut in rōne bipedis, inerit hoīs ratio. ſed impoſsibile eſt. Illud enim in illius rōne ineſt. Si aūt alij accidūt bipes & aīal, & non eſt vtrūq; quod verè eſt aliquid: & homo vtique erit accidentiū alteri.Sed quod verè aliquid eſt: ſit accidēs nulli. Et de quo ambo:& vtrunque,& quod eſt ex his, dicatur.Ex indiuiſibilibus itaque eſt omne. Textus. xxx.

¶In tota hac litera quę eſt fragmētum tex.28. cū tex.29.⁊ fragmēto trigeſimi,continet̄ tertia ratio Ariſt.quę proinde nō erat diuidenda,vt diuiditur a Cōmentatore.Sed ideo aliter eā diuidit, qꝛ aliter eā intelligit, q̄ꝙ forſan fuerit mens Ariſt.vt ſtatim dicem⁹.Rō eſt hęc.Cōcluſerat aduerſus Parmenidē,ꝙ licet oīa eſſent per impoſſibile vnum album,nihilominus ſubſtātia ⁊ albedo eſſent plura ſcđm rationē:vult iā mō ꝓbare ꝙ lꝫ per impoſſibile oīa eſſent vna ſubſtātia prędicamentalis, eſſent adhuc plura ſecundū rōnem,quoꝝ quodlibet eſſet ſubſtātia.Et probat̄ hoc mō. Oīs ſubſtātia prędicamentalis(ꝙ dixerim ad excludendū Deum)diuidit̄ in genus ⁊ dr̄iam,q̄ rōne differūt,⁊ ſunt ſubſtātię:ergo quāuis per impoſſibile oīa eſſent vnus homo ſine accidēte,adhuc eſſent plura ſecundū rationem,puta aīal ⁊ bipes. Qđ ſint plura ſecundū rōnē,patet,qꝛ ſunt ꝑtes diffinitionis,veluti materia ⁊ forma,cōtractū ⁊ cōtrahēs.Quod autē ſint ſubſtātię(ꝙ Ariſto. appellat ꝙ vere eſt aliquid) ꝓbat̄ ibi.[Si em̄ nō ꝙ vere eſt.] ſi illę partes diffinitiōis non ſunt ſubſtantię,ſunt ergo accidētia. Tunc aut ſunt accidētia homini, aut accidentia alij cuicūq; rei,neutrū iſtoꝝ:ergo nō ſunt accidētia. Quod nō ſint accidētia hoīs, ꝓbat̄:nā accidēs eſt duplex.ſ. cōe.ꝙ pōt adeſſe ⁊ abeſſe, vt ſedere:⁊ itē ꝓpriū, ꝙ eſt inſeparabile,vt ſimū reſpectu naſi.Atqui accidens propriū:vt.1.poſt.tex.9.viſum eſt,eſt illud in cuius rōne ⁊ diffinitione ponit̄ eius ſubiectū:ſimitas em̄ eſt naſi curuitas: ſed illę partes diffinitionis neutrū hoꝝ accidens ſunt reſpectu hoīs: ergo ſunt ſubſtātię. ¶In tex.29. ꝓbat̄ hęc minor.Et ꝓbatur prius ꝙ nō ſunt accidētia ꝓpria inſeparabilia:qꝛ illa(inq̄t)q̄ ponunt̄ in diffinitiōe ſubiecti, nō ſunt talia,vt in hoꝝ diffinitiōe viciſſim ſubiectum, vt qꝛ bipes ponit̄ in diffinitione quiditatiua hoīs, hō non ponit̄ in diffinitiōe quiditatiua bipedis : ⁊ qꝛ albedo ponit̄ in diffinitiōe hoīs albi,nō ponitur viciſſim hō albus in diffinitiōe albedinis: alias eēt circulus ī diffinitiōibus,vt ſi.a. diffiniret̄ per.b. ⁊ b.ꝑ.a.⁊ ſic idē virtualiter diffiniret̄ ꝑ ſeipſum. At aīal ⁊ bipes ponunt̄ ī diffinitiōe hoīs:ergo hō non ponit̄ ī diffinitiōe illoꝝ,⁊ ꝑ cōſequēs illa non ſunt accidētia eius ꝓpria. Si igit̄ ſunt accidētia hoīs, erunt accidentia cōia. Qđ aūt nō ſunt cōia,patet: nā alias ſequeret̄ ꝙ poſſent adeſſe ⁊ abeſſe ſubiecto p̄ter ſubiecti corruptionē:⁊ ſic daret̄ hō, q̄ nec eſſet aīal nec bipes:ꝙ eſt impoſſibile.¶Qđ aūt illa nō ſint accidentia alicuius alterius ſubiecti, ꝓbat Ariſt.hoc mō.Si tā aīal quā bipes accidūt alij ſubſtātię quā homini,⁊ ipſa nō ſunt ſubſtantię, ſequit̄ ꝙ hō ipſe etiā erit accidēs alteri, cōſequens tn̄ eſt falſum:qꝛ[ꝙ vere eſt aliqd(.i.ſubſtātia )ſit accidēs nulli].i.nulli accidit:ergo nec genus nec dr̄ia ſunt alterius accidētia.Probat ſequelā ſic.De eo de q̄ ambo.ſ.aīal ⁊ rōnale ⁊ vtrūq; ſeorſum prędicatur, neceſſe eſt vt id ꝙ ex his,puta hō cuius eſſentia cōſtat ex illis, itidem p̄dicet̄ ( quicquid enim eſt aīal

rónale, est hõ) ergo si illa sunt accidentia, hõ pariter est accidens (ex indiuisibilibus itaq; est oẽ) hoc verbũ legẽdũ ẽ nõ tanq̃ cõclusio asserta ab Arist. sed tanquã inconueniẽs illatũ ex opiniõe Parmenidis. Ac si dicat, q̃ vt tuea opinionẽ suam, videlicet oĩa quomodocũq; esse vnũ: necesse est vt ponat illud esse indiuisibile, & s̃m quãtitatẽ (ne alia sit ratio partis alia ratio totius) & secundũ essentiã: ne alia sit ratio gñis, & alia sit ratio diff̃e. Cõmentator vero in illo verbo. (Sed quod vere aliquid est) vbi ipse incipit textũ trigesimum, existimat incipere nouã rationem Parmenidis, qua vult cõcludere oĩa esse vnam substãtiam, a qua accidens nõ distinguitur, & eam esse indiuisibilem. i. ex indiuisibilib⁹ cõpositã: q2 putabat diuisionem cõtinui terminari ad aliqua puncta indiuisibilia ex quibus cõponit. Attamen licet hãc rõnẽ statim cõmemoret Arist. tanquã discipulorũ Parmenidis, tamẽ litera Aristo. perspicacior est multo in sensu supra exposito, quam in sensu Commentatoris.

Quidam autem rationibus vtrisq; acquieuerunt: huic quidem quòd omnia vnum sunt, si quod est, vnũ significat, quod est etiam id, quod non est. Ei autem quæ dissectione procedit: indiuiduas facientes magnitudines.

¶ Post impugnationem Parmenidis recitat Aristo. opinionẽ quorundã qui ɔñs superior rõnũ cõcedebãt, nec illa reputabãt esse incõueniẽtia. Primum nãq; incõueniens in prima rõne fuit, q̃ si ly ens accipiat p̄ substãtia & accidente, tũc essent plura rõne: si aũt p̄ sola substãtia, aut p̄ solo accidẽte, tunc sequeret q̃ ens esset nõ ens. Cui rñdebant q̃ ens accipit p̄ sola substãtia, atq; adeo cõcedebant, accidẽs simpliciter esse nõ ens: & p̄ ɔñs admittentes q̃ substãtia est alba, admittebãt q̃ ens est non ens. Et hoc est q̃ hic ait Arist. q̃ isti acqeuerunt, si q̃ est vnũ significat. s. substãtiã, illud etiã esse q̃ nõ est. i. q̃ substãtia est alba, vbi p̄dicatur de ente, accidens q̃ est nõ ens. ¶ Secũda rõ erat q̃ si oĩa essent simpliciter vnũ, illud non haberet magnitudinẽ, & p̄ ɔñs esset indiuisibile. Huic aũt rñdebãt cõcedentes q̃ sunt aliq̃ magnitudines idiuisibiles. Et hoc est q̃ ait Aris. (ei aũt). i. ei rõni, q̃ ex dissectiõe & diuisione p̄cedebat, rñdent aliquas esse magnitudines idiuisibiles. Hãc rñsionẽ nõ impugnat hic, q2 lib. 6. ostẽsurus est cõtinuũ nõ cõponi ex idiuisibilibus. Priorẽ rñsionẽ redarguit in tex. sequẽti q̃ est trigesimus primus & postremus huius capitis.

Textus. xxxj. Manifestũ aũt est q̃d non verum est, quod si vnũ significat q̃ est, & nõ possibile est simul contradictionẽ esse: nihil erit quod non est. nihil ẽm prohibet: vt id q̃d nõ est, nõ simpliciter sit non ens: sed sit non ens aliquid. Dicere quoq; q̃ nisi præter ipsum q̃d est, aliquid erit aliud, vnũ oĩa fore: incõueniẽs est. Quis ẽm nouit ipsum quod est, aliquid esse: nisi quod verè est? Si aũt hoc ita est nihil sic prohibet multa, quod est esse, sicut dictũ est. Quod igitur sic vnum esse quod est, impossibile sit, manifestũ est.

¶ Ad intelligẽtiã hui⁹ textus notãdũ est q̃ Themistius & Philoponus cẽsent hic Aristot. subnotare Platonicos, q̃ credebant ens solũ affirmari de formis & potissimũ de ideis. p̄ quas cõposita actu sũt: materiã vero simpliciter appellabãt nõ ens. Et iõ dicebãt cõpositũ cõstare ex ente & nõ ente. S. Th. cõformiter magis literę credit insinuari hic eosdẽ platonicos, qui accidẽs cẽsebãt simpliciter esse nõ ens: vt. 6. meta. tex. 4. insinuat Arist. Fateor tñ nullã mihi oĩm quas viderim expositionẽ, plene satisfacere ĩ hoc loco. Sed hoc mõ, ni fallor, lr̃a fit lucida. Duas nãq; ɔ̃rias opiniões v mihi Arist. refellere. Discipuli eñ Parmenidis, vt colligere quis põt ex dialogo Platonis sophista noĩe, vbi de ente & nõ ente disserit, sustinebãt oĩa esse vnũ, supposito q̃ non sint ɔ̃dictoria vera, isto mõ. Opinabant ens esse simpliciter vniuocũ & solũ significare substantiã q̃ p̄ se subsistit. Et arguebãt q̃ accidẽs esset simpliciter non ens: nã si esset ens (cũ ens simpliciter idẽ sit q̃ substãtia) tũc accidẽs esset substãtia: & q2 p̄ se manifestũ est accidẽs nõ esse substãtiã, tunc accidẽs esset substãtia & nõ eẽt substãtia. Quod si accidẽs (aiebãt) simpliciter ẽ nõ ens, nihil est. Et sic sustinebãt oĩa esse vnũ. s. oĩa cõuenire ĩ vnica rõne entis. Platonici vero cõcedebãt quidẽ ens solam substantiã significare. (Plato. n. ponebat ens vniuocũ generalissimũ substãtię, & nullo mõ significare accidẽs.) Attñ vt rñderẽt rõni Parme. dicebãt hoc solo mõ posse negari oĩa esse vnũ, si cõcedat q̃ aliquid sit preter ens, quod sit non ens: & nihilominus sit aliquid: quale est accidẽs, & materia prima: q̃ simpliciter sunt nõ ens, q2 nõ sunt substãtia, & nihilominus sunt aliquid. Arist. vero vtrãq; reputat opinionẽ absurdã: & medio mõ icedit. s. q̃ ens nõ solam substantiã significat, sed est analogũ significãs substantiã principaliter, & accidẽs per attributionem ab substantiã. Et ideo accidens nec simpliciter est ens, nec simpliciter nõ ens: sed medio mõ ẽ ens secundũ quid. i. entis ens: & ita dicit inferi⁹ de materia prima q̃ est ens non simpliciter: s3 ens in potẽtia. Et hoc mõ euitãdo opinionem Parme. & Platonis saluat quod nõ oĩa sunt vnũ. i. eiusdẽ rõnis. ¶ Refellens ergo primã opinionẽ ait [manifestũ est q̃ non sequit, si vnũ significat q̃ est (. i. si ens simpliciter dictũ significat solũ substantiã) & non est possibile simul ɔ̃dictionẽ esse, nihil esse q̃ non est]. i. accidẽs q̃ est nõ ens, puta nõ substãtiã, nihil esse simpliciter. [Q2 nihil p̄hibet vt q̃ nõ est (. i. accidẽs) nõ sit simpliciter nõ ens s3 sit nõ ẽs aliq̃d]. i. nõ substãtia. Itaq; accidẽs nec simpliciter ẽ ens nec simpliciter nõ ens: sed est non substantia, quę simpliciter est ens. ¶ Mox ibi (dicere quoq;) refellit solutionẽ Platonis. Et ordinanda est sic litera. Inconueniens quoq; est dicere quod omnia erunt vnũ, nisi ponatur aliquid esse simpliciter aliud, preter ipsum quod est: nã accidẽs quod est preter substantiam: non est simpliciter aliquid: sed s̃m quid. Et hoc est quod p̄bat dicẽs. [Quis eñ nouit] i. quis intelligit, ipsum quod est. i. ipsum ens, aliquid eẽ, nisi quod vere est. Quasi dicat null⁹ hoc dicit. Cũ ergo accidẽs nõ simpliciter sit, nõ est dicẽdũ illud esse aliquid: sed (vt ita dicã) alicuius aliquid: sicut est, entis ens. Concludit ergo. [Si aũt hoc ita est] videlicet quod est ens simpliciter dicatur de substantia & secundũ quid de accidente, nihil sic p̄hibet, quod est. i. ens, multa esse: sicut dictũ est. Atq; adeo id quod est. i. vniuersum, sic vnum esse. s. rõne vt Parmeni. dicit, impossibile est.

¶ Sequit hic q̃õ tertia super tex. 17. vtrũ totũ &c.

## DE PRINCIPIIS CONTRA naturaliter loquẽtes. CAP. IIII.

Textus. xxxij. VT autem physici dicũt: duo
modi sunt. Hi enim vnũ fa-
cientes qđ est corpus subie
ctũ aut triũ aliqđ, aut aliud
qđ est igne quidem densius, aere vero
subtilius: alia generantur dẽsitate & ra-
ritate, multa faciẽtes. hæc autẽ, qđ sunt
cõtraria. Vniuersaliter aũt excessus, &
defectus: sicut magnũ dicit Plato, & par
uũ, nisi qđ hic quidem. hæc facit mate-
riã: vnũ aũt, speciem. Alij verò: vnũ qui
dẽ, subiectũ, materiã: cõtraria aũt, diffe-
rentias & species. Quidã aũt ex vno, in
existẽtes cõtrarietates segregãt, quẽad
modũ Anaximãder dicit. Et quicunq;
etiã vnũ & multa dicũt esse, quę sunt: si
cut Empedocles, & Anaxagoras. Ex cõ
mixtiõe nanq;, & hi segregãt alia. Diffe
runt autẽ ab inuicẽ: eò ꝙ ille circulatio
nem facit horũ. hic aũt semel. & hic qui
dẽ, infinita, & similes partes habẽtia, &
cõtraria. Ille verò, vocata elemẽta solũ.

¶ Subsequẽter post disputationẽ cõtra eos q̃ non
naturaliter loquunt, in hoc cap. 4. ꝙ nouẽ textus
cõplectit, subsequitur sermo aduersus naturaliter
loquẽtes: nẽpe q̃ nõ negant, vti superiores, sed ad-
mittũt motũ rerũ naturaliũ, cui⁹ principiũ est na-
tura. Hos inquit Aristo. bipartitos esse. Priores
nanq; vnicũ ponentes principiũ, oĩa dicũt inde fie
ri sola rarefactiõe aut condẽsatione. Posteriores
vero negant adhuc motũ rarefactionis & condẽsa
tionis: sed dicũt oĩa fieri per segregationẽ ab vno
principio, vbi oẽs res sunt permixtę. ¶ Ad istarũ
dĩam opinionum intelligendã: notandũ est vt su-
pra quęst. 1. dicere coeperã ꝙ primus omniũ philo
Thales. sophorũ fuit Thales: primus inquam septẽ sapien
tũ: quẽ Arist. 1. meta. ca. 3. appellat principẽ huius
philosophię. Hic secundũ aliquos fuit olympiade
10. tpe Romuli: secundũ alios natus est olympia-
de. 35. & mortu⁹ olympiade. 58. Olympias vna qua
tuor cõplectit annos. Illis annis trecẽtis ab olym
piade. 30. vsq; ad centesimã qñ natus est Arist. flo-
ruerũt oẽs isti philosophi. Thales ergo posuit pri
cipium oĩm rerum esse aquã. Cui (vt. 4. li. acad. q.
Septem sapientes. ait Cicero) sex reliqui sapiẽtes cõsenserũt. Quorũ
noĩa sunt Pittacus Mytilene⁹, Solon Athenien
sis aut Salaminus, Chilon Lacedęmonius, Bias
prienęus, Periãder Corinthius, Cleobulus Ly-
dius. Sed tñ Anaximãdro (inquit Cicero) id per-
suadere nõ potuit. Aristo. 1. meta. dicit Thaletem
hanc opinionẽ traxisse ab antiquioribus poetis. s.
Orpheo & aliĳs, qui theologizabantur Tethym &
Oceanũ parẽtes fuisse oĩm rerũ. Tethis eñ autho
re Beroso li. 2. nomẽ fuit vxoris Noe: q̃ in notitia
gentiũ fuit prima. Et iõ Noe cęlũ dictus est & Te-
thys terra: q2 oĩm parẽtes fuere. Aut forte isti, q2
ab Aegyptĳs in cõfuso audierãt illud initiũ legis
ꝙ in pricipio factũ est cęlũ & terra, & spũs dñi fere
bat sup aquas, hãc fabulã d terra & aqua finxerũt.
Addit Arist. Thaletẽ suã opinionẽ cõfirmasse: q2
videbat nutrimentũ oĩm rerũ humidũ esse, vt pa-
tet de nutrimẽto plantarũ, atq; adeo hoĩm: quorũ
vita cõsistit in calido & humido. Aũ semẽ oĩm viuẽ
tium naturã humiditatis dz participare. ¶ Anaxi Anaximenes.
menes vero etiã Milesius, eo forte ꝙ principiũ re
rũ dz esse maxime insensibile (vt patet de materia
& forma quę p se nõ sentiunt) posuit principiũ esse
aerẽ, qui est elementum minus sensibile. Et pręser
tim q2 aĩalia anhelitu viuũt & viuẽtia plurimũ in
aere creant. ¶ Heraclitus autẽ posuit ignẽ: aut q2 Heraclit⁹.
principiũ dz esse maximę durationis, & maximę acti
uitatis: q̃ pręsertim inter elementa cõpetunt igni.
Alĳ vero posuerũt quoddã mediũ inter aquam &
aerem, aut inter aerem & ignẽ. Authorẽ huius opi
nionis Philoponus & Themi. dicũt fuisse Anaxi-
mandrũ. Sz certe hoc stare nõ põt: q2 opinio Ana
ximãdri cõtinuo subiungit ab Aristo. longe alia: &
iõ forsan mutatũ est nomẽ apđ Themi. & Philop.
Hi oẽs cõueniebãt quidẽ cũ Parmenide & Melis
so, & in hoc ꝙ ponebãt vnũ esse principiũ rerũ, & in
hoc pręterea qđ ponebãt illud esse ens actu cõple
tum, vt est quodlibet elementũ. Aũ pariter conce
derent oĩa esse aquam aut aerem aut ignẽ. Differe
bant autẽ, ꝙ licet non ponebant formas substãtia-
les distinctas spẽ, admittebant tñ formas acciden
tales. s. raritatẽ & densitatẽ, videlicet ꝙ illud prin-
cipiũ per raritatẽ. v. g. fit caro aut lana, & per densi
tatem fit ossa aut ferrũ. Quas subinde formas & a
substantia & inter se dicebant ratione differre atq;
adeo non omnia esse vnum ratione, vt alĳ opinabã
tur. ¶ Subdit Arist. inter istos & Platonẽ & cõue Plato.
nire quodãmodo & differre. Nã tam isti quã Pla-
to ponebant magnam & paruũ principia rerũ: isti
quidem formalia, Plato vero materialia. Ubi sciẽ
dũ est ꝙ secundũ Platonẽ principiũ formale om-
nium rerum erat idea: agẽtia vero naturalia nihil
agũt quam disponere materiam per raritatẽ, vbi
sub maiori quantitate minus est de materia, aut p
densitatem sub minori quantitate plus est de mate
ria: & tunc prima causa efficiẽs inducit formã: quę
est participatio ideę hominis, aut equi &c. Aũ ma-
gnum & paruũ aiebat dispositiões esse materię ad
recipiendũ formã. Isti vero ecõuerso supponẽtes
vnum principiũ materiale dicebant, & raritatem &
densitatem esse, sicut formas rerum. Horũ opinio
nes missas hic facit Arist. tãquã parum ad rẽ per
tinẽtes: de q̃bus. 1. meta. amplior est sermo. ¶ Alĳ
vero inquit Arist. dicũt formas substantiales rerũ
esse contrarias & diuersas, in quo iam ad veritatẽ
vtcũq; hallucinabant. Negabant tamen & genera
tionem & alterationem. Ad quorũ notitiã, quia ho
rũ hactenus opiniones vix vsquam expositas vidi, Anaximander.
cõsiderãdũ est quod Anaximander Milesius & ci
uis & coetaneus fere Thaletis, fuit primus q̃ dixit
principium omniũ rerũ fuisse vnũ infinitũ chaos
vt Cic. 4. lib. acad. q. innuit. A quo & Anaxagoras
& fere poetę id suscepere. Sed q2 Anaxagoras co- Anaxagoras.
piosius id exposuit, circũfert tanquã opinio Ana
xagorę: quam subinde hic tractat Arist. Anaxago
ras ergo Clazomenus discipulus Anaximenis q̃
fuit auditor Anaximandri, dixit mundũ factũ fuis
se hoc modo: quod fuerat ab ęterno aceru⁹ quidã
& cõgeries rerum, in quo veluti i quoddam chaos
genera omnia & spẽs rerum commixta latitabant.
Deus autem quem ipse mentẽ appellabat inde se

gregauit oĩa ⁊ suis cuiuscunq; locis disposuit. Forsan sub nebula audierat illud Ge. i. Spiritus domini ferebat sup̱ aquas. Unde initiũ philosophię suę (vt li. 2. refert Laertius) erat hoc. Oĩa simul erant deinde accessit mens, eaq; cõposuit. Quã ob rem ⁊ Anaxagoras ipse appellatus est mẽs. Et inde Ouidi⁹ exordiũ suę Metamorphosis desumpsit dicẽs, ꝙ ante mare ⁊ terras ⁊c. vnus erat vultus, quẽ dixere chaos ⁊c. Disgregatio vero fuit, ꝙ infinitę ꝑticulę. v. g. terrę separatę fecerunt terrã: ⁊ infinitę aquę fecerunt aquã: ⁊ infinitę carnis fecerunt carnẽ: ⁊ ita de oĩbus. Has particulas appellabat

Atomi. atomos. i. indiuisibilia corpora. Et dicebat esse homiomeras. i. similares, ꝓpterea qḋ sunt ꝑtes eiusdẽ rationis cũ toto. Itaq; atomi ligni erant eiusdẽ speciei cum ligno, differentes aũt substantiali specie ab atomis lapidis. Facta illa prima disgregatione rerũ: agentia deinceps naturalia, q̃ videtur res nouas transmutare ⁊ generare, nihil aliud faciunt quã vt atomi, quę latebãt, appareãt. Exẽpli gratia. Cum ignis vertit lignum in cineres, nihil aliud facit quã vt atomĩ cinerũ, q̃ latebãt in ligno appareãt ⁊ atomi ligni lateant: ⁊ cum semen deciditur ab animali, in semine latent atomi carnis ⁊ ossis ⁊ sanguinis ⁊c. q̃ postea dum apparent, sunt aĩal. Enimuero qꝛ videbat ex re quacũq; oĩa posse generari ⁊ ꝯ̃ria ex cõtrarijs. s. calidum ex frigido ⁊ hoĩem ex boue quẽ comedit: ⁊ rursus bouem ex hoĩe qui cõuersus in terrã ꝓducit herbã quã pascitur bos, huius cãm dicebat esse, qꝛ non potuit illa prima disgregatio rerũ ita pure fieri, quin in quocunq; indiuiduo manerẽt adhuc oĩum rerũ atomi permixtę: ita ꝙ in carne sunt oĩum rerũ atomi: nisi ꝙ est caro, ꝓpterea ꝙ atomi tm̃ carnis apparẽt. Et iō si caro comedat̃ ab hõĩe, fit hõ: si a leone fit leo: ⁊ si cadauer ponat̃ sub terra, fit herba: ⁊ ita in oĩbus. ¶ Dicebat tamẽ illas atomos indiuisibiles: nõ sicuti est punctũ, vel angelus: sed qꝛ nõ poterãt diuidi in partes alterius rõnis: nã licet in carne. v. g. sunt permixtę atomi oĩm rerum, tamen in vna atomo nõ sunt plures atomi aliarum reꝝ. Et iō ex illa sola nihil põt generari: ⁊ ꝓpterea erat indiuisibilis in se ⁊ inseparabilis ab alijs atomis. Rursus qꝛ generatiões reꝝ putabat in infinitum duraturas, ne generatiões deficerẽt, dicebat ⁊ illõ chaos fuisse infinitũ, ⁊ in quacũq; re latere infinitas atomos, nõ solum infinitaꝝ reꝝ diuium spẽ, sed cuiuscũque rei etiã infinitas. ¶ Hinc sequit̃ qḋ Anaxagoras nihil ponebat cõpositũ ex materia ⁊ forma: qꝛ atomi illę nõ sunt cõpositę: sed sunt sicut principia materialia. Et hac etiã rõne dicebat esse indiuisibiles. His atomis dicebat mundũ esse plenũ: nisi ꝙ nõ apparent: ob idq; radio solis intrãte ꝑ fenestrã apparẽt corpuscula, q̃ illic antea latebant. Nõ ꝙ illa sint atomi, vt aliqui putant: qꝛ atomi nõ sunt ab inuicẽ separabiles: sed ꝙ sunt corpora atomis simillima vt ꝑ ea quodãmodo cognoscam⁹ atomos. ¶ Eadem fere fuit opinio Anaximandri: hoc solo differẽs, qḋ Anaximãder dicebat illud chaos fuisse atomoꝝ cãm ⁊ initiũ. Et ꝓpterea dicit hic Aristo. qḋ ponebat vnũ principiũ ⁊ subiectũ oĩm reꝝ. Anaxagoras vero econuerso dicebat qḋ atomi fuerant cã ⁊ initium illius chaos. Et propterea dicit quod Anaxagoras posuit infinita principia. Opi-

Democritus. nio Anaxagorę fuit postea Epicuri. Democritus vero vt infra text. 41. videbimus hoc tantũmodo differebat ab Anaxagora, ꝙ dicebat atomos oĩum reꝝ eiusdẽ spẽi essentialis esse: sed solum accidẽtali-

Empedocles. ter positione. s. ⁊ figura differre, vt illic explicabimus. ¶ At vero Empedocles Agrigentinus: quem aiunt Parmenidis fuisse discipulum (vt lib. 8. refert Laertius) conueniebat quodãmõ cũ istis: sed multũ dissentiebat. Cõueniebat inquã, affirmans itidẽ fuisse vnum chaos, vnde mundus est. Differebat tamen, primo qꝛ nõ dicebat in rerũ natura esse nisi quatuor spẽs reꝝ: quę sunt quatuor elementa. s. terra, aqua aer ⁊ ignis: quę ab illo chao fuerũt separata. Hęc aũt elementa per alterationẽ in inuicem ⁊ cõmixtionẽ, faciunt oĩa mixta. Itaq; homo nihil aliud est quam aggregatum ex illis elementis. Differebat secundo vt ait hic Arist. [Differũt autem] quod ille. s. Empedocles facit horum circulationẽ. i. opinabatur mundũ infinities genitum ⁊ corruptũ: hic autẽ. s. Anaxagoras, non, nisi semel. Ut eñ Anaxagoras dicebat mentem fecisse disgregationẽ, Empedocles asserebat duas causas: alterã efficientẽ: quã appellabat litem: ⁊ alteram corruptricẽ: quã appellabat amicitiã. Aiebat quod lite disgregante elemẽta ex illo chao, mundus generat̃: amicitia vero rursus illa in aceruũ congerente, mundus corrũpit̃. Et hoc dicebat infinities factum esse, ⁊ fore. Itaq; ante quancunq; generationem fuit chaos: ⁊ ante quodcunq; chaos fuit etiã generatio. Hęc tot verbis exposuimus, ne opus esset, vt sępe repeterentur: quę tamen necessaria sunt ad subsequentium intelligentiam.

Videtur autem Anaxagoras sic infinita opinari: qm̃ putabat cõmunẽ opinionem physicorũ esse verã, ꝙ NIHIL fit ex eo quod non est: propter hoc eñ sic dicunt, erant simul omnia, & fieri huiusmodi statuerunt alterari. Alij autem, congregationem & segregationem. Textus. xxxiij. EX NIHILO NIHIL FIT.

¶ In tex. 33. prosequitur tractare opinionẽ Anaxagorę, ostendendo primum radicem errorum istoꝝ. Radix nanq; fuit duplex fundamẽtum. Primum, illa receptissima sententia omnium physicorum. Ex nihilo nihil fit, quę in lumine naturali est verissima, vt quęst. 7. apparebit. Agentia eñ naturalia virtutem nõ habent quicquam producẽdi, nisi pręsupposito subiecto. Sunt nanq; agentia finita: ⁊ deducere aliquid ex nihilo, arguit potentiã infinitam, quę soli conuenit Deo. Nam si educere effectum ex aliqua pręsupposita materia ⁊ potẽtia, arguit aliquam potentiam: educere ex duplo minori arguit duplam potentiam, ⁊ ita calculando educere ex nihilo arguit infinitã. Qua de causa philosophi naturales creationem nec subodorari quidem fuerunt sufficientes. Ex illo igitur fundamẽto omnes philosophi naturaliter loquẽtes (nam alij iam sunt foras explosi) sibi persuaserũt quod omnia entia, quę sunt, prius fuerunt in aliquo vno subiecto. Unde Thales ⁊ alij dicebant omnia fieri per alterationem. s. per rarefactionem ⁊ condensationem: alij vero vt Anaxagoras omnia fieri per segregationem ex vna cõgerie: cui addebat Empedocles, omnia corrumpi per congregationem.

Amplius autem, ex eo quod fiunt ex alterutris cõtraria, inerãt ergo. Si enim omne qḋ fit, necesse est fieri aut ex ijs quę sunt, aut ex iis quæ non sunt, horũ autem id quod est, ex iis quę nõ sunt fieri, impossibile est (de hac eñ cõueniunt Textus. xxxiiij.

opinione

opinione,oẽs qui de natura)reliquũ,iã
cõtingere ex necesſitate putauerũt, ex
iis quidẽ quę ſunt & inſunt,fieri.ſed pp
paruitatẽ magnitudinis:ex inſenſibili-
bus nobis:vnde dicũt oẽ in oĩ miſceri:
propterea ꝙ oẽ ex omni videbãt fieri:
apparere autem differentia,& appellari
altera ab inuicem,ex eo ꝗ maximè ſu
perabundat, propter multitudinem in
mixtura infinitorum:ſyncerè enim: to
tum album,aut nigrũ, aut carnem , aut
os non eſſe: ſed cuius plurimum vnum
quodq; habet, hoc videri eẽ naturã rei:

¶Alterum fundamentum ſumebãt ex experiẽtia,
vcȝ ꝙ cõtraria fiunt ex alterutris: nam ex calidis
videbant fieri frigida:⁊ ex fructibus terrę anima
lia:⁊ ex aĩalibus corruptis terram ⁊c.⁊ inde infe
rebãt ꝙ in omnibus inſunt omnia.¶Et his funda
mẽtis formabãt rõnem,quę ex ſupradictis iam eſt
manifeſta.Quicqd fit,aut fit ex ente,aut ex nõ en
te.i.ex nihilo:non ex nõ ente(in quo omnes vnani
miter cõſentiũt)ergo ex ente:ex ente tamẽ fieri nõ
põt niſi id quod fit,antea fuerit: ergo omnia ſunt
in omnibus permixta.Sed tamẽ appellãtur(ait)
altera.i.homo aut equ⁹ ⁊c.(Ex eo ꝙ maxime ſuper
abundat),ideſt propter maiorem multitudinẽ ato
morũ,quę apparẽt hominis,iſte eſt homo:⁊ ꝓpter
multitudinẽ atomorum quę apparent equi,ille eſt
equus.Syncere.n.ideſt,pure nihil ẽ ſola caro,aut
ſolum os:ſed propter maiorẽ multitudinẽ atomo-
rũ dicitur aut caro aut os.Enimuero Anaxagoras
non habebat pro inconueniẽti ꝙ licet atomi eſſent
infinitę,nihilominus eſſent plures carnis ꝙ̃ oſſis.
Artificiũ Ariſto. ¶Operępretium eſt hic adnotare artificiũ Ariſt.
Intẽdit enim ex ignorantia iſtoꝝ viã parare ⁊ ſter
nere ad ſuã opinionẽ.Ut eñ illi non naturaliter lo
quẽtes peccabãt in hoc ꝙ non diſtinguebãt inter
vnũ ſimpliciter ⁊ plura ſimpliciter:cũ tñ entia ſint
vno modo vnũ,⁊ alio modo plura:ita ⁊ iſti natura
liter loquentes errabãt,q̄ nõ diſtinguebant inter
ens ſimpliciter ⁊ nõ ens ſimpliciter:cũ tñ materia
vt Ariſ.docet in fine huius libri,ſit mediũ quoddã
puta ens in potentia.Et ita ſaluatur rerũ genera
tio quę fit,nec ſimpliciter ex ente,nec ſimpliciter
ex nõ ente,ſed ex ente in potẽtia,puta ex materia.

Textus. Si igitur Infinitum ſecundum quòd in
xxxv. finitum,ignotum eſt:ſecundum multi
INFI- tudinem aut magnitudinem infinitum,
nitũ non ignotum quantum quoddam eſt.ſecũ-
eſt cog- dum ſpeciem autem infinitũ , ignotum
noſcibi- quale quoddã eſt.Principiis autem exi
le. ſtentibus infinitis ſecundum multitudi
nem & ſecundum ſpeciem,impoſsibile
eſt ea quę ſunt ex iis,cognoſcere,ſic eñ
cognoſcere cõpoſitum,arbitramur, cũ
cognoſcimus ex quibus,& quot ſit.

¶In hoc tex.35.⁊ ſequentibus facit Ariſ.argumẽ 1. Argũ.
ta ſeptẽ aduerſus q̄nqȝ aſſerta ab Anaxagora.Pri
mũ aſſerebat in re quacũqȝ infinitas eſſe atomos,
non ſolũ ſpecie diuerſas rerum oĩm,ſed cuiuſcunqȝ
rei etiã infinitas.Cõtra hoc infert ꝙ tũc ſequere-
tur nullã eſſe de rebus ſciẽtiã:⁊ per cõſequẽs Ana
xagoraȝ ipſum de rebus a ſe ignotis philoſophari.
Sequela oſtẽditur hoc ſyllogiſmo.Nihil põt eſſe
cognitũ niſi cognitis principijs ex quibus cõſtat.
Hanc probat in calce tex.quia tunc compoſitũ co-
gnoſcere arbitramur,cum eius principia cognoſci
mus.vt text.1.oſtenſum eſt:ſed principia cõpoſiti,
qualia ponit Anaxagoras,non poſſunt cognoſci:er
go nec cõpoſitum ipſum.Probatur minor.Infini
tum ea ratione qua eſt infinitũ,non eſt cognoſcibi
le,vt ſi ſit infinitũ ſecundũ multitudinem aut ma-
gnitudinem,non erit cognoſcibile ſecundũ quãti-
tatem:⁊ ſi fuerit infinitum ſecundum ſpeciem, nõ
erit cognoſcibile ſecundum qualitatem:ſed princi
pia ſecundum Anaxagoram ſunt infinita ſecundũ
multitudinẽ,q̄ in carne.v.g.cuiuſcũqȝ rei ſunt in
finitę atomi:⁊ ſunt infinita ſecundum ſpeciẽ,q̄ in
finitarũ rerum ſunt atomi differentes ſpecie:ergo
talia principia ſunt ignota,⁊ ſecundũ quãtitatẽ,⁊
ſecundũ qualitatem.¶Quod ſi quis reſpõdeat pri
mę propoſitioni,ꝙ ad cognoſcendum rẽ non requi
ritur cognitio omniũ principiorum:nã vt.q.2.mõ
ſtrabimus non requiritur ad ſcientiã rei cognoſce
re omnes eius partes quãtitatiuas,quę ſunt infini
tę:nec omnia accidẽtia.Reſpõdetur ꝙ requiritur
cognoſcere oĩa principia quę ſunt ĩ actu,⁊ oẽs par
tes quodammodo ſpecie differentes:vt materiã ⁊
formam,ſanguinem,cholerã,cerebrũ.⁊c.Anaxago
ras ponit infinita principia in actu,puta infinitas
atomos ſpecie differentes.Quod ſi quis etiam ar
guat contra maiorem ſecũdi ſyllogiſmi, ꝙ infinitũ
quantum infinitum,eſt cognoſcibile:vt tẽpus licet
ſit perpetuũ ſecũdũ Ariſ.⁊ pariter motus cęli, ni
hilominꝰ de illis eſt ſciẽtia:immo.3.huius facit A-
riſ.tractatũ de infinito ĩ quãtũ eſt infinitũ.Rñtur Duplex ĩ in
quod duplex eſt infinitũ.ſ.in actu ⁊ in potentia:in finitum.
finitũ in actu non eſt cognoſcibile,niſi ab infinita
potentia:vt deus qui eſt infinitus in eſſentia ⁊ per
fectione a ſeipſo ſolo cognoſcibilis eſt(loquimur.n.
de cognitione perfecta quę eſt rei cõprehẽſio(⁊ iõ
infinita multitudo granorum tritici,aut infinitus
ignis ĩ magnitudine,poſſent quidẽ cognoſci ſcđm
eſſentiã ⁊ ſpeciẽ,quę eſt finita,nõ tamen ſcđm quã
titatem:niſi priuatiue per cognitionẽ finiti.Et ſi
eſſent infinitę ſpecies aĩaliũ,nõ poſſet diſtincte co
gnoſci tota natura generica aĩalis.Et iſtis modis
ponebat Anaxagoras infinitas atomos.Infinita
vero in potentia nõ repugnat eſſe cognoſcibilia in
ſuo toto:perfecte nãqȝ cognoſcitur quãtitas conti
nui licet ſingulę ꝑtes ꝓportiõales nõ diſtincte co
gnoſcantur.Et hac rõne licet tẽpus ⁊ motus ſint
perpetua,nihil obſtat quin cognoſcantur ſecũdum
ſuã eſſentiã:ſed quantitas infinita nõ cognoſcetur
niſi priuatiue per cognitionẽ finiti.Et ſub hac co-
gnitione tractat Ariſ.de infinito.

Amplius autem,ſi neceſſe eſt cuius par Textus.
tem cõtingit quãtulãcũq; eſſe ſecundũ xxxvj.
magnitudinẽ & paruitatẽ, & ipſum con QVAE
tingere(dico autẽ taliũ aliquã partium: ſtionis
in quam cũ inſit diuiditur totũ) ſi autẽ quartæ
impoſsibile eſt aĩal aut plantam quan- locus.
tãcunq; eſſe ſecundum magnitudinem

& paruitatem: manifestum est ꝙ neque partium quamlibet: erit enim totum similiter. Caro autē & os & huiusmodi, partes sunt aīalis: & fructus, plātarū. Manifestū est igitur ꝙ impossibile est carnē aut os aut aliqd aliud, quātūcūq; esse magnitudine aut in maius aut in min⁹.

2. Argm̄. ¶ Secūdū assertū Anaxago. erat ꝙ in qualȝ particula cuiuscūq; rei naturalis latet infinita multitudo omniū rex, vt nulla sit tā minima caro, quin illic sint actu oīa. Cōtra hoc facit Aris. argm̄. secundū. Si in quacūq; portiūcula. v.g. carnis quātūcūq; minima, laterēt actu oīa quę adhuc inde essent separabilia, seqret ꝙ partes cuiuscūq; rei nō determinarēt sibi certā quātitatē, nec q̇ ad paruitatē: si quidē a quacūq; particula est separabile qdlȝ. Tūc sic si partes nō terminātur q̇ ad multitudinē aut paruitatē, sequit ꝙ nec ipsum totū cōpositū terminabit: q2 cū ptes a natura factę sint pp totū, pars hȝ naturā toti⁹: sȝ ꝯñs est falsum, q2 q̇dcūq; ens naturale suapte natura determinat sibi certā quātitatē ⁊ quo ad magnitudinē ⁊ quo ad paruitatem: (neque eñ formica esse pōt tāta quātus est equ⁹, nec rursus equ⁹, q̄ꝑ parua est formica) ergo ⁊ añs Anaxago. est falsum. s. in quacūq; minima particula. v.g. carnis, latere ⁊ lignū, lapidē ⁊ oīa entia. Immo dabitur tā parua caro, vt illic nō lateat alia minor caro separabilis. De quo quartā disputamus quęstionē ⁊c. ¶ Quod si quis arguat cōtra, ꝙ quātūcūq; hō terminatur ad maximū ⁊ ad minimū, nihilominus in illo sunt infinitę ptes proportiōales quę nec terminātur ad maximū nec ad minimū. Si eñ totū diuidas per ptes proportionales, tūc versus illud extremū ad quod procedit diuisio, quacūq; data, dabit minor, ⁊ versus aliud extremū, quacunq; data datur maior: ⁊ per cōsequēs non oportet ꝙ si ptes nō habent terminū magnitudinis ⁊ paruitatis, totū nō habeat. Respōdet ꝙ Aris. nō loquitur de partibus quę sunt entia solū in potentia, sed de illis partibus quę differūt spē, ⁊ de illis quę sunt entia in actu. Et hoc est ꝙ ait [in quā cū insit. ⁊c.] Si eñ natura hominis est terminata q̇ ad magnitudinē, necesse est ꝙ partes rōne differētes sint numero finitę, puta caro, os, iecur, caput, manus. ⁊c. Itē ꝙ caput habeat terminatā magnitudinē ⁊ pariter aliorū quodcūq; mēbrū. Anaxagoras vero ponebat infinitas ptes differētes specie, ⁊ infinitas atomos quę erāt entia in actu: ⁊ propterea procedit argumētū, quod totū nō haberet terminatam quantitatem.

Textus. xxxvij. Amplius, si omnia insunt quidem huiusmodi in inuicem, & non fiunt, sed segregantur cum insint, dicūtur autem a pluri. fit aūt ex quolibet quodlibet, vt ex carne aqua, segregatum, & caro ex aqua. ¶ Omne autem corpus finitū consumitur corporis ablatione finita: manifestum est quòd non cōtingit in vno quoq; vnūquodq; esse. Remota enim ex aqua carne, & iterū alia facta ex reliqua, segregatione: quauis semper minor erit segregata, attamen nō omnem excedit magnitudinem paruitate. Quare siquidem stabit segregatio: nō omnē in omni inerit: in reliqua enim aqua. non inerit caro. Si vero non stabit, sed habebit semper remotionem: infinita magnitudine, æqualia finita inerūt, infinita secundum multitudinem. hoc autem impossibile est.

Omne finitum per ablationem. &c.

3. Argm̄. ¶ Tertiū quod asserebat Anaxagoras erat ꝙ quodlibet est a quolibet separabile. Contra quod formātur tria argumēta. Tertiū ergo in ordine est hoc. Si quodlibet esset a quolibet separabile, seqretur ꝙ in vnaquaq; re. v.g. in carne finita, essent infinitę partes ęquales secundum magnitudinem, ⁊ nō cōmunicantes: quod implicat contradictionem. Ait ęquales, quia de proportionalibus nō est inconueniens ꝙ sint infinitę in quocūq; cōtinuo. Addam⁹ nos, nō cōmunicātes, quia in vno pedali sunt infinitę pedalitates communicantes. Ad probationē sequelę supponit pri⁹ quatuor dicta Anaxagorę, scilicet ꝙ oīa sunt in oībus: ⁊ ꝙ res simpliciter non generantur, sed segregātur, ⁊ ꝙ dicantur a pluri. i. ꝙ res denominatur a maiori multitudine atomorū p̄domināte: ⁊ ꝙ qòlibet fit ex quolibet, vt ex aqua caro. Et pręterea addit quintū suppositū, videlicet ꝙ oē corpus finitū, ablatione corporis finiti, finities facta, tādē cōsumit. Ex his (inquit) manifeste sequitur ꝙ non quodlibet est in quolibet, nec separabile a q̇libet. Probat seq̄la. Data aqua, ex aqua separetur portiūcula carnis, ⁊ facta prima segregatione, separetur secūda portiuncula, ⁊ deinde tertia, ⁊ ita deinceps. Tūc sic aut segregatio stabit, idest tandē cessabit in vltima segregatione: ⁊ tūc ex reliqua aqua nō erit separabilis amplius caro. Si vero segregationes procedunt in infinitum, sequitur ꝙ infinitę carnes ęquales latebāt in aqua finita. ¶ Sed q̇a offert se statim respōsio, ꝙ illę particulę carnis quę separantur nō sunt ęquales, sed semper separatur minor ⁊ minor: hāc respōsionem excludit Arist. ꝙ quāuis pars segregata detur minor, ⁊ minor, nihilominus non excedit paruitate omnē magnitudinem. Quod est dicere: nō est possibile separare semper minorem, ⁊ minorem sine termino, ita vt quacūq; minima separata, adhuc separetur alia minor: sed necesse est venire ad certā quātitatem partis separatę, qua nō potest separari minor: ⁊ per cōsequens omnes partes separatę debēt esse ad minus illi ęquales. Atq; adeo si in infinitū procedat segregatio, sequitur ꝙ i aqua finita erāt infinitę carnes ęquales. Unde sequitur cōtra quintum suppositum ꝙ aqua finita per ablationem finitarum partium, finities facta, non consumetur.

Ad hæc autem, si omne quidem corpus remoto quodam, minus necesse est fieri: carnis autem determinata est quantitas & magnitudine & paruitate. ¶ Manifestum est, quòd ex minima carne nullum segregabitur corpus. Erit enim Textus. xxxviij. EX minimo nihil segregatur.

minus

minus minima. ¶Amplius aũt in infinitis corporibus in esset vtiq; iam caro infinita, & sanguis, & cerebrũ: separata tamen ab inuicem. nihil aũt minus entia & infinitum vnũquodq;, hoc autẽ irrationabile est.

¶Quartũ argumentũ eodẽ tendit. Omne finitum per remotionẽ alicuius finiti fit minus: ergo si a carne finita separetur aqua vel quodcũq; aliud ens erit minor: & si rursꝰ separetur, adhuc erit minor: & ita deinceps. Tũc sic: caro & quęcũq; res, vt prima rõne ostẽdebatur, determinat sibi certã quãtitatẽ q̃ ad paruitatẽ: ergo cũ peruẽtũ fuerit ad minimã carnem, nihil erit inde separabile: & per cõsequẽs nõ quodlibet põt a q̃libet segregari. ¶Quintam rationẽ addit, ꝙ secundum Anaxagorã nõ solum dantur infinita, sed infinities infinita in infinitis: vt tripliciter infinitũ reduplicetur. Probat, nã si in carne. v. g. latitẽt entia infinita, puta aqua, lapis, lignũ. &c. cum quodlibet sit in quolꝫ, seq̃tur ꝙ i quolꝫ illoꝝ infinitorũ adhuc sunt rursus infinita: & hoc infinities: q cũ a quolibet semper sine trõ sit segregabile q̃dlibet, adhuc in quolꝫ infinitoꝝ, q̃ sunt in aliis infinitis, erũt infinita: & in quolꝫ istorum tertiorum (vt ita dicã) adhuc erunt infinita: & ita infinities. Quod tamẽ adeo est inopinabile, vt cogitationem ipsam extinguat.

Textus. xxxjx. Nunq̃ autẽ segregatum iri: non sciẽter quidem dicitur, recte autem dicitur Passiones. n. inseparabiles sunt. Si igitur misti sunt colores & habitus: si segregẽtur, erit aliquid album vel sanum, non alterum aliquid existens, neq; de subiecto. Quare incõueniens est, impossibilia quærens intellectus: si velit quidem segregare, hoc autem facere sit impossibile, & secũdum quantitatem, & secundum qualitatem. Secũdum quãtitatem quidem, quia non est minima magnitudo: secundum qualitatem aũt: quia inseparabiles sunt passiones.

¶Quartũ dictũ Anaxagorę erat, ꝙ segregatio reꝝ nunq̃ꝫ poterat finiri: sed quomodocũq; vnũ separaretur ab alio, adhuc illud separatũ erat cõmixtum ex pluribus spẽ differẽtibus. De hoc format Aris. sextum argm̃ profecto ingeniosum: probãs ꝙ hoc dictum Anaxagorę non est quidẽ veꝝ in sensu quo ipse accipit, & ideo ait Arist. ꝙ nõ sciẽter dictũ est: est tñ verũ in alio sensu: & ideo [recte (inquit) autẽ dr.] Hic autẽ sensus pugnat potius cõtra ipsum authorẽ. Enimuero accidẽtia sunt & inter se permixta, & cũ subiecto: oĩa. n. accidẽtia quę sunt in Petro sunt subiecto vnũ, taliter ꝙ nec a subiecto, nec a se inuicẽ possunt naturaliter separari. Si enĩ daretur albedo aut sanitas seorsum existens (accipit enĩ cõcreta formaliter ꝓ abstractis) tunc seq̃ret ꝙ daretur albedo sola sine alio accidẽte: & pręterea sine subiecto: quoꝝ vtrũq; naturaliter est impossibile. Nõ enĩ solũ albedo nõ põt eẽ sine subiecto, sꝫ nec potest dari ens naturale quod habeat solum vnicum genus accidentiũ: debet nanq; habere quantitatem, & colorem, & grauitatem, aut leuitatem: immo quatuor saltem primas qualitates: ergo in hoc sensu verum est ꝙ non terminabitur segregatio, quin semper in composito maneant aliqua, puta accidentia permixta: sed tamen hic sensus pugnat contra Anaxagoram dicentem, ꝙ omnia quę sunt permixta possunt separari. Unde sequitur (ait Aristo.) ꝙ ille intellectus, (quem Anaxagoras appellat mentem segregantem omnia) fuit inconueniẽs & absurdus, cum vellet facere impossibile, puta a qualibet quantitate separare quantitatem: cum tamen sit dabilis minima, a qua nihil est separabile: & cum vellet separare qualitatem, idest accidentia a subiecto & ab aliis omnibus qualitatibus: quod tamen naturaliter fieri nequit.

Nõ recte autẽ neq; generationem accipit eorũ quę sunt similiũ partium. Est enim vt lutum in luto diuiditur: est autem, vt non idem modus est, vt lateres ex domo, & domus ex lateribus: sic autem aqua & aer ex alterutris & sunt & fiunt. Melius autem est: pauciora & finita recipere, quod quidem facit Empedocles. Textus. xl.

¶Quintum deniq; quod Anaxagoras insinuabat est, ꝙ nihil generatur nisi a suo simili. Arguebat enim ꝙ cũ ex nihilo nihil fiat, sequitur vt si ignis gignitur, antea erat ignis in illo vnde gignitur. Et ita in reliquis. Contra hoc format Arist. septimũ & postremum argumentum. Ait nanq;, ꝙ non recte accipit generationẽ semper fieri ex similibus partibus ipsi genito. Aliquando nanq; (inquit) ita est vt puta quando fiunt aliqua entia in actu per diuisionem continui, in quo erant in potẽtia: vt cũ lutum diuiditur in luta: aut cum lignum diuiditur in plura ligna: aut lapis in plures lapides. Sed tamen (inquit) quandoq; contraria fiunt ex contrariis mutuo, vt lateres fiunt ex domo quãdo domus diuiditur: & rursus domꝰ ex lateribus quãdo ex illis cõponitur. Textus cõmẽtatoris hꝫ ꝙ lateres fiunt ex luto, sed tamẽ gręce non est nisi ex domo. Neq; litera aliter stare põt. Uult. n. vti hac similitudine, ꝙ sicut lateres fiunt ex destructa domo: & rursus domus cõponitur ex lateribus: ita in naturalibus ex aqua per rarefactionẽ gñatur aer: & rursus ex aere per cõdẽsationẽ generatur aqua. Atq; adeo ex semine fit plãta, vel animal: rursus ex plãta & ex animali fit semẽ. In quo iã accedit ad propriã & verã opinionẽ generatiõis. Unde cõcludit, ꝙ melius est pauciora & finita principia ponere, vt posuit Empedocles, quã vnũ vt alii, aut infinita, vt Anaxagoras. Quãobrẽ. 1. meta. ca. 3. vbi latius horum tractat opiniones, Anaxagoras, inquit, ętate quidẽ superior fuit quã Empedocles: operibus vero inferior. Cõmẽtator hęc vltima verba cõprehendit sub tex. 41. sed melius est vt relinquantur sub textu. 40. cũ sint velut superiorũ cõclusio. ¶Sequitur hic statim quęstio quarta super tex. 36. & text. 38. vtrum entia naturalia. &c. Septimũ argumẽtũ.

## QVOD PRINCIPIA RErum naturalium sint contraria.

## CAP. V.

Omnes

Tex.xlj. OMnes igitur cõtraria principia faciunt: & qui dicũt ꝙ sit vnũ oẽ, & immobile (etẽm Parmenides calidũ & frigidũ, principia facit. Hæc aũt, appellat ignẽ & terrã) & qui rarũ & densum. ET Democritus, solidum & inane: quorũ aliud quidem vt quod est, aliud autẽ vt quod nõ est, esse dicit. Adhuc: positiõe, figura, & ordine. Hæc autem, genera cõtrariorũ sunt. Positione, sursum & deorsum, ante, & retro: figura, angulare, in angulare, rectum, rotundum.

QVAESTIONIS. 5. fundamentũ.

¶ Reprobatis opinionibus antiquoꝝ, aggreditur Aris. propriã opinionẽ de principijs naturalibus: quã tribus capitulis exponit. Ut ꝗ vt finis oculis obiect⁹ hęc faciat literã perspicaciorẽ, notãdũ est intentionẽ Aris. esse statuere tñ tria principia rerũ naturaliũ. s. materiã ⁊ formã, quę realiter distinguũtur ⁊ rei intrant cõpositionẽ: ⁊ priuationẽ, quę sola ratione distinguitur a materia, ⁊ est terminus a ꝗ respectu formę. Et q̃ veterũ opiniones erãt in duobus extremis, quoꝝ primi dicebãt esse tñ vnũ: alij vero infinita principia (qua de causa mediã opinionẽ Empedoclis, tenẽtis plura esse principia ⁊ nõ infinita, magis ꝓbauerat) asserit primũ aduersus priores, ꝑncipia esse plura vno: ⁊ ꝑterea aduersus alios, nõ esse plura quã tria. Utrãqꝫ tñ ꝓpositionẽ probat, vt in subsequẽtibus videbimus, ex hoc pricipio qđ ꝑncipia rerũ naturaliũ sunt ꝯria. Quod proinde fundamentũ pręiacit in hoc. 5. ca. ꝙ nouẽ cõplectitur text. ¶ Probat autẽ principia esse contraria, ꝑmo ex cõi sentẽtia ⁊ cõsensu oĩm philosophorũ, ẽt eoꝝ ꝗ errabãt circa ꝑncipia naturalia: nã isto mõ sunt dignitates probãdę. Est em̃ dignitas quę ꝑ seipsam est nota apud oẽs, ẽt apud ꝯtraria alias sentiẽtes. Eorũ em̃ ꝗ vnũ principiũ posuerũt alij nõ naturaliter loquebãtur, vt Parme. Et iste quodãmodo posuit ꝑncipia ꝯtraria, puta calidũ ⁊ frigidũ: ꝗ appellabat ignẽ ⁊ terrã. Philop. ⁊ Themist. dicũt ꝙ in operib⁹ secundũ propriã sententiã tenuit oĩa eẽ vnũ, ĩ alijs vero scdm opinionẽ alioꝝ, tenuit esse duo. Sꝫ meli⁹ est dicere, vt ait Cõmẽtator ꝙ vtraqꝫ fuit eius opinio, nã dixit oĩa eẽ vnum, scdm rõnẽ. i. scdm speciẽ sꝫ differre scdm apparẽtiã sensus: q̃ alia sunt calida, alia sunt frigida: ꝗ sunt accidẽtales dispositiões. Ex ꝗb⁹ (vt cõiector) putabat dimanare oẽs defferentias coloꝝ, ⁊ sapoꝝ, ⁊ aliaꝝ reꝝ vel (vt. 3. cęli author ẽ Simplici⁹.) Parm. cognouit vnã ꝑmã causam ⁊ vnũ Deũ: quẽ solũ dixit eẽ verũ ens ſm rõnẽ ⁊ veritatẽ: reliq̃ vero oĩa esse ſm apparentiã quasdã participationes illius. Quorũ diuersitatẽ significabat nomine ignis ⁊ terrę. ¶ Alij vero naturaliter loquentes vt Thales ꝗ posuit oĩa esse aquã, ⁊ Xenophanes qui posuit esse aerẽ, ⁊ Heraclit⁹ qui posuit esse ignẽ, dixerũt rarũ ⁊ dẽsum esse principia diuersitatis rerũ. Democritus autẽ, qui posuit principia infinita, posuit etiã alias cõtrarietates positione ⁊ figura ⁊ ordine. ⁊c.

Democritus.

¶ Notãda est hic differẽtia inter Anaxagorã ⁊ Democritũ, ꝗ fuit etiã Milesius, vt Thales, discipul⁹ Anaxagorę, ⁊ iunior illo. 40. annis: vt lib. 9. refert Laertius. Anaxagoras, vt supra visum est ponebat infinitas portiũculas similares eiusdem speciei cũ ipso cõposito. vt infinitas particulas carnis eiusdẽ speciei. ⁊ infinitas ossis alterius speciei essentialis: ⁊ ita in cęteris. Democritus vero ponebat infinitas etiã atomos. i. indiuisibiles particulas: vniuersas quidẽ eiusdẽ speciei essentialis, sed solũ quatuor differẽtijs accidẽtalibus discrepãtes. Itaqꝫ atomi carnis ⁊ lapidis ⁊ ligni, ⁊ vniuersę: quę sunt in mũdo, sunt eiusdẽ speciei, Differẽtes tñ primo figura, quę erat radix aliaꝝ. Erãt em̃ aliquę atomi circulares, ⁊ aliquę angulares. Et hinc continuo subsequebatᷓ apđ Democritũ scđa dr̃ia penes plenũ ⁊ vacuũ, qđ hic dicitur, solidũ ⁊ inane: nã rotũdę ⁊ angulares nõ poterãt in cõpositione ita cohęrere, quin relinquerent aliquas vacuitates: quas vocabat poros. Et plenũ appellabat ens: vacuũ vero, appellabat nõ ens. Et quãto plures essent pori tãto res erat rarior ⁊ leuior: vt lana: ⁊ quanto pauciores erãt tãto res erat dẽsior ⁊ grauior. Tertia differẽtia erat ordinis ⁊ positionis. Exẽpli gr̃a: q̃ in hoĩe, atomi circulares sunt in parte superiori, caput faciũt rotũdũ: ⁊ q̃ bases atomoꝝ angulariũ sunt in parte inferiori, faciũt plãtas pedũ planas. Et ĩ equo, q̃ sursum coeũt, anguli pyramidales faciũt caput ad modũ pyramidis: ⁊ q̃ ĩ pede sunt circulares, faciunt pedem rotundum. Et pyramides acutę faciũt dentes, ⁊ atomi obtusę faciunt molas. Ex eadẽ prima differẽtia censebat dr̃ias aliarũ qualitatũ dimanare. Ut q̃ figura circularis est aptissima ad motũ, ⁊ ignis est velocissimi motus, affirmabat causam caloris esse ꝙ in calidis est maior multitudo atomorũ orbiculariũ: ⁊ q̃ figura angularis est apta ad subsistendum, ⁊ frigiditas facit partes substantię consistere, vt patet in aqua gelata, putabat atomos quadratas ⁊ cubicas esse causam frigiditatis. Rursus atomos triãgulares ⁊ pyramides habentes acutissimos angulos esse causam albedinis (cuius acuties disgregat visum) ⁊ sapoꝝ acutorum. Bases autẽ obtusas esse causas contrariorum coloꝝ ⁊ saporum qui sunt magis obtusi. Hũc. n. in modũ attoniti illi desipiebant. ¶ Arbitror eo non esse hic mentionem factam Anaxagorę, ꝙ non ponebat contraria principia quę successiue sese expellerent ab eodem subiecto, vt cęteri, quippe qui opinabatur oĩa actu latere simul in quodlibet: quod est cõtra naturam contrariorũ de quo Aristoteles redarguit eum. xi. meta. ca. 5.

Quod igitur cõtraria quodammodo omnes faciunt principia: manifestũ est. Et hoc, rationabiliter. Oportet em̃ principia neq; ex alterutris esse neq; ex alijs & ex his oĩa: cõtrarijs autem primis insunt hæc: ob id quidẽ quòd prima sunt, non sunt ex alijs: ob id verò quod sunt contraria, non sunt ex alterutris. Textus xlij.

¶ In tex. 42. subiungit rationẽ, qua coacti sunt antiqui ponere principia quodãmodo cõtraria. Ait quodãmodo. qm̃ plenũ ⁊ vacuũ, nõ sunt proprie cõtraria: cũ vacuũ nõ sit quid positiuum. Neqꝫ figura circularis cõtrariatur proprie angulari: q̃ figurę nihil est cõtrariũ, vt habetur in prędicamẽtis ca. de q̃litate. Immo nec, raritas ⁊ dẽsitas, proprie cõtrariãtur: cũ nec sint actiuę nec constẽt ex actiuis: sed dicũtur cõtrarię, q̃ sunt formę quę nõ possunt simul esse in eodẽ subiecto: aut q̃ vnũ est priuatio alterius. Ratio igitur est hęc. Quęcũqꝫ nec fiũt ex alijs, nec fiũt ex alterutris: sꝫ alia fiũt ex illis, sunt prima principia: sed prima cõtraria sic se habẽt ꝙ

nec

nec fiũt ex aliis, nec ex alterutris, sed oĩa fiũt ex illis: ergo prima cõtraria sunt prima pricipia. Et ꝑ cõuersionẽ, prima principia sunt contraria. Maior est diffinitio primorũ principiorũ, tã substãtiarũ ꝙ̃ accidẽtiũ: eo enim quod sunt prima nõ fiũt ex aliis & eadẽ ratione nec fiũt ex alterutris. i. alterũ ex altero: quia si a. fieret ex. b. a. non esset primũ, nec si. b. fieret ex. a. b. esset primũ. Preterquã quod si fierent ex se inuicem, idem esset causa & effectus sui ipsius. Quod autẽ oĩa alia fiãt ex illis habẽt eo qđ sunt principia prima. Minorẽ vero. s. quod prima cõtraria ita se habeãt, probat ꝗ̃ ad duas priores partes, qꝛ prima contraria, eo ꝙ sunt prima, nõ fiũt ex aliis, & oĩa fiunt ex illis: & ex eo quod sunt cõtraria nõ fiunt ex alterutris. Neq̃ enim frigus verti põt in calorẽ, neq̃ in frig⁹ calor. Tertiã ꝓbat tex. sequẽti. Sed notandũ est ꝙ inter contraria alia sunt, que fiunt ex aliis, & dicuntur qualitates secũde. vt colores. s. album & nigrũ: & sapores. vt dulce & amarũ: alie sunt qualitates prime. vt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas, ex quarũ cõmixtione & tẽperamẽto resultãt qualitates secũde. Et ideo iste quatuor sunt simpliciter prima cõtraria, primaq̃ principia aliarum qualitatum secũdarum. ¶ Arguitur autem contra rationem hãc. Principia rei naturalis non sunt qualitates, sed partes substãtie: cõtrarietas vero solũ conuenit qualitatibus. vt modo exponebamus: quia substãtie nihil est cõtrarium. vt in predicamento substãtie expositũ est: ergo prima principia nõ sunt contraria. Et hinc sumitur argumentũ alterum, quod parum facit authoritas antiquorum ad probandũ principia rei naturalis esse contraria: cum illi solum ponerent accidentia contraria esse rerũ principia. ¶ Respõdetur quod forma quanuis sit substantia, cõtrariatur tamẽ forme que expellitur: nõ per se primo, sed ratione qualitatũ primarum quas sibi vẽdicat: vt forma ignis forme aque. Et eadem ratione cõtrariatur priuationi sui, que prefuit in materia aque. Unde nõ citat hic antiquos Arist. vt in integrum eorũ approbet opinionem: vt paulo post videbimus: sed vt eorum confessionem in hoc tantũ accipiat, quod quomodocũque posuissent principia, omnes tamẽ ponebãt illa esse cõtraria. Hac rõne victi ꝙ intelligebant prima principia nõ debere fieri ex aliis. &c. quas conditiones videbant competere accidentibus contrariis.

Textus. xliij. Sed oportet hoc & in ratiõe cõsiderare, qualiter cõtingat. Accipiendũ igitur est primũ: quod omniũ quæ sunt, nihil neque facere natũ est neq; pati cõtingẽs à contingẽti: neq; fit quodlibet ex quolibet. nisi quis accipiat secũdũ accidens, qualiter enim fiet album ex musico: nisi accidens sit albo aut nigro musicũ? Sed album quidem fit ex nõ albo: & hoc nõ ex oĩ: sed ex nigro, aut mediis. Et musicum ex non musico. sed non ex omni: sed ex immusico, aut si aliquid ipsis est medium.

¶ Igitur in tex. 43. probat tertiam partẽ minoris suprapositę. s. oĩa fieri ex contrariis. i. vnũquodque fieri ex suo cõtrario, suppositis tribus fundamẽtis: nẽpe quod non quodlibet agit in quodlibet contingẽs. i. indeterminatũ: nec quodlibet patitur a quolibet cõtingẽti. i. indifferẽter a quocũq̃: nec quodlibet proinde fit ex quodlibet: sed solum cõtrariũ agit in suũ contrarium: & patitur a suo contrario: & quodlibet fit ex suo determinato cõtrario. Subiũgit exẽpla in accidentibus: qꝛ sunt sensui notiora: per que sensim descẽdit ad substãtias. Albũ enim per se nõ fit nisi ex nigro aut ex medio colore colorato. Neque fit ex musico, aut ex quocũque alio impertinẽte accidẽte, nisi de per accidẽs: quia accidit vt subiecto, cui inest nigredo, insit etiã musica, aut dulcedo. ¶ Et vt vno verbo literã exponamus, non albũ, aut, non musicũ, potest accipi in proposito dupliciter, vt ex Alber. Mag. trac. 3. c. 1. colligit: vno modo mere infinitanter pro omni illo quod nõ est album, aut nõ est musicũ: alio modo priuatiue pro illo quod non est albũ: sed est de per se terminus a quo incipit generatio albi: quale est nigrũ aut medio colore coloratum, quod nũcupatur per se priuatio albi. Et ideo ait quod albũ fit de per se ex nõ albo: nõ tamen ex omni: quia nõ fit de per se ex musico aut ex dulci, sed ex suo cõtrario puta ex nigro, aut medio colore colorato. Et musicum fit ex non musico: nõ tamẽ ex oĩ: quia nõ fit de per se ex albo (impertinẽs. n. est esse albũ illũ, qui fit musicus) sed de per se fit ex nõ musico. i. ex hoĩe ignorante musicã, apto vt discat illã. Et pariter in substãtiis equus fit ex nõ equo, nõ quocunq̃: sed ex embrione vbi est ꝓxima priuatio forme equi: de quo latius. q. 5. vbi habes rationẽ esse, qꝛ fieri est nouũ esse acquirere, & ꝑ cõsequẽs quicq̃d fit, fit ex sui negatione in subiecto apto. ¶ Atqui notãda est probatio hec Aris. Intendit. n. a posteriori & a signo. quod experiẽtia cõpertũ est, probare quod nihil agit nisi in suũ cõtrariũ nec patitur nisi a suo contrario, nec fit nisi a suo cõtrario. Experimur. n. quod simile nõ agit in simile: ignis enim nõ calefacit ignẽ: nec calidũ vt quatuor calefacit calidũ vt. 4. Experimur itẽ quod de per se ignis non calefacit quodcũq̃ indifferens: nõ enĩ calefaceret celũ nec de per se calefacit dulce aut album aut musicũ: qꝛ impertinẽs est passo, vt calefiat ab igne, habere talia accidẽtia: sed de ꝑ se, vt ignis calefaciat aliquid, requiritur illud esse frigidũ. Signum ergo est quod ratio de per se actionis est cõtrarietas inter agens & patiens: nullũ. n. agẽs agit nisi expellẽdo suum cõtrariũ. Quo fit vt ratio quare de per accidẽs ex musico fit calidũ, nõ est (vt quidã dicũt) quod musica nõ est in eodẽ subiecto ĩ quo est albedo, sed est in intellectu: nã tũc saltẽ ex dulci de per se fieret albũ ꝙ est falsum: sed rõ est quia calor nõ cõtrariatur musice. Hac ingeniosa rõne explicat que principia sunt cõtraria, & quomõ sunt cõtraria. Forma enĩ nõ cõtrariat materie, sed proprie priuatiõi, ex qua fit tanquã ex termino a quo: que quidem priuatio expellitur ab eodem subiecto, ad modum contrariarum formarũ. Contrariatur enĩ forma ignis priuationi eius que erat in materia aque: vt amplius. q. 5. quã de hac re mouemus explicabitur. ¶ Quod si quis hic arguat esse contradictionem: cum superius dixerit Aris. contraria non fieri ex alterutris, hic vero dicat contrarium fieri ex suo contrario. Respondetur modo, quod supra loquebatur de contrariis in abstracto. Albedo. n. non fit ex nigredine: hic vero loquitur in concreto: subiectũ enim albũ fit nigrũ. Sed exactius: & forte melius respondetur. q. 5.

Textus. xliiij. Neq;, igitur corrũpitur in cõtingens primũ: vt albũ, nõ ĩ musicũ, nisi forte secũdũ accidẽs: sed in nõ albũ: & nõ in cõtingẽs: sed in nigrum, aut mediũ. Simi-

liter

liter autem & musicum, in non musicũ: & hoc, non in cõtingẽs, sed immusicũ, aut si ipsis aliquid medium est.

¶In tex. 44. subdit similia exẽpla secũdi fundamẽti: videlz, ꝙ nec quodlibet corrũpit̃ i quodlibet cõtingẽs. i. indeterminatũ: qꝛ albũ nõ corrũpit̃ in musicũ (põt. n. qui desinit esse albus, manere musicus) sed in nigrũ aut i medio colore coloratũ: põt tñ de per accidẽs corrũpi in musicũ, si simul efficiat̃ ꝛ niger ꝛ musicus. At vero de per se nihil corrũpitur, nisi in sui propriam priuationem.

Textus. xlv. Similiter autẽ his & in alijs. Quoniã & non simplicia eorũ quę sunt sed composita, secũdum eãdẽ se habẽt rationẽ. Sed propterea ꝙ oppositæ dispositiões non denominatæ sunt: latet, hoc contingens: necesse est. n. omne consonans ex incõsonanti fieri, & inconsonãs ex cõsonanti. & corrumpi, cõsonans in inconsonantiam, & hanc nõ contingentẽ, sed in oppositũ.

Textus. xlvj. ¶Differt autem nihil, in cõsonantia dicere, aut ordine, aut cõpositione. Manifestum eñ est: ꝙ eadẽ sit ratio. At vero & dom⁹, & statua, & quodlibet aliud, fit similiter: domus enim fit, ex eo ꝙ nõ cõposita sed diuisa sunt hæc sic: & statua & figuratũ aliquid, ex infigurato & vnumquodq;, horum, secundum alia quidem ordo, secundũ alia verò compositio quædam est.

¶In his duob⁹ textib⁹. 45. ꝛ. 46. quos nõ op⁹ erat diuidere, subiũgit ꝙ hoc. s. nõ quodlibet fieri ex q̃libet, nõ solũ in accidẽtibus simplicibus verũ hꝫ; sꝫ etiã in rebus cõpositis. Nisi ꝙ in illis non est nomẽ impositũ, significãs cõtrariã qualitatẽ aut priuationẽ illã ex qua res fit. Cõpositũ enim fit ꝑ quãdam consonãtiã ꝛ cohęrentiã partiũ ex incõsonantia ꝛ inordinatione pręcedẽti. vt exercitus fit ex incõsonãtia. i. ex inordinatis ꝛ separatis hominibus: quę inordinatio nõ habet nomẽ impositũ: sicuti nigrũ ꝛ rubeũ sunt nomina ꝯtraria respectu albi. Et eñ domus non fit ex domibus: sed ex incõsonãtia lapidũ ꝛ lignorũ. Et pariter statua. Itaq; domus de per accidẽs fit ex lapidibus albis aut nigris, sed fit ex incõsonantia illorum. Neq; fit ex quacunque inꝯsonantia qꝛ nõ fit ex incõsonantia musicę. Et pariter statua: nõ fit per se ex ligno albo vel nigro. Nec õ per se fit statua Mercurij ex statua Martis: sed ex priuatione statuę Mercurij. i. ex ligno carente forma Mercurij. Et pariter homo nõ fit ex homine tanq̃ ex termino a quo: sed ex non homine. i. ex priuatione hominis in subiecto apto.

Textus. xlvij. Si ergo hoc verũ est, oẽ quod fit fiat. & corrũpatur quod corrũpitur, aut ex cõtrarijs aut in cõtraria & horũ media: media autem, ex cõtrarijs sunt: vt colores, ex albo & nigro. Quare oĩa vtique erunt quę natura fiunt, aut cõtraria aut ex contrarijs.

om ne quod fit, ex suo contrario fit

¶In tex. 47. infert conclusionẽ intentã videlicet, ꝙ nõ quodlibet fit ex quolibet, sed ex sua propria priuatione, tanq̃ꝫ ex termino a quo. At albũ ex nõ albo idest ex priuatione albi in subiecto apto nato: ꝛ calidũ ex priuatione calidi in subiecto apto ñato. Nõ eñ fiũt ex pura negatione, alias fierẽt ex nihilo, sed de potẽtia materię, vt. q. 7. explicat̃. Sed qꝛ dixerat cõtrariũ fieri ex cõtrario, ne quis ꝯtra arguat, eo ꝙ albũ nõ solũ fit ex nigro, sed ex medijs coloribus coloratis, explicat ꝙ medij colores quodãmodo cõtrariãtur extremis: nã participãt rõnẽ vtriusq; extremi: ꝛ ideo rubedo quaten⁹ participat rõnẽ nigredinis: cõtrariatur albedini: ꝛ inquantũ participat rõnẽ albedinis, ꝯ̃triatur nigredini. Hinc deniq; cõcludit Aris. ꝙ oĩa quę natura inuicẽ se se generãt ꝛ corrũpũt, aut sunt cõtraria, aut cõstãt ex cõtrarijs. Enũciauit cõclusionẽ disiunctiue: qꝛ non vult determinare mõ an substãtię proprie sint contrarię: satis eñ habet ꝙ aut formę substantiales sunt proprie cõtrarię, aut saltẽ id habeãt rõne contrariarũ qualitatum, quas sibi vendicant.

Huc vsq; igitur fere sequuti sunt & aliorum plurimi, queẽadmodum dixim⁹ prius. Omnes eñ elemẽta, & ab ipsis vocata principia quanuis sine rõne ponentes, tamen cõtraria dicũt, tanquã ab ipsa veritate coacti. Differũt aũt ab inuicẽ, ex eo quòd alij quidẽ priora, alii posteriora accipiũt: & quòd hi quidẽ, notiora secũdum rationẽ, illi autem, secundũ sensum. Hi eñ, calidũ & frigidũ, illi aũt humidum & siccũ. Alii autem, impar & par. Quidã autẽ, litẽ & amicitiã causas ponũt generationis. Hæc autẽ, ab inuicẽ differũt secũdũ distinctum modum. Textus. xlviij.

¶In tex. 48. repetendo priscoꝝ opiniones ostendit Arist. quomõ de cõtrarietate principiorũ cõsentiebant, ꝛ quomodo dissentiebãt. Ait ergo ꝙ huc vsq; plurimi antiquorũ veritatẽ hallucinati sunt, ꝙ plurimi cõtraria pricipia posuerũt. Plurimi, inquit, ad subnotandũ Anaxagorã qui, vt paulo superius dicebam⁹: re vera nõ ponebat principia cõtraria: siquidẽ omnia simul actu eo existere dicebat in eodem subiecto. Neq; aliquod ꝑinde subiectũ ponebat mutari a cõtraria in ꝯ̃triã formã. Ait vero eos non rõne: sed veritate coactos fuisse in illã sñiam. Non eñ cognouerũt quomodo agens educat formã de potẽtia materię, atq; adeo ex priuatione quę cõtrariatur ipsi formę: ꝛ ideo nõ sunt moti ex vera rõne ꝯ̃rietatis pricipiorũ. Sed queẽadmodũ lapis (vt ait. S. Tho) suapte natura sine cognitione fertur ad suũ propriũ finẽ, ita intellectus sepe suapte natura victus est veritatem cõfiteri. De quibus ait Aris. 1. meta. ca. 4. ꝙ quemadmodũ inexercitati ꝛ indocti pręliãdi plagas egregias quãdoq; infligũt ita isti forte ꝛ absq; ratione aliquas attigerũt veritates.

tates. ¶ Subdit deinde eorum dr̄iam: nā quidā eo
rum ponebāt pn̄cipia priora: alij vero posteriora.
Parmenides nāq ponebat calidū ⁊ frigidū: Tha
les vero ⁊ alij, qui ponebant raritatē ⁊ densitatem
esse principia rerū, virtualiter ponebāt illa esse hu
midū ⁊ siccū: nā humiditas causa est rarefactiōis:
siccitas vero, cōdensatiōis: vt patet in luto ⁊ cera.
Calidū vero ⁊ frigidum, eo ꝙ sunt qualitates acti
uę, priores natura sunt, quā humidū ⁊ siccum, quę
sunt qualitates passiuę: nam agens prius est passo.
Rursus alij ponebāt cōtraria scd̄m rōnē: alij vero
secundum sensum. Etenī istę modo noīatę qualita
tes, obiecta sunt sensus tactus. Pythagorici vero
ponebāt principia esse par ⁊ impar: quę sunt nota
secundū rōnē: q̄r par ⁊ impar, cū sint passiones ma
thematicę, abstrahunt a materia sensibili. Et pari
ter illa cōtrarietas Empedoclis inter litē ⁊ amici
tiā non est sensibilis: sed abstrahit a sensu. Pytha-
Pythagoras. goras, q̄r inter Aegyptios nutritus fuit, qui ma-
thematicas scientias pręsertim colebāt, oēs rerū
naturas studuit per numerorū proprietates expli
care. Unde sicut vnitas est principiū numeri, ita
par ⁊ impar censebat esse rerū principia. Hoc mō.
Numerus impar, q̄r est diuisioni ineptus, eo ꝙ nō
est diuisibilis in duo ęqualia, appellabatur a Py-
thagora identitas ⁊ finitas: quasi sit res incorru-
ptibilis: numer⁹ vero par, q̄r est diuisibilis in sem
per diuisibilia, vt octo qui est diuisibilis per ęqua-
les numeros vsq ad vnitatem, appellabatur infini
tas ⁊ diuersitas: q̄r per diuisionem cōtinui ꝓcedit
numerus in infinitū. Rursus q̄r materia de se dicit
rē indeterminatā ⁊ indefinitam: forma vero termi
nat materiā cōstituēdo certā speciē, numerū parē
appellabat materiā ⁊ foeminā, numerū vero impa
rem nūcupat formā atq masculū. Et ideo dicebat
oīa constare ex pari ⁊ impari, tanquā ex materia ⁊
forma. Tertio huius tex. 25. de hoc amplius.

Textus. xlix. ¶ Quare, est eadē dicere quodāmodo
& altera ab inuicē. Altera quidē: quem
admodū & videtur plurimis. Eadē aūt:
secundū analogiā: accipiunt enī ex ea-
dem coordinatiōe. Hæc enim cōtinēt,
alia autē continentur, contrariorū. Sic
igitur similiter dicunt & aliter, & peius
& melius. Et hi quidē notiora secundū
rationē, sicut dictum est prius: illi autē,
secundū sensum. Vniuersale enī, secun-
dum rationē notum est: singulare autē,
secundū sensum, ratio enim vniuersalis
est: sensus autē, particularis: vt magnū
& paruū, secundum rationē: rarum aūt
& densum, secundū sensum. Quod igi-
tur contraria oportet esse principia: ma
nifestum est.

¶ In tex. 49. ⁊ postremo hui⁹ capitis colligit Ari
stot. ꝙ hac pręfata rōne antiqui quodāmodo dice
bant eadē, ⁊ quodāmodo altera. s. diuersa. Altera
quidē ⁊ diuersa, q̄r diuersi, vt dictū est, diuersas ꝓ-
nunciabāt cōtrarietates. Idē vero sentiebant oēs
scd̄m analogiā. i. proportionabiliter: quia vnusqui-
libet ponebat contraria ex eadem coordinatione.

Quod est dicere. Parmenides qui ponebat cali-
dum vnum principiū, non ponebat alterum princi
pium eē humidū, albūve, sꝫ frigidum: qđ dicit qua
litatē actiuā ꝯtrariā calori: humiditas vero, cū sit
passiua, nō est eiusdē coordinationis, ⁊ ideo nec est
cōtraria calori. Rursus Pythagoras qui ponebat
vnum pn̄cipium esse impar, nō ponebat aliud prin
cipium esse discordiam, aut esse calidum, qđ signifi
cat qualitatē alterius coordinatiōis, sꝫ par, quod
est contrarium eiusdē coordinationis. Itaq appel
lat eandē coordinationem duo cōtraria diuidētes
aliquod genus, vt calidum ⁊ frigidum, humidum
⁊ siccum, par impar. ⁊c. Atqui ꝙ ista cōtraria sint
diuersarum coordinationū, ꝓbat dupliciter. Pri-
mo q̄r aliqua sunt cōtinentia ⁊ aliqua cōtenta: nā
actiua virtualiter cōtinent passiua, ⁊ superiora cō
tinēt inferiora, vt calidū ⁊ frigidū cōtinent humi-
dum ⁊ siccum: q̄r actiua habēt se vt forma, passiua
vero vt materia: forma cōtinet materiā, eo ꝙ infor
mat ⁊ dat illi esse. Itē illa quę sunt cōmuniora, con
tinent alia q̄ sunt magis particularia, vt, par, ⁊ im
par, quę est passio quātitatis, vniuersalior est con-
trarietas, q̄ꝫ calidum ⁊ frigidum: cōpetit enī oib⁹
quātis, tam substantijs, quā accidētibus, siue sint
q̄litates primę, siue colores, siue sapores. ⁊c. [Sic
igitur (inquit) similiter dicunt, ⁊ aliter]. i. aliquo
mō cōcordant, ⁊ aliquo mō discordāt. (Et peius ⁊
melius). i. aliqui melius loquunt: ⁊ aliqui peius.
Alij exponunt. i. oēs ex duobus contrarijs dicunt
vnum esse melius, ⁊ aliud peius. Sed forte prima
expositio melior est. ¶ Secundo probat illa contra
ria nō esse oīa eiusdem coordinationis: q̄r alia sunt
notiora scd̄m rationē, alia vero scd̄m sensum. Nam
par ⁊ impar, concordia ⁊ discordia, q̄ abstrahunt a
sensu, sunt notiora secūdum rationē ⁊ simpliciter:
calidum vō ⁊ frigidum, ⁊ humidum ⁊ siccum sunt
notiora secundum sensum. Rō enī, inquit. i. intelle
ctus, vniuersalis. s. obiecti est, sensus vero, particu
laris obiecti. Hęc authoritas vulgatissima est ad Intellect⁹ est vniuersalium.
probandum ꝙ intellectus directe nō cognoscit ni
si vniuersalia: sicuti sensus nō cognoscit nisi singu-
laria: tāetsi intellectus ꝑ reflexionē possit cogno-
scere singulare. i. per speciē vniuersalē determina
tā a phantasmate, vt. q. 2. dicebamus. Ponit exem
plum, vt, magnum ⁊ paruum, scd̄m intellectum: ra
rum vero ⁊ densum cognoscit scd̄m sensum. Enim-
uero magnum ⁊ paruum accipiunt respectiue: dr̄
enī formica magna respectu paruę: ⁊ elephas par-
uus respectu magni: relatio vero nō sensu, sed solo
intellectu cognoscit. Sꝫ rarum ⁊ densum, sunt q̄li
tates tactu ꝑceptibiles, sicuti humidum ⁊ siccum
q̄ sunt causę illarum. Alludit hic forte ad opinionē
Platonis, cuius supra meminerat tex. 32. tenētis
magnum ⁊ paruum, esse principia materialia re-
rum. Quam quidem illic sumus opinionem inter-
pretati. ¶ Sequitur continuo caput sextum.

## QVO NVMERVS PRINcipiorum inquiritur.

## CAPVT. VI.

CONSEQVENS aūt
erit dicere, vtrū duo, aut
plura sint: vnū enim, im-
possibile est: quoniā non
vnum, contraria. Infini-
ta au-

ta autem nō: quoniā neq; scibile, quod est, erit. Et vna contrarietas, in omni genere vno. Substantia autē, vnum quoddam genus est. Et quia contingit ex finitis, melius aūt ex finitis queadmodū Empedocles, quā ex infinitis: oīa nanque assignare opinatur: queadmodum Anaxagoras ex infinitis. Amplius sunt alia aliis priora contraria, & fiunt altera ex aliis, vt dulce & amarum, album & nigrū: principia autem, semper oportet manere. Quod igitur neq; vnum neq; infinita sint: manifestum est ex his.

¶ Hoc deniq; preiacto fundamēto, quod principia rerum naturaliū sunt cōtraria, hinc venatur Aristo. eorum numerū. Et in hoc. 6. ca. quod octo tex. habet, procedit solum disputatiue inquirēdo, ⁊ in sequēti determinat veritatē. Primum igitur omnium in hoc. 1. textu, qui est numero quinquagesimus, excludit, ⁊ tātū esse vnum principiū, ⁊ esse infinita: tanquā duo extrema manifeste falsa. Proponit ergo quod ex veritate iam modo asserta inquirendū est, vtrū duo an tria an plura. s. in aliquo finito numero sint principia. Nā vnicū (inquit) esse non pōt: quia principia debent esse contraria, ⁊ nihil sibi ipsi cōtrarium est. Nec rursus possibile est esse infinita. ¶ Quod quatuor ratiōibus cōfirmat.
1. Ratio. Prima: qꝛ alias pricipia nō essent cognoscibilia, ⁊ per cōsequēs de cōpositis nō esset possibilis sciētia. Nam infinitum a finita potentia (qualis est humana) cognosci nequit. vt tex. 35. aduersus Anaxa-
2. Ratio. goram conclusum est. ¶ Secunda ratio est. In vnoquoque genere vnica est prima contrarietas, ad quā oēs cōtrarietates eiusdē gn̄is reducūtur: sed substantia est vnū genus: ergo vna est prima cōtrarietas in genere substātie: ⁊ prima cōtrarietas in vnoquoq; genere pertinet ad principia illius gn̄ris, vt probatū est: ergo vna est cōtrarietas principiorū in genere substantie: vnius autē contrarietatis duo sunt tantū extrema: ergo principia substātie nō sunt infinita. ¶ Sed dubiū est hic ꝙ in gn̄re
Prima cōtraria. substantie sunt multe cōtrarietates, vt, corporeū ⁊ incorporeum, rationale ⁊ irrationale, ⁊ in genere quātitatis sunt, par ⁊ impar, magnū ⁊ paruū, ī genere qualitatis, calidū ⁊ frigidū, album ⁊ nigrū, ⁊ multe alie: ergo falsa est maior huius rōnis Arist. ¶ Locum istum varie exponūt interpretes Aristo. qꝛ nō est intellectu facilis. Qd̄ tamen mihi videor intelligere, est, ꝙ in vnoquoq; genere est vna cōtrarietas vniuersalis, ⁊ generica, sub qua oēs alie cōtinent. Et hec se habet per modū habitus ⁊ priuatiōis: diuiditur enī substātia per corporeū ⁊ incorporeū: ⁊ rursus corpus, per sensibile ⁊ insensibile: deinde sensibile per rōnale ⁊ irrationale, vt ī arbore Porphyriana visum est. Et oēs species aīalis se habent virtualiter hoc modo: nā forma vnius cōtinet virtualiter priuationē alterius. Unde sequitur ꝙ oēs reducantur ad hāc que est, habitus ⁊ priuatio. Et hic ingeniose designat Arist. contrarietatē principiorū naturaliū. Cū enim ex aqua fit ignis, forma ignis educitur de potētia materie: vbi erat priuatio talis forme. In quo elicitur opinio Anaxagore, qui nihil putabat educi de potentia materie: sed vniuersa actu latere in subiecto. Qua de causa ponebat infinita latere in quolibet: ⁊ per cōsequens rn̄detur ad rōnē sue opiniōis. Ratio enim quare nō opus est ponere infinita, est: quia forma geniti nō erat actu in materia, sed tantū in potentia. Pari modo in predicamētis accidētiū omnes cōtrarietates reducūtur ad habitū, ⁊ priuationē: que est suprema cōtrarietatum. Nā inter oēs species, siue substantie, siue accidentium, vna excedit aliam, sicut numerus, numerū. Quocirca illa que est inferior, est sicut priuatio superioris, vt frigus virtualiter est priuatio caloris: nigredo priuatio albedinis. Et ita ī reliquis. ¶ Tertia ratio est. Fru-
stra fit per plura quod pōt fieri per pauciora: sed 3. Ratio.
per finita principia possunt fieri oēs generatiōes: ergo superflue ponūtur infinita. Unde melius (inquit) posuit Empedocles finita pricipia, quā Anaxagoras infinita. Maior est verissima, ꝓpterea ꝙ natura (que ordinatissima est) nihil agit sine necessitate, alias ageret frustra: ⁊ ideo cū principia ordinent ad cōpositum, nō multiplicat plura principia ꝙ̄ sint necessaria ad generationem rei. Ueluti ars, q̄ nature est imitatrix, non vtitur pluribus instrumentis aut mediis quā sint ad finē necessaria. Medicus. n. nō operaretur ex arte, si plura adhiberet remedia, quā q̄ sunt ad sanitatē necessaria. Minorē vero probat, qꝛ Empedocles principiis finitis designat oēs generatiōes, meli⁹ quā Anaxagoras infinitis. ¶ Quarta ⁊ postrema rō est. Prima prin-
cipia sunt certa ⁊ determinata: ergo non sunt infi- 4. Ratio.
nita: qꝛ infinitum idem est qd̄ indeterminatū. Probatur añs. Ex cōtrariis principiis alia sunt priora aliaq; posteriora, q̄ fiunt ex prioribus, ⁊ ex alterutris. vt qualitates secūde puta, album ⁊ nigrū, dulce ⁊ amarum, fiunt ex actione ⁊ tēperamento primarū quatuor qualitatū: ⁊ rursus ex albedine ⁊ nigredine cōmixtis fiunt colores medii: ⁊ ex amaritudine ⁊ dulcedine cōmixtis, fiunt medii sapores: sed principia debent manere formaliter in cōposito: ergo ista cōtraria secunda, cū nō maneāt formaliter in qualitatibus mediis, nō ꝓprie habēt rōnē primorū principiorū: ⁊ per ꝯn̄s non oīa principia cōtraria sunt prima pricipia: sed illa certa ⁊ determinata ex quibus alia producuntur: atq; adeo nō sunt infinita prima principia. ¶ Quod si q̄ras qūo
hic dicit ꝯtria principia fieri ex alterutris, cū supe- Ex alterutris.
rius in diffinitione ꝯriorū id negauerit: facilis est prima frōte respōsio, vti iam semel dictū est, ꝙ supra loquebatur de cōtrariis in abstracto, ⁊ manifestū est ꝙ albedo nō fit ex nigredine: hic vero loquitur de subiecto quod successiue est sub diuersis cōtrariis qualitatibus. Sed profecto expositio hec non plene vr̄ satisfacere textui: nā hic vult ponere dr̄iam inter qualitates secūdas ⁊ primas, ⁊ in hoc nulla est dr̄ia: qm̄ pariter ex calido fit frigidum, ⁊ ecōuerso. Itē qꝛ hic loquit̄ de principiis, ⁊ principia formalia in gn̄re qualitatis sunt accidētia ipsa in abstracto. ¶ Aliter ergo dicendū est forte, hāc. s. esse dr̄iam inter primas ⁊ scd̄as q̄litates, ꝙ prime sunt causa secūdarū, taliter vt formaliter maneāt in subiecto earū: fit. n. albedo ex temperamēto quatuor qualitatū manentiū formaliter ī mixto: sed tn̄ qn̄ ex mixtione cōtrariarū qualitatū secundarū fit qualitas media, nō manēt formaliter ille extreme. In rubore enī nec est formaliter albedo, nec formaliter nigredo: neq; in sapore medio est formaliter amaritudo aut formaliter dulcedo. Unde, licet ista ꝯtria fiant quodāmodo ex alterutris. i. colores medii, qui extremis cōtrariant̄, fiant ex illorū mixtione (qꝛ medii participant rōnem extremorū) nihilominus

minus illi extremi non habent rationē principiorum: q̄ non manent formaliter in ſubiecto, medio colore colorato: ſed quatuor primę qualitates, eo ꝙ formaliter manent in mixto, dicuntur prima principia ſecundarum qualitatum. Qua ratione non ſolum probat ꝙ prima principia ſint determinata ⁊ nō infinita, verum acute alludit ad principia ſubſtantialia: materia enim ⁊ forma, eo ſunt principia compoſiti, quia manent illic formaliter. Eſt nanq̄ artificium Ariſtote. per accidentia quę ſunt ſenſui peruia, occulta principia ſubſtantię patefacere.

Text. lj. Quoniam aūt finita: non facere duo tantum, habet quandam rationem. Dubitabit enim aliquis, qualiter dēſitas raritatem facere apta natura ſit, aut hæc denſitatem. Similiter autē, & alia quæcunq; contrarietas: non enim concordia, diſcordiam congregat, & facit aliquid ex ipſa: neq; diſcordia, ex illa: ſed vtraque, alterum quiddā tertium. Quidā autem & plura recipiunt: ex quibus concinnāt eorum quæ ſunt, naturam.

¶ In text. 51. ſuppoſito ꝙ principia nec ſunt tātum vnum, nec rurſus infinita: incipit probare ꝙ ſunt tantum tria. Idcirco probat primo ꝙ non ſunt tātum duo, tribus rationibus: ⁊ poſtea oſtendit non eſſe plura, ꝗ tria. Prima ratio eſt hęc. Si tantum
1. Ratio. duo ſunt principia, illa ſunt cōtraria, vt probatum eſt: ſed ex duobus principijs contrarijs nihil fieri poteſt: ergo non ſunt tantum duo. Probatur minor: quia illa tunc vel generant vnum tertium per hoc quod vnum tranſmutat aliud, vel per hoc ꝙ operantur circa idem ſubiectū, vnde vnum expellit aliud: primus modus non eſt poſſibilis, ergo ſecundus eſt verus: vnde ſequitur tria eſſe pricipia. ſ. duo contraria ⁊ vnum ſubſtm̄. Minorem probat Ariſto. q̄ non eſt intelligibile qualiter vnum contrarium tranſmutet aliud. i. qualiter denſitas nata ſit facere raritatem: aut raritas denſitatē, aut qualiter diſcordia faciat concordiā: ſed vtraq̄ operabitur circa vnum tertium. Non. n. calor poteſt facere frigus, aut poteſt ex frigore facere calorem: ſed ignis ex aqua frigida faciet calidam, expellēdo frigus ⁊ introducendo calorē: ⁊ pariter forma ignis non faciet formam aquę, nec ex forma aquę faciet formam ignis: ſed pulſa forma aquę a ſubiecto, ⁊ introducta forma ignis, faciet ex aqua ignem. Colligitur ergo ꝙ in generatione non ſunt tantum duo principia, ſed eſt ſubiectum manens ſub vtraq̄ forma. Unde cōcludit ꝙ hac ꝺ cauſa quidā plura recipiunt ex quibus conncinnant ⁊ conficiunt naturam rerū. Alludit ad Thaletem ⁊ alios antiquos, qui non ponebant ſolum raritatem ⁊ denſitatem, ſed vnum tertium ſubiectum. puta aquam vel aliquid aliud, ex quo per ſucceſſion ra r itatis ⁊ denſitatis fierent omnia.

Tex. lij. Ad hæc aūt, adhuc & hoc aliquis dubitauerit: niſi quis aliā ſuppoſuerit contrarijs naturam. Nullius enim videmus eorū quæ ſunt, ſubſtātiæ, cōtraria. Principium aūt, non de ſubiecto oportet dici aliquo. Erit enim: principium, principij. ſubiectum enim principiū, & prius videtur eſſe, prædicato. ¶ Amplius: nō eſſe dicimus ſubſtantiā cōtrariā ſubſtātiæ. Quomodo igitur ex non ſubſtātijs ſubſtantia vtiq; erit? aut quomō prius, non ſubſtantia quam ſubſtantia erit?

¶ Quocirca ſi quis & priorem verā putabit eſſe rōnem: & hāc: neceſſariū eſt, Textus. liij.
ſi debet ſaluare vtraſq; rōnes ſubijcere quoddā tertiū: queadmodū dicūt, vnā quandā naturā dicētes eſſe. vniuerſum vt aquā, aut ignem, aut mediū horum.

¶ Subſequuntur in his duobus textibus ſecūda ⁊ tertia ratio: quę adeo ſunt truncatę ⁊ preſſę, vt apud neminē eas interpretum plane quiuerim intelligere. Narrabo prius literam vt iacet: moxq̄ eam ſub formam redigā. Ait ergo, ꝙ niſi tertium principium pręter duo contraria adhibeatur, dubitabit aliquis hoc modo. (Nullus ſubſtantię, eorum quę ſunt aliquid eſt contrarium). i. ſubſtātię nihil eſt contrarium: ſed contrarietas proprie eſt in qualitatibus. (Principium autem non de ſubiecto oportet dici aliquo) id eſt principium non pōt eſſe accidens, quod ſubiecto ineſt, alias principij eſſet prius principium: (nam ſubſtm̄ prius eſt pręǀdicato) id eſt ſubſtantia prior eſt accidente, ⁊ principium eius (ſupple). Quomodo ergo pricipia ſubſtantię erunt contraria, quod ſuperiori cap. determinatum eſt? ¶ Amplius (eſt. n. ratio ſecunda quę fere eſt eadem) ſubſtantię non contrariatur ſubſtātia: at vero ex nō ſubſtantijs. i. ex accidētibus quomodo ſubſtantia erit? id eſt, nullo modo (aut quomodo non ſubſtantia. i. accidens erit prius ꝗ ſubſtantia) quod tamen eſſet neceſſarium ſi accidens eſſet principium ſubſtantię. Quaſi dicat, nullo modo. Si ergo ſubſtantię nihil eſt proprie contrariū: ⁊ accidens non poteſt eſſe principium, quomodo verum habet, ꝙ principia ſubſtantię debent eſſe cōtraria? ¶ Subiungit in tex. 53. ſolutionem dicens. [Quocirca ſi quis ⁊ priorem veram putabit rationem] illam. ſ. qua probatum eſt principia eſſe contraria, ⁊ hanc item, qua probatur oppoſitū. ſ. principia non eſſe contraria, neceſſarium eſt ſubijcere tertium eſſe aliquod principium. Quomodo autē hoc ſequatur apparere non poteſt, niſi alia concluſio ſuppleatur. Diſponatur ergo totus ſyllogiſmus ſub hac forma. Principia rerum naturalium ſunt aliquo modo contraria, vt ſuperiori capit. dictum eſt: ⁊ non ſunt proprie ⁊ per ſe cōtraria: quia talia principia non poſſunt eſſe accidentia in quibus proprie eſt contrarietas, ſed ſunt partes ſubſtantię quibus nihil proprie eſt contrarium: ergo neceſſe eſt vt ſint contraria eo modo quo habitus ⁊ priuatio dicuntur contraria (⁊ ita eſt in rei veritate) priuatio autem ⁊ habitus ſunt circa aliquod determinatum ſubſtātiuum, ſicuti viſus ⁊ cecitas circa oculum: ergo pręter principia cōtraria, quę ſunt forma ⁊ priuatio, neceſſe eſt ponere tertium principium: puta ſubſtantiuum vtriuſq̄, quod eſt materia. Unde ingenioſe Ariſtote. cum hactenus probabiliter diſputauerit de principijs, inde iam nunc concludit veritatē. Unde non citat antiquos vt in integrum eos approbet [ponebāt enim principia rerum naturalium eſſe accidentia) ſed ī hoc

C tan-

tantum eos laudat ꝙ posuerunt vnum substantiuum contrarietatis, puta aquam aut aliud huiusmodi. Quapropter in textu statim.54.

Textus. liiij. Videtur autem: mediũ magis. ignis enim,& terra,& aer,& aqua: contrarietatibus connexa sunt. Ideo non irrationabiliter faciũt: subiectum, alterum ex his, facientes: aliorum autem: quidam, aerem. Aer enim: minime aliorum, habet differentias sensibiles. consequens autem est, aqua.

¶Magis commendat eorum sententiam, qui ponebant illud substm̃ esse quodam medium inter elemẽta, scilicet inter ignem ⁊ aerem, aut inter aerẽ ⁊ aquam, q̄ opinionem aliorum qui ponebant aliquod purum elementum esse substm̃. Enimuero substm̃ contrariorum debet esse nudum ab vtroq; cõtrario, vt ambo vicissim possit recipere: ignis vero ⁊ aqua suapte natura habent qualitates cõtrarias ⁊ pariter aer ⁊ terra. Est enim ignis calidus ⁊ siccus, aqua vero frigida ⁊ humida: sed aer est calidus ⁊ humidus, ⁊ terra frigida ⁊ sicca: vnde nullum eorum est substm̃ aptum vt maneat sub vtroq; extremo contrarietatis: quia aqua cõseruatur frigore ⁊ corrumpitur calore: ignis vero econuerso. Quare melius ponetur vnum substm̃ medium. Quemadmodum materia est vnum medium quod potest esse ⁊ sub quacunq; forma, ⁊ sub cõtraria priuatione illius. Inter eos tamen, qui posuerunt purum elementum esse substantiuũ, melius dixerunt qui posuerunt aerem, q̄ illi qui posuerunt aquam: nam principium habet ratiõem insensibilis, ⁊ aer est inter elementa magis insensibilis. Unde insinuat, ꝙ qui dixerunt esse ignem, pessime omnium opinati sunt: hac saltim de causa, ꝙ ignis habet cõtrarietatem maxime sensibilem ad omnia alia: licet propter eius subtilitatem ⁊ actiuitatẽ, melius forsan senserunt.

Textus. lv. Sed omnes: vnum hoc contrarijs figurant, vt densitate & raritate, & eo ꝙ magis & minus. Hæc autem: omnino sunt superabundantia videlicet & defectus, sicut dictũ est prius. Et videtur antiqua esse etiam hæc opinio: ꝙ vnum, & superabundantia, & defectus, principia entium sint. verum non eodem modo. sed antiqui, duo quidem, agere: vnũ autem, pati. Posteriorum autem quidã, è contrario: vnum quidem agere, duo autem pati, dicunt magis.

¶In tex.55. repetit antiquorum opiniones, videlicet, ꝙ omnes saltem posuerũt vnum substm̃ ⁊ duo contraria: in hoc omnes concordes ꝙ principia rerum se haberent per modum defectus ⁊ excessus. Nam dicebant densitatem ⁊ raritatem esse rerum principia: ⁊ raritas dicit excessum ⁊ magnitudinẽ quantitatis, defectum vero materię: densitas vero econuerso dicit excessum materię ⁊ defectum quãtitatis. Cum enim aqua rare fit, eãdem materiam continet sub maiori quantitate: ⁊ cum condensatur, eandem continet sub minori. ¶Subdit autem ꝙ hęc opinio antiqua fuit: differens tamen a posteriorum opinione. Antiquã vocat opionem Thaletis ⁊ aliorum: posteriorem vero, opinionem Platonis. Inter quos vt text. 32. dictum est, hoc modo differebat, ꝙ antiqui ponebant vnum principium materiale, ⁊ duo contraria quodammodo actiua. Platonici vero econuerso dicebãt magnum ⁊ paruum esse conditiones materiales, vt patet in indiuiduis eiusdem speciei, quę differũt magno ⁊ paruo solum ex parte materię. Principium autẽ actiuum esse vnam primam causam: ⁊ formale ideam cuiusq; speciei.

Tria igitur dicere elementa esse: & ex his, & ex huiusmodi alijs, considerãtibus videbitur vtiq; habere quandã rationem, sicut prædiximus. plura autem tribus: non amplius. ad patiendum enĩ: sufficiens est vnum. Si autem quatuor existentibus, duæ erunt contrarietates: oportebit seorsum ab vtraque, esse alteram quandam naturam mediam. Si autem ex se inuicem posśint generare: ociosa vtique altera contrarietatum erit. Textus. lvj.

¶Simul autem & imposśibile est, plures esse contrarietates primas. Substantia enim: vnum quoddam genus est entis. quare eo ꝙ prius & posterius differunt solum ab inuicem principia: sed nõ genere. semper enim in vno genere: cõtrarietas vna est. omnes autem contrarietates: reduci videnĩ ad vnã. ¶Quod igitur neq; vnum sit elementum, neq; plura duobus vel tribus: manifestũ est. Horum autem, vtrum: quemadmodũ diximus, dubitationem habent multã.

¶Prima conclusione probabiliter disputata, videlicet, principia esse plura q̄ duo, probat secũdam: nempe ꝙ non sunt plura q̄ tria. Id autem probat duabus rationibus. Resumit vero prius conclusionem superiorem, scilicet ex dictis patet tria ad minus esse principia rerum naturalium (quę est prima exponens illius exclusiue, tantum sunt tria.) Quod vero non sunt plura q̄ tria (quę est secunda exponens) probatur primo ratione. Si essent plura q̄ tria, necesse esset vt essent duę contrarietates ⁊ duo paria contrariorum: nam pro vna contrarietate sufficit vnum substantiuum. Si autem essent duo paria contrariorum, ad minus deberent esse sex principia: quoniam pro vtralibet contrarietate oporteret ponere suum substantiuum. Sed non est necesse ponere duas contrarietates: quia vna sufficit circa vnum substantiuum, ⁊ frustra fit per plura quod põt fieri per pauciora: ergo non opus est ponere plura q̄ tria. Quod autem duo contraria cum suo subiecto sufficiant, amplius. q.6. manifestum fecimus. ¶Secunda ratio qua prima euidentius elucidatur, est hęc. Prima principia sunt

prima

prima contraria: sed prima contraria in vno genere non possunt esse nisi duo: ergo in genere substantię (quod est vnum genus) tantum est vnum par cōtrariorum cum suo subiecto. ¶Probatur minor. Cōtrarietates eiusdem generis nō differunt genere, sed solum tanq̃ prius ⁊ posterius: sed ea quę differunt tanq̃ prius ⁊ posterius in eodem genere omnia reducuntur ad vnum primum, ergo. Hāc rationem expositam supra fecimus. tex. 50. oēs. n. cōtrarietates substantię ⁊ cuiusq; alterius reducuntur ad hanc primā, quę est, habitus ⁊ dispositio. ¶At tamen dubium nihilominus restat, ꝙ quanuis in genere substantię sit vna prima cōtrarietas, ⁊ per consequēs duo prima principia contraria, nōdum probatum est, esse simpliciter vnam primam cōtrarietatem, ad quam reducuntur omnes, tam substātiarum q̃ accidētium. Quod tamen probare oportuisset: nam prima principia rerum naturaliū debent in vniuersum esse principia rerum omnium generabilium, tam substātiarum q̃ accidentium. ¶Respōdetur, vt ait Commentator, ꝙ cum substātia sit primum prędicamentum ad quod alia reducuntur, quia accidentia non sunt nisi substantię entia, manifestum est ꝙ prima contrarietas substantię est simpliciter prima ad quam omnes alię reducuntur. Quo demum fit vt omnia principia substantię sint omnium accidentium principia: vt eñ agens generans substantiam simul congenerat oīa accidētia: ita principia intrinseca substantię sunt principia a quib⁹ omnia accidentia pendent, a quibusq; omnia esse recipiunt. Vnde in tex. 57. infert

Cōclusio.

Aristo. conclusionem intentam, ꝙ videlicet principia nec sunt tantum vnum, nec plura duobus vel tribus. Infert sub disiunctione, eo ꝙ hucusq; solum disputatiue processerit, ⁊ in sequenti capit. sit exactam veritatem ostensurus. Idcirco subiunxit (vtrum autem eorum sit verum) duo nec sint videlicet, an tria (dubitationis habet multum) id est, etiam nūc restat speculandum. ¶Sequitur statim caput septimum.

## QVOD PRINCIPIA, RE duo, ratione verò sint tria. CAP. VII.

SI C. igitur nos dicamus primum: de omni generatione aggredientes. Est enim secūdum naturam, cōmunia primum dicentes: sic circa vnumquodque propria speculari.

¶Postq̃ superiori capite ex probabilibus disputauit tria esse tantū principia, in hoc septimo, quod in tredecim textus secatur, definit ex proprijs veritatem. Diuiditur tamen capitulū in duo. In septem nanq; prioribus textibus ostendit in omni transmutatione tria inueniri: duo videlicet cōtraria, ⁊ vnū subiectū: ⁊ in sex posterioribus exponit conclusionem intētam principaliter in hoc libro, videlicet, principia esse re duo, rōne vero tria. Sed in hoc tamen primo fragmento superioris textus proponit modū procedendi, dicens, ꝙ primum in genere, dicendum est de omni factione, siue sit generatio, qua fit noua substantia, siue sit alteratio, qua aliquid fit alterum, puta album aut musicum. ⁊c. Nam prius (inquit) ordine naturę dicenda sunt communia puta illa quę conueniunt omni gnī motus: deinde descendendū est ad ea quę sunt generationi propria. Est enim ingenium Arist. [quod nūquā tibi mente decidat) per alterationem accidentalem, ⁊ pręsertim per artificialia, quę sunt sensui manifesta, occultam generationis naturam propalare. Vsq; ad tex. 69. vbi materiam primā generationis substantię docet per analogiam ad materiā artificialium esse cognoscendam. Caput hoc totū aureum est, quippe quod, ⁊ veram philosophiam, ⁊ physicum loquendi modum aperit.

Dicimus enim fieri ex alio aliud, & ex altero alterum: aut simplicia dicentes, aut composita. dico autem hoc sic. est enim: fieri hominem musicum, est autem & non musicum quippiam, fieri musicum: aut non musicum hominem, hominem musicum. Simplex igitur dico quod factum est: hominem & non musicum. & quod fit simplex musicū. compositum autē, & quod fit, & quod factum est: cum non musicum hominē, dicimus fieri musicū hominem. ¶Horum autem: hoc quidem non solum dicitur hoc aliquid fieri, sed etiā ex hoc, vt ex nō musico, musicus. Hoc autem: non dicitur in omnibus, non enim ex homine factus est musicus: sed homo factus est musicus. Textus lviij.

¶Proponit ergo primo in hoc text. 58. ꝙ tā aliud fieri ex alio (quod est substantiā fieri ex substantia, vt aquā ex aere) q̃ alterum fieri ex altero (quod est tale fieri ex non tali, vt album ex nigro) vtrūq; contingit duobus modis. s. ⁊ in simplicibus ⁊ in cōpositis. Simplex fieri ex simplici, est quando vtrunq; extremum est simplex. s. id quod fit ⁊ id ex quo fit. Vt si dicas, homo fit musicus, aut ex nō musico fit musicum. Compositum autem fit ex cōposito, quando vtrunq; extremum continet simul subiectum ⁊ formam aut priuationem. Vt si dicas, non musicus homo fit musicus homo, aut ex homine non musico fit homo music⁹. Et hoc est quod ait. (Simplex igitur dico quod factum est) id est terminum simplicem a quo, vt homo: in prima locutione, ⁊ non musicum, in secunda: item terminum simplicē ad quem, vt musicum, in vtrunq;. Similiter compositum dicitur vtrunq;. s. ⁊ quod fit, puta terminus compositus ad quem, vt homo musicus in tertia locutione: ⁊ quod factum est. i. terminus compositis a quo, vt non musicus homo. ¶Subiungit differentiam quantum ad modum loquendi, ꝙ in simplicibus quando terminus a quo exprimitur per terminum infinitum, aut priuatiuum, possumus illum explicare ⁊ per casum nominatiui ⁊ per casū ablatiui. Dicimus enim ⁊ non musicum fit musicum, ⁊ ex non musico fit musicum. Quando vero talis terminus a quo exprimitur per subiectū formę enunciamus illum per nominatiuum, non autem per ablatiuum. Non enim dicimus, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus.

Textus. lix. Eorum autem quæ vt simplicia dicimus fieri, aliud quidem permanens fit aliud vero, non permanens. Homo eñ, permanet factus musicus homo: nõ musicum aũt & immusicũ, neq; simplex, neque compositum permanet.

¶ Secundam differentiam ponit quantum ad rẽ, inter terminos a quibus, tam in simplicibus, ꝙ in compositis, ꝙ quando subiectum ponitur pro termino a quo, illud quidem manet sub termino ad quem, cum enim dicimus, homo fit musicus, homo quidem manet factus musicus. Sed quando pro termino a quo ponitur cõtrarium termini ad quem, vt cum dicimus non musicum fit musicum, aut ex immusico fit musicum: immusicum non manet factum musicum. Et pariter in compositis, cũ dicimus, ex nõ musico homine fit musicus homo, homo quidem manet, sed non musicũ, non manet.

Tex. lx. Determinatis autem his, ex omnibus quæ fiunt, hoc licet accipere si aliquis inspexerit sicut dicimus: ꝙ oportet semper aliquid subijci quod fit: & hoc, & si numero est vnum: at specie quidem nõ vnũ. specie enim dico & ratione: idem. non enim idem est homini & immusico, esse. ¶ Et illud quidem, permanet, hoc vero, non permanet. Etenim non oppositum permanet. homo enim, permanet. musicum autem & immusicũ, vt immusicus homo.

¶ Subsequenter in hoc text. sexagesimo supponit duo: quę quisq; (inquit) ex dictis colligere potest. Primum suppositum est, ꝙ in omnibus quę fiunt siue fiat simpliciter substantia, siue secundũ quid, vt album, supponitur vnum subiectum, quid successiue est sub vtroq; extremo cõtrarietatis. Alterum suppositum est ꝙ illud subiectum, licet realiter sit vnum numero, est tamẽ duo specie. Et exponit se, ꝙ duo specie intelligit ea quę sola rõne sunt duo. vt cum homo fit musicus, terminum ad quẽ, puta musicum, pręcessit homo qui est subiectum, & immusicum quę est priuatio subsequentis formę & terminus a quo. Homo ergo & immusicum, vnũ sunt: sed ratione differunt: alia nanq; est ratio hominis, scilicet animal rationale, & alia ratio immusici: quę est priuatio musici in subiecto apto.

¶ Probat autem primo secundum suppositum. s. ꝙ differant ratiõe, duabus rationibus. Prima est hęc. Illa differũt ratione, quorum vnum manet altero non manente: sed quando homo immusic⁹ fit musicus, permanet homo, & nõ permanet immusicum: ergo homo & immusicum, differunt ratione. Secunda ratio est in textu sequenti.

Textus. lxj. Sed ex aliquo fieri aliquid, & nõ hoc fieri: magis quidem dicitur in non permanentibus. vt ex immusico: musicum fieri: ex homine autem non. At vero: & in permanentibus, aliquando dicitur similiter. ex ære enim, statim dicimus fieri: non æs, statuam. Hoc tamen: ex opposito & non permanente: vtroq; modo dicitur. & ex hoc, hoc: & hoc hoc: nãq; ex immusico, & immusicus: fit music⁹. Quocirca: & in cõposito similiter. etenim ex immusico homine, & immusicus homo, fieri dicitur musicus.

¶ Probat secundo subiectum & priuationem ratione differre hoc syllogismo. Illa de quibus diuersimode in generatione loquendum est, ratione differunt (nam cum voces sint signa conceptuum, signum est ꝙ habent diuersos conceptus) sed aliter in generatiõe loquimur de subiecto, & aliter de priuatione: ergo. Probatur minor: quia priuatio exprimitur per casum ablatiui: subiectũm vero, non item: dicimus enim ex immusico fit musicum, non tamen dicimus, ex homine fit musicum, sed homo fit musicus. Addit vero ꝙ nonnunꝙ in artificialibus id dicimus, vt ex ęre fit statua, melius dicim⁹, ꝙ ęs fit statua. Hoc tamen non est vt nomine ęris designemus subiectum, sed priuationem formę statuę: acsi diceremus, ex ęre informi fit statua. Attamen in non permanentibus, scilicet in priuatione, vtroq; modo loquimur, videlicet ex immusico fit musicum, & immusicum fit musicum. Quapropter & in compositis vtraq; etiam admittitur oratio ratione priuationis adiunctę, scilicet ex non musico homine fit musicus homo: & non musicus homo fit musicus homo.

Textus lxij. Quicquid fit ex supposito fit subiecto. Multipliciter autem cum dicatur fieri & horum quidem nõ simpliciter fieri, sed hoc aliquid fieri, simpliciter autẽ fieri substantiarum solum sit: MANIFESTVM est, ꝙ secundum alia quidẽ necesse est subijci aliquid quod fit. Etenim quantum, & quale, & ad alterũ, & quando, & vbi fiunt subiecto aliquo, propterea ꝙ sola substãtia de nullo alio dicitur subiecto, sed alia omnia de substantia. Quod autem substantia, & quæcunque alia simpliciter entia ex subiecto quodam fiant, consideranti fiet vtique manifestum. semper enim est aliquid, quod subijcitur: ex quo fit, quod fit. vt plantæ, & animalia: ex semine.

¶ Reuertitur Arist. in hoc text. 62. ad probandum primum suppositum, videlicet in omni factiõe supponi vnum subiectum. Hoc autem ratione probare non pertinet ad physicum, sed. 7. meta. text. 22. id probat ea ratiõe quam nos. q. 6. adducimus: hic sola id inductione manifestat. Dicit ergo ꝙ cum fieri multipliciter dicatur, id solum simpliciter dicitur fieri quod fit hoc aliquid. i. prima substantia in recta linea vt homo ignis. Cętera vero non fiunt simpliciter: sed secundum quid, cum enim aqua calefit nihil fit simpliciter, sed fit calidum. Hinc iam notare

notare incipe ꝙ id quod fit simpliciter non est forma nec substantialis nec accidentalis: sed compositum quod in subsequentibus palam fiet. Quod autem in factione secundum quid, puta accidentale presupponatur subiectum, probat: nam sola substantia est que non est in subiecto, reliqua vero omnia predicamenta dicuntur de substãtia, ⁊ ideo cũ aliquid fit maius per augmentationem aut album per alterationem, aut simile per relatione aut mutat tempus, aut locum, aut situm, aut habitũ presupponitur subiectum, puta substantia que has patitur mutationes. Quod autem substãtia, aut quecunq; alia artificialia cum fiunt presupponat subiectum manifestum est: quia plante ⁊ animalia ex semine fiunt. Non intelligas semen: sed materiam seminis fieri materiam animalis.

Textus lxiij. Fiunt autem, quæ fiunt simpliciter: alia quidem transfiguratione, vt statua, ex ære. Alia verò, appositiõe: vt quæ augmentãtur. Alia vero subtractiõe: vt ex lapide, Mercurius. Cõpositione autem alia: vt domus. Alia vero alteratione: vt quę vertuntur secundum materiam. omnia autem quæ sic fiunt: manifestum est ꝙ ex subiectis fiunt.

¶ Prosequitur Aristo. inductionem in artificialibus: quę appellat simpliciter entia, nõ ꝙ simpliciter fiant vt substantia (siquidem eorum formę accidentia sunt) sed quia formę artificialium sunt quędam dispositiones quę non veniunt ab extrinseco, sicut calor ⁊ alię qualitates: sed aliter sint quodãmodo dispositiones circa eorum substantiã, ⁊ ideo secundum antiquos dicebantur simpliciter entia, lignum enim sic figuratum est Mercurius ⁊ aliter formatum est Jupiter. Redigit autem artificialia ad quinq; genera. Alia enim fiunt transfiguratiõe substantię vt fusilia, vt cum ęs fusum fit aut campana, aut statua, aut cũ virgula aurea fit annulus. Alia vero fiunt appositione, vt cũ planta, aut animal augetur per appositionem noui alimenti. Tametsi hoc exemplum ad naturalia pertineat. Fortassis Arist. allusit ad conglutinationem plurium metallorum, quę latine dicitur ferruminatio: vel sicut appositione aquę ad farinam fit massa per artem. Unde non legendum est, augmẽtatur, sed augmentantur. i. agglutinantur. Alia fiunt subtractione vt arte sculptoria ex lapide aut ligno subtractione fit imago. Alia fiunt simplici cõpositione sine aliqua alteratione, vt domus fit ex lapidibus ⁊ lignis. Alia deniq; fiunt per alteratione vt ex massa per decoctionem fit panis ⁊ ex luto lateres ⁊ vrcei. Hec omnia inquit manifestum est ex presuppositis subiectis fieri.

Textus lxiiij. Quare manifestum est ex dictis, ꝙ omne quod fit, semper cõpositum est, & est quidem aliquid qđ fit: est aũt aliquid, qđ hoc fit. & hoc: duplex est. aut eñ subiectũ, aut oppositũ. Dico aũt oppositum esse, immusicum: esse aũt subiectum, hominem: & infigurationem quidem, & informitatem vel inordinationem, oppositũ: æs autem, vel lapidem, vel aurum, subiectum.

¶ Concludit demum in hoc tex. 64. ex his quę dicta sunt manifestum esse, ꝙ id quod fit semper est compositum: nõ enim vt iam modo dicebamus fit forma substantialis aut accidentalis, sed fit homo aut fit homo albus, in quo quidem cõposito est aliquid quod fit tanquam termin⁹ quo, ipsius factionis quę est forma ⁊ aliquid qđ. Et hoc est duplex. s. ⁊ subiectũ ⁊ oppositum formę, cum enim fit musicum, dicere possumus ꝙ homo fit musicus ⁊ ꝙ immusicum fit musicum. Et proportionabiliter in aliis factionis, infiguratũ ęs fit figuratũ, ⁊ informe fit formatũ, ⁊ inordinati lapides fiũt domus. ¶ Unde colligitur illa prima ꝓpositio quã in principio capituli diximus esse inuẽtã in his septẽ textibus, videlicet ꝙ in quacũq; factione sunt tria principia: puta duo contraria ⁊ vnum subiectum.

Manifestum igitur, ꝙ siquidem sunt causæ & principia eorum quæ natura sunt, ex quibus primis sunt, & facta sunt non secundũ accidens, sed vnũquodq; quod dicitur secundum substantiã, omne & ex subiecto & forma fit, componitur enim musicus homo, ex homine & musico quodammodo, resolues enim rationes in rationes eorum. manifestũ igitur est: ꝙ quæ fiunt, fient ex his. Textus. lxv.

¶ Constituta iam prius hac conclusione ꝙ in omni factione sunt illa tria: pergit Arist. propriam exponere sententiam de principiis rerum naturalium: ⁊ in hoc textu probat esse duo tantũ principia per se, ⁊ in sequenti vnum preterea esse per accidens. Primum ꝓbat hoc syllogismo. Ea ex quibus per se compositum fit ⁊ factũ est sunt eius per se principia: sed duo tãtum vtpote materia ⁊ forma sunt ex quibus per se compositum fit ⁊ factum est: ergo hęc duo tantum sunt per se principia. Maior relinquitur tanquam manifesta ex significatione huius nominis per se principiũ. Minorem vero probat hoc modo. Ea in qua primo resoluitur compositũ, sunt pariter ex quibus per se componitur [nam vnũquodq; resoluitur in ea ex quibus cõponitur:] sed homo musicus [qui fit per alterationem] resoluitur quodammodo in hominem ⁊ musicũ: qui eñ diffiniret hominem musicum, deberet dicere ꝙ est animal rationale musicę peritum: ⁊ eadem ratiõe qui hominẽ physice diffiniret, diceret esse animal ex materia ⁊ anima rationali compositum. Est tamen adnotãdum ꝙ materia ⁊ forma non solũ sunt per se principia compositi in facto esse, sed etiam in fieri: etenim vt illa sola manẽt in composito, ita ⁊ illa sola per se concurrunt ad generationem. Idcirco enim dixit, ex quibus sunt ⁊ facta sunt. Priuatio autem non est principium compositi in facto esse. An vero sit principium de per se ad generationem. q. 5. examinatur.

Est autem subiectum: numero quidẽ vnum, specie vero duo. homo enim & aurũ & omnino materia: numerabilis. nam hoc aliquid magis: & quod fit non Textus. lxvj.

secundũ accidens, ex ipso fit. Priuatio autem & contrarietas, accidens. Vnum autem, species: vt ordinatio, aut musica aut aliorum aliquid sic prædicantium.

¶ Tertiũ addit pręterea principiũ p accidẽs, dicẽs φ subiectũ & materia, licet sit vnũ numero, tamẽ spẽ (.i. rõne vt se supra exposuit) est duo. Persistit in exẽplis accidẽtaliũ & artificialiũ factionũ. Hõ enĩ (inquit) cũ fit musicus, aut aurũ cũ fit annulus, & eadẽ rõne prima materia numerabilis est .i. ponẽs in numero cũ forma: vt pote a qua realiter distinguitur. Immusicum vero aut priuatio formę annuli, quę contrariatur formę quę gignitur, & est terminus a quo illius, est accidens ipsius subiecti: accidit nanq; homini esse priuatũ musica & auro esse in formę. Et pariter priuatio est accidens materię nõ numerabile: qr nõ distinguitur ab illa numero: sed sola ratione. ¶ Verba illa, Materia est hoc aliquid magis, non nihil habet momenti ad probandum materiam principium esse indiuiduationis. Enimuero vt conditio singularis huius seminis est causa vt hęc forma numero educatur de eius potentia: ita cõditiones singulares materię sunt causa indiuiduationis formę. Sed de hoc alias. Et hoc modo subiectum est ratione duo. ¶ Et cum species quę generatur, vt ordinatio lapidum, cum fit domus, aut musica, cum fit homo musicus, sit pręterea vnum principium, colligitur esse tria principia. Et eadem ratione in generatione substantiali ignis ex aqua, concurrunt duo principia p se, puta materia & forma ignis: & vnum per accidens. vt priuatio formę ignis quę in materia pręcesserat aquę. Hinc sequitur φ priuatio non est principium in facto esse, sed solum in fieri, puta in generatione. Dubium hic restat, quod videtur Arist. sibi ipse aduersus: quippe qui tex. 43. visus est sentire vnũquodque per se fieri ex suo contrario. vt album de per accidens fit ex musico: de per se autem ex nigro aut medio colore colorato: hic autem ait priuationem esse principium per accidens. Huic tamen questioni .6. respondimus.

Materia.

Priuatio.

Textus. lxvij.

Quocirca est quidem vt duo dicenda sint principia: est aũt, vt tria. & est quidem, vt contraria. vt si aliquis dicat musicum & immusicũ, aut calidum & frigidũ, aut congruens & incongruens. Est autem: vt non. A se inuicem enim cõtraria pati, impossibile. Soluitur aũt & hoc: propterea φ aliud est subiectũ. hoc enim non est contrarium. Quare, neque plura contrariis principia quodã modo: sed duo (vt si dicam) numero. Neque iterum penitius duo, propterea quód alterum est esse ipsis: sed tria. Alterum enim est homini, & non musico esse: & infigurato, & æri.

¶ Infert tandẽ Arist. cõclusionẽ principaliter intentã in hoc lib. de qua sextam nos conclusionem mouimus. Et qr duo de principiis hactenus disputauerat: primũ de qualitate, an eẽnt cõtraria, & secundũ de numero, vtriusq; conclusio est hęc. Principia rerum naturaliam sunt quodam modo duo, & quodammodo tria: quodammodo cõtraria, quodammodo vero non. Probat primo secundam partem exemplo. Ait enim φ ex tribus principiis duo sunt quodammodo inuicem contraria, eo φ non sunt simul in eodem subiecto, sed ad productionem vnius expellitur aliud, ad modum contrariorum. Quod autem quodammodo non sunt contraria, aliqui exponunt hoc modo, φ forma ipsa & priuatio non sunt simpliciter contrarię, cum sint priuatiue opposita: sed arbitror non hoc sentire hic Arist. nam textui sequenti id reseruat. Alij exponũt φ non sunt simpliciter contraria, si consideretur seorsum sine subiecto: qr non possunt se inuicem expellere nisi circa subiectũ. Hoc autem omnibus cõtrariis est cõe. Et ideo aliud speciale voluit hic dicere Arist. vz φ ex tribus principiis non omnia inter se sunt cõtraria, sed tantum duo: tertium vero, puta materia, neutri illorum contrariatur: qr simul est cum priuatione prius, & postmodum cum forma. Et ideo infert φ quodammodo principia non sunt plura contrariis. Alius textus habet contrariorum. Sed mendum est, nisi legatur, numero contrariorũ. Est enim sensus φ principia quodam modo non sunt plura q̃ contraria quę sunt duo numero, puta forma & priuatio: nam priuatio est idẽ realiter cum materia. Sed nihilominus (inquit) penitus non sunt duo: sed quodammodo tria: propterea φ materia & priuatio, vt dictũ est, ratione differunt. Alia enim est ratio hominis & alia musici.

Conclusio pricipalis de numero principiorum.

Quot igitur principia sint rerũ naturalium quæ circa generationem, & quo modo tot dictum est. Et manifestum est, φ oportet subijci aliquid contrarijs, & contraria duo esse, quodam autem modo alio: non necessarium est. Sufficiens enim erit, alterum contrariorum absentia & præsentia facere mutationem.

Textus. lxviij.

¶ Repetit quę dixerat vt perspicaciora faciat. Ait nãq; quot principia sunt rerũ naturaliũ, quę circa gñationẽ sunt, & quomõ sint tot satis esse dictũ. Addit vero, naturaliũ, quę sunt circa generationẽ, vt excludat coelestes orbes: qui cũ sint entia naturalia, nõ tamen habẽt tria principia. Nã vel non habent materiam & formam distinctam, sed sunt simplex ens. vt aliqui credunt esse opinionem Arist. vel (qđ verius est) materia coeli ita est formę coęua vt non habeat priuationem adiũctam: qr non est in potentia ad aliam formam. Quare coeli non fuerunt geniti ex priuatione pręcedente in materia. ¶ Subdit vero Phi. φ licet quodammodo vt dictũ & principia cõtraria cõcurrãt ad generationẽ: quodã tamẽ alio mõ nõ est necessariũ. Qđ adiecit ad maiorẽ expositionẽ illius qđ dixerat priuationẽ esse principiũ per accidẽs: nã priuatio nõ dr principiũ, qr sit quid positiuũ, aut cõcurrẽs ad gñationem, aut intrãs cõpositionẽ rei: sz ad hunc sensum φ forma q̃ fit pręsens per generationem requiritur vt antea fuerit absens nam fieri est esse acquirere post non esse: & illa absentia dicitur priuatio. Quocirca quinto lib. tex. 7. ait φ motus est ab aliquo affirmato ad aliũ affirmatum. vt ab albo in nigrum:

Priuatio

grũ:quia motus dicit successionem a priori ad posterius:generatio vero est mutatio a negato ad affirmatum,scilicet a non esse ad esse:sed corruptio econuerso ab affirmato ad negatum: puta ab esse ad non esse.

Textus. lxix. Materia cog. per analogiam.

Subiecta autem natura scibilis est secundum analogiam. vt enim ad statuã æs, aut ad lectũ lignũ, aut ad aliud aliquid habentium formam, materia & informe se habet priusquàm accipiat formã, sic hæc ad substantiam & hoc aliquid, & quod est, se habet. Vnum igitur principiũ hæc:non sic vnum existens, neq; sic ens, vt hoc aliquid. Vnũ autem:secũdum ꝙ ratio. amplius autem contrariũ huic, priuatio. Hæc autẽ quomõ duo:& quomodo plura:dictum est in præcedẽtibus.

¶Hactenus de prinicipijs substãtię differẽs Arist. exẽplis potissimũ vsus est artificialiũ:q̃ nota sunt sensui:suspensumq; subinde habuit lectoris animũ Jam vero nũc mysteriũ aperit, dicens ꝙ subiecta natura.i.materia prima,quę subijcitur generationi substantię,per analogiam cognoscibilis est. Ubi hoc est animaduertendum,ꝙ sinistre distorserint hanc antoritatem ex neotericis quidã. Citant em̃ hunc locum sub his verbis. Materia cognoscibilis est per analogiã ad formã. Cũ tamẽ nec nomẽ, formã, sit apud Arist. nec analogia esse possit inter materiã & formã:neq; vllo mõ pręcedentibus aut subsequentibus verbis Aris. sensus iste cohęreat. Est ergo sensus planus, ꝙ materia prima substãtię q̃ nobis est occulta, cognoscibilis est p analogiã. i. per similitudinẽ proportionis(hoc enim pollet analogia)ad materiã artificialiũ, quę nobis est manifesta. vt enim cũ ex ęre fit statua aut lectus ex ligno, experimur ęs aut lignũ, qđ prius erat informe fieri sub noua forma:ita cõiectari licet, cum lignũ trãsmutatur in cineres, aliquã subijci materiã, q̃ prius erat sub forma ligni permanere sub forma cinerũ. Nisi ꝙ in artificialibus illud ens est in actu cõpletũ:sed materia prima est ens in potẽtia, quod simpliciter habet esse per formã. Et hoc est quod subiungit, ꝙ hoc vnum.s.principiũ.s.materia nõ est sic vnũ existens & vnum ens, vt hoc aliquid. i. vt prima substantia in recta linea, quẽadmodum lignũ aũt ęs:sz est pars substãtię. Scđm aũt principiũ(inquit)est vnum vt rõ, puta forma q̃ est terminus quo.s.qua ignis est ignis. Et tertiũ est eius contrariũ, puta priuatio. Hęc aũt puta materia et priuatio quomodo sit vnum & quomodo plura, vt iam supradictum est.

Textus. lxx.

Primum igitur dictum est, ꝙ contraria solùm principia sunt:posterius autẽ ꝙ necesse est, & aliud quippiã subijci & esse tria. Ex ijs autẽ quæ nunc, manifestũ est quæ sit differentia contrariorum, & quomõ se habẽt principia ad inuicẽ, & quid subiectum. Vtrùm autem substantia species aut subiectum sit: nondum manifestum est:sed quod principia tria sint, & quomodo tria, & quis mod s eorum manifestũ est. Quot igitur & quæ sint principia:ex his consideretur.

¶Colligit tandem in textu hoc septuagesimo & postremo huius capitis, eorum epilogum quę hactenus dicta sunt. Ait nãque primo dictum esse quod contraria solũ principia sunt. i. vnũ tãtũmodo par cõtrariorũ, quibus tertiũ principiũ subijcitur. atq; adeo oĩa sunt quodãmodo tria. Itẽ dictum est quę nã sit differẽtia inter illa cõtraria:nam alterũ, puta forma, est ens positiuum, ac subinde principium per se:alterũ vero est priuatio, & idcirco principiũ per accidens. Itẽ dictũ est(inquit)quomodo eorũ subm̃ nõ est ens ĩ actu:sed in potẽtia ad esse p formã. Attamẽ vtrũ species. i. forma potius habeat rationẽ substantię quã subm̃. i. materia, nondũ(inqt) manifestũ est:vsq; ad initiũ libri secũdi: vbi videbitur tã formã quã materiã esse naturã: formã tamẽ potius habere rationẽ substãtię, quã materiã. ¶Sequitur hic quęstio quinta super textu. 67. Utrum principia &c. & q. 6. super tex. 69. Utrũ materia. &c.

## QVO OPINIONIBVS ANtiquorum respondetur, ratioq; materiæ aperitur,

## CAP. VIII.

Textus. lxxj.

QVOD autẽ vnico modo sic soluitur & antiquorũ dubitatio:dicamus post hæc. quęrentes enim Philosophi primi veritatem, & naturã entium:conuersi sunt veluti in viam quandã aliã depulsi ob inexperientiam, dicuntq;, neq; fieri eorum quæ sunt vllum, neq; corrumpi, propterea quòd necessariũ est, fieri quod fit aut ex eo qđ est, aut ex eo qđ non est. Ex his autem vtrisque: impossibile esse:neque enim quod est fieri:esse enim iam. & ex eo quod nõ est:nihil vtiq; fieri. subijci enim quippiã oportet.

¶Postquã in superioribus trib⁹ capitulis determinauit Arist. veritatẽ de cõtrarietate & numero principiorũ, in his duob⁹ sequẽtibus rñdet veterũ argumẽtis, ostẽdẽs, pctã ex quib⁹ eoꝝ errores manabãt. Et qm̃ oẽs procedebãt ex duplici ignorãtia, scilicet, & q2 ignorabãt naturã materię, & q2 ignorabãt naturã priuationis, in hoc ca. 8. prodit ignorãtiã primã, & in postremo, patefacit secũdã. Atq caput hoc ãplectit text⁹ octo:in q̃rũ duobus primis pponit paralogismũ falsamq; cõclusionẽ antiq̃rũ: & in quinq; pximis respondet ad illũ vno mõ, & in textu postremo respõdet altero mõ. ¶Ait ergo in hoc textu. 71. qđ antiqui fere oẽs, quęrẽtes veritatẽ & entiũ naturã, cõuersi sunt ĩ viã aliã, scilicet, falsam:ob inexperiẽtiã: quia nesciebãt distinguere ĩter ẽs simpliciter, & nõ ẽs simpliciter. Paralogizabant

bant nanq̃ sic. Quicq̃d fit, aut fit ex eo ꝙ est, aut ex eo qđ non est (intellige tanquam ex termino a quo) neutrũ istorũ: ergo. ¶ Probat minor: q2 qđ fit ex eo quod est, iã antea erat (supponebant enim quod nihil fiebat ex eo qđ est, nisi q2 id qđ fit latebat ĩ termino a quo) ex eo autẽ qđ non est nihil fieri põt, q2 cũ ex nihilo nihil fiat, necesse est supponi subtm̃: ergo nihil simpliciter fit: sꝫ quicq̃d est, fuit semper. Argyropilus vertit quicquid fit, fit ex ente aut nõ ente. Idẽ tamẽ vbiq̃ pollet apud Aris. ens, & quod est, & pariter, nõ ens, &, quod nõ est, sicut idẽ est, legẽs, et, qui legit, est enim, ens, participiũ ab esse.

Textus. lxxij. Et sit itaque quod consequenter accidit augentes, neque esse multa dicunt, sed tantum ipsum quod est. Illi ergo talem acceperunt opinionem, propter ea quæ dicta sunt.

¶ Addit ĩ tex. 72. quod ide antiqui cõsequẽter inferebãt oĩa esse vnũ. Alludit ad Parmenidẽ & Melissum & alios, qui dicebãt omnia esse aut aquã, aut aerẽ. &c. Enimuero cũ secũdũ illos nulla simplicit̃ substantia de nouo producebatur, cõsequẽs erat vt oẽs quas experimur rerũ transmutationes essent accidẽtales: atq̃ adeo omnia essent vna substãtia. s. eiusdem spẽi. Tametsi, Anaxag. & Democritus aliter asserebant nihil fieri, de nouo, ponentes omnia actu latitare in q̃lꝫ, & gigni, nihil aliud esse, quam quod latebat apparere.

Textus. lxxiij. Nos autẽ dicimus, quod ex eo quod est, aut ex eo quod non est, fieri, aut qđ non est, aut quod est, facere aliquid, aut pati, aut quodcunque hoc fieri, vno quidem modo nihil differt, aut medicũ facere aliquid, aut pati, aut ex medico esse, aut fieri.

¶ In tex. 73. & q̃tuor sequẽtibus rñdet vno mõ. Ad cui⁹ euidẽtiã supponit pri⁹ ꝙ qñ dicim⁹, ex eo qđ est. i. ex ente, aut, ex eo qđ nõ est aliq̃d fieri, nihil differt, si illud claritatis causa exprimamus in iĩs terminis. s. ex medico & nõ medico fieri aliquid: & cum dicim⁹, qđ est, &, qđ nõ est, facere aut pati aliq̃d, exprimere id possumus per hos t̃os, nõ medic⁹ aut medicus, facit aut patitur aliquid. Hoc supposito.

Textus. lxxiiij. Quare cũ hoc dupliciter dicatur: manifestũ est ꝙ & ex eo quod est, & id qđ est aut facere aliquid, aut pati. Aedificat igitur medicus: nõ secundũ ꝙ medicus, sed secundum quod ędificator. & albus fit: nõ quatenus medicus, sed quatenus niger. Medicatur autẽ, & nõ medic⁹ fit quatenus est medicus. Cũ autẽ maximè ꝓpriè dicamus medicũ facere aliq̃d, aut pati, aut fieri ex medico, si secũdũ quod medicus hęc patiatur aut faciat: manifestũ quod non ex non ente fieri & hoc significat, quatenus nõ est. Quod illi q̃dẽ nõ partientes: aberrauerunt. & propter hanc ignorantiã tantum insuper ignorauerunt: quòd nihil aliorũ opinati sunt fieri, aut esse, sed auferebant oẽm generationem.

¶ Subdit in textu. 74. ꝙ si hoc quod dicim⁹ ex medico fit aliquid, aut, ex nõ medico fit aliquid, aut, medicus aut nõ medic⁹ facit, aut patitur aliquid, si hoc (inquit) dicit̃ dupliciter, cõsequẽs est, vt etiã dicatur dupliciter, ex eo qđ est, aut ex eo qđ nõ est, fieri aliquid. At vero medicũ dupliciter cõtingit facere aut pati aliquid. s. & per se, & ꝑ accidẽs. Cũ enĩ dicimus, medic⁹ ędificat, id intelligit̃ per accidẽs quatenus accidit perito ędificãdi peritia simul medicinę: nã ꝑ se nõ ędificat, nisi inquãtũ ędificator: & pariter medicus nõ fit albus inquãtũ medicus, sed inquãtũ niger: albũ enim per se fit ex eo quod nõ est albũ: ꝙ aũt illud sit medic⁹, est per accidẽs: cũ autẽ dicimus ꝙ medicus medicatur, aut, ꝙ ex nõ medico fit medicus, illud est per se: quia medico inquãtũ medic⁹ est cõuenit medicari, & nõ medico inquantũ est nõ medicus conuenit fieri medicũ. Ex iĩs cõcludit manifestũ esse ꝙ cũ dicit̃, ex eo quod est, aut ex nõ ente, fieri aliquid, intelligẽdum est per se: in quo sensu talis propositio ẽ vera: q2 id qđ fit nõ fit per se ex eo qđ nõ est: nã quod nõ est nõ intrat compositionẽ rei. Atvero id quod fit, fit per accidẽs ex nõ ente, puta ex eo quod nõ est: nã fit ꝑ se ex subiecto. s. ex materia, cui accidebat esse sub priuatione huius formę quę gignitur. Et quia illi non sunt partiti hos duos sensus, aberrauerũt, dicentes, nihil fieri simpliciter: & per consequens auferentes omnem generationem.

¶ Nos aũt & ipsi dicimus fieri quidẽ nihil simpliciter ex eo quod nõ est, sed tñ fieri ex eo quod nõ, est vt secundũ accidens: ex priuatione enim, quæ est per se non ens, non ex eo quod est: fit. Mirabile autem est hoc & impossibile sic videtur: fieri aliquid ex eo quod non est. Textus. lxxv.

¶ In textu ergo. 75. applicat solutionẽ ad formam paralogismi antiq̃rũ. Cũ enĩ arguũt. Id qđ fit, aut fit ex eo qđ est, aut ex eo qđ nõ est, respõdet̃ ꝙ neq̃ fit per se ex eo qđ nõ est, nec ꝑ se ex eo qđ est: sꝫ fit ꝑ accidẽs ex eo qđ est, & ꝑ accidẽs ex eo qđ nõ est. Qđ fit ꝑ accidẽs ex eo qđ nõ est, patet: nã fit ex priuatione q̃ est ꝑ se nõ ens, & est accidẽs materię, ex qua fit gñatio. Intẽdit ergo dicere ꝙ qñ ignis gñatur ex stupa, ꝑ se quidẽ fit ex materia & forma, fit tñ per accidẽs ex non igne, puta ex priuatione formę ignis, q̃ erat in materia. Vbi attẽte cõsiderãdũ est qđ nõ sequitur ignis fit ex priuatiõe formę: & priuatio ẽ ꝑ se nõ ens: ergo ignis per se fit ex nõ ente: nã vtrãq̃ partẽ antecedẽtis cõcedit Aris. & negat cõsequẽs. Enimuero, vt ca. sequẽti dicem⁹, priuatio ꝑ se est nõ ens: nã per se dicit priuationẽ entis. Cõcedim⁹ ergo ꝙ ignis fit ex per se nõ ente vt, per se, determinet nomẽ infinitũ: negam⁹ tñ ꝙ per se fiat ex nõ ente, vt, per se, determinet verbũ fit. Sꝫ mirabile, inquit, fuit hoc antiquis: & ideo impossibile videbatur eis aliquid fieri hoc modo ex non ente.

¶ Similiter autẽ, neq; ex eo qđ est, neq; id quod est fieri: nisi secũdũ accidẽs: sic

autem

aũt & hoc fieri eodẽ modo:vt ſi ex animali,animal vtiq; fiat,& ex quodã animali,quoddã animal.vt ſi canis,ex quo fiat. Fiet em̃ nõ ſolũ ex quodã animali canis:ſed etiam ex animali,at non quatenus eſt animal.eſt enim iam hoc.

¶In textu.76. probat pari forma ꝙ id qđ fit, fiat per accidens ex ente.Qđ hoc exẽplo declarat. Si quoddã animal in ſpẽ fieret ex alio quodã aiali, vt canis ex equo, tũc canis nõ fieret ex aiali,in genere dicto:nam aial in cõi iam eſt,cum ſit equus:⁊ id quod fit tale debet fieri ex nõ eſſe illius (quod em̃ erat non fit.)Fit tamen canis per accidens ex animali.i.non inquantum eſt animal, ſed inquantum hoc animal: puta inquantum canis fit ex equo.

Textus. lxxvij. ¶ Si autem aliquid debet fieri animal, nõ ſecundũ accidẽs, nõ ex animali erit. & ſi aliquid ſit: nõ ex eo quod eſt, neq; ex eo quod nõ eſt:quod enim ex eo qđ non eſt dictũ eſt nobis, quid ſignificet, ꝙ quatenus non eſt. Amplius autem & eſſe om̃ne, aut non eſſe: non remouemus:vnus igitur modus hic eſt.

¶In textu.77.applicãdo hoc ad ꝓpoſitũ,ait,ꝙ eodẽ mõ hõ nõ fit per ſe ex eo quod eſt.i.ex ente: nã anteꝙ̃ homo ſit,iam eſt aliquod ens.ſ.illud ex quo fit,fit tamẽ ꝑ accidẽs ex ente:non quidẽ inquantũ eſt ens,ſed inquantũ hoc ens in potẽtia ad hoĩem puta ex ſemine vel ex embrione, cui accidit priuatio formę hoĩs.vt.q.5.expoſuimus. Et ita cõcludit Ariſt. ꝙ ſimplicit̃ nec remouemꝰ oẽ eſſe aut oẽ nõ eẽ.i.nec negamꝰ ſimplicit̃ rẽ quodãmõ eſſe anteꝙ̃ ſit,q꞉ cõcedimꝰ eſſe in potẽtia:nec negamꝰ ſimpliciter nõ fuiſſe:q꞉ cõcedimus quodãmõ nõ fuiſſe in actu.Et hic,inquit, eſt vnus modus reſpondendi.

Textus. lxxviij. ¶Alius autẽ: ꝙ cõtingit eadẽ dicere ſecundũ potentiã, & actũ: hoc aũt:in alijs determinatũ eſt cum diligentia magis. Quare,quod quidẽ dicebamus,dubitationes ſoluũtur:propter quas coacti, remouent dictorũ quædã:ꝓpter hoc em̃: tantũ auerſi ſunt priores à via in generationẽ,& corruptionẽ, & omnino mutationẽ.Hæc enim viſa natura, omnẽ ſoluit hanc ipſorum ignorantiam.

¶In textu.78.ſubiungit alium modũ rñdendi:qui quodãmodo eſt ſuperioris expoſitio:plenīꝰ verũtamen ſatiſfacit intẽtioni p̃ſenti: nã modus ſuperior ſolũ rñdet quõ id quod fit,fit ꝑ accidens ex ente, ⁊ per accidẽs ex non ente. Idcirco reſtabat docere ex quo fiat gñratio ꝑ ſe.Et hoc eſt qđ iã nunc edocet.Ait em̃ ꝙ materia eſt quodammõ mediũ inter ens ⁊ nõ ens: non eſt enim per ſe ens actu,ſed hoc hꝫ per formam:per ſe autẽ eſt ens in potẽtia. Hoc autẽ, inquit,in alijs determinatũ eſt maiori diligẽtia:nẽpe.9.meta.tex.21.qđ nos etiã.q.6.copioſius tractauimꝰ:⁊ iõ qcq̃d fit, fit ꝑ ſe ex materia: q̃ nec ſimpliciter eſt ens nec ſimpliciter eſt non ens, ſed ens ſcḋm qđ,puta ens in potẽtia.¶Cõcludit ergo ꝙ iſto mõ ſoluunt̃ dubitationes ꝓpter quas coacti ſunt antiqui negare ſimpliciter generationem et corruptionem, eo ꝙ videbant nihil fieri ſimpliciter ex ente nec ſimpliciter ex non ente,inter quę ignorauerunt medium.¶Sequitur hic queſtio ſeptima ſuper tex.78.Utrum forma.⁊c.

## QVOD MATERIA ET priuatio ratione differant. CAP. IX.

Textus. lxxix. Tangẽtes igitur & alij quidã fuerũt ipſam, ſed nõ ſufficiẽter. primũ enim confitentur ſimpliciter fieri aliqd ex eo quod non eſt, quatenus Parmenidem rectè dicere. Poſtea vr̃ ipſis ſi quidẽ eſt numero vna,& potẽtia tm̃ eſſe. Hoc autem, differt plurimũ. Nos em̃ materiã & priuationẽ,alterũ eſſe dicimus. & horũ,materiã quidem nõ ens eſſe ſcḋm accidens.priuationem aũt, per ſe.& materiã quidem prope & quodãmodo ſubſtantiã, priuationem autem nequaquã.

¶Cum cap.ſuperiori mõſtrauerit.Ariſt. naturam materię,quã antiqui nõ nouerãt,q̃ conſiſtit in medio inter ens ⁊ nõ ens,in hoc poſtremo capite, qđ quinq; hꝫ tex.ꝑgit docere naturã priuatiõis rõne differentis a materia,q̃ fuit altera antiquoꝝ ignorantia.In hoc ergo textu qui eſt in ordine.79.proponit veterũ errorẽ,dicens, ꝙ antiqui vtcũq; tetigerunt naturã materię, cognoſcentes materiã nõ eſſe ſimpliciter ens[quod vere cõiectabant] ſed tamen affirmabãt ſubinde ſimpliciter eſſe nõ ens, in quo errabant. Et mouebãtur rõne Parmenidis, quam ſuper textũ.25.expoſitã reliquimus.ſ.Quicquid eſt pręter ens,eſt nõ ens: ſed materia non eſt ſimplicicer ens: ergo eſt ſimpliciter non ens ⁊ nihil.Quę tamen illatio nihil vꝫ vt per ea q̃ iã mõ dicta ſunt cõſtat: cum materia ſit medium inter ſimpliciter ens ⁊ ſimpliciter nõ ens. Rurſus iſti credentes materiã ſimpliciter eſſe non ens,atq; adeo nullam eſſe dr̃iam inter materiam ⁊ priuationem, inferebant eo mõ aliquid fieri ex materia, quo fit ex priuatione: cuius contrarium oſtenſum eſt. Nã ex priuatione fit res per accidens: ex materia vero,fit per ſe. Ob idq; Ariſt. oſtendit differentiam eſſe rõnis inter materiam ⁊ priuationẽ duplicem, non obſtante ꝙ idem ſint numero. Prima ꝙ materia per accidens eſt nõ ens,priuatio vero eſt per ſe non ens,Cuius ratio eſt:q꞉ materia de ſe nec dicit eſſe,q꞉ per ſe non exiſtit,ſed per formã: nec rurſus per ſe dicit non eſſe,quia non dicit meram negationem,ſed potentiam vt ſit per formam:⁊ cum ens ſignificet eſſe, fit vt nec per ſe ſit ens, ſed per aliud puta per formam:nec per ſe ſit non ens,ſed per accidens.i.quatenus caret hac vel illa forma.Quod alta mente philoſophis reponendum eſt,vt intelligat̃ natura materię,quod fuit Ariſt.ſubtiliſſimum inuentũ ad prodendam veterum ignorantiam, vt q.6.per amplius diximus. Priuatio vero ex natura ſua dicit carentiam formę: ⁊ q꞉ eſſe eſt a forma,

Duplex diffe.inter materiã ⁊ priuatio.

Natura materię.

priuatio est per se non ens:vt cęcitas: q: per se dicit carētiam visus per se est nō ens, nisi ꝙ nō dicit purā negationem,sed negationē in subiecto apto. Secūda dr̄ia nascit̄ ex prima : videlicet ꝙ materia est prope substātia: q: est proxima ⁊ per se potētia ad esse per formam. Ob idq; per se intrat compositionē rei naturalis : priuatio vero,nequaꝙ̄. Unde fit vt res naturalis per se fiat ex materia:per accidens vero,ex priuatione:quippe quę positiue non cōcurrit ad generationem,sed est solum terminus a quo incipit generatio.

Textus. lxxx. ¶Quidam autem quod nō est, magnū & paruū similiter:aut simul vtrūq; , aut seorsum vtrūq;.Quare penitus alter est modus hic trinitatis:& ille. hucusq; em̄ processerunt:ꝙ oportet quādam supponi naturā. hanc tamen , vnam faciūt etenim si aliquis dualitatē facit, dicēs magnū & paruū ipsam: non minus idem facit.alteram enim despexit, priuationē. permanens em̄ cū forma causa est eorū quæ fiunt, sicut mater : altera vero pars cōtrarietatis,sępe per imaginationē videbitur ad maleficium ipsius intendenti intellectum,neque esse penitus.

¶In textu hoc.80. redarguit philosophus opinionem Platonis: quę videtur esse contraria superiori. Quapropter non apparet vera sententia quorundam dicentium opinionem modo improbatam fuisse Platonicorum : cum potius appareat fuisse aliquorum discipulorum Parmenidis. Nam illa opinio videtur huic cōtraria. Illi nanq; vident̄ negare materiam ⁊ solum ponere priuationem,puta non ens ex qua omnia credebant fieri.Enimuero, vt non negarent generationem, ⁊ simul sustinerēt magistri sentētiā, scilicet quicquid est pręter ens, est non ens,concedebāt materiam esse simpliciter nō ens.Platonici vero ponunt materiam ⁊ nō priuationē.Tametsi Plato in dialogo illo,quem nuncupauit Parmenides,laudat illam sententiam,ꝙ quicquid est pręter ens est nō ens. Et ideo forsan quanꝙ̄ materiam appellet magnum ⁊ paruum, intelligit simpliciter esse non ens.At cuiuscunq; pręfata illa fuerit opinio,Plato ponebat materiam ⁊ formam. Et quia forma est causa conuenientię ⁊ vnitatis specificę plurium indiuiduorum eiusdem speciei, materia vero est causa diuersitatis ( quia propter accidentia quę se tenent ex parte materię differunt indiuidua) formam appellabat vnitatē: materiam vero,dualitatē.Et illā explicabat his nominibus, magnū ⁊ paruū, densum em̄ appellabat magnū,ꝓpter multitudinē materię: ⁊ rarū appellabat paruū,propter paucitatem materię.Qua diuersitate reliquas omnes designabat. Posset ergo quis iudicare Platonē ponere tria principia perinde atq; Aristo. vt, paruum intelligat̄ esse priuatio:magnū,vero,materia.Hoc ait Arist.esse falsum:nā trinitas inquit Platonis alia est quā nr̄a. Qm̄ magnū ⁊ paruū,siue eandem(inquit) numero materiā significarent ꝓpter aptitudinē quā hꝫ vt modo sit magna modo parua: siue seorsum magnū significaret materiā quę actu est magna ⁊ paruum eā quę actu est parua: tn̄ vtroq; modo significabat vnā naturā, scꝫ materiā īquātū est materia ⁊ subiectum.Et ideo despiciebat priuationem: cum tamē longe differat inter materiā ⁊ priuationem. Quā quidē differentiam perspicuo exemplo explicat,dicēs,quod materia permanet in cōposito:atq; adeo hꝫ se in gn̄atione,sicut mater:quę secundū Aristo. se hꝫ passiue in gn̄atione respectu viri.1.meta.tex. 9.Priuatio vero,quę est altera pars cōtrarietatis (quippe quę formę contrariat̄)mentis imaginatione vr̄ similis intendenti ad maleficium.i.quemadmodū adultera maleficium molit̄ marito,vt alium virum admittat,ita priuatio formę generādę, quę accidit materię, est causa corruptiōis pręcedentis formę,vt alia recipiat̄.Sunt tamē Philoponus : ⁊ alij, qui existimāt Platonē nō negasse priuationē: tametsi illam nō palam,vt Aristo.expresserit.

Existente enim quodā diuino , & bono,& appetibili:aliud quidem , contrarium ipsi dicimus esse,aliud autē: quod natura aptum est appetere , & desiderare ipsum secundū suam ipsius naturam. Quibusdam aūt accidit: contrarium appetere suam ipsius corruptionem. Attamē neq; ipsum suam ipsius possibile est appetere speciem (propterea ꝙ non est indigens) neque contrariū , corruptiua enim sunt sui inuicem,cōtraria,sed hoc est materia:sicut si fœmina masculū, & turpe pulchrū,verum non per se,turpe: sed secundum accidens : neq; fœmina: sed secundum accidens. Textus. lxxxj.

¶Subsequenter tex.81. lucidam facit ⁊ notatu dignam cōparationē inter hęc tria principia , vt euidentius singulorū natura splēdeat. Ait em̄ formā esse quid diuinū ⁊ bonum. Diuinū quidē,q: Deus est actus purus nihil materię habēs admixtū , forma autē omnis suopte noīe dicit actum , sicut materia dicit potentiam.Et ideo oīs forma ⁊ omne esse(qđ est a forma) est quidem participatio diuina. Itē forma est bonum ⁊ perfectio materię: q: materia nō hꝫ esse:nisi per formā,sicut corpus nō habet esse album,nisi per albedinē. Et ideo inter formā ⁊ alia duo principia manifesta est differētia. ¶Materia vero differt a priuatione , ꝙ materia appetit formā:sicut informe suam perfectionē:priuatio vero,cum sit contraria formę,non appetit illam.Ob idq; ratione differunt.Sed illis(inquit) qui nō credunt materiam ⁊ priuationē differre rōne,sed esse prorsus idem,hoc subinde accidit incōueniens , vt concedant contrarium appetere suam propriam corruptionem.Quod sic probat.Materia appetit formam , vt dictum est, sed non appetit illam speciem.i. formam quā habet,quia nihil appetit , nisi illam rem qua caret ⁊ indiget: ergo appetit formā qua caret.Tunc,vel materia appetit formā,quatenus materia est priuatio illius,⁊ tunc contrarium appeteret suū cōtrarium,⁊ per consequēs suā corruptionē:nam forma non pōt aduenire materię,nisi eiecta inde priuatione. Si vero materia appetit formā,non inquātū est priuatio,tūc materia ⁊ priuatio

Plato. Forma. Materia.

Differre ratione.

uatio differũt ratiõe. ¶ Animaduertat lector artẽ ꝓbandi aliqua duo, q̃ sunt idẽ numero, differre rõne ex diuersis modis loquẽdi de illis. Si enim materia appetit formam, quam non appetit priuatio, materia & priuatio differunt ratione. ¶ Concludit ingeniose Arist. ꝙ materia appetit formam, sicut foemina masculum & turpe pulchrum. Hoc aliqui exponunt de appetitu foeminę, quo appetit operã viri ad generationem. Sed hęc tamen expositio, textui non consonat. Inducitur enim simile ad declarandum q̃ſo materia appetat formam: priuatio vero, non. Quapropter simile est hmõi, sicut omne imperfectũ appetit esse perfectũ, non ꝙ ipsamet ratio & forma imperfectior appetat esse forma perfectior: q2 non potest mutari in illam: sed ꝙ illud subiectũ cui accidit perfectio, appetit ad pfectionẽ ascendere. Exẽpli gratia. Foemina est quid imperfectũ respectu masculi: & ideo appetit esse masculus. Sed tamẽ ipsa ratio foeminę, quę est carentia masculi, non appetit perfectionem viri: sicuti nigredo non appetit esse albedo, alias appeteret suam corruptionem. At suppositũ, cui accidit illa imperfectio, appetit esse masculus. Et pariter turpitudo appetit pulchritudinem. Similí modo priuatio formę non appetit formam: sed materia cui accidit, priuatio appetit formam. Ponit exemplum in perfectionibus accidentalibus, qualis est foeminę & masculi, quę accidentaliter differunt: q2 in essentialibus eadẽ est ratio de natura & supposito. Sicut enim natura hominis non potest appetere esse natura angeli, ita neq; homo esse angelus: quia naturá hominis est de eius essentia.

Materia appetit formam.

Textus. lxxxij.

Corrumpitur autem: & fit. Est quidẽ vt sic: est aũt, non. Quatenus .n. est, id in quo: secundum se corrũpitur, quod .n. corrumpitur in hoc, est priuatio, quatenus autem sc̃dm potentiã: nõ per se, sed incorruptibilem, & ingenitam, necesse est ipsam esse. Si eñ fiat: subijci aliquid oportet primum, ex quo in existente fiat. hoc autem: est ipsius natura: quare: erit antequam fiat. Dico enim materiã, primum subiectum vniuscuiusque, ex quo fit aliquid, cum insit non secundũ accidens, & si corrumpitur aliquid, in hoc abibit vltimũ, quare: corrupta erit, antequam corrumpatur.

¶ Cum dixerit toties Aristo. materiam, quę antea fuit sub priuatione eandẽ manere sub forma, vnde videtur consequi materiam esse perpetuam, priuationem vero & formam tanquam principia contraria esse corruptibilia, in hoc tex. 82. exponit quẽad modum materia sit ingenerabilis & incorruptibilis, dicens, ꝙ quodammodo est corruptibilis, quodãmodo vero, non. Est enim corruptibilis per accidens, quatenus est id in quo (inquit) secũdum se aliquid corrumpitur. i. quatenus est subiectũ cui accidit priuatio, quę secũdum se corrumpitur. At tamen secundum ꝙ materia est potẽtia ad formã, non per se corrumpitur: sed est ingenerabilis & incorruptibilis. Quod est dicere cum materia aquę sit idẽtice priuatio formę ignis, & pariter potentia ad ipsam, quando generatur ignis desinit habere rationem priuationis, sed manet sub ratione subiecti. Quod autem materia sit secundum se ingenerabilis, probat Philosophus sic. Si materia esset generabilis, supponeret aliud subiectum prius ex quo fieret: sed nullũ est pri9 ex subiectũ: q2 hęc est ipsius materię natura, vt sit primũ subiectũ: ergo nõ est gñabilis. Et pari rõne probat non esse corruptibilem: quia in rei corruptione resolutio fit tantum vsq; ad materiam primam: quę permanet succedentis formę subiectum. Ad euidentiam minoris subiungit diffinitionem materię dicens. Materia est primum subiectum vniuscuiusq; ex quo fit aliquid cum insit, per se & non secundum accidẽs. Ordina sic literam, ex quo cum insit, id est ex quo existente in composito fit res, non secundum accidens. Et vtraq; particula ponitur ad excludendã priuationem, quę nec manet in composito: nec per se est principium rei, vt .q. 5. amplius patebit.

¶ De principio autem secundum speciem, vtrùm vnum an plura, & quot, aut quæ sunt: cum diligentia, primæ Philosophiæ opus est determinare: quapropter: in illud tẽpus reponatur. De Physicis autem & corruptibilibus speciebus: in posteriùs demonstrandis dicemus. Quòd igitur sint principia, & quę & quot numero: determinatũ sic à nobis sit. Rursus autem: aliud principium capientes, dicamus.

Textus. lxxxiij.

¶ In textu deniq;. 83. & postremo huius libri excusat se cur hic, vbi tam longum sermonem de materia fecerit & priuatione: nõ meminerit formę, quę nobilius est principium. Et respondet insinuans duplicem esse formam: aliam quę dicitur forma totius, vt natura hominis, natura equi. &c. quę dicitur forma metaphysica. Et quia de huiusmodi forma contentio est cũ Platone, hanc disputationẽ proprie innuit pertinere ad libros metaphysicorum, qui in consideratione altissimarum causarum positi sunt. Aliter accipitur forma physice pro ea quę est altera pars compositi: de qua dicit in subsequentibus futurum esse sermonem: libro nanque proximo copiosior erit formę speculatio. ¶ Concludit deniq; propositum huius libri satis esse discussum: nempe quę, & quot sint principia rei naturalis. Atq; adeo rursus aliud initium sumendum est (inquit) libri subsequentis: sane in quo de natura & alijs causis rei naturalis est disserendum. Sequitur quęstio octaua. Vtrum priuatio. &c.

Finis primi libri.

# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super secundum Physicorum Commentaria.

## CAPVT. I.

Text. j. EORVM QVAE sunt: alia quidē sunt natura, alia verò propter alias causas. Natura quidem sunt: & animalia, & partes ipsorū, & plantæ, & simplicia corpora, vt terra, ignis, & aer, & aqua. hæc enim, & huiusmodi, natura esse dicimus. Omnia autem quæ dicta sunt, videntur differentia ab ijs, quæ non natura existūt, quæ enim natura sunt omnia: videntur habere in se ipsis principium motus, & status, hæc quidem, secundum locum: illa verò, secundum augmentum & decrementum, quædam autem: secūdum

Text. ij. alterationem. ¶Lectus autem, & indumentum, & si quid huiusmodi aliud genus est: secundum ꝙ quidem sortitū est prædicationem vnamquāq;, & quatenus est ab arte, ne vnum quidem habet impetum mutationis innatum quatenus autē accidit ipsis, lapidea, aut terrea esse, aut mixta ex his, eaten⁹ habet.

Materia hui⁹ libri. ¶Cum secundum ordinem procedendi in prologo huius libri ab Arist. statutum scientia rei alicuius a principiorum omnium & causarum cognitiōe habeat proficisci: et rei naturalis alia sunt principia intrinseca, quę proprie appellantur principia, alia vero extrinseca, quę proprie nominantur causę, vt efficiēs & finalis: & libro primo tractatū sit de principijs primi generis (eo quod principium, vt primo ca. primi libri dictum est, cōmunius est ꝙ causa) subsequitur in hoc secundo de principijs secundi generis, dicere: nempe de causis efficienti & finali. At quia causę rei sunt etiam principia scientię eiusdem, quoniam scire est rem per causas cognoscere, optime ait S. Tho. materiā huius libri esse de principijs scientię. Non ꝙ scientia hęc non demonstret etiam per materiam & formam, de quibus in superiori libro dictum est (nam vt hic videbimus) physicus quia tractat de rebus vt fiunt in materia, per omnes eius causas naturales demonstrat: sed quia in hoc libro explicat, & subiectum de quo est hęc sciētia, quod est ens naturale: & primū medium in quod omnes demonstrationes resoluūtur: quod est naturę definitio, et passiones quas hic appellat secundum naturam. Et pręterea applicando causas rei ad demonstrationes manifestat quemadmodum hęc scientia per omnes causas naturales demonstrat. ¶Philoponus & alij aiūt intentionem pręcipuam Philosophi in his duob⁹ libris esse tractare de materia & forma: sed in primo principalius de materia quam de forma: hic vero principalius de forma & eius causis efficienti & finali, quam de materia. neq; hoc certe displicet: nā & in calce primi libri dixit se statim dictūrum de forma physica: & in hui⁹ initio statim proponit de natura: cuius ratio principalius conuenit formę ꝙ materię. ¶Sūt ergo in hoc secundo libro, vt in superiori, capita nouem. Diuisio libri. Quę in tria membra secari congrue possumus. Etenim in duobus primis explicat tria modo dicta, scilicet quid nam sit natura, quid ens naturale, quid ens secundum naturā. Quę sunt, medium subiectum, & passiones totius physicę. In quatuor sequētibus docet quatuor esse causarum genera. Et in tribus demum vltimis ostendit quomodo hęc scientia demōstret per omnes causas. ¶Sunt autem in toto libro secundum diuisionem Cōmentatoris textus. 92. Atqui primum hoc caput continet textus. 15. In primo & secundo, qui sub eodem aptius sunt contextu, pręmittit statim Aristo. diuisionem rerum naturaliū a rebus non naturalibus. s. quę a causis non naturalibus proficiscuntur. Hęc sunt tria genera. s. artificialia quę sunt ab arte, moralia quę sunt ex electione secundum prudentiam, fortuita quę sunt a casu vel fortuna: quanuis moralia, q̄ non sunt res factę, sed operationes, non attinēt ad rem pręsentem. Intendens enim naturam diffinire, quę nobis est occulta, exorditur ex entibus naturalibus eam manifestare, quę nostris sunt oculis obiecta. ¶Cōnumerat ferme gradus omnes entium naturalium: nempe animalia & eorum partes. In quo innuit differentiam ab artificialibus. Enimuero licet domus sit quid artificiale, non tamen omnes eius partes sunt artificiales, sed naturales: vt lapides & ligna: animalium vero & partes organicę, & ossa, & carnes, omnes sunt naturales. Materia vero & forma non dicuntur etiam naturalia: sed sunt naturę. Item numerat plantas, quę viuunt sola vita vegetatiua: & simplicia corpora quę non viuunt, vt sunt quatuor elementa. Non meminit mixtorū non viuentium, vt sunt lapides: quia vt habetur. 1. cęli. tex. 7. mixta non habent alium motum, quam secundum elemētum pędominans. Et ideo nomine elementorum intelliguntur. Subticuit item cęlos, non eo ꝙ sint animalia, vt ait Commentator in de substantia orbis: sed propterea, vt arbitror, quia hic non tractat nisi de gn̄rabilibus & corruptibilibus. Aut forte, vt ait hic Themistius, quia cęlum non videtur habere naturam, quę sit principiū motus & quietis: sicut ista inferiora: quia naturaliter quiescere non potest. Sed de hoc. q. 1. sermonem fecimus. ¶Subiungit differētiam inter hęc naturalia & alia non naturalia: potissimum artificialia, nēpe ꝙ naturalia videntur habere in se principium sui mo-

sui motus. Non ait, videntur, eo ꝙ dubitet: sed quia ita apparet ad sensum. Et ponit tres differentias motus. Alia enim videmus moueri localiter: quę vt ait Commentator, sunt tria, scilicet cęlum, elementa, & animalia. Cęlum enim mouetur circulariter: & elementa, motu recto, aut sursum, aut deorsum: & pariter mixta secundum prędominationem elementi. Animalia vero mouentur trãsuersaliter in superficie terrę. Sed plantę non mutant ꝓprie locum: licet augeant ad maiorem locum. Alia mouentur motu augmẽtationis: qualia sunt omnia viuentia. Nam augmẽtatio ignis per appositionem combustibilium non est propria, vt lib. 1. q. 4. dictũ est. Motus autem alterationis comprehendit, vt ait Commentator, etiam generationem, quę finis est alterationis. Qui quidem motus conuenit omnibus elementis et mixtis quę continentur sub sole. Utrum autem hęc omnia habeant principium actiuum sui motus, an vero tãtum passiuũ quęst. 1. elucidatur. ¶ In tex. 2. subiungit contrarium de artificialibus, dicens, ꝙ lectus & indumentum & alia artificialia secundum ꝙ habent huiusmodi prędicationes, id est, rationem & nomen artificij, non habent principium motus: sed inquãtũ sunt lignea, aut lapidea. Quod est dicere statuę Mercurij propter formam artificialem nullus competit motus localis, aut alterationis. &c. sed quia est lapis, si dimittatur cadit deorsum. Et ideo statuę de per accidens conuenit ille motus: quia accidit lapidi qui sua natura cadit vt sit Mercurius, aut Jupiter. &c.

Tex. iij. Primæ quæstio nis sedes ¶ Tanquam natura sit principium aliquod & causa mouendi, & quiescendi: ei in quo est primum, per se, & non secundum accidens. Dico autem non secundum accidens. quoniam fiet vtique sibi ipsi aliquis causa sanitatis, cùm sit medicus. attamen non quatenus sanatur, medicinam habet: sed accidit eundem, medicum esse & sanari, quapropter, & separantur aliquando ab inuicẽ. Similiter autem: & aliorum quæ fiunt, vnumquodque, nullum enim ipsorum habet in seipso actionis principium: sed alia quidẽ in alijs & ab exteriori, vt domus, & aliorum manu factorum vnum quodq; alia autem in seipsis quidẽ, sed non secundum seipsa: quecũque secundũ accidens causæ sunt ipsis. Est igitur natura: quod dictum est.

Diffinitio naturę. Burleus. ¶ In tex. 3. ex dictis elicit Aristo. diffinitionem naturę. Ubi loco generis ponitur, principium & causa, quod Burleus secundum Auicennam putat disiunctiue intelligi: vt principium dicatur de principio actiuo, qualis est forma, & causa de principio passiuo, q̃lis est materia. Sed profecto hoc nõ consonat dictis in principio primi libri. Principiũ. n. ꝓpriissime dicit̃ de materia. Et ideo arbitror legẽdum esse copulatiue, vt iacet. Sed quia principiũ communius est, ponitur prius: ad explicandum ꝙ tam materia, ꝙ forma vtrumq; est principiũ & causa. Est enim vtraq; principium, propter ordinem: quia sunt priora toto, & causa quia ex illis efficitur totum. Licet materia minus habet de ratione causę, quam forma. & ideo forma perfectiori modo est natura, vt statim patebit. ¶ Mouendi & quiescẽdi, Jtidem censet legendum esse disiunctiue, propter cęlum: quod habet quidem principium mouendi, sed non quiescendi: & terram, quę secundũ se totã habet econuerso principium quiescẽdi: sed nõ mouendi. Attamen derogat sensui textus, nisi hoc copulatiue legatur. Mens enim Arist. est ꝙ natura quę est principium quiescendi, & propterea ꝙ est principium quiescendi, est principium mouendi. Natura enim grauis eo mouet lapidem, quia appetit quiescere in centro: & natura leuis ideo mouet leue sursum, q̃ appetit illic quiescere, & aqua ideo reducitur ad frigiditatẽ, quia illa est sua perfectio, & planta & animal ideo augetur, vt sit in sua perfectione. An vero in cęlo quodammodo possit asseri principium quiescendi, & in terra principiũ mouẽdi, videbitur. q. 1. ¶ Ei in quo est. i. natura est principium motus quo suppositum ipsum in quo est moueatur. Forma ergo ignis non dicitur natura, eo ꝙ est principium actiuum calefaciendi aquã sed materia aquę est natura eo ꝙ est principiũ ipsi aquę vt moueatur ab alio. Et forma viuentis dicitur natura: quia est principium augmenti ipsius suppositi in quo est. ¶ Primũ, ad differentiam accidentis, quod est principium secundum, & instrumentale, vt calor naturalis est principium nutritionis eius & augmenti: & grauitas est principium descensus grauis: nõ tamen est natura, nisi sola forma substãtialis, quę est primũ & principale principium, aut materia quę est principium passiuum. ¶ Per se, & non secundum accidens, ponitur ad differentiam artis medici infirmi, qui seipsum sanat, est enim principium ipsi medico suę sanitatis: sed hoc est per accidẽs. Ut enim lib. 1. text. 74. dictum est, medicus non fit albus quatenus medicus est, sed quatenus niger: fit enim albũ per se ex nigro cui accidit, vt sit medicus. Eodem modo medicus non sanatur per se eo ꝙ sit medicus, sed eo ꝙ sit infirmus: cui accidit ꝙ sit medicus. Quapropter ait Aristo. [separantur aliquãdo] stat enim ꝙ ille qui sanatur non sit medicus: sed tamẽ infirmus & qui sanatur non separantur. Necessarium enim est, vt qui sanatur, sit infirmus: sicut id quod mouet ad calorem necesse est, vt non sit perfecte calidum. ¶ Similiter [inquit] est in alijs artificijs, ꝙ scilicet nõ habent in se principiũ sui motus: sed alia quidẽ ita habent in se principiũ extrinsecum, vt nec per se, nec per accidens possint illud habere in seipsis: vt domus est ab arte, quę nullatenus esse potest in domo. Alia vero possunt habere in se principia: sꝫ per accidẽs, vt de sanitate medici modo dictũ est.

¶ Naturam autem habent, quæcunque huiusmodi habent principium: & sunt hæc omnia, substantia. Subiectum enim quoddam, & in subiecto est: natura semper. Text. 4.

De maioribus dubijs quęstionẽ primã consulito. Ens naturale. ¶ In tex. 4. subdit ens habens naturam, esse, quod cunq; ens habẽs in se principium sui motus. Quapropter, vt in principio primi libri adnotauimus, idem est ens naturale, & ens mobile. Et rationem

subiic

subnectit, ꝙ cū natura semper sit in aliquo subiecto i. in aliquo supposito [est enim, aut materia, aut forma] illud suppositum in quo est natura dicitur habens naturam. i. ens naturale: veluti subiectum illud in quo est albedo est res habens albedinē, atq; adeo album.

Text.v. ¶ Secundum autem naturam sunt, & hæc, & quæcunque his insunt secundū se, vt igni, ferri sursum, hoc enim: natura quidem non est, neque habet naturam, sed à natura, & secundum naturam est. Quid igitur est natura, dictum est, & quid, quod à natura, & secundum naturam.

¶ In tex. 5. explicat tertium nomen eorū quę proposita sunt, dicens, ꝙ secundum naturam dicūtur ⁊ hęc omnia, scilicet substantia, ⁊ supposita quę habent esse a natura, ⁊ pręterea motus ⁊ accidentia quę illis a tali natura competūt, vt efferri sursum est secundum naturam ignis, ⁊ cadere deorsum est secundum naturam grauis, quę sunt passiones huius scientię de quibus lib. 3. incipit philosophari. Habetur ergo hęc tria exposita, scilicet quid sit natura, quid habens naturam, id est, ens naturale, ⁊ quid ens secundum naturam.

Tex. vj. ¶ Quod autem sit natura, tentare demōstrare: ridiculum est. Manifestum est enim: quod huiusmodi entia sunt multa. Demonstrare autem manifesta per immanifesta: nō potētis iudicare est quod per se ipsum, & non per se ipsum notum est. Quod autem contingat hoc pati: non immanifestum est. SYLLogizare enim quis posset de coloribus: cùm à natiuitate sit cęcus? Quare necesse est talibus de nominibus esse sermonē, nihil autem intelligere.

Cæcus nō iudicat ꝺ coloribus.

¶ Subsequenter in tex. 6. docet Aristo. ⁊ naturam esse, ⁊ quid sit natura, supponendum esse in philosophia naturali tanquam primum principium indemonstrabile. Auicena, vt refert Commentator text. 3. ait non esse per se notum in physica naturā esse, nec illud hic Aristotelem docere: sed id solum ꝙ ad physicum non pertinet hoc demonstrare, sed ad metaphysicum, cuius est aliarum principia sciētiarum demonstrare. Hoc sibi persuadet, quia. 7. ⁊ 8. huius probat Aristo. omne quod mouetur habere principium sui motus: ⁊. 3. cęli probat grauia ⁊ leuia habere principium sui motus, puta grauitatem ⁊ leuitatem: quod est probare naturam esse. ¶ Falsa tamē est opinio Auicēnę. Enimuero cū. 1. post. text. 2. dictum sit de subiecto scientię supponendum esse, ⁊ ꝙ sit, ⁊ quid sit, mens hic Arist. est docere vtrumq; esse per se notum de natura, quę est principium motus, a qua dicitur ens naturale ⁊ mobile: qđ est physicę primum subiectū. Ob idq; volentes [inquit] demonstrare naturā esse, vtuntur hoc tanquam ignoto ⁊ indemōstrabili: cum tamen sit per se notum ad sensum ⁊ demonstrabile.

Auicena.

Et id quidem patefacit exemplo a contrario. Etenim vt cęcus natus, qui nullam de coloribus habere potest scientiam [nam deficiente sensu deficit eius obiecti sciētia. 1. post tex. 32.] cum de coloribus syllogizat, sola nomina format sine eorū cōceptibus: ⁊ ideo vtitur ignotis ac si essent sibi nota. Contrario modo contendens demonstrare naturam esse, vtitur tanquam ignoto ⁊ dubio, illo qđ est per se notum. ¶ Quod vero ad sensum sit per se notum naturam esse, patet. Nomine enim naturę vniuersi intelligant id quo res naturales differūt a non naturalibus: quod est habere intra se principium sui motus. Dicit enim natura, vt. q. 1. explicabimus, quasi nascitura: quod est principium nascentium coniunctum ipsi semini quo ab intrinseco disponitur ad generationem. Et inde vniuersaliter principium intrinsecū, quo res mouetur appellatur natura: sed est ad sensum per se notū multa entia a se ipsis moueri, vt manifestum est de motu progressiuo animalium, ⁊ de motu grauiū, quę cum permittuntur, sua sponte cadunt: ergo. Dicit quędam, quia de omnibus non est adeo manifestū. At de cęlo non habemus experientiam vtrum a se an ab alio moueatur. Nec de motu alteratiōis elementorum id cōstat ad sensum: cum videamus non alterari: nisi ab extrinseco. ¶ Unde ad Auicēnam respondetur ꝙ nec est dubium id naturam esse qđ est principium motus: nec rursus ꝙ natura sit: sed est de qualibet re dubitabile: quę nam sit eius natura. Primum vtrum vtiliter natura sit res distincta ab eo cuius est natura. Hoc enī negabat Plato esse necessarium, dicens, ꝙ aliquid potest a seipso moueri, ita vt nullo modo distinguat pars quę mouet a parte quę mouetur: cuius contrarium docet Aristo. locis citatis. s. ꝙ omne quod mouetur ab alio mouetur: qui nam sint huic ⁊ illi rei, naturales motus, hoc est vnicuiq; scientię propriū perscrutari circa suum subiectum.

¶ Videtur autem nonnullis, natura & substantia eorum quæ natura sunt: esse quod primum substantiam est vnicuiq; non formatum per seipsum, vt lecti natura, lignum: statuę autem, æs, signū autem dicit Antiphon: quoniam si aliquis defoderit lectum & accipiat potentiam putredo vt sit germen, non vtique fieri lectum sed lignum, tanquam quod secūdum accidens est, esse dispositionem secundum legē & artem: substātiam autē esse illam, quæ etiam permanet, hæc patiens continuè. Tex. vij.

¶ Ex diffinitione signata naturę dubiū restat quomodo illic accipiantur principium ⁊ causa: sit ne natura principium actiuum tantum, an passiuum, an vtrumq;. Quam ambiguitatem dirimit in hoc tex. 7. ⁊ sequentibus. Ubi intēdit tres statuere cōclusiones. Prima est materia, quę est principaliū passiuum est natura. Secūda. Forma nihilominus est natura. Tertia. Forma est magis ⁊ perfectiori modo natura quam materia. Ubi ex. 1. libr. meminisse opus est illius differentię inter veteres illos philosophos ⁊ Aristotelem, ꝙ illi non attingentes veram

Tres conclusiones.

veram naturam principij materialis,ponebant illud eſſe ens in actu completum,puta aquamvel aerem.&c. atq; adeo formas omnes ſubſtantiarũ putabant eſſe accidentia. Illi ergo tantummodo appellabant naturam rei principium illud materiale,hoc modo ſyllogizantes.Natura vniuſcuiuſque rei(vt nomen ipſum ſonat)nihil aliud eſt,quam ei9 ſubſtantia,ſubſtantiavero(vt nomen itidẽ prȩfert) eſt illud quod perpetuo manet quocunq; accidente corrupto: ſed ſolum principiũ materiale eſt huiuſmodi:ergo.Maiorem manifeſtabat Antiphon exemplo artificialium.Experimur enim in artificialibus q ſi ſtatuam ligneã Mercurij ſubtus terram defodiamus,tunc cum putrida germinauerit non pullulabit inde ſtatua:ſed lignum.Signum ergo eſt naturam ſtatuȩ non eſſe figuram illam, quȩ corrupta non repullulaſcit,ſed tantum lignum.

Textus. viij. ¶Si autem & horum vnumquodq; ad aliud aliquid idem hoc patitur (vt æs quidem & aurum,ad aquam: oſſa autẽ & ligna:ad terram,ſimiliter autem & aliorum quodlibet)illa,eſt naturam eſſe ſubſtantiam ipſorum.

¶Applicat in text.8.hoc ad naturalia,hoc modo. Sicut ſe habet lignum ad lectum aut ſtatuam,ita in naturalibus aqua ſe habet ad ȩs & aurum,& terra ſe habet ad oſſa & ligna:ſed lignũ eſt natura ſtatuȩ,ergo & aqua eſt natura ȩris & auri:& terra eſt natura oſſis & ligni.Ponit duorum exemplum: q2 metalla & omnia fuſilia,dum igne liqueſcunt reſoluuntur in liquorem,quem appellabãt aquam: oſſa vero & ligna & lapides non liqueſcunt:ſed igne vertuntur in cineres,& pariter ſi cõterantur. Et ideo ſubſtantiam & naturam illorum appellabant aquã: horum vero,terram.

Tex.ix. ¶Quocirca ſanè,hi quidem terram,alij verò ignem,alij aerem dicunt:quidam autem aquam,quidam verò quædã horum,quidam autem omnia hæc, naturam eſſe eorum quæ ſunt. Quod enim aliquis ipſorum exiſtimauit huiuſmodi ſiue vnum,ſiue plura:hoc & tot dicit eſſe omnem ſubſtantiam;alia autẽ omnia:paſsiones iſtorum,habitus,& diſpoſitiones.

¶Infert tex.9.q ex illis aliqui dicebant naturã & principium rerum eſſe ignem:alij vero,aquã: aut aerem:quidam vero quȩdam horum.i.duo puta aquam reſpectu metallorum fuſiliũ,& cerȩ,& aliorũ liquorum:terram vero reſpectu ſiccorũ. Sed reliqua puta formas auri,oſſis,ligni,equi,putabant eſſe paſſiones quaſdam accidentales illius ſubſtantiȩ & naturȩ.¶Contrarium huius quod hic ait Ariſto.videlicet aliquos antiquos poſuiſſe terram principium,videtur aſſeruiſſe.1.meta.text. 14.vbi dixit neminem poſuiſſe terram vt principium.Nulla eſt tamen contradictio:quia illic ſolum dicit q nemo eorum qui ponebant tantum vnum principium dicebat illud eſſe terram:ſed tamen qui ponebant plura principia,vnum quidem eorum ponebant terram,vt Empedocles qui ponebat omnia elementa & Parmenides,qui ponebat ignem & terram,vt habetur eodem lib.cap.5.

¶Et horum quidẽ: quodlibet eſſe perpetuum. Non enim eſſe mutationem ipſis ex ſeipſis,alia autem fieri & corrũpi infinities. Vno igitur modo: natura ſic dicitur,prima vnicuiq; ſubiecta materia habentium in ſeipſis motus principium & mutationes. Text. x.

¶Rurſus aiebant illam ſubſtantiam & naturam rerum,perpetuam eſſe,nec fieri tranſmutationes ſecundum ipſam:ſed ſolum ſecũdum formas, quȩ infinities generantur & corrumpuntur in eadem natura.Ut enim ſi ſtatua obruatur ſub terra,corrumpetur quidem & germinabit lignum: ex quo iterũ poteſt fieri ſimilis ſtatua:quȩ iterato corrumpi poteſt manente ligno:& ita infinities,pariter in naturalibus lignum verſum in pulueres rurſus germinabit:& ita infinities,manente terra,quȩ eſt natura ligni generabitur & corrumpetur lignum. Et ſimili modo manente aqua,quȩ natura & ſubſtantia eſt metallorum,infinities corrumpetur,& inde rurſus generabuntur metalla.¶Philoſophus igitur illis antiquis concedit Ariſt. hanc concluſionem, quȩ apud ipſum eſt prima.Materia eſt natura.Unde natura inquit vno quidem modo dicitur prima vnicuique ſubiecta materia habentium in ſeipſis motum & principium motus.¶Ubi adnotandum eſt q licet concedat illis materiam eſſe naturam, non tamen concedit materiam eſſe aliquod ſuppoſitum completum,vt cenſebant illi:& ideo ait q natura eſt prima materia,ad differentiam ligni & aliorum ſubiectorum artificialium.Et rurſus(quȩ ſubiecta eſt vnicuique habentium in ſe principium) ad differentiam itidem artificialiũ,quȩ non habẽt in ſe principium motus,vt dictum eſt.Ait, principium motus & mutationis, propter generationẽ: quȩ non eſt motus:ſed mutatio.Quibus verbis argute inſinuat aduerſus illos,q lignum, quod eſt ſubiectum formȩ artificialis,non eſt natura,ſed habens naturam:natura vero eſt prima materia ligni in quam reſoluitur putrefactũ lignum, de cuius potentia per virtutem ſeminalem educit forma arboris,quȩ inde pullulat. 1. Conclu.

¶Alio autem modo: forma & ſpecies, quæ ſecundum rationem. Vt enim ars dicitur,quod ſecundum artem,& artificiale:ſic & natura,quod ſecundum naturam dicitur,& quod naturale. Neq; autem illud adhuc dicimus habere ſecundum artem aliquid: ſi potentia tantùm eſt lectus,nondum autẽ habet ſpeciem lecti: neque eſſe arte:neque in ijs quæ natura ſubſiſtunt. Potentia enim caro aut os:neq; habet adhuc ſui ipſius naturam priuſquam accipiat ſpeciem, quȩ ſecundũ rationẽ,quã diffiniẽtes dicim9 qd eſt caro,aut os,neq; natura eſt. Tex.xi.

¶Addit

2.Conclu. ¶Addit aduersus priscos in tex.hoc.11. conclusionem secundam. Alio modo natura est forma ⁊ species que est secundum rationem.i.forma,vnde res sumit speciem,que exprimitur per diffinitionem. Nomine enim rationis,intelligit quiditatiuã diffinitionem. Obidq; ait;alio modo,quia alia ratione materia dicitur natura,alia vero forma. Probat conclusionem tribus rationibus. Prima est. Quẽ
1.Ratio. admodum in artificialibus illud est ars, a quo res dicitur artificialis ⁊ secundum artem,ita in naturalibus illud est natura, a quo res dicitur naturalis ⁊ secũdum naturam(nam sicut ars ad artificialia,ita natura ad naturalia]sed ĩ artificialibus nõ dicitur aliquid lectus,aut statua eo ꝙ sit in potentia lectus, aut statua:nam lignum informe non dicitur res artificialis,aut secundum artem:sed tũc dicitur talis:quando est sub forma artificiali:ergo neq; in ijs,que natura subsistunt,dicitur res naturalis:puta os aut caro propterea ꝙ sit in potentia talis:nam tunc semen animalis diceretur animal: sed dicitur naturale os,quãdo actu habet formam ossis:⁊ naturalis equus,quando actu habet formã equi:ergo sicut in artificialibus forma est ars, ita ⁊ in naturalibus forma est proprie natura. Non accepit artem pro habitu qui est in artifice, sed pro forma:quia effectus sortitur nomen cause:dicimus enim imaginem, optimã esse artem. Erue medullam huius rationis,qua certe ingeniose Aristo.redarguit antiquos,intendens,ꝙ nõ deberent arguere ex analogia materie artificialium ad rimandum naturalium naturam,sed potius ex analogia forme ad formam:vt sicut forma artificialium est id a quo res artificialis sortitur speciem ⁊ per consequens a quo dicitur artificialis,ita id a quo res dicitur naturalis est forma,⁊ per cõsequẽs illa est perfectius natura.

Textus. xij. ¶Quare:alio modo natura vtique erit habentium in seipsis motus principiũ, forma & species non separabilis existẽs nisi secundum rationem. Quod autem est ex his:natura quidem non est, sed à natura,vt homo. Et magis natura hæc est:quàm materia. Vnumquodq; enim tunc dicitur:cum entelechia sit, magis quàm cum potentia.

Aliter forma quam materia est natura. ¶Concludit ergo in textu.12.propositam conclusionem.s.ꝙ forma ⁊ species(idem enim est)alio modo est vtiq; natura ꝙ̃ materia. Non negat quin materia suo modo sit natura:sed dicit ꝙ forma est alio modo. Subdit autem ꝙ forma non est a materia separabilis existens secũdum rem:quia forma naturaliter sine materia esse non potest: est tamen separabilis secundum rationem. i. secundum essentiam ⁊ diffinitionem quiditatiuam. Materia enim dicitur natura,eo ꝙ est in potentia ad formam rei naturalis:forma vero est natura,eo ꝙ est act⁹ quo res naturalis sortitur speciem ⁊ diffinitionem quiditatiuam. Homo autem ⁊ quodcunq; compositum nõ dicitur natura,sed a natura.i.ens naturale. An vero natura equiuoce significet materiam ⁊ formã questione.1.disputatur. ¶Hinc infert tertiam conclusionem,scilicet ꝙ forma est magis natura ꝙ̃ materia.i.perfectius:nõ solũ ꝙ forma est perfectior quam materia in genere entis,sed ꝙ ratio nature ⁊ principij est prestantius in forma quam in materia. Materia enim est natura eo ꝙ est principium passiuum motus eius in quo est: forma vero eo ꝙ est actus ⁊ perfectio a quo res sortitur speciem. Et hoc est quod ait formam esse entelechiam.i.actum perficientem rationem speciei.

¶Amplius,fit ex homine homo:sed nõ lectus ex lecto. Quapropter etiam dicunt figuram non esse naturam: sed lignum,quoniã fiet vtiq; si germinabit. non lectus, sed lignum, si ergo hoc est ars:& forma est natura,fit enim:ex homine,homo. Textus. xiij.

¶In textu.13.probat eandem conclusionem secundam secunda ratione:qua sane antiquos suo ipsorũ pugione confodit. Illud est rei cuiuscunq; natura, quod suapte natura redit ⁊ permanet quacunq; alia forma corrupta:quod Antiphon cõfitetur, dicens,lignum esse naturam lecti,formam vero minime,eo ꝙ lectus cum sub terra obruitur, germinat lignum sine forma lecti:at vero tunc non solũ materia ligni reddit:sed forma ligni:ergo qua ratione dicunt lignum esse naturam, concedere subinde habent formam ligni esse naturam. Imo potius formam quam lignum:nam si ex lecto nasceretur lectus,sicut ex homine homo,⁊ ex ligno,lignũ, formam lecti merito appellassent naturã:quia natura est id secundum quod simile generat sibi simile:⁊ forma est ratio similitudinis geniti ad generans. Itaq; quã ratione negant formam artificialem lecti esse naturam,affirmare tenẽtur formam ligni esse naturam.

¶Amplius autem:natura dicta vt generatio,via est ad naturam. Non enim vt medicatio dicitur non ad medicinam via,sed ad sanitatem(necesse enim est: à medicina non ad medicinã, esse medicationem)sic natura se habet ad naturam,sed quod nascitur:ex quodam in quidam venit,quatenus nascitur. Ad quod igitur nascitur? non ad id ex quo: sed ad quod. Textus. xiiij.

¶In tex.14.subditur tertia eademq; arguta ratio. Ad cuius euidentiam notato:ꝙ motus quando significatur per modũ actionis,denominatur a principio a quo:cũ vero significatur vt passio,denominatur a termino ad quem. Cuius ratio est, ꝙ motus eo ꝙ est vt via in fieri denominatur a suo actu actus vero actionis est forma,vnde procedit actio: sed terminus passionis est forma ad quam terminatur passio. Exẽpli gratia. Medicatio significat motum per modum actiõis:⁊ ideo denominatur a medicina,que est principium eius actiuum:sed sanatio est nomen passionis,que recipitur in animali: ⁊ ideo denomiuat a sanitate. Unde medicatio non est via ad medicinam,sed a medicina :neq; sanatio est via a sanitate:sed ad sanitatem. Ad propositum natura,vt hic insinuat Arist.est equiuocum,significans ⁊ viam.s.generationem,que dicitur nascitura ⁊ natiuitas:⁊ preterea terminũ generationis, a quo generatio dicitur natiuitas. Et hoc est quod ait. Natura.

ait.(Eodem mō)(.s.vt sanatio a sanitate)natura dr̄ ad naturā.i.natura denoīatur a nascitura. Tūc rō cinat̄ hoc mō,nascit̄ a quodā in quoddā nascit̄.i.de potentia materię ꝑdit in actū formę (vt equū nasci est ď potētia seminis ī actū formę ꝑdire) A quo ergo illud denominabitur nasci ⁊ motus denominabitur natiuitas? Ab illo ne a quo nascitur, puta a materia,an ab illo ad quod nascitur,scilicet a forma? Quasi dicat denominabitur certe ab illo termino ad quem nascitur: qꝛ nasci significatur per modū passionis. Probe ergo colligit quod forma sit magis natura ꝙ materia: vt pote cum a forma motus generationis dicatur natiuitas, ⁊ suppositum dicatur nasci. ¶Hinc elicitur ꝙ generatio est motus ad naturam:corruptio vero motus a natura quę corrumpitur.

Tex.xv. Forma itaque, natura est: sed forma & natura dupliciter dicitur. Etenim priuatio: species quodammodo est. si autē est priuatio & contrarium aliquod circa simplicem generationem, aut non est: posterius considerandū est.

¶Tandem tex.15.⁊ postremo huius capitis ait ꝙ forma ⁊ naturā dupliciter dicitur, scilicet de specie,puta de forma,⁊ de priuatione formę. Hoc bifariam potest quis forte sentire. vno modo vt priuatio quę est tertium principium rei naturalis[nempe negatio formę in subiecto apto,quę est terminꝰ a quo generationis]sit quodammodo forma ⁊ natura. Hic tamen sensus stare non potest: tum quia vt questione vltima libri primi dicebamus, priuatio nihil positiuum dicit, sed negationem ⁊ absentiam formę: quare neutiꝙ censeri potest esse forma:tum etiam quia intentio Aristot. est ex tribus principijs generationis solam materiam ⁊ formā appellare naturam. Et ideo Commentator ⁊ fere omnes dicunt ꝙ priuatio accipitur hic pro forma duarum contrariarum minus perfecta: quā qō.5. explicuimus virtualiter includere priuationē suę contrarię. Est enim nigredo quodammodo priuatio albedinis:⁊ frigiditas, caloris:⁊ forma plantę, formę animalis ⁊c. ¶Sed restat dubitatio, quam obrem Aristot.induxerit huc,distinctionem hanc, arbitror id causę fuisse,ꝙ cum proxime dixerat generationem dici natiuitatem a forma genita, que est terminus ad quem ⁊ natura:poterat quis ambigere,dum res perfecta corrumpitur in imperfectam, vt cū lignum putrefit, exiccatur arbor, aut moritur animal,corruptionem huiusmodi non esse generationem seu natiuitatem: atqꝫ adeo formam cadaueris, aut quancunqꝫ aliam corruptionis nō esse naturā. Ait ergo huiusmodi formas, licet sint quodammodo priuationes perfectiorum, nihilominus, esse naturas. Unde illam elicit maximam Physicam.3.huius textu.73.⁊.1.de gene.text.16. ꝙ semper corruptio vnius est generatio alterius. Ad quę quidem loca forsan annuit hic dicēs,ꝙ posterius est considerandum an in simplici.i.substantiali generatione,semper corruptio vnius quod se habet vt priuatio, sit generatio alterius, quod se habet vt forma. Uel forte alludit ad.5. huius text. 10.⁊.de gene.tex.24. vbi disputat, an sicut in generatione secundum quid,puta alteratione, cōtrarium fiat ex corruptione sui contrarij: ita in generatione simplici.i.substantiali,forma quę corrūpitur sit contraria formę,quę gignitur.

¶Sequitur quęstio.1.super text.3. Utrum diffinitio naturę ⁊c.

## QVID INTER PHYSICAM differat, & Mathematicam. CAPVT. II.

QVONIAM autem determinatum est quot modis natura dicitur: post hoc speculandum est, quo differt Mathematicus à Physico. Etenim plana, & solida, habent physica corpora, & lōgitudines, & puncta, de quibus conside rat Mathematicus. Textus. xvj.

¶Postquam superiori cap.pręiecit Arist. ceu fundamentum huius libri, quid est natura, quę est velut medium primum demōstrationum huius sciētię: quid ens naturale, [quod est subiectum: et quid secundum naturam, quę sunt proprie passiones, in hoc cap.quod.11.habet textus, constituit drīam inter scientiam hanc physicam ⁊ mathematicas: ea de causa quia cum tractent de eisdem fere rebus, posset quis suspicari esse eandem scientiam. Facit ergo duo argumenta ad quęstionem. Primum in hoc text. 16. Illę scientię quę communicant in subiecto, sunt eędem, aut saltem vna est pars scientię physicę: sed physicus ⁊ mathematicꝰ communicāt in subiecto: philosophatur enim vterꝙ de solidis.s.de corporibus, ⁊ de longitudine, puta de linea, ⁊ de punctis: nam physicus tractat de ente mobili: quod non potest esse, nisi materiale, ⁊ per consequens trinā habens dimensionem: ⁊ tractat de lineis, nam tractat de terminis quantitatis augmenti ⁊ decrementi.

Amplius autē si Astrologia, alia est: an pars Physicę, si em̄ Physici est quid sit sol, aut luna scire, accidentium autē per se nullum: inconueniens est. & prę sertim cùm videantur dicere, qui circa naturam versantur: & de figura solis, & lunæ, & vtrū sphęrica sit terra, & mūdus, an non. Textus. xvij.

¶Secundum est in tex.17. Illę scientię sunt eędē, quibus eadem est pars specifica: sed astrologia est pars mathematicę, vt notum est: quippe quę tractat de quantitatibus orbium ⁊ siderum ⁊ motuū eorum: ⁊ est itidem pars physicę: nam vna pars physicę est de sole ⁊ luna, vt pote quę sunt entia naturalia: ⁊ qui tractat de rei cuiuspiam substantia habet ⁊ de eorum omnibus accidentibus disserere: ergo physica, ⁊ mathematica in idem concidunt. ¶Quod adhuc confirmat authoritate veterum physicorum, qui de figura solis ac lunę terrę ꝙ ⁊ totius orbis inquantū physici pertractarūt.

De his igitur negociatur & Mathematicus: sed non quatenus Physici corporis terminus est vnumquodqꝫ, neque accidentia speculatur: quatenus talibus

Textus xviij. libus existentibus accidunt. QVA propter: & abstrahit. abstracta enim sunt intellectu à motu: & nihil refert. Neque fit mendacium: cùm abstrahunt.

Abstrahẽsium non est mendacium. ¶Questionem diluit in text. 18. dicens physicam diuersam esse a mathematicis scientiam: nam quãuis idem habent obiectum materiale, non tamen habent idem formale. Considerant. n. quidem de rebus eisdem, rationibus longe diuersis. Hoc iam q. 1. notum fecimus: mathematicus enim tractat de quantitate, abstrahendo a materia sensibili: puta de triangulo, aut circulo, abstrahendo a ligneo, igneo, albo, nigro &c. Physicus vero tractat de figuris vt sunt termini rerum naturalium. At quia hesitare quis posset: quonã modo intellectus possit abstrahere quantitatem a substãtia, cum in rei veritate absque substãtia naturaliter esse non possit: addit abstractionem huiusmodi non esse mendacium. Ubi vulgata est illa distinctio abstractionis duplicis. Alia enim est negatiua, qua scilicet, negatur hoc esse hoc. Et hec falsa esset, qua negaretur quantitatem & eius figuras esse in substantia. Sed alia est abstractio precisiua: que non est negatio, sed contemplatio alicuius rei, aut alicuius rationis prescindendo ab aliis cum quibus in re coniungitur. Sicut posset quis albedinem lactis considerare sine dulcedine: non tamen iudicando album non esse dulce. Ex hac precisiua abstractione potest, id quod est prius natura abstrahi ab eo quod est posterius natura. Possumus n. rationem specificam hominis abstrahere a Petro: & rationem genericam animalis, ab homine: esto Petrus formaliter sit homo, & animal. Et pari ratione, cum quãtitas sit velut subiectum omniũ aliorum accidentium sensibilium atq; adeo prius: imo realiter distinctum ab illis: possumus considerare quantitatem abstrahendo ab albedine & nigredine: quin etiam abstrahendo a substantia: etiã secundum opinionem tenentium q non distinguitur realiter ab illa.

Abstractio duplex.

Textus xix. Latent autem qui hoc faciunt: & qui ideas dicunt. Physica enim abstrahunt cùm minus sint abstracta à mathematicis. ¶Fiet autem hoc manifestum: si aliquis vtrorumq; tentauerit dicere terminos, & ipsorum & accidentium. impar enim erit & par, & rectum & curuum, adhuc autẽ & numerus, & linea, & figura: sine motu: caro autem, & os, & homo: non amplius. sed hæc, sicut naris sima, sed non sicut curuum dicuntur.

¶Unde tex. 19. subnotat Platonem, q ex ignorantia huiusmodi abstractionis lapsus est in idearum errorem. Et hoc est quod ait (latent autem qui hoc faciunt, & qui ideas dicunt) id est hoc modo abstrahentes latent eos qui ponunt ideas. Ac si dicat ponentes ideas ignorant hunc modum abstrahendi per intellectum id quod in re non est separatum. Et hac de causa ponunt species realiter separatas ab indiuiduis: que tamen sola sunt ratione separabiles. Et hoc est quod ait, illos abstrahere physica, que minus abstracta sunt, quam mathematica. Nam secundum Aristo. quãtitates, de quibus considerat mathematicus, licet nõ possunt esse naturaliter sine substantia, ab ea tamen realiter distinguũtur: species vero, de quibus considerat physicus, nõ solum non pñt esse sine indiuiduis, verum nullo modo distinguũtur ab illis, nisi sola ratione. Petrus nanq; & realiter et formaliter est homo. ¶Fiet autẽ manifesta [ ait Aristot. ] differentia mathematice a physica, q mathematicus considerat par & impar, curuum & rectum, non considerando in qua materia sint: physicus autem considerat curuitatem: non quidem abstractam, sed eã que est in naso. Diffinit enim q simitas, aut aquilitas est nasi curuitas: illa quidem caua, hec vero, prominens. Et pariter tractat de figura hominis. &c.

Demonstrant autem: & quæ ex mathematicis magis physica sunt, vt Perspectiua, & Harmonica, & Astrologia: è contrario enim quodammodo se habent ad Geometriã. Geometria enim: de physica in ea considerat, sed nõ quatenus est physica. Perspectiua autem: mathematicam quidẽ lineam, sed non quatenus mathematica: sed quatenus physica est. Textus xx.

¶In tex. 20. perspicacius adhuc differentiã hanc manifestat argumento a maiori. Perspectiua et musica, que sunt medie inter mere mathematicas & mere physicas, proprius tamen physice, quanuis connumerentur inter mathematicas: iste (inquit) scientie differunt a geometria & Arithmetica, que sunt pure mathematice: ergo a fortiori scientia pure physica differt a mathematica. Probat antecedens, quia geometria cõsiderat quidẽ lineam abstrahendo ab omni materia sensibili: perspectiua vero considerat lineam physicam. s. visualem, que motu procedit ab obiecto ad potentiam. Et pariter arithmetica tractat de pari & impari: abstrahendo a materia sensibili: musica vero de numero proportionali in sono, qui harmoniam cõtemperat. Dicuntur he scientie magis physice, vt probe ait. S. Thom. q2 habitus sortitur speciem a fine, & finis istarum est speculari proportionem in re sensibili. Scientię medię.

Cùm autem natura duplex sit, & species & materia, vt si de simitate quid sit consideremus, sic contemplandum est. Quare neque sine materia, neq; secundũ materiam: quæ huiusmodi sunt. Etẽm iã & hoc dupliciter dubitabit quis: cũ duæ naturæ sint, de vtra est Physici, an de eo quod est ex vtriusque? sed si de eo quod est ex vtriusque, Vtrum igitur: eiusdẽ aut alius, vtramque cognoscere. Textus xxj.

In tex.

¶In tex.21.& in parte reliqua huius capitis, constituta differentia inter physicam & mathematicã manifestare prosequitur Phi. quousq; protendatur intentio physicę scientię. Unaqueque enim scientia, vt habet propria principia a quibus proficiscatur, ita habet & proprios terminos ad quos vsq; pertingat. Et ideo, cum duplex sit natura. s. species (id est forma) & materia: questioné mouet, vtrum physicus habeat de vtraq; considerare. Et qui duobus verbis insinuat argumẽta duo ad partem affirmatiuam. Primum quia cum physicus naturalis habeat cõsiderare de natura: & tam materia quã forma sit natura, sequitur vt vtriusq; sit eius consideratio. Secundo quia cum physicus, vt modo dicebamus, differat a mathematico: & ille tractet de formis accidentalibus vt abstrahuntur a materia, physicus vero de substantialibus vt sunt in materia, consequens est vt physicus tractet de vtraq; natura. ¶Duplicem ergo proponit dubitationem. Prima vtrũ physici sit considerare de vtraq; natura. Sed hanc, tanquã ex proximis verbis satis solutã, relinquit. Secunda dubitatio est vtrũ physicę sciẽtię sit tractare de composito ex vtraq; natura, & per consequens de vtraq; natura, vtrũ eiusdem partis physicę sit vtraq; cõsideratio, an alterius sit tractare de materia, & alterius de forma. Quod est querere, vtrum sit de diuersis partibus subiectiuis, id est speciebus entis mobilis, puta de celis & de animalibus, sint diuerse partiales scientię physicę, ita & de materia & forma que sunt partes essentiales, sint diuersę scientię.

Textus. xxij. Ad antiquos enim aspicienti: videbitur vtiq; esse materiæ. ad exiguam enim partem quandam Empedocles & Democritus speciem & quod quid erat esse: tetigerunt. si autem ars imitatur naturam, eiusdem autem est scientię cognoscere speciem & materiam vsq; ad aliquid (vt medici sanitatem & choleram, & phlegma: in quibus est sanitas. similiter autem & ædificatoris, speciem domus, & materiam, lateres scilicet & ligna. similiter autem, & in aliis) & physicę vtique erit cognoscere vtrasque naturas.

¶In tex.22. respondet ad questionẽ q. s. ad eandẽ prorsus partẽ physicę pertinet tractare de materia & forma. Ait veruntamẽ q antiquos aspicienti videbitur q speculatio physica solum sit circa materiam: & nihil circa formam: propterea q consideratio physica solum est de natura, illi materiale duntaxat subiectum censebant esse naturam. Preter Empedoclem & Democritum: qui parum exiliterq; insinuarunt de ratione formę. Quippe quorum primus ponebat res fieri per commixtionem diuersorum elementorum ex quibus resultaret mixtum, quodammodo differens ab illis: alter vero dicebat compositum fieri per concursum atomorum diuersarum figurarum. ¶Probat autem cõclusionem positam tribus rationibus. Prima Ars imitatur naturam: ergo ex artibus possumus naturam indagare. Nam sicut natura educit formam de potentia materię disponendo prius illam & tandem gignendo ens naturale, ita & artifex ex preparatis & dolatis lapidibus & lignis facit domum: & ex mollificato ferro facit ensem: et ex preparato ligno statuã: sed ad artificẽ cuius est inducere formam pertinet etiam considerare materiã, in qua & ex qua operatur: ergo & ad philosophum naturalem pertinet, non solum formam, sed materiam considerare. Ait vero, vsque ad aliquid, q. ad medicum, cuius est sanitatem facere in corpore humano, pertinet phlegma & sanguinem aliosque humores cognoscere, quę sunt materia sanitatis (nam sanitas est humorum proportio) & ideo debet cognoscere an phlegma superabundet, an sanguis sit putridus &c. sed tamen inquantum medicus non tenetur scire an sanguis sit generosus, an complexio sit apta ad scientias vel virtutes: q. hec nihil pertinent ad sanitatem. Et similiter artifex debet considerare an lateres sint bene cocti, sint ex terra bona, an ex sabulo, an vero sint albi, vel nigri: non pertinet ad ipsum. Et statuarius considerat, an lapis habeat venos & maculas, hãbeat grana grossa: & lignum sit ne durum, an molle: quatenus requiritur ad artem. An vero sit cãlidum an salubre: an germinans dulces fructus necne: non pertinet ad ipsum. Eodem modo ad physicum pertinet cognoscere materiã quatenus est potentia & principium passionum formę: quem vero gradũ entis habeat in rebus, hoc pertinet ad metaphysicum.

Textus. xxiij. Insuper eiusdem est: id cuius gratia & finem, & quęcũq; sunt horum gratia, natura autem: finis est, & id cuius causa, quorum enim continuo motu existẽte, est aliquis finis ipsius motus hic vltimũ est, & id cuius causa. Quocirca & poeta derisorie adductus est vt diceret. Habet finem, cuius quidem causa factus est. VVLT enim: nõ omne vltimum esse finem, sed optimum. FINIS

¶In tex.23. Subdit rationem secundam. Ad eandem scientiã pertinet cognoscere & finẽ, & ea q sunt ad finem: sed natura, id est species que constituitur per formam, est finis ad quem materia ordinatur: ergo ad eandem scientiam pertinet cognoscere & materiam & formam. Minorem probat sic philosophus. Illud quod est finis, id est terminus alicuius motus cõtinui, est vltimum (id est optimum) & id cuius gratia fit motus: sed id ad quod terminatur generatio, est forma per quam suppositum constituitur in certa specie: ergo forma est vltimũ & id cuius gratia est generatio: & per consequens cuius gratia est materia, que est subiectum generationis. ¶Ad euidentiam huius textus notandum est q nomen finis equiuocum est. Accipitur. n. vno modo, aut pro extremo alicuius rei vt dicimus finis terrę: aut pro termino alicuius durationis, vt erit finis mundi, & mors hominis dicitur finis eius. Alio modo accipitur pro causa finali, quę est id, cuius gratia res fit. Ad cuius rationem non sufficit q sit vltimum rei: sed cum hoc requiritur q sit optimum & id quod intenditur

ditur in motu, aut generatiōe. ¶ Quod si quis quęrat mondum cognoscendi quando aliquid quod est vltimum, est etiam finis cuius gratia. Respondet hic latenter, sed ingeniose Arist. ꝙ finis, id est terminus motus, quando motus est continuus, est finis optimus ⁊ cuius gratia. Motum continuum appellat illum qui non interpollatur. Exempli gratia. In generatione animalis est emissio seminis, ⁊ alteratio eius in matrice: quę terminatur ad generationem ⁊ vitam animalis geniti. Vita ergo est finis, id est id cuius gratia, quod est causa finalis. Sed cum animal peruenit ad perfectum statum incipit postea alius motus cōtrarius tendēs ad corruptionem animalis, qui proinde non est cōtinuus cum pręcedenti. Est. n. sicut graue proiectum sursum, quod in puncto reflectionis quo incipit cadere quiescit. Mors igitur animalis est quidem finis. i. terminus vitę illius: non tamen est causa finalis: quia non est optimum, ⁊ id cuius causa genitum est animal. Ideoq; dicere (vt est in sermone (vulgi) mortem esse finem ad quem homo natus est (ita. n. loquitur vulgus, vt natus sum ad moriendum, ita hoc est verum) hęc inquam falsa locutio est, laborans ęquiuocatione finis. ¶ Secundo notandum est ꝙ iste innominatus poeta [quem Philoponus ait fuisse Euripidem] inducitur quasi loquens de aliquo nuper defuncto. Ut si dicas de Priamo, cum animam exhalauit. (Habet finem, cuius causa factus est.) Dicunt aliqui interpretes hoc dixisse irrisorie, eo ꝙ videtur nugatio cum dicitur, finis ⁊ id cuius causa, ac si diceretur homo animal. Attamen irrisio certe non consistit in hoc: quia nulla est nugatio, sed potius diffinitio, cū dicitur, finis est id cuius gratia. Sed irrisio consistit in ęquiuocatione finis: quia mortem, quę est finis. i. terminus, appellauit finem: id est causam finalem. Acsi homo propter hanc causam natus sit, vt moriatur. Et potest aduerbium, irrisorie accipi passiue: nam si ille assertiue hoc dicebat irridendus est. Et hunc sensum insinuat traductio Argyropoli. Si tamen illud proferebat iocose, tūc irrisorie accipitur actiue: quasi quod ipse irridebat sophisma Et hūc sensum exprimit versio Boetij, ⁊ hęc Vatabili: vt patet in verbis sequentibus [vult enim] ⁊ ita habetur Grecę, boulete, id est: bene enim poeta intelligebat non omne vltimum esse finem: sed illud quod est optimum. (Inducit ergo Aristo. poetam ad explicandum illam particulam.) Continuo motu existente] id est finis cuius gratia, non est terminus cuiuscunq; motus: sed vltimum quod continuo motu intenditur ab agente. Unde. 5. meta. tex. 21. mors (inquit) non est finis nisi metaphorice: quia est perfecta corruptio et vltimum malorum.

Textus. xxiiij. — Quoniam & faciunt artes materiam: alię quidē simpliciter, alio verò operi accommodam, & vtimur, tanquā propter nos omnibus quæ sunt. SVMVS enim quodammodo & nos, finis. dupliciter enim est, id cuius causa. dictum est autem, in eo qui de Philosophia:

*NOS sumus finis omnium.*

Textus. xxv. — ¶ Duæ igitur sunt artes quæ dominantur ipsi materiæ, & quæ sunt cognoscētes, ea quæ vtitur & factiuæ quę architectonica est. quapropter & quę vtitur architectonica quodammodo ęst. differt autem quatenus hæc quidē quæ speciem cognoscit, architectonica est, alia autem, vt effectrix materiæ. Gubernator enim qualis sit species aliqua temonis cognoscit, & præcipit. Alius autem, ex quo ligno, & quibus ex motibus est. In ijs igitur quæ sunt secundum artem, nos facimus materiam, propter opus. sed in physicis est.

¶ In textu. 24. ⁊. 25. subsequitur vel noua ratio vel explicatio eiusdem minoris, quomodo videlicet materia naturalis est propter formam ⁊ forma est finis materię. Pro cuius intellectu notandum est quatuor hic adnotari ab Aristotele artium genera: duas quę versantur circa materiam: tertiā circa formam: quartam, circa vsum. Est. n. ars omniū infima, quę solum facit materiam simpliciter. vt ars faciendi lateres domibus extruēdis. Alia est paulo altior, quę pręparat materiam. vt ars fabri lignarij: qui dolat ⁊ pręparat ligna ad construendam nauem. Interserit tamen parenthesim, dicens, ꝙ finis omnium quę arte fiunt nos sumus. Duplex enim est finis alicuius rei aut actiōis. vt habetur. 5. meta. quē locum hic citat. Quanuis expressior sit hęc distinctio. 2. de anima text. 37. Alter. n. est qui dicitur finis cuius: ⁊ alter finis quo vt finis cuius respectu domus, est homo: finis vero quo, est habitatio. Et ideo dicit ꝙ finis quodammodo omnium artium, id est finis cuius, est homo: fines vero quibus, sunt diuersi vsus diuersorū artificiorum. vt finis nauis nauigatio: finis equi equitatio. Quare non solum finis rerum artificialium, verum omnium naturalium est homo: quippe qui omnibus vtitur tanquam ijs quę eius causa facta sunt. ¶ Alię duę (inquit textu. 25) sunt artes architectonicę, id est, principantes ⁊ dominantes artibus versantibus circa materiam scilicet ars inductiua formę, vt ars construendi nauē ⁊ ars quę vtitur naui, scilicet ars nauigandi. Artem aliquam dominari alteri inferiori, est pręcipere artifici q̄lo debeat operari. vt ars equestris pęcipit frenefactiuę, dirigendo quale debet esse frenū: tale em̄ debet facere frenū faber ferrarius, quale sit ad equitationē accōmodatū ſm iudiciū equitis. Uit ergo ꝙ tam ars inductiua formę, quam ars vsualis est architectonica. Nā ars vsualis est maxime omnium suprema: nempe quę habet iudicare de specie ⁊ forma nauium. Secundū enim iudicium nautę debet ars cōstruendarum nauiū facere formam nauis, ⁊ formam temonis, ⁊ aliorū instrumentorum nauis. Sed tamen ars nauifactiua est architectonica respectu artis, quę pręparat ligna. Artifex enim nauium pręcipit fabri lignario qua forma debeat dolare ligna. Sicut architector arcis pręcipit illis qui dolant lapides, facere eos, aut quadratos, aut rotundos. Ars vero pręparandi materiam habet iudicare de materia ipsa quam pręparat. vt faber lignarius, an lignum sit solidum. An sit aptum dolabre. Sicut qui construit parietem debet iudicare an lateres sint bene cocti. ¶ Applicat Aristoteles artificio-

*Artis quatuor genera.*

*Finis duplex.*

se quę

ſe quidem artem ad naturam, dicens, ꝙ quemadmodum in artificijs nos facimus materiam ⁊ eam pręparmus, vt ſit apta ad talem formam artificialem, ita in operibus naturę materia ipſa nõ quidẽ ſit [quia eſt perpetua] ſed eſt propter formã. Unde tandem colligitur intenta concluſio, ſcilicet quod ad eandem ſcientiam phyſicam pertinet conſiderare, ⁊ de materia ⁊ de forma.

Textus. xxvj. Amplius eorum quæ ad aliquid, materia eſt. ad aliam enim ſpeciem: alia materia. Quouſque ergo: phyſicum oportet cognoſcere ſpeciem, & ipſum quid eſt? an quemadmodum medicum neruum: aut fabrum, æs, vſque ad aliquid? Alicuius enim gratia. vnumquodque, & circa ea quæ ſunt ſeparabilia quidem ſpecie: in materia autem. homo enim, hominem generat: & ſol. Quomodo autem ſe habeat hæc ſeparabilis, & quid ſit: Philoſophię primę eſt officium determinare.

¶ In textu deniq;. 26. ⁊ poſtremo huius capitis addit primo poſtremam rationem eiuſdem concluſionis. Eorum quę ad ſe mutuo referuntur, eadem eſt ſcientia: ſed materia dicitur relatiue ad formã: ergo cognitio materię ⁊ formę ad eandem ſcientiam ſpectat. Non intelligit materiam eſſe relationem ſecundum eſſe: quandoquidem eſt pars ſubſtantię: ſed ꝙ eſt relatiuum ſecundum dici. Quia natura materię non exprimitur, niſi in ordine ad formam: ſicut potentia diffinitur in ordine ad actum. Ut enim in artificialibus cuicunq; formę adaptatur ſua propria materia, ita in naturalibus diſpoſitiones materię ſunt ſecundum naturam formę. ¶ Concludit tandem Ariſto. quouſq; extendatur ſcientię phyſicę ſpeculatio. Ait enim ꝙ quemadmodum medicus inquantum medicus non conſiderat de neruo inquantum neruus eſt: ſcilicet ex tali materia ⁊ forma, ſed inquantum eſt ſubm̃ ſanitatis: ⁊ faber lignarius non conſiderat naturam ligni inquantum eſt fructiferum, aut inquantum ſanitatis cauſa (vt eſt lignum indicum) ſed inquantum aptum ad ſuam artem: ita phyſicus debet cõſiderare de formis non ſimpliciter: ſed quatenus ſunt actus materię. De formis enim quatenus abſtrahunt a materia, metaphyſica eſt contemplatio: ſane cum illa ſcientia tractet de ſubſtantijs ſeparatis: phyſica vero tractat de formis generabilium ⁊ corruptibilium. Ex quo ſequitur ꝙ conſideratio de anima rationali, quaten⁹ eſt actus corporis, id eſt ſecundum operationes in quibus dependet a corpore, attinet ad phyſicum conſiderare: ⁊ ita in libris de anima conſideratur de ſenſationibus ⁊ de intellectionibus, in quibus pro iſto ſtatu neceſſe eſt phantaſmata ſpeculari. Ibi autem ſiſtit phyſicus: incipitq; de anima ſeparata ſpeculari theologus. ¶ Sequitur quęſtio ſecunda ſuper tex. 7. tex. 18. Utrum naturalia.

# DE CAVSIS.

## CAPVT. III.

Determinatis autem his: conſiderandum eſt de cauſis, & quæ & quot numero ſunt. Textus. xxvij. Cum enĩ ſciendi gratia hoc negocium ſit, ſcire autem non prius opinamur vnumquodq; quam vtique ceperimus propter quid circa vnumquodq;, hoc autem eſt accipere primã cauſam: manifeſtũ quod & nobis hoc faciendũ eſt, & de generatione, & corruptione, & de omni Phyſica mutatione. vt ſcientes ipſorum principia: reducere ad ipſa, tentemus quæſitorum vnumquodque.

¶ Secundum membrum principale huius libri, vt in eius partitione dicebamus, eſt de cauſis rei naturalis. Quapropter in hoc. 3. cap. per. 12. textus diſtributo agit Philoſophus de quatuor generibus cauſarum naturalium: ⁊ in tribus ſequentibus capi. agit de fortuna: quę eſt cauſa nominalis. ¶ In. 1. textu. qui eſt ordine. 27. proponit ꝙ determinatis his ſcilicet diffinitione naturę ⁊ quouſque intentio huius ſcientię progrediatur, rimari oportet cauſas ac potiſſimum cauſam primam rei naturalis. Quod hac ratione probat. Conſideratio rerũ quę eſt propter ſcire debet primas cauſas primum omnium ſtatuere, ad quas ſuas demõſtrationes reducat: ſed phyſica eſt propter ſcire rem naturalem: ergo pꝛęnoſſe habet eius cauſas. Inſinuat in maiori alias eſſe ſcientias quę non ſunt propter ſcire, ſed propter operari vt philoſophia moralis ⁊ ars mechanica: in quibus non eſt neceſſarium omnes rei cauſas cognoſcere. Philoſophus enim moralis non perſcrutatur habitum virtutis, an ſit quantitas vel qualitas, an intendatur per radicationem in ſubiecto an vero per additionem gradus: ſed ſolum quomodo generetur ex actibus virtutis, quomodo operetur ex electione ⁊ firmiter ⁊c. Et pariter faber lignarius, vt modo dicebamus, non conſiderat cauſas naturales ligni, ſed an ſit molle vel durum, ad ſuam artem. Phyſicus autem conſiderat res naturales non ad faciendum illas: quia non eſt in noſtra poteſtate eas facere: ſed ad cognoſcendum contemplationis gratia. Et quia, vt in primo dictum eſt, tũc rem cognoſcimus, quando cauſas eius vſque ad primas cognoſcimus, colligitur, vt ad philoſophiam naturalem pertineat conſiderare cauſas rei naturalis. Unde illud inter philoſophos prouerbium ortum habuit. Felix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Vno igitur modo cauſa dicitur ex quo fit aliquid cũm inſit. vt æs ſtatuæ, Textus. xxviij. & argentum phialæ: & horum gene-

ra: Alio autem modo: species & exemplum. hæc autem, est ratio ipsius quod quid erat esse: & huius genera. vt ipsius Diapason: duo ad vnum, & omnino numerus, & partes quę in ratione.

Textus. xxix ¶Amplius: vnū principiū mutatiōis primū, aut quietis: vt cōsultor causa, & pater filij: & oīno faciens facti, & transmutans transmutati. Præterea, vt finis: hic autem est: id cuius gratia, vt ambulandi, sanitas. propter quid enim ambulat? dicimus, vt sanus sit: & ita locuti, opinamur assignasse causam. Et quæcunque iam mouente alio: intermedia fiunt ipsius finis. vt sanitatis: macies, aut purgatio, aut medicamenta, aut organa. omnia nanque hæc, finis gratia sunt: differunt tamē ab inuicē: quia alia quidem, sunt opera: alia verò organa. Causæ igitur fere tot modis dicuntur.

Quatuor genera causarum. ¶In textu. 28. & .29. ad rem accedens proponit quatuor esse genera causarum. Quas eisdem fere verbis recenset. 5. meta. text. 2. Ut in ędium extructione lapides & ligna sunt causa materialis: figura vero est causa formalis sed artifex est efficiens: & habitatio est finalis. ¶Prima ergo causa ordine generationis est materialis. Cuius repetit diffi-

Materia. nitionem, quam in calce primi libri statuerat: nempe ꝙ materia est causa ex qua fit aliquid cum insit: id est, quę intrinseca est rei & per se illi conueniēs. vt loco citato exposuimus. Ponit exemplum in artificialibus: per quem materiam primam inuestigamus. ¶Secunda causa, que itidem intrinse-

Forma. ca est, est forma. Quam hic & vbiq; appellat speciem. Addit autem species & exemplum: vel [vt Argiropylus vertit] exemplar. Hoc, vt arbitror, adiecit ad refellendam opinionem Platonis: qui ponebat duas causas formales: aliam ideam separatam perpetuam, quam vocabat exemplar, aliam particularem in materia: quę erat illius participatio. Aristotel. vero aliter philosophatur. Docet enim formam quę est in agente, esse exemplar, ad cuius similitudinem producitur forma in genito. Itaq; forma, quatenus est in agente, habet rationem exemplaris: & quatenus est in genito exercet rationem formę. Subdit tamen exēplum de specie, id est de quiditate: propterea quod quiditas specifica rei sumitur a forma physica, vnde diffinitio quiditatiua sumit differentiam. Et po-

Diapason. nit illud in artificialibus. Diapason enim est proportio & velut quiditas musicę. Diapason, si ad verbum Gręcum reddas, idem est quod proportio ex omnibus. Et ideo authore Boetio libro .1. musicę & hic Aristot. est proportio dupla: quā musici practici vocant, octauam, inter cuius extrema mediant omnes voces. Symphonia ergo, id est consonantia, est genus, sicut animal: Diapason vero est species, sicut homo: exemplum vero in naturalibus est forma physica aut quiditas speciei. Addit autem ꝙ ad hoc genus causę reducitur genus diffinitiones. Non enim solum diapason, quę est proportio duorum ad vnum, sed numerus qui est genus illius, est sicut causa formalis. ¶Et omnino partes diffinitionis scilicet differentia. Ponit exemplum numeri qui est primum et supremum genus arithmeticę, cui subalternatur musica. Nam genus proximum diapason, scilicet proportionis duplę, est proportio multiplex quę diuiditur per duplam, triplam &c. Et nota quam sit hoc exemplum naturalibus aptissimum. Ut enim musicus non tractat de proportione abstrahendo a materia, sed de ꝓportione in materia sensibili, scilicet in numero sonoro, ita physicus non tractat de formis separatis, sed de formis constituentibus certam speciem in materia sensibili.

¶Tertia causa in textu. 29. est vnde principium mutationis aut quietis. Quod est dicere causa ef- Causa efficiens.
ficiens est principium primum: vnde procedit mutatio & quies. Ait primum, vt excludat causam instrumentalem: diffinitur enim hic causa duntaxat principalis. Subdit exempla quatuor. Quę S. Thom. hoc modo reducit ad causam efficientem. Est inquit efficiens quadruplex, scilicet consilians, perficiens, id est inducens formam, & pręparans, seu disponens materiam, & adiuuans. Et quidem partitio hęc causę efficientis optima est & physica. Cui vero verba Aristot. hoc non appareant ita manifeste exprimere, dicere potest quod Aristot. posuit exemplum in moralibus, dum dixit, consultor, qui est primum mouens tanquam causa efficiens. Nam consultor mouet eum qui facturus est opus. In naturalibus vero, quantum ad factionem simpliciter [qualis est generatio substantię] posuit exemplum in patre: sed vt comprehenderet omnem factionem, etiam secundū quid [quales sunt omnes alterationes naturales] adiecit tertium, scilicet faciens facti, at de artificialibus subiecit vltimum exemplum Unde medicus est causa sanitatis per transmutationem materię, scilicet attenuando, aut corroborando infirmum. Et hęc quatuor repetit paulo post. ¶Postrema causa est finis: quę vt textu. 23. dicebatur, est id cuius gratia res fit. vt sanitas est ambulationis causa finalis. At quia in fine occulta est ratio causę, propterea ꝙ finis est vltimum in operatione, cum tamen causa dicat id quod pręcedit effectum, probat finem esse causam eo, ꝙ dum interrogamur propter quid ambulamus, respondentes propter sanitatem, opinamur causam assignasse. ¶Pręterea quia nomen finis videtur designare id quod est vltimum & postremum in operatione, addit ꝙ vbi multa media ordine quodam tendunt ad vnū vltimum finem, tunc contingit esse plures fines intermedios. vt semper id quod est posterius in executione sit finis respectu prioris. Sicuti econuerso, quod est prius in executione est causa efficiens respectu posterioris. vt si propter sanitatem attenuatur infirmus, sanitas est finis attenuationis & maciei. Sed quia ad extrenuandum requiritur purgatio aut phlebotomia, macies est finis vtriusq; euacuationis. Et eadem ratione purgatio est finis conficiendę medicinę euacuatiuę: & phlebotomia est finis organorū, scilicet instrumentorū, vt scalpelli tonsoris. Et viceuersa confectio potionis est causa efficiens euacuationis: & euacuatio, extenuationis: ac demum extenuatio, sanitatis. Ait tamen hęc differre ab inuicem, ꝙ inter hęc aliqua sunt opera, vt euacuatio, alia vero, organa

vt scalpel-

vt ſcalpellus. Imo alia etiam ſunt opera operata. vt potio ⁊ ſanitas. Concludit ergo ꝙ cauſę fere tot modis dicuntur. Adiecit, fere, aut ꝓpter alias cauſas non naturales (qualis eſt fortuna) aut quia ille eſt modus loquendi Ariſtot. ad reſcindendas cauillationes ſophiſtarum

Textus. xxx. Accidit autem cum multipliciter dicantur cauſæ: & multas eiuſdem cauſas eſſe, non ſecundum accidens. vt ſtatuæ, & ars ſtatuaria, & ęs, nõ ſecundum alterum quid, ſed quatenus eſt ſtatua: ſed non eodem modo: ſed hoc quidem vt materia: illud autem, vt vnde eſt motus. ¶Sunt autem quædam: & ad inuicem cauſæ. vt laborare: cauſa eſt bonæ habitudinis. & hæc, laborandi: ſed non eodem modo. ſed hoc quidem vt finis: illud autem, vt principium motus. ¶Amplius autem eadem cauſa contrariorum eſt. Quod enim pręſens, cauſa huius eſt: hoc & abſens facimus aliquando cauſam contrarij. vt abſentiam gubernatoris, nauis ſubuerſionis: cuius erat præſentia cauſa ſalutis.

Tria corollaria. ¶In text. 30. infert ex dictis corollaria tria. Primum ꝙ eiuſdem rei poſſunt eſſe plures cauſę per ſe. Nam cauſę quę ſunt ſecundum accidẽs nullum eſt dubium quin poſſint eſſe plures [cum non comprehendantur ſub certo numero) vt ſtatuę (inquit) inquantum eſt ſtatua, ars eſt cauſa ⁊ ęs: ęs quidem vt materia: ⁊ ars, vt cauſa efficiens vnde motus. Cauſa enim efficiẽs eſt artifex: ſed cauſa qua agit, eſt ars.

Aliqua ſũt ſibi mutuo cauſę. ¶Secundum corollarium eſt, ꝙ ſtat aliqua duo ſibi inuicem eſſe cauſas per ſe. ſ. in diuerſis generibus cauſarum. vt bona valetudo per ſe eſt cauſa finalis laborandi, id eſt exercendi corpus: exercitium vero eſt cauſa efficiens ſanitatis. Cauſa efficiens ſemper appellatur principium vnde motus: ſicut finis vocatur, cuius gratia. Et pariter materia eſt cauſa materialis formę ⁊ forma cauſa formalis materię. ¶ Nec vlla eſt in hoc contradictio, quę apparere poſſet, propterea ꝙ cauſa eſt prior effectu, ⁊ videtur contradictio ꝙ. a. ſit prius ⁊ poſterius quam. b. Etenim finis eſt prior ſecundum rationem, id eſt in intentione agentis: cauſa vero efficiens eſt prior ſecundum rem in operatione. vt. q. 3. apertius conſtabit.

Idẽ eſt contrariorũ cauſa. Tertium corollarium eſt, ꝙ idem eſt quandoq; cauſa cõtrariorum. vt gubernator, qui ſua pręſentia eſt cauſa ſeruationis nauis, abſentia ſua, dum dormit, eſt cauſa ſubmerſionis.

Textus. xxxj. Omnes autem nunc dictæ cauſæ in quatuor cadunt modos manifeſtiſsimos. Elementa enim ſyllabarum, & materia factibilium, & ignis & huiuſmodi corporum, & partes totius, & ſuppoſitiones concluſionis: vt id ex quo cauſæ ſunt. Harum autem aliæ quidem ſunt vt ſubiectum, vt partes. aliæ autem, vt quod quid erat eſſe: & totum, & compoſitio, & ſpecies. ſemen autem, & medicus, & conſultor, & omnino ipſum faciens: omnia ſunt vnde principium mutationis, aut ſtatus, aut motus. Aliæ autem: vt finis, & bonũ aliorum. Id enim cuius gratia: optimum, & finis aliorum conſueuit eſſe. Differat autem nihil: idem dicere bonum, vel apparens bonum. Cauſæ igitur tales, & tot ſunt ſpecie.

¶Subſequenter text. 31. ⁊ ſequentibus ad maiorẽ elucidationem latius explicat modos cauſarum. Atqui apertiora prius ponit exempla pręfatorum quatuor generum in his quę videntur habere nõnullam differentiam. Ait enim ꝙ in genere cauſę materialis ſunt elementa ſyllabarum, id eſt literę, ex quibus conſtant ſyllabę: ⁊ materia factibilium, vt lignum ſcãnum. Et ignis, ⁊ huiuſmodi. ſ. alia elementa. corporum, id eſt ſunt quodammodo materia mixtorum. Et partes. ſ. integrales ſunt materia totius, vt membra, hominis: ⁊ ſuppoſitiões, concluſionum. Hęc enim omnia, licet nonnihil videantur differre, habent tamen rationem cauſę materialis, propterea ꝙ cauſa materialis exprimitur per prępoſitionem, ex, ⁊ hęc omnia ſunt ex quibus res fit. Tametſi aliter ſyllaba fiat ex literis q̃ ſunt partes eius, ⁊ aliter phiala ex ęre, quod eſt eius ſubm̃: ⁊ aliter mixta ex elementis: quę vt dicturi ſumus in libr. de generatione non manet in mixto formaliter, ſed ſecũdum ſuas qualitates: nihilominus ex mutua in ſe actione fit mixtum. Et aliter membra animalis ſunt materia adhuc quam partes ſyllabę. Nam partes hominis ſunt ſimpliciter vnum per continuationem: literę vero minime. Quod ſi quis arguat contradictionem eſſe in Ariſto. quippe tex. 28. dixerat partes diffinitionis ſcilicet genus ⁊ differentiam eſſe cauſas formales, ſicuti eſt diffinitio ⁊ ſpecies ipſa: hic vero generaliter dicit ꝙ partes ſunt cauſę materiales. Bifariam reſponderi poteſt. Primum ꝙ hic ſolum loquitur de partibus integralibus, illic vero de partibus diffinitionis. Sed melius reſpondetur cum S. Thoma ꝙ ſi partes diffinitionis conſiderentur in ordine ad ſuppoſitum, tunc ſicut quiditas ipſa ⁊ natura quę exprimitur per diffinitionem ſignificatur, vt forma reſpectu ſuppoſiti, vt humanitas reſpectu hominis, ita ⁊ vtraque pars diffinitionis ſe habet vt forma reſpectu eiuſdem ſuppoſiti. Si vero conſiderentur in ordine ad diffinitionem cuius ſunt partes, tunc cenſeri poſſunt quodammodo materia ipſius. quia diffinitio componitur ex genere ⁊ differentia, ſicut compoſitum phyſicum ex materia ⁊ forma. ¶Poſtremum exemplum eſt quod ſuppoſitiones, id eſt pręmiſſę ſunt materia concluſionis. In quo etiam verbo eſt dubium: nam pręmiſſę potius ſunt cauſa efficiens concluſionis, quippe cuius aſſenſum efficiunt, qui

Cauſa materialis.

sint materia. Respondetur tamen ꝙ assensus pręmissarũ, atq; adeo habitus inde genitus, sunt quidem causa efficiens assensus ⁊ habitus conclusionis, attamen termini ex quibus constant pręmissę apprehensiuę sunt etiam materia ex quibus componitur conclusio apprehensiua. Sane quę conflatur ex extremitatibus pręmissarum. Non tamen viceuersa conclusio dicitur materia pręmissarum: sed quia conclusio componit̃ ex extremitatibus quę in antecedenti seorsum sunt in diuersis pręmissis: coeunt in compositionem conclusionis. ¶ Sequitur exemplum causę formalis. Ait enim ꝙ causa formalis est quodquid erat esse, id est quiditas speciei. Humanitas enim est forma hominis. Hic modus loquendi notandus est apud Aristotelem quem. q. 3. latius aperimus. Et generaliter (inquit) omne totum ⁊ compositio ⁊ species est sicut forma respectu suarum partium. vt compositio syllabarum, ⁊ compositio domus respectu suarũ partium: compositio mixti respectu elementorum: cõpositio animalis respectu membrorum: ⁊ compositio conclusionis respectu extremitatis. vt singula formarum exempla singulis materiarum respondeant. ¶ De causa efficienti subiungit in particulari ⁊ expresse quatuor illa quę in textu. 29. dixerat confuse. Quod enim illic dixerat, pater filij dicit hic semen (quod est virtus patris) quod dixerat transmutans, transmutati, dicit hic medicus: quod dixerat, cõsultor, ⁊ quod dixerat, faciens facti, eisdem nominibus refert. ¶ Quarto denique loco subijcit exempla causę finalis. Ait enim ꝙ causa finalis est bonum ⁊ optimum vniuscuiusque, cuius gratia aliquid est. Et quia in moralibus non semper actiones fiunt propter id quod apparet bonum addit, nihil referre ad rationem finis bonum ne sit in re, an apparens bonum. Est enim finis auari vtilitas, ⁊ finis voluptuosi delectatio, quę sensibus apparent bona.

Textus. xxxij.

Modi autem causarum, numero quidem sunt multi: in capita veró contracti, & hi pauciores. dicuntur enim causæ multipliciter: & ipsarum neque similium specierum sunt, prior ac posterior alia, alia. vt sanitatis, medicus & artifex. & ipso diapason, duplum, & numerus. & semper quæ continent: ad singulares.

¶ In text. 32. pergit exprimere varios modos causę in vnoquoq; genere. Qui si reducantur [inquit] ad capita, id est ad aliquas rationes magis vniuersales, pauciores erunt vt textu statim. 36. explicabimus. Diuisiones, pręter iam positam, sunt quatuor. Prima. Vnumquodq; genus causę diuiditur in particularem ⁊ vniuersalem. Seu, in proximam, ⁊ remotam. Quę quidem diuisio est secundum modum significandi superiorem ⁊ inferiorem vt in caussis efficientibus. Sanitatis causa proxima ⁊ particularis est medicus: remota vero et vniuersalis est, artifex. Et adhuc remotior est, agens. Hęc enim tria se habent: sicut superius ⁊ inferius. Et in caussis formalibus. Ipsius diapason [quę est proportio dupla in numero sonoro] causa formalis, id est proximum genus, est proportio dupla numerorum, abstrahendo a materia sensibili: remotior autem est proportio: abstrahendo a dupla vel tripla. ¶ Facile potest quisq; exempla hęc naturalibus accommodare. Hominis enĩ causa proxima ⁊ particularis est homo, remotior vero et vniuersalis est animal: ⁊ adhuc remotissima, corpus. Non ꝙ hę causę dicant distinctas res sed distinctas rõnes. Homo. n. generat hoĩem: non inquantum animal, sed inquantum homo: quia ratio animalis non sufficeret ad generationem hominis: sed quia homo per se est animal, sicuti medicus per se est artifex, animal per se est causa hominis: remota tamen, ⁊ vniuersalis. ¶ Dubium est hic quomodo intelligit hic Philosophus, particulare ⁊ vniuersale, vtrum in prędicando solum, vt apparet in eius exemplis, an etiam per hęc intelligat particulare ⁊ vniuersale in causando. Generationis enim hominis proxima causa est homo, vniuersalis vero est sol: qui non solum hominem, sed res alias producit: non tamen est vniuersalis in prędicando: quoniam homo non est sol: sicut medicus est artifex, ⁊ diapason est proportio numerorum. ¶ Ad hoc tamẽ, quia res est maioris notę. q. 3. respondetur. Vbi ⁊ exempla, quę hic pretermissa videntur, in caussis finalibus ⁊ materialibus adhibentur.

Divisiões quatuor.

Amplius autem vt accidens. & horum genera, vt statuæ, aliter Polycletus, & aliter statuarius. quoniam accidit statuario, Polycletum esse. & continẽtes etiam accidẽs, vt si homo causa sit statuæ, aut omnino animal. Sunt autẽ accidentium alia alijs remotius & propinquius, vt si albus & musicus, causa dicantur statuę.

Textus. xxxiij.

¶ Secunda diuisio est in tex. 33. Causarum alia est per se: alia per accidens. Causa per se est illa quę necessario requiritur ad effectum, seu quę se habet, vt proprium principium illius. vt statuarius est causa statuę. Causa vero per accidens est illa quę accidit, aut causę per se aut effectui intentio a causa per se, vt Polycletus aut musicus: quę accidunt statuario: potest enim esse statuarius, qui nec sit Polyclet⁹, nec musicus: ⁊ fossio sepulchri est causa per accidens inuentionis thesauri: cum fodiens non intendebat, nisi mortuum sepelire. Sed hęc. q. 3. amplius explanantur. Ob idq; sicut causarum per se, alia [vt dictum est] est particularis, ⁊ alia vniuersalis, ita (inquit) est in caussis per accidens. Est enim ⁊ inter has alia propinquior ⁊ alia remotior. ¶ Et vterq; modus combinatur cum vtroq; modo per accidẽs. Causa enim per accidens contingit dupliciter. Primo ex parte subiecti cui accidit ars. Et inter has aliqua est propinqua ⁊ alia remotior. vt Polycletus est causa per accidens propinqua statuę. sed homo, est causa per accidens remotior: ⁊ animal adhuc remotior. Nam cum formę non sint, nisi in singulari indiuiduo, homo est statuarius: quia Polycletus est statuarius: ⁊ non econuerso, quia homo est statuarius, Polycletus est statuarius: poterat enim esse homo statuarius, licet non esset Polycletus. Et eadem ratione: quia homo statuarius animal est statuariũ. Et ideo quanto prędicatũ est vniuersali⁹ tanto est causa per accidens remotior statuę. ¶ Sed contra licet Polycletus sit causa per accidens sta

Causa per accidẽs dupliciter.

dens statuę videtur tamen ꝙ hõ sit causa per se:nã ars per se est in homine quia brutum non potest esse artifex. ¶Respõdetur dupliciter. Primo ꝙ quãuis ars soli homini possit competere, non tamen conuenit omni: quin etiam possibile esset nullum hominẽ habere artem: & ideo hõ est causa per accidens Et prępterea quia solũ hõ põt esse causa artificij: sed & brutũ: boues.n.quodãmodo nõ faciũt domum vehendo materiam. ¶Alio mõ contingit causa per accidens: quia accidit subiecto artis, vt albꝰ aut musicus est causa statuę. Et inter has adhuc aliqua est propinquior & aliqua remotior, vt musicũ & albũ. Musica videtur esse accidens propinquius respectu statuarij: quam albedo: propterea ꝙ musica est in anima rationali, vbi est ars statuaria. Et ideo qui aptus est ad musicam, videtur esse ingeniosus, quod pariter requiritur ad hoc vt sit artifex. Albedo vero est in corpore, & ideo nullam dicit aptitudinem ad artem. At vero subm̃, puta Polycletus, propinquior causa est quam musicus, & qđ cunque accidens. Nam musicus non est causa statuę, nisi ratione Polycleti, in quo & musica & ars statuaria simul sunt. ¶Et hanc itidem distinctionẽ ad naturalia facile est applicare. Hõ.n.est causa ꝑ se hominis: & equus, equi: petrus autem per se causa hominis, sed per accidens: quia põt hõ generari ab alio quã petro. Et a fortiori albꝰ, aut niger, christianus, aut sarracenus est causa per accidẽs hoīs Tametsi hoc.q.3.exactius examinamus.

Textus. xxxiiij

Præter omnes autem & propriè dictas & secundum accidens: aliæ quidẽ vt potentes dicuntur aliæ verò vt operantes veluti ædificandæ domus, ædificator. aut ędificans ædificator.

¶Tertia diuisio est in tex.34.s.causarum, siue ꝑ se siue per accidens, alia est causa in potentia, vt statuarius, ędificator, quę solũ dicunt habitũ: alia vero in actu, vt ędificans, statuam faciens, quę dicũt actum operandi, ac si dicas, sciẽs & doctus, qualis est dormiens, & considerans, seu scientia vtens.

Textus. xxxv.

Perinde autem dicetur vt in ijs quorum causæ sunt ipsæ causę: atque in ijs quæ dicta sunt. vt huius statuæ, aut statuæ aut etiã omnino imaginis, & æris, huius, aut æris, aut omnino materiæ & in accidentibus similiter.

¶Addit in tex.35. ꝙ diuisiones omnes quę positę sunt ex parte causę, possunt etiam intelligi ex parte effectuum. Sicut enim dicimus ꝙ huius effectus, puta huius statuę causa per accidens proxima est Polycletus, & causa per se proxima est statuarius, & causa remota & vniuersalis est artifex, ita ex parte effectus dicendum est ꝙ Polycletus est causa huius statuę.s.Mercurij, & causa statuę, & adhuc causa imaginis: quę est vniuersalior effectus. Imago enim etiam dicitur de imagine sigilli, licet non sit statua. Et similiter in accidentibus Polycletus est causa statuę: & causa magni & parui: quę sunt accidẽtia statuę, quatenus artifex magnum lignum, dedolando facit paruum: paruum vero coaugmentando facit magnum.

Textus. xxxvj.

Amplius autem: connexæ & hę & illę dicentur. vt non Polycletus neque statuarius: sed Polycletus statuarius. ¶Attamen omnes hæ, sunt multitudine quidem sex: dictæ autem dupliciter. Aut enim vt singulare, aut vt genus, aut vt quod secũdum accidens, aut vt accidentis genus, aut vt connexæ hę: aut vt simpliciter dictę: omnes autẽ aut actu existentes: aut secundum potentiam.

¶Textus hic trigesimus sextus, habet duas particulas. In prima est postrema diuisio causarũ. Ait enim qđ causa per se & per accidens accipi possunt, aut seorsum per se, aut complexe & coniũctim vt Polycletus seorsum est causa per accidens statuę: statuariꝰ vero est causa per se: sed si dicas Polycletus statuarius, hęc est causa complexa & per accidens, & per se. ¶In secunda particula reducit hos modos ad certum numerum. Ait.n.duodecim esse modos causarum.s.singularis, & vniuersalis ꝑ se, & per accidẽs, cõnexa .i. complexa, & simplex. Et quęlibet istarum sex distinguitur in potentiam & actum: & ita resultant duodecim modi. Et hoc est quod supra dixerat, ꝙ scilicet plurimi sint modi: sꝫ si reducãtur ad certa capita sunt pauciores. Duodecim enim reducuntur ad quatuor.

Textus. xxxvij

Differunt autem tantum, quod actu quidem existentes & singulares, & ea quorum sunt causæ, simul sunt & non sunt. vt hic medens cum hoc qui sanatur: & hic ædificator cum hoc quod ędificatur. Quæ autem sunt secundum potentiam: non semper. corrũpitur enim non simul: domus, & ædificator.

¶Consequenter in textu.37.statuit differentiam inter causam in potentia & causam in actu, dicens ꝙ causa in actu dicitur ad conuertentiam cũ suo effectu: ita vt ad positionem vnius sequatur positio alterius & viceuersa. Hoc tñ (ait) intelligitur qñ est causa per se & proxima singularis. Sequitur enim hic medicans est: ergo hic, cui medetur, est, & econuerso: vt hic sanatur: ergo hic sanans est, tamẽ causa in potentia non conuertitur cum suo effectu: non.n.sequitur ędificator est: ergo ędificiũ fit aut est, quia ędificator non dicit actum, sed habitum ędificandi: nec sequitur viceuersa, ędificium est: ergo ędificator est. Imo nec in causis in actu sequitur si sunt communes & remotę. Non enim sequitur ędificans est: ergo hoc ędificatur: potuit enim ędificans aliud ędificare: nec sequitur aliquid ędificatur: ergo hoc ędificans est, quia potest aliquid ędificari ab alio. Sequitur autem si causa & effectus accipiantur proportionaliter & proxime. vt sequitur ędificans est ergo aliquid ędificat, & econuerso. vt enim hoc ędificans est causa proxima huius ędificij, ita ędificans in communi

est causa, ędificij. ¶ Sed dubium est contra exēplū Arist. non enim sequitur hic medicās est: ergo hic infirmus curatur: nec ecōuerso: quia potest hic medicaus alium modo sanare: ⁊ hic qui sanatur ab alio medicante modo sanari. ¶ Respondetur ꝙ hęc medicatio numero fieri non potest, nisi ab hoc medicante ⁊ in hoc medicato: quia actiones singulares sunt per se circa talia singularia: scriptio. n. hęc numero non est, nisi huius numero literę ⁊ ab hoc scribente: neqꝫ hęc numero litera, potuit alia numero scriptione fieri. Et hęc doctrina maxime in naturalibus est obseruāda: vt pote qua docetur ꝙ hic numero ignis cum his dispositionibus. s. hic ⁊ nunc non potest, nisi hunc numero ignem producere. ¶ Alterum dubium est maius in naturalibus non. n. sequitur, hoc generans est ergo hoc quod generatur est, quippe cum multo ante homo ęgenerat quam sit filius genitus. Imo in artificialibus quando artifex iacit primum lapidem fundamenti ędificat: tñ domus non est. Quin stat etiā vt aliquid sit actu ędificans: ⁊ tñ nunquam domus finiatur. Postremo cap. 2. lib. posteriorum copiose hoc tractat Arist. quomō videlicet causa ⁊ effectus dicātur ad cōuertentiam, vbi nos id late exposuimus. Sed ⁊ q. 3. tractamus copiosius.

Textus. xxxviij. Oportet autē semper causam vnius cuiusque summā quærere: vt & in alijs. vt homo ędificat, quoniam ędificator est, ædificator autem: est secundum ædificandi artem. hæc igitur prior causa est: & sic in omnibus. ¶ Amplius, aliæ quidem genera sunt generum, aliæ autem singularia singularium, vt statuarius quidem, statuæ, hic autem, huiusce. Et potentiæ quidem, possibilium. actu autem existentes, ad actu existentia. Quot igitur causæ, & quomodo causæ sunt sint nobis determinata sufficiēt.

¶ In textu. 38. ⁊ postremo huius capitis ponit Aristo. duo documenta. Primum ꝙ in omni genere causę oportet semper primam peruestigare, vt si quęratur in caussis efficientibus, cur hō ędificat, respondendum, quia est ędificator. Quod si rursus quis percontetur, cur est ędificator, respondendum, quia artem habet ędificandi: ⁊ illic sistendum est, tanquam in illo quod est huius ordinis causarum primum. Notandum est hic vt ex Themistio elici pōt, tres conditiones designari nomine primę causę alicuius. Nempe ordinis ꝙ sit per se, ꝙ sit proxima, ꝙ sit causa omniū aliarum eiusdē ordinis. Prima enim causa cur medicus sanat, nō est quia est homo aut musicus, aut Polycletus, qa omnes illę sunt causę per accidens: neqꝫ eo ꝙ est artifex, aut agens: nam illę sunt causę, per se quidem, sed tamen remotę. Rursus prima causa non est, quia est medicus: licet illa sit causa per se ⁊ proxima: sed quia habet artem medicinę. Nam licet esse medicum ⁊ habere medicinam, nō sint duo realiter, tamē formaliter loquendo, non est verum quod iste habet artem medicinę, quia est medicus: sed econuerso quia habet artem medicinę, est medicus. Et ideo habere artem, non solum est causa effectus medendi, sed est etiā causa quare iste est medicus, quę erat causa intermedica obidque illa est prima causa. Similiter in naturalibus, si quęratur quare petrus generat paulū, illud non est quia habet vxorem: illa. n. est causa per accidens: quia potuit ex aliena generare: nec quia est animal: quia illa est causa remota: sed quia est homo. Quod si rursus quęras quare est hō, quia animal rationale: q̄ est prima causa in illo ordine. Eodem modo in caussis materialibus: causa quare hoc est album est, qꝛ est quantum: sed causa quare est quantum, est quia est corpus: corpus autem est qꝛ habet materiam. Et pariter respectu finis, cur ignis calefacit aquam, vt generet ignem, cur generat ignē, vt spēs ignis conseruetur. Et ille est vltimus finis. Et istę causę dicuntur primę in suo cuiusque ordine causarum particularium. Nam supra istas sunt causę plures, supra quas est deus: qui est alpha ⁊ omega, prima. s. causa ⁊ efficiens, ⁊ finalis omnium. De quibus omnibus quatenus sunt causę horum inferiorum incumbit physico speculari. ¶ Alterum documentum est notandum. s. ꝙ causa singularis est per se, ⁊ proxima effectus causę singularis: causa vero specifica, effectus specifici: sed causa generica, effectus generici. vt Paulus per se ⁊ proxima causa est Dominici, homo. per se ⁊ proxima causa hominis: animal, per se ⁊ proxima causa animalis. ¶ Sequuntur quęstiones. 3. ⁊ 4.

Tres cōditiones causę primę.

## DE FORTVNA ET CASV CAPVT IIII.

DICVNTVR autē & fortuna, & casus de numero causarū esse. & multa esse & fieri, propter fortunam & casum. Quo igitur modo in his caussis est fortuna & casus, & vtrum idem sint fortuna & casus. An diuersum, & omnino quid sit fortuna & casus, considerandum est. Textus. xxxjx.

¶ Inter tractandum de caussis naturalibus merito Arist. de fortuna meminit ⁊ casu: q̄ sunt causę per accidens: quarum antiqui naturam parum (vt hic inquit) attigerunt. Atqui de natura ⁊ casu facit tria capitula, quibus tres disserit quęstiones. Primum hoc, quod est ordine quartum, per textus nouem distribuitur. Proponit ergo in tex. 39. ꝙ cum fortuna ⁊ casus inter causas annumerentur multaqꝫ a fortuna ⁊ casu ⁊ esse ⁊ fieri sit compertum, tres sunt examinandę quęstiones. Prima, an sint casus ⁊ fortuna. i. an casus ⁊ fortuna annumerētur inter causas. Secunda, nū fortuna ⁊ casus eadem res sint, an diuersę. Tertia demū, quidnā fortuna quidqꝫ sit casus: ⁊ ad quod genꝰ causarū reducant.

Textus. xl. Quidam enim & si sint an non, dubitant. nihil enim fieri à fortuna dicunt, sed omnium esse aliquam causam determinatam, quæcunque dicimus à casu, fieri, aut à fortuna. vt veniendi a fortuna

na in forum & reperiendi quem volebat quidem, non autem putabat, causa est velle cum venerit emere. similiter autem & in alijs quæ à fortuna dicuntur, semper aliquam esse accipere causam, sed non fortunam.

¶ Primam aggrediens quęstionem, tres in hoc capite recitat, impugnatque opiniones, prima (inquit) opinio fuit negantium fortunã & casum, duabus rationibus. Prima: quia fortuna & casus non differunt ab alijs caussis aut naturalibus aut liberis a proposito agentibus: sed quicquid dicimus fieri a casu procedit ab aliqua certa causa. Ut cum quis emendi gratia venit in forum vbi forte reperit eum quem optabat sibi dari obuium, illius reperti hominis causa non fuit fortuna, sed necessitas veniendi in forum ad emendum victum. Et ad hunc inqt, modũ reliquis in omnibus cẽsendũ est.

Textus. xlj. Quoniam si aliquid esset fortuna, in cõueniens vtique perquam verè videbitur. & dubitabit vtique aliquis, propter quid nullus antiquorum sapientũ causas de generatione & corruptione dicens de fortuna quicquam determinauit. sed (vt videtur) nihil opinabãtur illi esse à fortuna.

¶ Secunda ratio eorum erat. Quoniam si fortuna esset aliquod genus causę dubitare tunc quis posset (& veram inquit haberet causam dubitandi) cur antiqui philosophi de caussis omnibus, & vt sibi videbantur abunde disserentes de fortuna & casu mẽtionem non fecerint.

Textus. xlij. Sed & hoc mirabile. multa.n. fiunt, & sunt à fortuna & casu, quem nõ ignorantes quod licet referre ad aliquã causam vnumquodque eorum quæ fiunt, vt antiquus sermo dixit destruens fortunam: horum tamen alia quidem esse dicunt omnes à fortuna, alia vero non à fortuna. ¶ Quocirca & quodãmodo erat facienda ipsi⁹ mẽtio: at vero neque illorum quidem aliquid opinabantur esse fortunam, vt amicitiam, aut litem, aut ignem, aut intellectum, aut aliquid aliud taliũ. Incõueniens est igit: siue nõ putauerunt esse, siue putantes reliquerunt: presertim aliquando vtentes, vt Empedocles non semper aerem segregari superius dicit, sed vt accidit. dicit enim in Cosmopœia.i.mundi fabrica. Sæpe aliâs aliter, sed tunc sic fortè cucurrit. Et partes animalium à fortuna fieri plurimas, ait.

¶ In tex.42. & sequenti reprobat Philosophus opinionem istam. Et quanuis aliter alij literã hanc disponant, videtur tamẽ Aristo. prius obijcere contrariam conclusionem, dicens mirabile esse negari fortunam & casum: cum multa [vt hominum vulgus pro compertissimo habet] casu & fortuna contingant. Et deinde respõdet ambabus rationibus opinionis. Primę quidem, vbi ait. (Quę non ignorantes &c.) Ratio enim eorum erat, ꝙ cum fortuna & casus reducatur in causam per se & certam (vt exemplo euntis ad forum monstratum est) idcirco non opus esse ponere fortunam & casum. Contra hanc solutionem replicat Aristot. ꝙ quanuis homines non ignorent fortunam & casum referri.i. reduci ad aliquam certam & per se causam vt sermo suus dixit quia vt. (q.5. exponimus) causa per accidens reducitur ad causam per se nihilominus confitentur, alia fieri ex intentione causę per se, alia vero fortuna. Obidque non obstante tali reductione, negari non debet quominus sint casus & fortuna. ¶ In tex.43. respondet secundę rationi sumptę ex authoritate dicens, ex eo ꝙ antiqui non tractauerint de fortuna & casu, non valere argumẽtum fortunam & casum non esse: quin potius econuerso, eo ꝙ compertissimum sit fortunam & casum esse, concluditur aduersus illos ꝙ debuissent de huiusmodi caussis mentionem facere: quia tñ nullam earum causam, quas asserebãt rerum naturalium dicebant esse fortuna.s. neque litem neq; amicitiã (quas Empedocles ponebat causas naturales vt in libr.1.tex.32. visum est) neq; ignem: quem ponebat Heraclitus esse causam. Et eadem ratione neque aquam neq; aerem (quę alij asserebãt esse principia) neque intellectũ.i. mentẽ, apud Anaxagorã. Concludit inconueniens fuisse, antiquos non fecisse mentionem de fortuna. Si.n. non crediderunt fortunam aliquo modo distingui a caussis per se fuerunt quidem ignorantes, si vero id credentes non explicuerunt negligentię sunt arguendi (Presertim aliquando vtentes &c.) auget argumento peculiariter aduersus Empedoclem, dicens, ꝙ saltẽ Empedocles acrius est de hoc reprehendendus: Empedocles. nempe qui in rei veritate concessit aliqua fieri a fortuna. Ubi id cõmemorandum est quod libr.1. super tex.32. adnotauimus secundũ Empedoclẽ videlicet ꝙ mundum dicebat fieri per hoc quod res quę in chao per amicitiam fuerãt ꝑmixtę & cõfusę ꝑ litẽ segregãtur. At cum ignorasset rõnẽ causę finalis, dicebat illa separatione non propter finem, sed vt sors forte tulit, accidisse vt aer segregaretur super aquam, vt modo est: & aquam subtus & ignẽ esse supremũ. vnde in alia mũdi gñatione (q̃ Gręce dr̃ cosmopeia) eueniri posse vt aer sit sub aqua. Dicebat.n. mũdũ infinities generari & corrũpi. vnde extat carmẽ Empedoclis q̃d Themistius refert. Sic cecidit volitãs, aliter quoq; sępius aer. Itidẽ & partes animalium dicebat a fortuna fieri: nẽpe vt plãta pedis sit plana, caput vero rotundum &c. Tenebatur ergo explicare quidnam esset fortuna, & quo modo per se a causis differret.

Sunt autem quidam qui & cæli huius, & mundanorum omnium causam esse ponunt casum. à casu.n. fieri dicunt reuolutionem, & motum qui discreuit & constituit in hũc ordinẽ, vniuersum. Textus. xliiij.

In

2. Opinio. ¶In text. 44. refert secundam opinionem in alio extremo q̄ plus nimio dilatabat fortunam: nempe quę dicebat cęlorum elementorumque situm & motum, quibus orbis dispositio cōstat, esse a fortuna. Quę quidem opinio vt Themist. & Philopo. authores sunt, erat Democriti: cuius opinionē lib. 1. super text. 41. interpretati sumus. Dicebat. n. ex varia dispositione atomorum rerum diuersitatem accidere: atque adeo cum in cęlorum compositionem multitudo atomorum orbicularium forte coierit, cęlos esse ita celeriter mobiles & per cōsequēs velocissimo suo motu tenere terram in medio immobilem circūque eam alia elementa: instar illius qui brachio velocissime moto phialam a qua plenā circum agens, non permitteret aquam cadere: velocissimo motu phialę, casum aquę preueniente.

Democritus.

Textus. xlv. ¶Et valde hoc ipsum admiratiōe dignū est quod dicant, ipsa quidem animalia ac plantas à fortuna nec esse nec fieri: sed aut naturam aut intellectū aut quippiam tale aliud esse causam: non enim quoduis ex semine vnoquoque fit. sed ex tali quidem, olea, ex tali autem homo. cœlum autem, & diuiniora sensibilium à casu fieri: tale autem causam nullam esse, qualem animalium & plātarum.

¶Hanc opinionem reprobat textu. 45. a maiori ad minus negatiue. Plantarum animaliumque, quibus plus deberet dominari fortuna motus & generationes non fiunt à fortuna & casu sʒ ordine naturali: ergo nec motus cęlorum fiunt a fortuna & casu. Maior experientia constat, non enim ex quouis semine quęuis arbor temere pullulat, aut quoduis animal nascitur: sed ex tali puta ex oliua oliua: & ex homine, homo, & ex grano tritici, spica &c. & consequentia est etiā manifesta: quia plantę & animalia sunt minores orbis partes, vbi proinde maior apparebat ratio incertitudinis fortunę, q̄ in cęlis & elementis quę cum sint dignissimę partes mundi, debent ordine magis certo & necessario moueri.

Textus. xlvj. Atqui si sic se habeat hoc ipsum: dignū est vt insistamus: & bene se se habet, dici aliquid de hoc ipso. Nam prærerquā quod & alioqui absurdum est quod dicitur: adhuc absurdius est dicere hæc, cùm videant in cœlo nihil à casu factū in ijs autem quæ non à fortuna, multa contingere à fortuna. attamen pareerat contrarium fieri.

¶In text. 46. adiungit secundam rationem, cōcludens prius, q̄ si ita res se habet, nempe q̄ tam inepte illi loquuti sunt de fortuna dignum est vt insistamus veritatem indagare. Nam preterquam q̄ absurdum est dicere precipuas partes orbis a fortuna moueri, absurdius tamen id esse comprobat experientia ipsa, qua compertum est econuerso in istis inferioribus & in motibus naturalibus aliqua nonnunquam a fortuna fieri: vt q̄ homo vno digito mācus nascatur, aut oculis orbus, aut quomodolibet aliter monstrum. In illis autem cęlestibus motibus, nihil vnquam visum est a naturali cursu deficere.

Textus. xlvij. Sunt autem quidā, quibus fortuna videtur quidem esse causa: immanifesta autem humano intellectui, tāquam diuinum quiddā existēs, & felicius. Quare considerandum est & quid sit vtrumque, & si idem an aliud & casus & fortuna, & quomodo indeterminatas causas incidunt.

3. Opinio. ¶In textu. 47. refert opinionem tertiā eorum qui censebant, quemadmodum vna est prima causa vniuersorum, quę per se ex necessitate & certo ordine fiunt, ita esse vnam primam causam eorū omnium quę fortuito accidunt. Quę quidem occulta est & a nostra cognitione semota. Quocirca in more fuit apud gentes fortunā pro dea colere: cui tēpla erigere, solennes cęremonias ritusq̄ celebres statuere pro religione ducebant. Quare [inquit Philosophus] considerandum est & quid sit vtrūque: & si idem an aliud est casus & fortuna. Tres nanque proposuerat quęstiones in principio huius capitis, quarum primam. s. fortunam & casum esse hactenus determinauit, reliquas duas prosequitur determinare. Sequit cōtinuo cap. quintū.

## DE FORTVNA CAPVT. V.

Textus. xlviij. PRIMVM igitur cùm videamus alia quidem semper similiter fieri, alia autem frequenter, manifestum est quod neutri horū casu forma dicitur: Id. n. quod à fortuna neq; eius est quod ex necessitate & semper, neq; eius q̄d frequenter. sed quoniam quædam fiūt & præter hæc, & omnes hęc dicunt esse à fortuna: manifestum quod aliquid est, fortuna & casus. Talia enim à fortuna: & quę à fortuna, talia esse scimus.

¶In quinto ergo capite: quod nouem itidem textus continet, pergit secūdam explicare quęstionē an videlicet casus & fortuna, eadem sint res. Et primū quidē in toto capite exponit diffinitionem casus & fortunę & reliqua omnia in quibus hęc ambo conueniunt: & cap. sequenti ostendit ea quibus differunt. ¶Premittit autem quatuor distinctiones causarum & effectuum quibus diffinitionem fortunę venatur. Prima est. Eorum quę fiunt, alia quidem semper eodem modo contingunt, vt ortus occasusque solis, alia vero frequenter, vt hominē decem digitis ambarum manuum nasci, solem in cancro feruere, in capricornio vero tepescere. Sed alia sunt quę raro contingunt, vt

Quatuor distinctiones.

sunt

ſunt horum cõtraria nempe hominem ſex aut qua tuor penitus digitis in manu naſci, ſole in cancro frigus eſſe &c. ¶ At vero diuiſionem hãc redarguit Auicẽna ꝙ non ſit completa, vt refert in pręſentiarum Commentator. Deeſt enim (inquit) membrum quartum, quippe cum aliqua ſint quę ęqualiter ad vtrumlibet contingunt, vt hominem ſedere & ambulare, dormire & vigilare &c. Quę quidem proinde Auicẽna exiſtimat a cauſa fieri, perinde atq; illa quę raro contingunt. Quã opinionẽ. q. 5. examinamus.

Textus. xlix. ¶ Eorum autem quæ fiunt: alia quidem propter aliquid fiunt, alia verò non. Horum autem, alia quidem ſecundũ propoſitum, alia verò non ſecundum propoſitum. ambo autem ſunt in ijs quæ propter aliquid. ¶ Quare manifeſtum eſt: quod & in ijs quæ ſunt præter neceſſarium, & quod frequenter, ſunt quędã circa quæ contingit eſſe id quod eſt ꝓpter aliquid. Sunt autẽ propter aliquid & quæcũque ab intellectu vtique aguntur, & quęcunq; à natura.

Diuiſio. 2. ¶ Subduntur in textu. 49. alię duę diſtinctiones. Secunda eſt. Eorum quę fiunt, alia fiunt propter aliquid. i. propter finem: vt naturales generationes & ea quę procedunt a volũtate, ex arte aut prudentia. Alia vero fiũt non propter finem. Hoc mẽbrum dupliciter exponit S. Thomas. Primo ꝙ intelligatur de ipſomet fine vltimo, qui non fit propter aliam finem. Sed tamen profecto intentio ipſa vltima finis eſt etiam propter finem. i. propter vltimum ipſum. Et ideo ſecunda expoſitio eſt quę conſonat literę & intentioni Ariſtotelis. Illa enim fiunt non propter finem, quę fiunt temere ſola imaginatione ſine aliqua intentione finis: vt cum meditabundus homo aut barbam fricat, aut eleuat feſtucam.

Diuiſio. 3. ¶ Tertia diuiſio eſt. Horum quę fiũt propter aliquid. i. propter finem: alia quidem fiunt ſecundum propoſitum. i. ſecundum electionem: alia vero non, ſed ex neceſſitate naturę. ¶ Quod ſi quis hic dubitaret idem eſſe prorſus, fieri propter finẽ & fieri a propoſito. Facere nanque a propoſito nihil aliud eſt, quam agens propoſito fine agere: & per cõñs male diuiditur, agere propter finem, in agere a propoſito: & agere non a propoſito: quod. n. non eſt a propoſito, non eſt propter finem. Reſpondetur quod dupliciter agẽs aliquod, agit propter finem vt quęſtione tertia dicebamus. Vno modo, quia agens ipſum particulare cognoſcens finem mouet ſe in finem: vt homo. Et hę actiones dicũtur a propoſito. Alio modo ꝙ agẽs non moueat ſe: ſed ab alio moueatur in finem: ſicut ſagitta. Et iſto modo entia naturalia mouentur in finem: non quidem a propoſito. i. ex propria electione particularis agentis: ſed a datore: reſpectu cuius etiam naturalia poſſunt dici a propoſito: vt pote cum omnia eius prouidentia gubernentur. ¶ Sed oritur hinc alterum argumentum ꝙ iſtę duę diſtinctiones repugnent. Nam iſto modo omnia quę in orbe fiunt, ſiue voluntaria ſint, ſiue naturalia, fiunt propter finem. Quapropter falſum eſt quod dixit in ſecundo membro ſecundę diſtinctionis, aliquam. ſ. eſſe actionem non propter finem, vt fricatio barbę. ¶ Reſpondetur ꝙ actiones hominis, ſi temere & ſine electione fiant quamuis fiant propter finem: ſicut actiones reliquę naturales: tamen dicũtur ſimpliciter non eſſe propter finem, eo ꝙ erant aptę fieri ex propria electione particularis agentis, ſicuti reliquę actiones humanę. ¶ Subiungit ergo, ꝙ in ambobus. ſ. tam in his quę fiunt a propoſito. i. ex electione particularis agentis, quam in ijs quę fiunt ex neceſſitate naturę, contingit aliquid fieri propter finem. Secundo ſubdit ꝙ non ſolum in his quę fiunt ſemper, & in his quę frequẽter, ſed in his etiã quę raro contingunt: fit aliquid propter finem. Itaque fieri propter finem, habet locum in omnibus membris primę diuiſionis & in ambobus membris tertię.

Textus. l. ¶ Huiuſcemodi igitur cum ſecundũ accidens fiunt: à fortuna dicimus eſſe. vt enim & quod eſt, aliud quidem per ſeipſum eſt, aliud autem ſecundum accidens: ſic & cauſam contingit eſſe, vt ipſius domus, per ſe quidem cauſa eſt ædificatiuum: ſecundum accidens autem, album aut muſicum. Itaque per ſe cauſa, definita eſt: quæ verò ſecundum accidens, indefinita. infinita enim: vni accident.

Diuiſio. 4 ¶ In text. 50. ſubiungitur quarta diſtinctio: quę ex ſuperioribus colligitur. Ait enim ꝙ quemadmodum ea quę ſunt [. i. entia, vt exponit Them. & Alex. quos ſequitur S. Thom.] vel effectus qui fiunt (vt exponit Simplicius) alia ſunt per ſe. i. ſunt aut ex neceſſitate naturę aut a propoſito producta, alia vero per accidens: ita & cauſę alia eſt per ſe. i. quę ex propria intentione operatur, & alia per accidens. i. quam ſequitur effectus non intentus a tali cauſa. Et hęc (inquit) cauſa per accidens appellatur fortuna.

Fortuna eſt cauſa ꝑ accidens. ¶ Vbi conſiderãdum eſt, ꝙ diſtinctio inter cauſam per ſe, quę agit ex neceſſitate, aut a ꝓpoſito, & cauſam per accidens, quę eſt fortuna, non eſt diſtinctio duarum diuerſarum rerum: ſed eiuſdem rei conſiderate ſub diuerſis rationib⁹. Exempli gratia. Fodiens ſepulchrum, reſpectu illius effectus, qui eſt cadauer humari, eſt cauſa per ſe, eo ꝙ intendit illum effectum: ſed reſpectu inuẽtionis theſauri, quem nõ intendebat, eſt cauſa per accidens, & fortuna.

Fortuna eſt nomen cauſę. Quocirca nomen, fortunę, nõ ſignificat effectũ fortuitũ, ſed cauſam illius per ſe effectus cui accidit effectus fortuitus. Quamobrem adnotabit hic Ariſto. ꝙ ea ratione qua effectus dicitur per accidens reſpectu alterius effectus per ſe intenti, poteſt & cauſa eiuſdem effectus dici per accidens: & per conſequens fortuna. ¶ Infert inde Philoſophus ꝙ per ſe cauſa diffinita eſt: quęcunq; enĩ per ſe cauſa determinata eſt ad certum effectum: vt homo non generat niſi hominem: & intẽdens facere arcam, non facit niſi arcam. Cauſa vero per accidens, & fortuna eſt indeterminata: quia idem re infinita poſſunt accidere. Fodiens enĩ ſepulchrum poteſt quidẽ inuenire & theſaurum quo diteſcat, & viperam, a qua morſus pereat. Et rurſus inuentio theſauri ex multis cauſis procedit. ſ. ab illo qui fodit terram vt ſepeliat mortuum: vel qui fodit vt vineam plantet.

Sicut

Textus. lj. ¶Sicut igitur dictum est, cùm in ijs quę propter aliquid fiunt, hoc fiat, tunc dicitur à casu & à fortuna. Ipsa autem, ad inuicem horum differentia posterius determinanda est, nunc verò hoc sit manifestum, quod vtraque sunt in ijs quæ propter aliquid sunt. Vt causa recipiendi argumentũ, venisset, reportaturus pecuniam, si sciuisset: venit autem, nõ huius gratia, sed accidit venisse, & fecisse hoc reportandi gratia. hoc autem, neque frequenter venientem ad locum, neque ex necessitate. Est autem finis reportatio, non causarum quæ in ipso sed eligibilium, & ab intellectu, & dicitur tunc à fortuna quidem venisse. Si autem proponens, & huius gratia, aut semper veniens, aut frequenter reportans, non à fortuna.

Fortuna & casus duobus conueniunt. ¶In text. 51. maioris explicationis gratia, subdit Philosophus ea quibus fortuna & casus conueniunt. Ait igitur ꝙ differentia inter casum & fortunam posterius determinanda est. s. cap. sequẽti: mõ autem duo adnotanda sunt quibus conueniũt. Primum est ꝙ tã casus quam fortuna contingunt in his quę agunt propter finem. Et hoc sequitur ex dictis: nam fortuna sola ratione differt a causa per se, cum respectu effectus intenti dicatur per se & respectu non intenti dicatur fortuna. Unde non est intelligendum ꝙ effectus ipse fortuitus debet esse intentus tanquam finis: sed ꝙ debet esse pręter intentionem agẽtis propter aliũ finem. ¶Sed est hic profecto non contemnendum dubium. Aidetur. n. ꝙ casus non solum contingat in his quę agunt propter finem sed etiam in actionibus hominis quę sunt indeliberatę. Exempli gratia. Si aliquis cogitabundus impręmeditato vt solet fricare barbam, oculum sibi erueret aliquo gladio, quẽ forte manu teneret, certe illa esset mala fortuna vel casus, & tamen actio illa non erat propter aliquem finem ¶Dupliciter responderi potest iuxta duplicem sensum huius propõnis, ꝙ fortuna & casus sunt in his quę sunt propter finem. Potest enim esse vnus sensus, ꝙ illa actio quam sequitur effectus casualis, aut tũc exerceatur propter aliũ finem, aut saltẽ nata sit exerceri. Et tũc dicendum est ꝙ fricatio barbę nata erat fieri propter aliquẽ finem: ob idq; lęsio oculi non intenta est illi casualis. Secundus sensus istius propositionis est secũdum Simplicium, ꝙ effectus fortuitus sit natus esse finis intentus aliquando ab aliqua causa. Et hũc sensum videtur significare exẽplum qđ hic ponit Phi. & illud quod ponit infra text. 63. Et tunc respondetur ꝙ lęsio ista oculi est casualis: quia non fuit intenta & potuit esse intenta. ¶Sequitur ergo exemplum in litera. Ut si alia intentione quis ductus, venit in forum. s. emendi gratia & forte reperit debitorem a quo insperatam pecuniam recuperat recuperatio illa est fortuna: ppterea [inquit] quia si ille sciuisset se recuperaturum pecuniam iuisset quidẽ. Duo ergo requirũtur vt actio sit casualis. s. & ꝙ tunc nõ sit intenta & ꝙ possit esse intẽta. Et hoc certe sonat fieri pręter intentionem. Uñ concludit ꝙ finis fortuitus. i. illa reportatio pecunię, nõ est causarũ quę in ipso. i. nõ est sicut motus naturalis procedens a principio intrinseco, qđ est in ipso mobili: sed est a principio extrinseco. Neq; rursus a quocunq; principio extrinseco: sed ab ijs causis quę electione & intelletu agunt, in quibus proprie inuenitur fortuna. ¶Secunda cõditio fortunę & casus est ꝙ sit respectu effectus raro cõtingẽtis. Quapropter tria, inquit, sunt ob quę aliqua causa nõ est fortuna. Primũ si sit intendens talem effectum, vt in exẽplo posito. Secundũ si quanuis effectus nõ sit intentus, nihilo⁹ semper adiũgitur effectui intẽto. Quare fur licet nõ intendat peccare, sed solũ vtilitatem pecunię nihilo⁹ intendẽs furari non peccat a casu vel à fortuna, quia peccatũ semper adiũgitur furto, & ideo imputatur illi peccatum. Tertium si tale accidens frequenter adiũgatur effectui per se. vt si podagricus compertum habet, vinum vt plurimum humorem cõcitare, licet mõ bibens nõ intendat, nisi delectationem, recipiat tamen damnum: effectus ille non est a fortuna: sed ex electione gulę.

Textus. lij. Manifestum itaque, quòd fortuna causa est secundum accidens, in ijs quæ secundum propositum eorum quæ propter aliquid sunt. ¶Quapropter, circa idem, & intellectus & fortuna est. Propositum enim non sine intellectu est.

Diffinitio fortunę. ¶Ex superioribus pręiactis fundamentis elicit demum Ph. text. 52. diffinitionem fortunę: dicẽs, manifestum esse, ꝙ fortuna est causa per accidẽs in ijs q̃ secundum propositum fiunt propter finem, & raro cõtingunt. Ubi quatuor sunt particulę. Prima secundum accidẽs, in quo differt fortuna a causis naturalibus & ab electione. Secunda, in his quę sunt propter finem, vt excludat ea quę temere fiũt. i. nec ex determinatione naturę, nec ex determinatione electionis. vt fricatio barbę. Tertia particula est secũdũ propositum, in qua fortuna differt a casu: casus em̃ vt statim videbimus contingit in naturalibus quę agunt quidem propter finem: sed non a proposito & electiõe. Unde infert corollariũ ꝙ fortuna & intellectus sunt circa idem, nam ijs solum qui habẽt intellectũ contingit agere a proposito: atq; adeo in illis solis est ratio fortunę

Textus. liij. ¶Indefinitas igitur causas, necesse est esse à quibus fiat quod est à fortuna. Vnde videt fortuna, indefinita esse & immanifesta homini. Et est, vt nihil à fortuna videatur vtiq; fieri. Omnia enim hęc, rectè dicũt, quoniã rationabiliter.

¶In textu. 53. & residuo capitis ex diffinitione colligit Ph. fortunę cõditiones, quibus eius natura fit perspicacior. Est tñ considerandum ꝙ ex tribus supra recitatis opinionibus secundũ quę asserebat in cęlorũ motibus esse fortunam, tanquam absurdã iam supra abiecit. Tertiam vero & primã exponit in hoc textu, quandam pre se ferre probabilitatem. Ait ergo, id quod est a fortuna indefinitas & indeter-

indeterminatas causas habere. Inuenit enim homo thesaurum dum speluncam subit, aut pluuiam fugiens aut hostem, aut feram persequens, et alia quauis causa. Et ideo probe dicebat tertia opinio fortunam esse causam immanifestam. i. hominibus occultam. Enimuero cum homines per effectus causas peruestigent, vbi effectus habet certam et determinatam causam, per effectus venimus in cognitionem causarum: quia enim eclipsis lunę contingere non potest, nisi per interpositionem terrę, multis experientijs philosophi ab effectu cognouerunt causas: si vero effectus ille non haberet certam causam, non posset causa perquiri. Ob idque cum effectus fortuiti non habeant certam causam, merito fortuna appellatur causa occulta: sicut si mulier plures cognosceret viros, filius non haberet manifestum patrem. Item et prima [inquit] opinio rationabiliter dicebat nihil fieri a fortuna, quodammodo enim hoc est verum.

*Fortuna occulta.*

Textus. liiij.

Est enim, vt fiat à fortuna. secundũ accidens enim, fit & est causa, vt accidens fortuna. vt autem simpliciter, nullius. vt domus, ædificator quidem causa est secundum accidens autem, tibicen. & vt veniens referat argentum non huius causa veniẽs, infinitæ sunt multitudine. Etenim videre aliquem volens, & persequens, & visurus: & fugiens.

¶ Unde in text. 54. explicat quomodo fortuna est alicuius causa: et quomodo nullius est causa. Ait enim ꝙ fortuna solum secundum quid. i. per accidens est causa simpliciter, tamen nullius est causa. Nam causa simpliciter est illa quę per se est causa: ea enim quę sunt per accidens non dicuntur talia simpliciter. Subdit exemplum. Causa enim simpliciter domus, est ędificator: tibicen autem est causa domus secundum quid. i. per accidens. Eodem modo siquis venit in forum non gratia recuperandi argentum a debitore: sed tamen pręter intentionem, fit illi obuius debitor a quo reportat pecuniam, eiusmodi homo veniens in forum est quidem causa simpliciter et per se emendi merces, quas intendebat emere: recuperandi vero pecunias, est solum causa secundum quid. Et ideo effectus ille nullam habuit simpliciter causam: sed ille prouenit ex fortuito concursu duarum per se causarum: quia videlicet dum creditor iret in forum gratia emendi merces, et debitor itidem eadem veniret causa, forte coierunt. ¶ Unde ait illius fortuiti effectus plurimas potuisse esse causas: nempe ꝙ creditor ille exierit in forum, aut causa visendi amicum, aut inimicum persequens, aut ad spectaculum properans, aut hostem fugiens.

*Fortuna simpliciter non est causa.*

Textus. lv.

Et dicere esse aliquid præter rationem fortunam, recte est, ratio enim est, aut eorum quæ semper sunt, aut eorũ quæ frequenter: fortuna autẽ, est in ijs quæ fiunt præter hęc. Quare, cum indefinitæ sint quæ sic sunt causæ, & fortuna indefinita est. Attamen etiam in quibusdam dubitabit vtique aliquis, nunquid quæuis sint fortunæ vt sanitatis aut spiritus, aut calor, sed non detonderi? sunt .n. aliæ alijs proximiores, eorum quę secundum accidens causarum.

¶ In text. 55. prosequitur explicare qualitates, quas vulgus attribuit fortunę. Dicitur. n. fortuna cęca et sine ratione: ratiocinari enim non possumus ab effectibus ad causas, aut econuerso, nisi in causis certis quas certi effectus, aut semper sequuntur, aut frequenter. Arguimus enim si mulier est pregnans ꝙ pariet, et si peperit ꝙ virum cognouit: et si homo diligenter dat operam literis, doctus euadet: nam vt plurimum ita contingit. Quia tamen in his quę sunt per accidens: nec eadem causa semper producit eosdem effectus, nec idem effectus ex eisdem semper procedit causis, non possumus certo in illis ratiocinari, ꝙ homo mercenarius vineam ponens, thesaurum reperit, ꝙ alter fodiens similiter sit reperturus, a fortuna non fiunt ex intentione et certa ratione: eo fortuna dicitur cęca. etc. ¶ Mouet subsequenter dubitationem vtrum videlicet omnes causę per accidens ex parte effectus, nempe quando attingunt ad productionem effectuum, sint appellandę fortunę. Et intendit affirmatiue respondere: tametsi inter huiusmodi causas alia sit propinquior et alia remotior. Exemplum est. Si quis morbo capitis laborans detonderet caput: non quidem causa sanitatis: sed forte quia erat crispus fedos habens capillos. Postmodum vero forte flauit spiritus. i. ventus salubris, aut viguit calor quibus causis euaporatus est morbidus humor per caput. Omnes istę causę [inquit Phi.] sunt a fortuna: quia non sunt intentę ab infirmo, quanquam ventus et calor propinquius efficiant sanitatem: detonsio vero fuit remotior: quia fuit causa vt ventus humorem extraheret.

*Fortuna occulta.*

*Fortuna cęca.*

Textus. lvj

Fortuna autem, bona quidem dicitur cum bonum aliquid euenit. Mala autẽ cum malum aliquid. Fors fortuna vero & infortuniũ: cum magnitudinem habent hæc. Quocirca & cum parũ abest vt quis malum aut bonum capiat magnum, est vel infortunatum esse vel bene fortunatum quoniam tanquam existeret: dixit intellectus.

*QVOD parũ distat à re.*

¶ Q V O D enim parum abest, tanquam nihil distare videtur. Amplius autem, incerta est fors fortuna rationabiliter. Fortuna enim, incerta est, neque enim semper, neque frequenter, possibile est, esse eorum quę sunt à fortuna quicquam. ¶ Sunt igitur ambo, causæ (quemadmodum dictum est) secundũ accidens & fortuna & casus in ijs quæ possunt fieri non simpliciter neque frequenter, & horum, quæcunque vtique fient in ijs quæ propter aliquid.

Textus. lvij.

¶ In textu.56. ponit duas distinctiões fortunę: primam in qualitate, quia alia est bona alia vero mala. Et quia fortuna nõ habet rationem causę distinctę a causa per se, nisi respectu effectus, propter ea diffinitur bona fortuna ab effectu: quę. s. est illa causa cui bonus accidit effectus: mala vero fortuna est illa, cui accidit malus effectus. Secunda distinctio est in quantitate. Dicit enim ꝙ fortuna aliquando est de re parua, & tunc dicitur sine addito simpliciter fortuna bona vel mala. Aliquando vero id quod accidit bonum vel malum est magnũ & excellens: & tunc respectu boni grece dicitur, eutychia. Si sit respectu mali, dicit᷑ distychia. Quę ad literam latine dicitur eufortunium & infortunium: tametsi eufortunium non est vsitatum nomen: sed dicitur fors fortuna. Exempli gratia. Cũ piscator iaciens rete capit magnos & insperatos pisces, est quidem bona fortuna simpliciter: sed nõ dicitur prospera, aut secunda fortuna. Sicut non est magna fortuna vnum aureũ inuenire: quando tamen piscatores illi Ionici iactu retis traxerunt tripodem aureã vt Laertius refert in vita Thaletis, illa quidem fuit prospera fortuna. Aut cum quis humilibus natus parentibus, putans se in bello amicum ab hoste liberare, forte liberat regẽ quem non cognouerat: & inde substantia & honoribus augetur. Unde infert Arist. ꝙ cum quis liberatur ab aliquo graui malo imminenti, fortunat⁹ dicitur, quia quod parum distat a re, nihil distare videtur. Unde cum quis exiuit domum deambulandi gratia, quo exeunte, domus statim ruit, quę illum occidisset, prospera vsus est fortuna & fortunatus merito dicitur, quia liberatus est a morte a qua parum abfuit. Si tamen post vnum annũ ab egressu inde domus ruit non fuit fortuna, quia nõ fuit periculo proximus. Eodem modo si cum in proximo erat, vt magnam dignitatem obtineret, forte e manibus erepta est, infortunatus dicitur.

Fortuna bona.

¶ Probat denique incertam esse prosperam & magnam fortunam & infortunium: quia huiusmodi effectus nec semper nec frequenter contingunt: sed raro. Et ostendit hoc peculiariter de prospera fortuna aut infortunio, idcirco, quia alia in minoribus fortuna, quę nõ habet rationem prosperitatis, frequentior est: ob idque minus habet de ratione fortunę. ¶ Concludit postremo in calce totius capitis (vbi Commentator signat tex.57.) dictorum epilogum: nempe ꝙ fortuna & casus in his tribus conueniant. Primo ꝙ vtrunque est causa per accidens. Secundo ꝙ vtrumque est in his quę non semper, aut frequenter, sed raro contingunt. Et tertio ꝙ vtrumque est in his quę agunt propter finem: scilicet aut ex necessitate naturę, vt casus: aut a proposito, vt fortuna. Non ꝙ effectus fortuitus sit intentus quasi finis, sed qđ accidit intento fini.

¶ Subsequitur statim cap.6.

## DE FORTVNA.
## CAPVT. VI.

DIFFERVNT autem, quoniam casus in plus est. quod enim est à fortuna: est & à casu. hoc autem non omne à fortuna est.

¶ In capit.6. quod pręter fragmentum superioris textus continet alios decem, enarrantur illa quibus fortuna & casus differunt. Proponit ergo primo inter casum & fortunam hoc interesse: ꝙ casus est superius nomen quam fortuna, quicquid enim est fortuna est casus, & non econuerso.

¶ Fortuna enim, & quod à fortuna est ijs inest, quibus & fortunatos esse, inerit, & omnino actio. Quocirca & necesse est circa agenda esse fortunam. signum autem est: quoniam videtur vel idem esse cum fœlicitate fors fortuna aut prope. fœlicitas autem actio quædã est. est enim bona actio. Textus. lviij.

¶ Unde in textu.58. ostendit fortunam tantum habere locũ in rationalibus, eo ꝙ agunt a proposito & ex electione. Cuius rationem solum affert ex cõmuni hominum cõsensu. In his enim (inquit) dũtaxat est fortuna, quos solemus fortunatos appellare: fortunatos autem non dicimus nisi eos qui agũt ex electione, scilicet homines: ergo in illis est fortuna. Nihilominus insinuat etiam rationem a priori, quę talis est. Illos dicimus esse fortunatos quos itidem appellamus felices, felicitas autem non est, nisi in his suppositis quę habent dominiũ & libertatem suorum actuum, ergo in illis tantum modo est fortuna. Maior probatur: quia prospera fortuna vel idem est quod felicitas (secundum illos qui felicitatẽ collocabant in bonis temporalibus puta diuitijs aut honoribus) vel saltẽ fortuna proxima est felicitati, nempe secundum Aristotelem qui felicitatem posuit in actione secundum virtutem, cuius bona fortunę instrumenta sunt, vt habetur.7.ethi.cap.13. Minor vero, scilicet ꝙ felicitas non sit, nisi vbi est libertas, probatur: primo quia felices non sunt, nisi qui operantur secundum virtutem, vbi autem non est libertas & dominiũ actionis, scilicet intellectus & voluntas, esse non potest ratio virtutis. Et ideo quibus non contingit agere idest, libere operari (actio enim in moralibus idem est quod libera operatio) non contingit felicitas: & per consequens nec fortuna.

¶ Quare quibuscunque non contingit agere, ijs neque à fortuna aliquid facere cõtinget. Ob idque, neque inanimatum quippiã, neque bestia, neque puerulus quicquam facit à fortuna, quoniã nõ habent propositum. neque fors fortuna, neque infortunium his inest, nisi secundum similitudinem, vt dixit Protarchus, fortunatos esse lapides ex quibus sunt aræ, quòd honorentur, copulati autem cum his, conculcẽtur. Pati autem à fortuna, inest quodammodo & his: cum agens aliquid circa hæc, agat à fortuna aliter autem, non est. Textus. lix.

¶ In text.59. rem amplius exemplo dilucidat. Infert enim corollarium ꝙ brutis animalibus & pueris ante vsum rationis, vt non contingit felicitas

itaque

itaq; neq; fortuna: eo ꝙ libertate carēt ⁊ dominio suorū actuū. Ait tamen, ꝙ metaphorice bruta possunt esse felicia ⁊ fortunata: vt equus regis dicitur fortunatus: ⁊ equus mulionis infortunatus. Imo ⁊ lapides vt ait Protarchus ex quibus arę construuntur sunt fortunati respectu eorum qui sunt in pauimento illis cōiuncti: quippe cum arę honorantur, pauimentum autem conculcatur. Ac si dicas fortunatū esse lignum ex quo signum sit Christi cęnantis: infortunatum esse illud, ex quo fit Iudas. ¶Unde subiungit, res istas insensibiles licet non participent actiue aliquid de fortuna, participant tamen passiue tanquam obiecta quibus homines fortunantur. vt sunt diuitię.

Textus. lx. Sed casus: & alijs animalibus, & in animatorum multis. vt equus casu (dicimus) venit: quoniam saluatus quidem est veniens, non salutis autem gratia venit. Et tripoda casu cecidit. stetit enim sedendi causa: sed non sedendi causa cecidit.

¶In textu. 60. explicat quomodo casus latius pateat quam fortuna. Conuenit nanq; ⁊ animalibus brutis ⁊ rebus inanimatis. Exempli gratia. Si equus a bello ad flumen fugit naturali appetitu extinguendi sitim, qui si nō fugisset occisus esset: casu seruatus est. Item si tripoda (quę sedes est triū pedum, qua antiqui vtebantur) ceciderit apta ad sedendum. s. super pedibus erecta, tunc casus quidem fuit ꝑpter finem. s. ex naturali appetitu grauis: ꝙ tamen illo modo ad sedendum apta ceciderit, fuit casus.

Textus. lxj. Quare manifestum est, ꝙ in ijs quæ simpliciter propter aliquid fiunt, cum non eius quod euenit gratia fiunt, cuius extra est causa: tunc à casu dicimus. A fortuna autem: horum quæcunque à casu fiunt, eligibilium in habentibus propositum.

¶Ex dictis infert in textu. 61. corollarium nempe ꝙ cum casus ⁊ fortuna conueniāt in hoc ꝙ vtrunque accidit his quę sunt propter finem, scilicet tā quam effectus, non quidem intentus, sed accidēs fini per se intento: differunt tamen ꝙ casus est in his quę mouentur propter finem ex necessitate naturę: fortuna vero est in his quę vtuntur intellectu: nempe quę ex propria operatione ⁊ electione se mouent in finem.

Textus. lxij. Signum autē est ipsum frustra. quoniam dicitur: cum non fiat quod propter aliud est, illius gratia, vt ambulare purgationis gratia est. si vera non facta fuit ambulanti: frustra dicimus ambulasse, & quod ambulatio frustra fuit. tanquam hoc sit frustra, quod natum est alterius gratia, cum non perficiat illud cuius gratia erat, natumque erat. quoniā si aliquis se lotum dicat frustra, quia nō defecit sol: ridiculus vtique erit. non enim erat hoc illius gratia.

¶Adducit statim rationem huius proximi asserti, videlicet, ꝙ casus differat a fortuna in hoc ꝙ vniuersaliter inueniatur in omnibus quę sunt propter finem. Estq; notandus text. qui obscuritatis habet aliquātum. Ratio in virtute est hęc. Esse frustra inuenitur vniuersaliter in omnibus quę agūt propter finem: ⁊ casus, vel idem est quod frustra, aut illi proximum: ergo casus vniuersaliter reperitur in omnibus quę sunt propter finem. Minorem probat in hoc textu hac ratiōe. Illud dicitur fieri frustra quod fit aut natum est fieri propter talem finem, qualem actio illa intendit ⁊ non consequitur, vt cum quis ambulat causa purgandi ventrē, si non fiat purgatio, deambulatio illa est frustra ⁊ ociosa ⁊ vana: ergo frustra dicit carentiam finis intenti: ⁊ per consequens vniuersaliter inueniri potest in omnibus quę agunt propter finem, quę tamen deficere possent: nam in cęlestibus motibus nullus est casus, cum deficere non possint. Dixit quod fit aut natum est fieri. ⁊c. quia non omnis actio nata est fieri propter omnem finem: nā actio humana non potest ordinari ad eclipsandum solē. Et ideo ait ꝙ cum quis balneo lauatur, ⁊ non statim fit solis eclipsis, ridiculus esset, si diceret se frustra fuisse lotum, quia sol non obtenebratur. Frustra.

Sic igitur casus iuxta nomen est, cū ipsum frustra fit. decidit enim, non percutiendi gratia lapis, a casu igitur decidit lapis, quoniam cecidisse potuit vtique à quodam, & percutiendi gratia. Textus. lxiij.

¶Minorem vero probat in text. 63. scilicet casum vel idem esse quod frustra, vel illi proximum. Primo ex ethymologia nominis. Ubi notādum est ꝙ gręce, autos, latine est, ipsum, ⁊ matin, idem est quod, frustra, automatos, ex vtroq; compositum, idem significat quod, casus, ob idq; automatos. i. casus, perinde est acsi dicas, ipsum frustra. Unde casus ⁊ frustra aut sunt idem aut simillima. Sed notat hic Commenta. ꝙ frustra dicitur vno modo actio, in qua nullus prętenditur finis, vt fricatio barbę indeliberata: ⁊ alio modo illa actio, qua prętenditur quidem aliquis finis, sed non attingitur: ⁊ hęc gręce dicitur, matin. vnde deriuat̄ automatos: quod est casus. ¶Secundo id probat exemplo. Ubi colligenda est ex his quę dicta sunt differentia inter, frustra, ⁊ casum. Frustra nanq; solam dicit carentiam finis intenti, vel a voluntate, vel a natura: casus vero dicit quicquid est pręter intentionem agentis, siue sit carentia siue aliquid positiuum. Quocirca stat in eadem actione reperiri vtrunq;, scilicet, et frustra et casum. vt si aliquis descendat in forum causa recuperandi pecuniam a debitore: quem tamē non inuenit: sed forte incidens in manus hostis vapulat: illa actio fuit ⁊ frustra, quia non consequuta est finem: ⁊ pręterea habuit casualem effectum. Potuit item nec frustra, esse nec casualis: nempe si ille recuperaret pecuniam, ⁊ non obuiaret hosti. Poterat tertio esse frustra ⁊ non casualis: vt si nec recuperaret pecuniam, nec obuiaret hosti: potuitq; econuerso non esse frustra, sed esse nihilominus casualis. vt si ille recuperata pecunia vapularet ab hoste, cui nō putarat fieri obuiū. Ait ergo Ph. ꝙ si forte cadens Frustra.

E lapis

lapis percutiat hominem, cum non fuerit ab alio proiect⁹, ſed cecidit naturaliter, percuſſio illa eſt caſualis: ⁊ ꝙ illa percuſſio fuerit a caſu, probat quis potuit etiā eſſe intenta tanquā finis: potuit nanqꝫ aliquis hoſtis lapidem proijcere ad percutiendum hoſtem. Ubi animaduertendum eſt id qđ ſuperius adnotauimus ſuper textū.51. nēpe quod idcirco effectus fortuitus ⁊ caſualis eſſe nō poteſt niſi in his que ſunt propter finem, quia fortuitum duo dicit, puta ꝙ actu non intendatur vt finis, ſed tamen aptitudine poſſit eſſe finis intentus ab agēte. Et ideo dicitur preter intētionem: quia poteſt fieri per intentionem.

Textus. lxiiij. Maximè autem eſt ſeparatum quod à fortuna eſt: in ijs quæ natura fiunt. Nā cum ſit aliquid præter naturam: tum nō à fortuna, ſed magis à caſu factum eſſe dicimus. Eſt autem & hoc: alterum, huius enim, extra eſt cauſa: illius vero, intra. Quid igitur ſit caſus, & quid fortuna: dictum eſt, & quo à ſe inuicem differant.

¶ In text.64. infert ex dictis ꝙ differentia caſus ⁊ fortune maxime perſpicua eſt in his que a natura fiunt. In his eñi que fiunt ex electione idem eſt caſus ⁊ fortuna: ſed in his que fiunt a natura. ſ. a principio intrinſeco, quādo natura nō cōſequitur effectum intentum, vt in monſtris, puta vbi homo naſcitur cum ſex digitis in manu, illud quidē non dicitur fortuna, ſed caſus. vt. q.5. amplius explicamus. Unde poteſt alia differentia conſtitui inter caſum ⁊ fortunam. Id enim quod eſt a fortuna fieri non poteſt, niſi a principio extrinſeco. vt patet in inuentione theſauri: caſus vero pōt fieri a principio intrinſeco, vt monſtrum contingit ex mala diſpoſitione materie que eſt pars ipſius monſtri. ¶ Concludit ergo dicens ſatis dictum eſſe quid nā ſit caſus, quidqꝫ fortuna: ⁊ quo a ſe inuicem differant: que fuerat ſecunda queſt. propoſita in principio quinti capituli.

Textus. lxv. At de modis cauſarum, in quibus eſt vnde principium motus: vtrūque ipſorum eſt. aut enim eorum quæ ſunt natura, aut ab intellectu: cauſa ſemper eſt ſed horū multitudo indeterminata eſt.

¶ In textu ergo. 65. determinat queſtionē tertiā: puta ad quod genus per ſe cauſe reducantur ſcilicet ad finalem ne, an ad materialem. ⁊c. nā omnis cauſa per accidens debet adiungi cauſe per ſe: ad quam proinde reducitur. Et ponit concluſionem quod reducitur ad genus cauſe efficientis. Quā probat ex eo quod fortuna ⁊ caſus vt dictum eſt ſunt in his que agunt propter finem, vel ex neceſſitate nature vel a propoſito: moueri autem a fine eſt proprium cauſe efficientis.

Textus. lxvj. Quoniam autem caſus atque fortuna, cauſæ ſunt eorum quorum aut intellectus cauſa fit, aut natura, cum ſecundum accidens cauſa aliqua ſit horū ipſorum, nihil autem ſecundum accidens eſt prius ijs, quæ per ſe ſunt, manifeſtū eſt, quod neque cauſa per accidēs prior eſt, ea quæ eſt per ſe. Poſterior itaque caſus eſt, atque fortuna: & intellectu & natura. ¶ Quare ſi quam maximè cœli cauſa eſt, caſus: neceſſe eſt prius intellectum & naturam eſſe, & aliorum multorum; & huius vniuerſi cauſam. Textus. lxvij.

¶ In textu. 66. reuertitur ad impugnationem ſecunde opinionis ſupra poſite, que tenebat caſum ⁊ fortunam eſſe cauſam motuū celeſtium. Et ratiocinatio eſt hec. Cauſa per accidens non poteſt eſſe prior cauſis per ſe: nam id quod eſt per accidēs naſcitur preter intētionem ex cauſa per ſe: ſed fortuna ⁊ caſus ſunt cauſa per accidens: ⁊ celi per motus ſuos ſunt cauſe per ſe horum omnium inferiorum: ergo fortuna ⁊ caſus non ſunt priores illis: ⁊ per conſequens nec ſunt cauſe illorum. ¶ Quod demum tex.67. ⁊ poſtremo huius capitis concludit: nempe ꝙ ſi caſus ⁊ fortuna ponantur cauſe celorum, neceſſe eſt ponere aliam primam cauſam: que agat per intellectum: ad quam caſus ⁊ fortuna reducantur. ¶ Sequitur hic queſtio.5. vbi tria precedentia capita preſſius examinantur.

## QVOD PHYSICA PER omnes cauſas demonſtret.

### CAP. VII.

QVOD autem ſint cauſæ, & quod tot numero quot dicimus: manifeſtum eſt. tot eñi numero ipſum propter quid comprehēdit. aut enim ad ipſum quid eſt reducitur ipſum propter quid vltimum in immobilibus, vt in mathematicis. ad diffinitionem enim recti, aut cōmenſurabilis: aut alius cuiuſpiam reducitur vltimum. ¶ Aut ad mouens primum. vt propter quid certauerūt? quoniam furati ſunt. aut cuius gratia? vt dominentur. aut in ijs quæ fiunt, ad materiam. Quod igitur cauſæ hæ, & tot ſint manifeſtum eſt.

Textus. lxviij. (QVOD autem ſint cauſæ)

Textus. lxix. (Aut ad mouens primum)

¶ Hec eſt tertia earum pars principalis, in quas librum hunc ſecundū partiti ſumus: in qua poſtquā Philoſophus in duob⁹ primis capitulis explicuit quid eſſet natura ⁊ in quatuor ſequentibus quot eſſent cauſarum genera, tam per ſe quā ꝑ accidēs, oſtendit modo per tria ca. quemadmodum ſciētia hec naturalis demōſtret per oīa genera cauſarum. Atqui in hoc. 7. capit. quod ſeptem continet textus pro-

tus, proponit intẽtam conclusionem: premittitq; aliqua necessaria ad eius manifestationem. Sed in duobus prioribus textibus qui sunt. 68. & 69. repetens cõclusionem que ex superioribus colligitur, ait, tot esse scientias numero quot dicte sunt scilicet, quatuor & non plures. Quam conclusionem cõfirmat hac ratione. Tot sunt cause numero quot respondentur cum interrogatur propter quid est, aut fit hoc: sed ad huiusmodi interrogationem nõ respõdetur, nisi aliquo istorum genere causarum: ergo tãtum sunt quatuor cause. Probat minorem exemplis in mathematicis & in ciuilibus bellis. Ad quorum euidentiam animaduertendum est illud quod. q. 3. adnotauimus, videlicet, q causa rei aut potest considerari solum quãtum ad esse: & ad hoc sufficit causa formalis, que dat esse rei: qualis est diffinitio quiditatiua. Aut consideratur quantum ad fieri: & tunc requiritur materia de cuius potentia educatur forma, & in qua recipiatur: & efficiens quod producat: & finis a quo efficiens moueatur. Et ex hoc sumitur sufficientia huius numeri causarum. ¶ Sed est secundo notandum q cum mathematice tractent de figuris quãtitatis, vt abstrahunt a materia & motu, non considerant causas rei quantum ad fieri: & ideo solum demonstrant per causam formalem: vt si queratur a mathematico propter quid angulus lapidis quadrati est rectus, non respõdebit, quia ita factus est propter talem finem: sed quia est angulus quem constituit linea recta perpendiculariter cadẽs super lineam rectam: que est diffinitio anguli recti. Ait ergo q propter quid vltimum in immobilibus, vt in mathematicis, id est vltima earum causa reducitur ad diffinitionem anguli recti, aut linee recte. Dicuntur mathematice immobiles: quia abstrahunt a materia & motu. Aut etiam reducitur ad diffinitionem commensurabilis. vt si queratur quare diameter non est commensurabilis coste, respondebitur: quia nulla est pars aliquota vtriusque: que est diffinitio commensurabilium linearũ. ¶ Exemplum efficientis est in textu. 69. [ propter quid certauerunt? quoniam furati sunt ]. Alludit ad bellum Thebanorum aduersus Focẽses: cuius prima causa efficiens fuit q Focenses inuaserant templum Thebanorum, illudq; spoliauerãt. Exemplum cause finalis est in alio bello quod rex Persarum intulit Grecis, illius finis gratia, vt eis dominaretur. Pretererit exemplum materie: quod esse hoc potest. Propter quid ferrum densius est quã lana, quia plus habet materie. Propter quid albedo accidens est corporale, intellectio vero spiritua le, quia albedo est accidens proprium corporis: intellectio vero anime.

Cause quatuor.

Textus. lxx.

Cum autem causæ quatuor sint, de omnibus est Physici cognoscere. & ad omnes reducens ipsum propter quid: asignabit physice materiam, speciem, ipsum mouens, & id cuius gratia. Veniunt autem tres in vnam plerumque. Ipsum enim quid est, & id cuius gratia: vna est. Ipsum vero vnde motus primum: specie, eadem est his. Homo enĩ: hominem generat. atque omnino quecunque mota mouent. quæcunque autem non, non amplius Physice sunt. nõ enim, in se ipsis habentia motum, aut principium motus, mouent, sed immobilia sunt.

¶ In tex. 70. proponit cõclusionem quam intẽdit, videlicet, q physici est cognoscere omnes causas. Cuius ratio est q physici est considerare res naturales, & quo ad esse, & quo ad fieri. ¶ Subiungit autem q ex his quatuor causis tres coincidunt in eãdem rem: cum enim ignis ex stupa generat ignem, illius generationis finis & forma sunt idem numero: efficiens autem est idem specie vtriq;: siue sermo sit de forma que est altera pars compositi, siue de forma metaphysica que est quiditas rei. Finis enim ignis generantis est producere formam sibi similem in specie: vnde forma geniti que priusquã esset in ratiõe finis mouebat agens ( quod a prima causa dirigebatur ad talem finem) eadẽ, cum inducitur, est causa formalis. Cui forma efficientis est similis in specie & per consequens efficiens ipsum & eius quiditas similitudinem habet cum genito. Loquitur enim Arist. de agente particulari & vniuoco. Et hoc est quod subdit [atq; omnino quecũq; mota mouent] id est, quecunq; cause habẽtes in se principia sui motus. Quecunq; autem mouent et non mouentur (quales sunt intelligentie) iam non sunt physice considerationis: quia non habent in se principium sui motus. s. quibus moueantur. Et ideo non dicũtur entia naturalia. vt. q. 1. huius adnotauimus. Et hic locus est notandus aduersus eos qui angelos appellant entia naturalia.

Quam ob rem tria sunt negotia. hoc quidem, circa immobile. Illud vero, circa mobile quidem, sed incorruptibile. aliud autem, circa corruptibilia.

Textus lxxj.

¶ In textu. 71. infert vnum corollarium, videlicet, tria esse negotia. i. intẽtiones sciẽtiarum. Alia enĩ scientia est que tractat de his que sunt simpliciter immobilia. vt metaphysica: que tractat de intelligentijs secundum rem separatis a materia. Cui secundo gradu adiunguntur mathematice: que tractant de rebus quidem mobilibus, abstractis tamen per intellectum a materia & motu. Alia est scientia circa mobile quidem localiter, sed tamen inalterabile & incorruptibile, vt scientia de celo: que tamen, pars quedã est physice. Sed alia scientia est que tractat simpliciter de corruptibili. vt in generali isti octo libri: in particulari vero libri de generatione & de meteoris & de animalibus.

Quare ipsum propter quid & ad materiam reducẽdi, redditur, & ad ipsum quid est, & primum mouens. De generatione enim: maximè hoc modo causas considerant. quid post quid fiat, & qui primum fecit, aut quid passum est: & sic semper quod deinceps est.

Textus. lxxij.

¶ Reuertitur in tex. 72. ad probãdam propositam cõclusionem: nempe q ad physicum pertinet suas conclusiones in omnes causas reducere. s. & ad materiam: & ad ipsum quid est. i. ad diffinitionem: que est forma totius: & ad primũ mouens: nã de fine statim sequitur sermo. Probat cõclusionẽ duabus rationi-

tionibus. Prima est hęc. Physicus cõsiderat res non solum inquantum sunt, sed quatenus fiunt & generantur: sed in generatione hęc tria sunt cõsideranda scilicet [quid post quid fiat] quantum ad causam formalem, id est quę substantia proxime alteri succedat: non enim quodlibet fit ex quolibet, vt supra dictum est: sed ex aqua per rarefactionem fit aer: & vicissim ex aere per condensationem fit aqua: & ex semine disposito animal [& qui primum fecit] scilicet quę fuerit causa efficiens (aut quid passum est) id est quę sit materia: ergo ad physicũ pertinet omnes has causas reducere ad ipsum propter quid. Quinimo non hoc solum, sed habet etiã considerare ea quę consequuntur rem genitam. vt textu statim. 74. fit manifestum.

Textus. lxxiij. Duplicia autẽ sunt principia mouentia physice: quorum alterum non physicum est. non enim habet motus principium in seipso. Tale autem est, si aliquid mouet quod non mouet̃: vt id qđ penitus est immobile, & quod omniũ primum est. Et ipsum quid est, & forma. finis enim est, & cuius gratia.

¶ Repetit iterum in tex. 73. id quod supra insinuauerat, videlicet, quod physicus inquantum physicus non habet reducere causas vsque ad primas simpliciter, quę mouẽt & non mouentur (sicut sunt Deus & intelligentię) quia cum illę non habeant in se principium sui motus, non sunt entia naturalia. Sed debet resolutionem facere vsq; ad prima principia particularia, quę mota mouentur scilicet cur hic nascitur homo, & hic nascitur equus? quia alter genitus est ex homine, & alter ex equo. Et pariter in finibus, si quęratur cur homo generat hominem, non tenetur physicus respondere, vt ille homo genitus perueniat ad beatitudinem: sed vt generet sibi simile ad conseruationẽ speciei.

Textus. lxxiiij. Quare cum natura propter aliquid sit: & hanc cognoscere oportet, & penitus reddendum est ipsum propter quid vt quod ex hoc, necesse est hoc fieri: hoc autem ex hoc aut simpliciter, aut frequenter. & si debet hoc fieri: vt ex propositionibus conclusio: & quia hoc erat: quod quid erat esse. & quia melius est sic, non simpliciter: sed ad vniuscuiusque substantiam.

¶ In tex. 74. & postremo subdit secundam rationẽ eiusdem conclusionis, quę est hęc. Natura agit propter finẽ: ergo necesse est effectus naturales in omnes quatuor causas reducere. Et est notãda hęc ratio: quia si natura nõ ageret intẽdendo finem, tũc nec esset in naturalibus causa finalis, nec proinde causa efficiẽs per se. vt. q. 3. notauimus aduersus Democritum: nam efficiens per se est quę intẽdit finem. ¶ Subdit omnium causarũ exempla: quę licet diuersimode a S. Tho. & alijs exponantur, credo sic euidentius explicari. Si quęrat̃ a Philosopho naturali, cur iste homo duos habeat oculos, respõdere põt ex causa efficienti: quia genitus est ab alio homine qui habebat duos oculos. At quia posset quis obijcere illã causam nõ esse sufficientẽ eo quod nõnunquã nascitur mõstrum dissimile generanti, dicit quod satis est physico reddere causam, vnde sequitur talis effectus, aut semper: sicut in perpetuis: vt cur sole existente in leone tẽpus sit nobis calidum, quia sol est nobis propinquior: aut cur luminaribus existentibus in talibus punctis Sol eclipsatur, quia tũc Luna anteponit̃ Soli. Aut frequenter. vt in exemplo posito, quod iste nascitur duobus oculis: quia genitus est ab homine habente duos oculos. ¶ Põt etiã reddere causam materialẽ. s. quia ex semine humano factus est, & nõ ex semine oliuę. Exponit exemplum, sicut cõclusio fit ex pręmissis: nam ex duabus extremitatibus pręmissarũ materialiter constat cõclusio. ¶ Põt pręterea reddere causam formalẽ: puta diffinitionẽ quiditatiuã hominis, quia iste est animal rõnale cuius naturę congruũt bini oculi. Et hoc est qđ ait (quia hoc est quod quid erat esse.) ¶ Potest deniq; causam reddere finalem: nẽpe vt duobus oculis melius dirigat motum & colores percipiat. Addit autẽ quod cũ reddit̃ finis, non opus est reddere id quod simpliciter melius est: sed id quod huic naturę melius est: nam habere oculos nõ est simpliciter melius: cum substantijs spiritualibus, puta Deo & angelis: non sit melius: est tamen melius homini. Et in hoc differt physicus a mathematico: quia mathematicus considerat quidem formã, solum inquantũ formã, & non inquantũ finem: vt cur lineę circuli a centro vsq; ad circũferentiam sunt ęquales, respõdebit: quia illa est diffinitio circuli. Non tamẽ respõdebit, quia melius est circulo vel peius habere tales lineas ad motum vel ad pulchritudinem: vel quia peritus artifex illum descripsit: vel quia ex tali materia cõstat. ¶ Illud secundum exemplum de conclusione & propositionibus Cõmentator, quẽ sequitur. S. Tho. nõ intelligit de causa materiali: sed ait Aristo. illic ostendere qđ quãdo ex causa efficienti sequitur effectus, nõ semper, sed frequenter, tunc ex causa ad effectum nõ est illatio necessaria: sed solum ex effectu ad causam. Sequitur enim quod si nascitur homo ille generatur ex homine, non tamẽ continuo si generatur ex homine nascit̃ homo perfectus: quia potest nasci monstrum. Et propterea comparatur ad cõclusionem respectu pręmissarum: in quibus necesse est quod si conclusio est vera pręmissę sint verę, non tamen si pręmissę sunt verę conclusio est vera, vt omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis. ¶ Sed certe non suspicor hanc fuisse intẽtionem Aristo. Primo quia satis est physico vt diximus reddere causam effectus vt plurimum. Et pręterea, quia non assignãtur ab Aristotele quatuor exempla quatuor causarum, nisi secundum intelligatur de causa materiali.

## QVOD NATVRA AGAT propter finem.

## CAPVT. VIII.

Textus lxxv. Questionis sextę locus. DICENDVM igitur primum quidem, quod natura earum causarũ est, quæ sunt propter aliquid, postea de neces-

de necessario, quomodo se habet in physicis. Ad hanc enim causam reducunt omnes: quia cum calidum tale natura sit, & frigidum, & vnumquodque talium: hæc ex necessitate sunt, & fiunt & apta natura sunt. Etenim etiam si aliam causam dicāt: solum tangentes valere sinunt. hic quidem, litem & amiciciam: ille vero, intellectum.

¶ Proposita in superiori cap. conclusione, ꝙ physicus habet demonstrare per omnes causas: pręiactisq; fundamentis, ꝙ finis ⁊ forma quandoq; coincidunt in idem: ⁊ quod non opus est reductionem fieri ad primas causas quę mouent non motę (vt sunt intelligentię) in duobus cap. sequentibus manifestat duas conclusiones ex quibus principalis conclusio pendet. Prima ostenditur in hoc cap. 8. nempe ꝙ natura agit propter finem: ⁊ secunda in cap. sequenti, scilicet quomodo natura agit ex necessitate. Hęc enim duo proposuerat in textu proximo tanquam fundamenta potissima: nam si natura vt illic modo dicebamus non ageret propter finem, ⁊ ex necessitate, non posset signari causa efficiens per se: imo nec proprie forma quę est per se effectus efficientis. Habet autem hoc caput textus duodecim. In primo qui est numer. 75. proponit conclusionem, scilicet natura est earum causarum quę agit propter finem. In qua potissimum conclusione merito profecto Aristo. nomē suum inter antiquos celebrauit: nam tametsi Plato prouidentiam dei vtcunq; cognouit, Aristote. tamen fuit qui pręcipuam hanc philosophię veritatem ostendit aduersus priscos philosophos. s. quicquid in natura fit, fieri propter aliquem finem, qui est prima omnium causarum. Atq; adeo hoc est testimonium diuinę prouidentię: nihil enim agere potest propter finem, nisi aut cognoscat finem, aut dirigatur ab alio cognoscente finem: sicut sagitta dirigitur a sagittante. Cum ergo in rerum natura multa sint agentia quę non cognoscunt finem, testimonium est ꝙ a deo diriguntur in suos fines.

¶ Subdit autem Ph. antiquos hanc veritatem ignorasse: quippe qui omnia ad hanc solum causam reducebant quę ex necessitate, scilicet, ratione materię. Materiam enim appellabant necessitatem. Aiebant ergo ignem non esse calidum propter aliquam necessitatem aut finem humanum: nec in membris hominis alia esse frigidiora ⁊ alia calidiora, quia ita sunt necessaria ad vitam: sed quia talis est natura rei ex parte materię. vt. 1. huius super text. 4. 1. in opiniōe Democriti explicuimus. ¶ At quia posset quis obijcere ꝙ Anaxagoras ⁊ Empedocles ponebant causas efficientes, in quas possent rerum naturę reduci: ille quidem intellectum ⁊ mentem, hic vero litem ⁊ amicitiam (vt in. 1. visum est) respondet ꝙ illas dicebant esse causas solum in prima mundi constitutione: non autem in generationibus particularibus. Et hoc est quod ait (solum tangentes, valere, sinunt). i. tangebāt illas in prima rerum constitutione: sed in particularibus generationibus valere sinunt, id est abire permittunt: abeuntibus enim dicimus valete.

Textus. lxxvj. Habet autē dubitationem: quid prohibeat naturam non propter aliquid, facere, neque quod melius est, sed sicut pluit Iupiter. non vt frumentum augeat, sed ex necessitate. Quod enim sursum latum est, frigefieri oportet: & quod frigefactum est aquam factum, deorsum venire. augeri autem, cū hoc fiat: accidit frumentum. Similiter autem & si cuipiam perit frumentum in area: non huius gratia pluit, vt pereat, sed hoc accidit. Quare quid prohibet: sic & partes se habere in natura? vt dentes ex necessitate oriri: anteriores quidem acutos, aptos ad diuidendum. Maxillares autem, latos & vtiles ad terendum cibum: cum non propter hoc facti sint: sed acciderit. Similiter autem est de alijs partibus: in quibus videtur inesse ipsum propter aliquid. Vbi igitur omnia acciderint, perinde, atque si propter aliquid facta forent, ea quidem seruata sunt, à casu consistentia apte. Quæcunque vero non sic, periere, pereuntque, quemadmodum Empedocles dicit ea quæ prima hominem referunt, & taurum parte secunda. ratio igitur qua dubitauerit aliquis, hæc est, & si qua talis alia est.

¶ In tex. 76. proponit dubitationem ad examinandam veritatem, referens antiquorum contrariam opinionem. Vbi notendum ꝙ potissimum testimonium ꝙ natura agat propter finem, est, quia semper agit id quod melius est ⁊ congruentius naturę rei, vt oculos aptos ad videndum, pedes ad ambulandū. ⁊c. Et ideo hoc volebant antiqui destruere, dicentes, ꝙ natura non intendit rerum vtilitatem ⁊ perfectionem: sed ꝙ vtilitas ⁊ detrimētum quod prouenit ex actionibus naturalibus est per accidens pręter naturę intētionem. Et hoc est qđ ait (habet autem dubitationem) id est, dubium est quid prohibeat, naturam nō agere propter finem id est, quę sit ratio necessaria, qua prohibemur dicere naturam non agere propter finem. Nam possent dicere antiqui ꝙ si Iupiter, id est, Deus, vel aer (quem etiam appellant Iouem) pluit, hoc non est propter bonum arborum ⁊ segetum, vt scilicet, crescant ⁊ fructus ferant: sed ex necessitate (scilicet materię.) quia vapor leuis radiante sole ascendit: ⁊ cum sursum est, vbi viget frigus, propterea ꝙ illuc non attingunt radij solares qui reflectuntur a terra, vapor ex necessitate materię condensatur: condensatus autem ex grauitate cadit: ꝙ autem frumenta crescant de per accidens contingit pluuię: quia Iupiter pluens non intendebat hoc. Et ꝙ hanc vtilitatem non intēderet Iupiter, probabant: quia cum pluuia reperit frumentum in area est

area est in detrimentum eius: ergo vt pluuia non intendit detrimentum, ita nec intendit vtilitatē. [Quare quid prohibet. ⁊c.] inde sumebant simile argumentum ita accidere in membra hominis: vt ꝙ anteriores dentes essent acuti, ⁊ maxillares obtusi, non factum esset, vt illi sint apti ad scindēdum cibum: hi vero ad conterendum: sed quia ex necessitate materię illi erant acuti, ⁊ isti obtusi, contingit pręter intentionem illa vtilitas. Et ita in reliquis partibus scilicet ꝙ plantę pedum essent planę, ꝙ hepar esset calidum, ꝙ stomachus esset talis figurę, non fuit ex necessitate materię: sed ꝙ essent apta membra ad digestionem fuit per accidēs pręter intentionem. ¶ At quia opponebatur antiquis argumentum, ꝙ hac dispositione ⁊ organizatione membrorum melius res conseruantur, qua dissoluta statim res corrumpuntur, vt si in homine sit excessiuus calor, aut frigus statim moritur: quapropter videtur ꝙ hęc membrorum coaptatio ⁊ temperamentum membrorum sit propter conseruationem vitę. Negabant consequentiam, dicentes, ꝙ vbi omnia membra a casu sunt coniuncta, ⁊ coaptata, vt vnum possit aliud iuuare, tunc casu prouenit vt res possit conseruari, vt patet in animali perfecto secundū suam speciem: vbi tamen forte inepte coierūt partes diuersarum specierū, ⁊ partes quę non possunt se bene iuuare, vt in centauris: quę sunt monstra parte prima, scilicet superiori homines, ⁊ parte secūda. s. inferiori tauri, illa (aiebant) monstra breuis sunt durationis: quia partes inepte coniunguntur. Vel forte adducebat Empedocles monstra in exemplum partium animalium, videlicet, ꝙ quādo forte membrum est lęsum aut humor putridus vt non possit conseruare vitam, sequitur a casu mors.

Textus. lxxvij. Sed impossibile est ista hoc se habere modo. Hæc enim, & omnia quæ natura sunt: aut semper sic fiunt, aut frequenter. Sed eorum quæ fiunt à fortuna, & casu: nihil. Neque enim à fortuna, neq; à casu videtur: pluere sæpe hyeme: sed si sub cane: neq; caumata sub cane: sed si hyeme. Si igitur aut à casu videntur, aut propter aliquid esse, si non possibile est esse hæc: aut à fortuna, aut à casu, propter aliquid vtiq; erūt. At vero natura sunt huiusmodi omnia. Quēadmodum & ipsi dixerint: qui hæc dicunt. Est itaq; ipsum propter aliquid in iis quæ natura fiunt, & sunt.

1. Ratio. ¶ In textu. 77. incipit demonstrare cōclusionem: ad quam primo adducit quinq; rationes: ⁊ deinde respondet aduersariis. Prima est hęc. Ea quę fiunt, aut semper, aut frequenter, nō fiunt a casu vel a fortuna: sed a proposito: nam fortuna ⁊ casus vt supra dictum est, sunt de his quę raro contingunt: sed ea quę sunt a natura, aut semper, aut frequenter eueniūt: ergo fiunt a proposito. Minorem probat exemplo, quia ꝙ hyeme sit frequens pluuia, aut omnibus annis, aut pluribus contingit: rarissime tamen cōtingit oppositum: sicuti semper aut frequenter contingit ꝙ sole intrāte caniculam (nēpe in mense Iulii) sit cauma, id est, frequētissimus calor. Contrarii autem effectus: quia raro fiunt, scilicet in hyeme non pluere, ⁊ in mense Iulii non esse calorem, hoc posset dici a casu sicuti mōstrum.

Amplius in quibuscunque finis aliquis est: huius gratia agitur quod prius quodque consequens est. ergo vt agitur, sic aptum natura est. & vt aptum natura est, sic agitur vnumquodque, nisi quid impediat. Agitur autem: propter aliquid. Et aptum itaque natura est: huius gratia. vt si domus, eorum quæ natura fiunt esset: sic vtique facta esset, vt nunc ab arte. Si autem quæ natura, non solum natura, sed & arte fierent: similiter vtique fierent, vt apta natura sunt: propter ergo alterum, alterum. Textus. lxxviij.

¶ In textu. 78. subditur secunda ratio quę est ex his quę ab arte fiunt elegantissime sumpta. Supponit enim ꝙ vbicunq; est aliquis finis, omnia pręcedentia fiunt propter illum finem, scilicet ⁊ id quod primum, ⁊ id quod consequenter fit vsq; ad illum finem: vt quia cōstructionis domus finis est habitatio, fit, vt fundamentum et parietes et omnia ordinentur in eundem finem. Hoc supposito arguitur. Sicut vnumquodq; agitur, ita suapte natura natum est fieri: ⁊ econuerso, sicut natum est fieri, ita agitur: propterea enim in domo prius iacitur fundamentum deinde eriguntur parietes ⁊ tandem superponitur tectum. quia ita nata est fieri: ⁊ a posteriori cognoscimus ita natum esse fieri, quia ita fit [si non aliquid impediat] quia quando producitur monstrum ex semine hominis propter impedimentum non fit res eo modo quo nata est fieri: sed id quod agitur a natura agitur ad modum eorum quę aguntur propter finem: ergo illa apta nata sunt fieri propter finem: ⁊ per consequens in rei veritate agūtur ꝑpter finē. Probat minor per similitudinem ad artificialia. Sicut in constructione domus prius iaciuntur fundamenta mox eriguntur parietes ac demum superponitur tectum: ita arbor prius submittit radices tanquam sustentaculum, deinde emittit stipitem, et tanquam tectum profert frondes. Unde infert qd̄ si domus esset res naturalis, natura eodem modo faceret domum, sicut fit ab arte: ⁊ viceuersa, si arbor res esset artificialis, eodem ordine artifex faceret arborem quo fit a natura. Si ergo in artificialibus videmus illum ordinem seruari eo quod media ordinantur ad finem, sequitur ⁊ naturam, quę similiter operatur, agere propter finem. 2. Ratio.

Et omnino ars alia quidem perficit quæ natura non potest efficere, alia verò imitatur. Si ergo quæ secundum artem sunt, propter aliquid fiant: manifestum ꝙ & quæ secundum naturam. Textus. lxxix.

Similiter

Similiter enim se habẽt inter sese, in ijs quæ secundum artem atque in ijs quæ secundum naturam : posteriora ad priora.

3. Ratio. ¶In tex. 79. sequitur tertia ratio secundum Commentatorem quę potius est superioris expositio. Ait enim duplicem esse artem: aliam, quę facit id quod natura non potest efficere. vt ars construendarum nauium: nauis enim non potest fieri a natura, alia vero est quę imitatur naturam, idest operatur eundem effectũ quem facit natura seruando modum naturę, vt medicina. Ut enim natura sanaret infirmum expellendo corruptos humores fortificãdo membrum. &c. Eodem modo operatur ars medica. Si ergo ars medendi operatur ex intentione finis, sequitur ꝙ natura sanans infirmũ etiam operatur propter finem: alias ars non iuuaret naturam concurrendo ad eundem effectum, si finem quem intendit ars, non intenderet pariter natura. Et ita infert intentam conclusionem, scilicet ꝙ cum ars operetur propter finem, & natura operetur quemadmodum ars, fit vt natura itidem operetur propter finem.

Textus. lxxx. Maxime autem manifestum est, in cæteris animalibus: quæ neq; arte, neq; inquirendo, neq; deliberando, faciunt. Quapropter dubitant quidam, vtrum intellectu, aut quodam alio operentur: & aranei, & formicæ, & huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti: & in plantis apparent conferentia quædam fieri ad finem, vt folia propter fructus cooperimentum. Quare si & natura, & propter aliquid, hirundo nidum facit, & araneus telam, & plantæ folia gratia fructuum, & radices non sursum sed deorsum, gratia nutrimenti : manifestum ꝙ est causa talis in ijs quæ natura fiunt, & sunt.

4. Ratio. ¶In text. 80. sequitur quarta ratio sumpta ex animalibus brutis. Araneę texentes telas, formicę congregantes grana, hirundines construentes nidulos, hęc omnia faciunt propter finem: & tamen nõ agunt ex arte neq; a proposito, cum nõ habeãt cognitionem finis: ergo reliqua omnia naturalia, quę sine ratione & arte operantur, agunt propter finem. Maiorem probat authoritate philosophorum: quam nec contrarij possunt negare. Est enim adeo manifestum formicas congregare frumentũ in ęstate, vt sit illis alimentum in hyeme: & hirundines facere nidum gratia incubandi oua, vt etiã contrarij id non possint negare. Dicebant tamen qđ ab intellectu quodam dirigebantur. Contra quos ait Ph. ꝙ ista bruta, cum non cognoscant finem, non agunt deliberate neq; ex arte: sed instinctu diriguntur a datore naturę. Quocirca idem concedendum est in alijs sensu carentibus. Unde paulatim, inquit, ex his procedendum est ad plantas, quę habent vitam sine sensu: in quibus apparet folia produci vt sint cooperimentum fructuũ: id quod in vite est manifestum: quę propterea habet tam lata folia, vt tenerrimę vuę a tempestatibus protegantur. Et radices arboris propterea sunt subtus, vt alimentum a terra suscipiant. Si ergo ita est in his viuentibus, testimonium est elementa, & alia id genus vitę expertia etiam agere propter finem.

Textus. lxxxj. Et quoniam natura duplex est: alia quidem vt materia, alia verò vt forma, finis autem est hæc, propter finem autem cætera: hæc vtique erit causa cuius gratia.

5. Ratio. ¶In textu deniq; 81. concludit quintam postremamq; rationem. Natura ex qua ens naturale cõstat, est duplex, materia, scilicet, & forma: sed ex his materia quę est pura potẽtia ordinatur ad formã quę est actus eius: ergo generatio rei naturalis est propter finem, id est propter acquirendam formam, per quam res constituitur in sua specie et quiditate.

Textus. lxxxij. Peccatum autem fit: & in ijs quæ fiunt secundum artem. scripsit enim nõ recte grammaticus: & propinauit non recte medicus medicamentum. Quare manifestum est: quod cõtingit & in ijs quæ secundum naturam fiunt. Si igitur sunt quædam secũdum artem, in quibus quod rectè fit propter aliquid fit, in ijs autem quæ peccantur, alicuius quidem gratia aggreditur, sed frustratur: similiter vtique se habent & in physicis, & monstra peccata sunt illius quod propter aliquid agit. Et in ijs quæ à principio vtiq; cõpositionib⁹ bouigena, si nõ ad quẽdam terminũ ac finẽ poterãt venire: corrupto vtiq; prĩcipio aliquo (vt nunc semine) fiebant.

¶In tex. 82. postquam adduxerat Phil. rationes proprias prosequitur diluere aduersariorum argumenta, quę duo erant potissima. Primum ꝙ cum naturam videbant nonnũquã deficere (nempe quando monstrum gignitur) inferebant naturam non agere ex intentione. Quare dicebat Empedocles, ꝙ sicut in prima constitutione rerum, casu facta sunt aliqua mõstra bouigena, scilicet superiori parte homines inferiori vero boues, propterea ꝙ casu diuersorum animalium membra in vnum coierunt, ita casu contigit, ꝙ fierent homines & reliquę species huius figurę quam modo habent. Contra hoc argumentum facit Aristo. quatuor rationes: quibus argute retorquet argumentum in eos, ostendens, ꝙ potius inde sequitur naturam agere propter finẽ. ¶Prima ergo ratio est: quę potest sexta in ordine numerari. In ijs quę fiunt ab arte, idcirco cõtingit peccatũ, quia ars nõ cõsequitur finẽ quẽ intendebat: vt propterea grãmaticus dicitur peccare, qr scribendo, aut loquen-

do non cõsequitur finém artis:⁊ propterea medi-
cus peccat,q2 non porrigit potionem commodam
ad finẽ.Unde si nullus esset finis intentus artis,
nullum cõtingeret peccatũ:quia peccatum nõ est
nisi quia deficit a fine:ergo peccatum potius est si
gnum ꝙ talis ars agit propter finem,quam ꝙ non
agat propter finem.Eodem ergo modo in natura
libus,ꝙ aliquando contingat monstrũ, potius est
signum,ꝙ natura intendebat finem quẽ non cõse-
6. Ratio. quitur monstrũ,propter aliquod impedimentum.
Non enim diceretur monstrũ humanũ illud quod
nascitur vnico oculo,nisi natura intenderet produ
cere duos oculos.Quocirca bouigena illa Empe
doclis propterea facta sunt monstra,non vt finge
bat Empedocles,q2 membra diuersorum anima-
lium forte coniuncta sunt:sed q2 natura particu-
laris impedita fuit ab alia causa,ne consequeretur
suum finẽ.Cuius preterea indiciũ est, ꝙ monstra
raro contigunt:effectus vero intenti,aut semper
aut frequenter.

Textus. Amplius necesse est semen fieri pri-
lxxxiij. mum :sed non statim animalia. & ip-
sum natura quidem molle prius semen
erat.Amplius & in plantis inest ipsum
propter aliquid: minus autem distin-
ctum est. Vtrum igitur & in plantis
fiebant,vt bouigena viri prora, sic vi-
rigena oleo prora,an non? Inconueni-
ens enim est. sed tamen oportebat: si-
quidem & in animalibus. Amplius o-
portebat & in seminibus fieri, vt acci-
dit.

¶In text.83.subiunguntur due alie rationes. Est
7. Ratio. ergo secunda.Ubi certus est ordo ⁊ series actio-
num non est fortuitus effectus,sed a proposito in-
tentus:nã que sunt preter intentionem nullũ ser-
uant ordinem certũ:at in generatione naturali,e-
tiam vbi gignit monstrũ,est certus ordo: vt prius
ponatur semẽ in loco apto ad generationẽ,non ta-
men statim fit animal, sed prius semen digestum
mollescit,⁊ fit embrio:multisq; intermediis dispo
sitiõibus venitur ad animal:ergo illa operatio est
a proposito.Uis rationis in hoc consistit, ꝙ quan-
uis nonnũquã contingat peccatum in vltimo effe
ctu,nunquam tamen peruertitur ordo,vt ex ani-
mali fiat embrio,aut ex embrione semen: sed econ-
8. Ratio. uerso.¶Tertia ratio est:plante(vt supradictũ est)
agunt etiam propter finem:licet in illis non sit tã
manifestum quã in animalib9,propterea ꝙ nõ ha
bẽt mẽbra ita distincta ad generationẽ,nutritionẽ
⁊ alias operatiões vitales,vt animalia:ergo a for-
tiori in animalibus(quorum natura magis est so-
licita)membra ⁊ motus sunt propter finem.¶In-
terrogatio que statim subiungitur aduersus Em-
pedoclem,vari eet ponitur.Nihilominus licet ap-
pareat intricata facilis est tamen,si prius conside-
retur ꝙ Empedocles dicebat in prima rerum con
stitutione facta fuisse bouigena viriprora. Legen-
da sunt hec nomina non copulatiue : sed vt secun-
dum sit adiectiuum prioris. Que erant monstra
cuius pars posterior erat bouis [⁊ ideo diceban-
tur bouigena] pars vero anterior erat hominis vi
ri:⁊ ideo dicebantur viri prora:a prora nauis: que
est pars anterior.Quanquã Themistius non le-
git,nisi,viripriora,id est habẽtia priorem partem
viri.Quod si monstra illa (vt aiebat Empe.)non
sunt facta ex defectu nature nõ potentis attinge-
re suum finẽ,sed q2 ita forte coniuncta sunt mem
bra diuersorum animaliũ, interrogat Aristo. cur
nõ sunt etiam facta vitigena oleoprora,id est mon
stra quorum pars posterior sit vitis ⁊ anterior sit
oliua.Incõueniens(inquit)est,quia est contra ex
perientiam:sed tamen consequitur ad opinionem
Empedoclis.Et idem preterea inconueniens in
fert in seminibus,cur non factum est monstrum,
vt accidit,id est a casu:nempe cuius vna pars gra
ni esset triticum,alia vero hordeum. Quinetiã po
tuisset interrogare,cur non factum est mõstrum,
cuius vna pars esset homo,⁊ alia planta. Non er-
go intendit hic Aristo.negare esse aliqua monstra
in plantis,aut seminibus(vt nonnulli existimant)
sed ratio(que quarta est contra istos) consistit in
hoc.Si monstra fiunt illa ratione qua dicit Empe
docles,contingerent tunc quidem indifferenter
queuis monstrorum genera ex plantis ⁊ animali-
bus:non tamen ita contingunt:sed monstrum na
scitur quã proximum fieri potest fini intento a na
tura.vt ex homine nunquam nascitur planta : sed
vel homo,vel monstrum habens aliquã effigiẽ ho
minis,aut quod saltem sit animal:quod est genus
hominis.Et in plantis quãuis nonnunquã ex oli
ua nascatur oleaster,nunquã tamen cupressus. Et
in seminibus,licet triticũ aliquando degeneret in
siliginem,nunquã tamẽ ex tritico nascitur vrtica:
ergo cum natura semper faciat effectum quã po-
test proximũ proprio fini, sequitur ꝙ ipsamet pro
ductio monstri testatur,naturam agere propter fi
nem.¶Unde in textu.84.

Omnino autem destruit sic dicens: Textus.
tam quæ natura sunt quã naturam. Na- lxxxiiij.
tura enim sunt: quæcunq; ab aliquo in
seipsis principio continuæ motu perue
niunt ad aliquem finem. Ab vnoquo
que autem non idem quibusq; , neque
quiduis,semper tamẽ ad eũdem,nisi ali
quid impedierit.

¶Infert Aristo. ꝙ illi qui a natura finem auferũt,
rationem ipsam nature tollunt. Est enim natura
que a certis agentibus ⁊ principiis, non quocun
que,sed vsque ad certum finem progreditur. (Ab
vnoquoq; autem nõ idem quibusq;,neq; quiduis)
id est,quibuscunq; agentibus nõ contingit a quo
cunq; principio in quemcũq; finem procedere:nã
ignis neq; incipit a frigiditate,neq; producit aquã:
sed vnumquodq; ex certis principiis ad certũ fi-
nem peruenit:nisi impediatur,vt in monstris.

Id autem cuius gratia,& quod hu- Textus.
ius gratia,fient vtique à fortuna. Sicu- lxxxv.
ti dicimus quòd à fortuna venit hospes,
lotusque abiuit, cum tanquàm gratia
huius veniens egerit, non autem gra-
tia huius venerit.& hoc secundum ac-
cidens. Fortuna enim, est earum quæ
sunt secundum accidens causarũ,quem
admodum

admodum & prius diximus. Sed cum hoc ſemper, aut frequenter fiat non ſecundum accidens, neque à fortuna eſt. In phyſicis autem ſemper ſic, niſi quid impedierit.

¶ In textu. 85. reſpondet cuidam tacitę obiectioni, quę poſſet fieri aduerſus ea quę dicta ſunt. Atqui textus (licet hanc expoſitionem nuſquam viderim) hoc modo videtur inducendus. Fecerat conſequentiam Ariſto. ꝙ ſi effectus naturales ſuapte natura poſſunt fieri propter finem, de facto natura faciat illos propter finem. Quam conſequentiam poſſet quiſpiam negare, dicens, id quod ſuapte natura eſt factibile a propoſito, fieri aliquãdo pręter intentionem. vt ſi quis vadat in domum amici ſolum ſalutandi eum gratia, ⁊ forte illic balneo lauatur, tũc lotio quidem illa eſt a fortuna, cũ non fuerat intenta, ⁊ tamen erat factibilis a propoſito: nam ſi ille ſciuiſſet ſe lauandum, veniſſet propter illud. Reſpondet Ariſt. id nõnunquam verum eſſe ſcilicet, ꝙ fiat a fortuna, id quod eſſet factibile a propoſito: id tamen eſt verum quando talis effectus raro contingit: ſed tamen quia natura ſemper, aut frequentiſſime eoſdem conſequitur effectus, ſignum eſt quod non ſolũ effectus illi ſunt factibiles ex intentione, ſed quod in rei veritate fiunt ex intentione.

Textus. lxxxvj. Inconneniens autem eſt: non opinari propter aliquid fieri, niſi videant ipſum mouens deliberaſſe. Attamen etiã ars non deliberat. nanque ſi eſſet in ligno, nauis faciendæ ars: haud ſecus atque natura faceret. Quare ſi in arte ineſt ipſum propter aliquid: & in natura ineſt. Maximè autem manifeſtum eſt: cum quis medetur ipſe ſibi ipſi. huic enim ſimilis eſt natura. Quod igitur cauſa ſit natura, atq; ita vt propter aliquid, manifeſtum eſt.

¶ In textu deniq;. 86. ⁊ poſtremo reſpondet Ph. ad ſecundum argumentum aduerſariorum: quod erat huiuſmodi. Natura non agit ex conſilio, ⁊ deliberatione, vt patet in brutis animalibus ⁊ in aliꝭs inſenſibilibus: ergo non agit propter finem. Quibus reſpondet negando conſequentiam. Et poterat quidem aliam rationem reddere videlicet, ꝙ agere propter finem, ſtat dupliciter: vno modo a propoſito per deliberationem particularis agentis: ⁊ alio modo tãquam ea quę ab alio dirigũtur, vt ſagitta. Sed tamen adhuc oſtendit conſequentiam non valere, etiam in artibus, quarum opera ſunt a propoſito. Nam artifex conſtruendarum nauium, non deliberat an nauis debeat fieri ex ligno vel ex plumbo: nec deliberat an prius ſit lignum cędendum ex arbore, quam dolabra dedoletur. Quoniam hęc ex habitu ſunt manifeſta. Nec certe domificator deliberat an prius faciat fundamenta, quam erigat parietes: nihilominus agit propter finem. ¶ At quia poſſet quis iſtam analogiam artis ⁊ naturę inficiari, dicens quod ars agit propter finem: quia eſt principium extrinſecum artificio, natura vero eſt intrinſecum enti quod mouetur: reſpondet quod nihil refert principium eſſe intrinſecum, an extrinſecum in hac parte. Et ideo concludit, quod in ea maxime arte apparet operatio naturę propter finem, quando medicus ſibi ipſe medetur: tunc enim medicatio fit propter finem a principio intrinſeco, puta ab arte: quę eſt in illo qui ſanatur. Eodem modo quando quis a natura ſanatur, natura operatur propter finem. Licet ſit differentia quod quando medicus ſanatur, motus eſt a principio quod eſt per accidẽs intrinſecum ei qui ſanatur.

## QVEMADMODVM IN natura ſit neceſſarium.

## CAPVT. IX.

QVOD autem ex neceſsitate eſt vtrum ex conditione ſit, an & ſimpliciter? Nunc enim opinantur quod ex neceſsitate eſt, eſſe in generatione. Quẽadmodum ſi aliquis murum ex neceſsitate exiſtimaret eſſe factum: quoniã grauia quidem deorſum ferri apta natura ſunt, leuia autem supernè. quapropter lapides quidem deorſum ac fundamenta, terra autem, ſurſum propter leuitatem. ſupra autem maximè: ligna læuiſsima enim ſunt. Textus. lxxxvij.

¶ In capitulo nono, quod ſex textus continet, determinat Philoſophus ſecũdam quęſtionem propoſitam in principio ſequentis capitu. nempe illa quę in natura contingãt, qua neceſſitate fiant. Eſt enim quęſtio hęc cum ſuperiori connexa. Cum enim determinatum ſit naturam agere propter finem, videtur ſtatim inde ſequi omnia fieri ex neceſſitate finis: cum antiqui potius dixiſſent fieri ex neceſſitate materię. Et ideo ꝓponit primo quęſtionem, vtrum neceſſitas effectuum naturalium ſit neceſſitas conditionalis an neceſſitas ſimpliciter. Ad cuius intelligentiam notandum eſt ex. 5. metaphyſi. textu. 6. quod neceſſarium tot modis dicitur quot ſunt cauſarum genera. Eſt enim neceſſarium ab intrinſeco, aut ratione materię aut ratione formę. vt neceſſe eſt hominem eſſe mortalẽ quia eſt materialis: ⁊ eſſe riſibilẽ, quia eſt rationalis. Et pręterea eſt neceſſariũ ratione cauſę efficiẽtis: ſicut neceſſe eſt noctẽ diei ſuccedere, propter motũ diurnũ ſolis: noctesq; ⁊ dies inęquales eẽ in diuerſis tẽporibus propter maiorẽ aut minorẽ ac- Neceſſariũ

 ceſſum

cessum solis ad nos. Et istę necessitates dicuntur simpliciter, propterea quia sunt a caussis intrinsecis, aut saltem a priori, ratione causę efficientis. Alia est necessitas ratione finis: ⁊ hęc dicitur conditionalis. vt cibum sumere non est simpliciter homini necessarium: sed conditionaliter propter finem, si vult viuere. Est ergo quęstio: vtrum dispositio ⁊ ordo vniuersi ⁊ dispositio ⁊ ordo membrorum animalis, sit simpliciter ex necessitate materię, an propter finem. Antiqui enim dicebant hoc fieri ex necessitate materię. vt quod terra sit deorsum ⁊ aqua desuper ⁊ adhuc superius aer, non est propter finem aliquem: sed solum quia materia est grauior ⁊ aqua leuior. Ponebant exemplum in artificialibus. vt ꝙ in constructione domus fundamentum substernatur ex lapidibus, ⁊ parietes cōstruantur ex terra (aut ex terra cocta, quales sunt lateres: aut ex terra cruda constipata) ⁊ ꝙ tectum superponatur ex lignis, hoc non prouenit, nisi quia lapides sunt grauiores quam terra, ⁊ terra quam ligna.

Textus. lxxxviij

Attamen non sine his quidem factus est: non tamen propter hæc, nisi vt propter materiam, sed causa abscondendi quædam & saluandi. Similiter vero & in alijs omnibus, in quibuscunque ipsum propter aliquid est: non sunt quidem sine ijs, quæ necessariam habent naturam, non tamen sunt propter hæc, nisi vt materia sunt. sed propter aliquid. vt propter quid: serra est talis vt hoc, & huius gratia fit. Hoc tamē cuius gratia, non potest fieri, si non ferrea sit. necesse est igitur ferream esse: si serra erit & opus ipsius, ex suppositione igitur necessarium est. Sed non vt finis. Nam in materia necessarium est. Id autem cuius gratia fit: in ratione.

¶ In text. 88. constituit hanc conclusionem aduersus antiquos. Tam in naturalibus quam in artificialibus materia est necessaria: ratio tamen necessitatis non est a materia, sed a fine. Et hoc est ꝙ ait (non quidem factus est) scilicet murus (sine his) id est, sine lapidibus ⁊ lateribus. Non tamen murus factus est propter hęc, nisi quasi propter materiam, id est, vt ly, propter dicat circunstantiam causę materialis: sed factus est causa abscondendi supellectilem ⁊ bona omnia mobilia, ⁊ saluandi homines a tempestatibus. Atqui id confirmat exemplum materialium quo illi vtebantur, vt materia quidem necessaria serrę est ferrum tamen serra nō fit propter ferrum: nisi ly propter, tantum valeat quantum ly ex, sed fit serra secandi gratia. At quia secare non potest apte, nisi sit ex ferro dentato, fit vt ratio necessitatis materię ⁊ serrę sit ex fine. Unde quando quęritur quomodo sit necessarium in naturalibus: respondetur ꝙ est quidem necessitas materię, sed tamen ratio necessitatis sumitur ex fine. Et sic res sunt necessarię ex suppositione, idest, ex fine: qui est prima omnium causa. Et quia in naturalibus finis ⁊ forma sunt idem, idem est dicere, ꝙ necessitas materię sumitur a fine, ⁊ ꝙ sumitur a forma, vt quęstione sexta per amplius explicatur.

Textus. lxxxix.

Est autem necessarium: & in disciplinis & in ijs quæ secundum naturam fiunt, quodammodo similiter. Cum enim rectum hoc sit: necesse est triangulum duobus rectis æquales habere. sed non si hoc est illud est. sed si hoc non est, neque illud rectum est. In ijs autem quæ propter aliquid fiunt: è contrario. si finis erit, aut est: & id quod est ante, erit, aut est. Si verò non sicut ibi non sic conclusio, principium non erit, sic & his finis, & id gratia cuius. Principium enim & hoc est, non actionis, sed cogitationis. Ibi autem cogitationis, actiones enim non sunt.

¶ In textu. 89. ⁊ sequenti, explicat huiusmodi necessitatem per similitudinem ad ratiocinationem intellectus. Et est profecto similitudo elegantissima. Posset enim quis hęsitare circa ea quę modo dicta sunt: quod finis non sit prima causarum naturalium vnde sumatur aliorum necessitas: propterea quod causa debeat pręcedere effectum, ⁊ tamē finis est vltimum ad quod terminatur actio. Ait ergo quod finis in operationibus se habet, sicut principia ⁊ pręmissę in ratiocinationibus: quā sententiam sub eisdem terminis profert. 7. ethi. ca. 8. (Finis.) In ratiocinationibus enim (vbi non arguitur ex conuertibilibus) si pręmissę sunt verę conclusio est vera (quia ex vero non sequitur, nisi verum) non tamen si conclusio est vera, pręmissę sunt verę (quia verum sequitur ex falso: vt omne animal est risibile: ergo omnis homo est risibilis.) Si tamen conclusio est falsa, pręmissę debent esse falsę: quia falsum non sequitur ex vero. Exempli gratia. (Si rectum est) id est, si figura rectilinea, puta isosceles est, necesse vt habeat tres angulos ęquales duobus rectis: non tamen si est figura habens tres angulos ęquales duobus rectis, erit isosceles: quia potest esse alia species trianguli, vt ęquilaterus. At si nulla figura habens tres angulos ⁊c. nec erit isosceles. In actionibus autem quę fiunt propter finem cōtingit contrarium, quod si finis est, media ad illum finem sunt: non tamen si media sunt, finis erit. vt si homo perfectus omnibus mēbris gignitur, agens fuit, ⁊ materia hominis fuit. puta semē humanū: nō tñ si semen humanū fuit, homo perfectus gignitur: quia potuit, aut impediri generatio, aut nasci monstrū. Attamen si non fuit semen nec fuit homo genitus. Et proportionabiliter dicēdū est respectu copulę de futuro. Ibi autem principium enim ⁊c. reddit rationē cur in agibilibus finis se habeat, vt principiū in speculabilibus: quia finis (inquit) est principium, non actionis, sed cognitionis. Ratio est acutissima. Principia enim ⁊ pre

⁊ pręmissę ratiocinationis non sunt principia agē di: sed solum principia cognoscendi: quia cognitio pręmissarum est causa cognitionis conclusionis. Eodem modo finis in agibilibus nō est prima causa agendi: sed prima causa cognoscendi, id est, mouens per intentionem causam efficientem: causa vero efficiens est prima causa actionis, id est, vnde incipit motus.

Textus. xc. Quare si erit domus, hæc necesse est fieri, aut existere, aut esse, aut omnino materiam quæ propter aliquid est. vt lateres, & lapides: si domus. non tamen propter hæc, est finis, nisi vt materiam, neque erit propter hæc. omnino tamen si non sint neque domus, neque serra erit. Illa quidem si non sint lapides. Hæc verò, si nō sit ferrū. neque enim ibi principia sunt, si non triangulum duobus rectis. Manifestum est igitur, quod necessarium est in physicis, quod vt materia dicitur, & motiones eius.

¶In textu. 90. rem explicat per similitudinem artificiorum. In constructione enim domus, domus ipsa est finis: ⁊ ideo si domus futura est, necesse est vt lateres ⁊ lapides sint: non tamen si lateres ⁊ lapides sint parati, statim domꝰ est. Et ideo domus non fit propter hęc tanquam propter finē. Quod est dicere non fit domus ex lapidibus ⁊ lateribus tanquam medium necessarium ad conseruandam naturam lapidum ⁊ laterum: sed fit propter habitationem. Nihilominus si non sunt lapides ⁊ lateres non erit domus: quia illa sunt materia necessaria domus. Sicuti si non sit ferrum, non erit serra. Quemadmodum in syllogismo, si non est conclusio, scilicet, triangulum habere tres. ⁊c. non erit principium puta isosceles. Attamen serra non fit propter ferrum tanquam medium propter finem: quia serra non est necessaria ad conseruandum ferrum: sed fit propter sectionem. Ad quam tamen necessarium est vt serra fiat ex ferro. Concludit ergo quod in physicis, necessarium, dicit materiam: nam necessarium dicitur medium quod ordinatur ad finem: ⁊ dispositiones etiam materię dicuntur necessarię eadem ratione: ratio vero harum necessitatum sumitur a fine.

Textus. xcj. Et vtręque quidem physico dicendæ sunt causæ. magis autē: ea cuius gratia. causa enim hæc materiæ est. sed nō hæc ipsius finis ¶Et finis is cuius gratia, & qui principium est: à diffinitione & ratione petitur, sicuti in ijs quæ secundum artem. quoniam si domus est tale hæc oportet fieri & esse ex necessitate & quoniam sanitas, hoc est: hæc oportet fieri ex necessitate & esse. Sic, & si homo est hoc: hæc. si vero hæc: hæc.

¶In textu. 91. subiungit conclusionem quod tam materia quam finis est causa per se pertinēs ad cōsiderationem physicam: magis tamen finis quam materia siquidem ratio ⁊ cōditio materię sumitur a fine. Quod enim materia oculi debet esse aquea ⁊ mollis: ⁊ materia auris debet esse aerea, sumitur a fine: puta quia ita sunt aptę ad videndum vel audiendum. Subnectit autem alteram comparationem finis in operabilibus, ad principium in demōstrabilibus: qua amplius innotescat ratio finis. Ait enim ꝙ sicut in demonstrabilibus principium demonstrationis est diffinitio, ita in operabilibus finis, vnde sumenda est tota ratio mediorum, est quiditas ipsius rei: nam vt supra diximus, finis ⁊ forma in idem concidunt. Exempli gratia: quia domus est artificium quo a tempestatibus protegamur: necesse ē vt fiat ex lapidibꝰ, lateribꝰ ⁊ lignis. Et si sanitas est debita humorū proportio: necesse est quod talibus medijs ad eam perueniatur. Eodem modo: quia homo est animal rationale: necesse est vt fiat ex carne ⁊ ossibus ⁊ membris talibus ⁊ sensibus.

Fortasis autem: & in ratione est necessarium. Determināti enim opus serræ: quòd diuisio huiusmodi est. Hæc autem non erit: nisi habeat dētes tales. Hi verò non: nisi ferrea sit. Sunt enim & in definitione quædam partes: vt materia diffinitionis. Textus xcij.

¶In textu. 92. ⁊ postremo totius libri respondet dubitationi, quę ex verbis proximis posset oriri. Videtur enim quod si diffinitio rerum naturalium est finis, nunquam posset dari diffinitio per materiam. Respondet inquam nihil prohibere quo minus necessarium, id est, materia, ponatur aliquando in ratione, id est, in diffinitione. Nomine enim, necessarij, semper intelligit hic Aristo. materiam. Potest enim diffiniri serra diffinitione quę sumitur ex fine: ⁊ hęc est potissima. vt si dicamus, serra est instrumentum aptum secandis lignis. Et potest diffiniri per formam. vt si dicamus, serra est instrumentum dentatum. Et per materiam, vt si dicamus, serra est instrumentum ferreum aptum secandis lignis. Diffinitio enim materialis instrumenti: non est completa, nisi adiungatur finis: nā ex fine sumitur ratio ⁊ formę, ⁊ materię. Etenim quia est instrumentum secandi, debet habere dentes duros: ⁊ quia debet habere dentes duros, debet esse ferrea. At enim. 1. poster. super textu. 22. adnotauimus, per omnes causas potest res diffiniri. Materialiter namque ira est ascensus sanguinis ad cor: sed ratione finis diffinitur ꝙ sit appetitus vindictę: ⁊ vtramqꝫ causam comprehendendo, dicitur ira, ascensus sanguinis ad cor, propter appetitum vindictę.

¶Sequitur quęstio sexta. Utrum natura. ⁊c.

Finis secundi libri.

# ❧ Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super tertium Physicorum Aristotelis Commentaria.

## QVO EA QVAE DIcenda sunt, proponuntur,

## CAPVT. I.

Textus. j. QVoniam autem natura quidem est principium motus, & mutationis, sciẽtia autem nobis de natura est, non late re nos oportet quid sit motus. Necessarium enim est, ignorato ipso, ignorari & naturam. Cum autem determinauerimus de motu, tentandum erit eodem aggredi modo de his quæ consequenter sunt. Videtur autem motus, continuorum esse. Infinitum autem apparet primum in continuo. Quapropter & diffinientibus continuum accidit vti sæpenumero ratione infiniti, cum infinitum diuisibile, continuum sit.

¶ Subiectũ libri huius vt ex superioribus constat est ens naturale, seu mobile. De cuius tribus principijs in primo, de quatuor vero caussis, in secundo dictum est. Subsequitur ergo in hoc tertio de ente ipso mobili dicere: atque adeo potissimũ de eius propria passione, quę est motus. Partiuntur autẽ hunc librum traductores in octo cap. Cõmenta. vero in textus. 75. ¶ In capite hoc primo, ꝙ quinque textus complectitur, proponit Ph. ea quę in reliquis sex libris dicturus est: & deinde statuit tres diuisiones ad diffinitionem motus pręambulas. Continuat primo librum hunc cum superiori, dicens, ꝙ cum intentio huius libri sit dicere de ente naturali, quod est habens naturam: natura autem (vt lib. 1. dictum est) sit principium motus, dicere oportet quid sit motus. Nam diffinitionis notitia pendet ex partium cognitione. Atqui cum motus sit de genere continuorum. i. pertinens ad quantitatem continuam (nam nihil physice est mobile, nisi corpus continuum vt lib. 5. erit videre) in ratione autem & diffinitione continui ponitur infinitum, necesse subinde est, & de infinito sermonẽ facere. Ait vero ꝙ sępenumero in diffinitione continui ponitur infinitum: quia cum cõtinuũ debeat diffiniri per partes ex quibus constat, partes vero ad totum duplicem habeant habitudinẽ (quippe cum & partes totum componunt, & totum in partes resoluitur) fit vt duplex sit diffinitio continui: prima quę posita est in prędicamento quantitatis. s. continuum est cuius partes copulantur ad aliquem terminum communem: altera vero, continuum est diuisibile infinitum. Et quia non in prima, sed solum in secunda ponitur infinitum, idcirco dixit sępenumero.

Diuisio libri.

Ad hæc autem: sine loco, & vacuo, & tempore, impossibile est motum esse. Manifestum igitur est: quòd & propter hæc, & propterea quòd cunctis sunt communia, & vniuersalia hæc: omnibus considerandum erit cum proposuerimus, de vno quoque istorũ. Posterior enim est, de proprijs speculatio: ea quę de communibus est. Primum autem, sicuti diximus: de motu. Textus. ij.

¶ Rursus in tex. 2. subdit ꝙ cum motus fieri nequeat sine loco & vacuo & tempore, operęprętium etiam est de his dicere: locus namque, quia est permanens, est mensura mobilis [cum omne mobile sit quantum permanens] tempus autem quod est mensura successiua, est mensura motus: qui est quã titas successiua. De vacuo autem necessaria est disputatio: non quia in rei veritate sit vacuũ sed quia fuerunt veteres quidam opinantes motum fieri non posse, nisi admisso vacuo. ¶ De duobus prioribus. s. motu & infinito, quod intrinsece se habet ad motum, agitur in hoc. 3. lib. in tribus inquã prioribus capitulis de motu, & in quinque postremis de infinito. De reliquis vero tribus quę extrinsece se habent ad motum disputat in quarto. At vero eo aliorũ librorum quatuor, prętermisit hic materiã proponere, ꝙ omnes sunt de motu, mobili, & motore. Subiungitur igitur tandem ꝙ primum omniũ dicendum est de motu.

Est igitur eorum quæ sunt: aliud quidẽ actu solum, aliud vero potentia. ¶ Et eorum quæ sunt actu: hoc quidem hoc aliquid, illud vero tantum, aliud autem tale. & in alijs entis prędicamentis similiter. ¶ Eorum autem quæ sunt ad aliquid aliud quidem secundum superabundãtiam, & defectum dicitur, aliud autem secundum actiuum & passiuum, atque omnino motiuum & mobile. Motiuũ enim motiuum mobilis est. & mobile à motiuo est mobile. Textus. iij.

¶ In

Tres diuisiones.

¶In text.3.premittit tres diuisiones necessarias ante diffinitionem motus. Prima eorum que sunt .i. entium aliud est in actu, et aliud in potētia. Hec diuisio non diuidit ens in diuersa predicamēta sed est diuisio cuiuscunque predicamenti. Substantiarum.n. alia est substantia in actu: et alia in potentia. Primo loquendo de substantia totali, antichristus est homo in potentia: et quādo erit, erit homo in actu: et semen est animal in potentia. aut planta in potentia: postquam vero fuerit nata, sunt animal aut planta in actu. Si tamen loquamur de partibus, materia est pura potentia: et forma purus actus. Unde intelligentie sunt puri actus: substantie vero inferiores constāt ex actu et potētia. ¶Secunda diuisio est entis in decem predicamenta. s. entium aliud est hoc aliquid, puta substātia, aliud vero quantitas, aut qualitas. etc. Mos. n. Aristotelicus est loqui de predicamentis in cōcreto. ¶Tertia diuisio est bimembris. Eorum que sunt ad aliquid alia quidem secundum superabundantiam et defectum. i. alia est relatio fundata super quantitatem (et aliud secundum actiuum et passiuum). i. alia fundatur super actionem et passionem. Diuisio hec. 5. meta. tex. 20. latius explicatur: sed quātum ad rem pertinet notandum est, quod cum relatio sit res minime entitatis [quia non habet absolutum esse, sed suum esse est ad aliud] non potest substantie competere, nisi mediante aliquo accidente absoluto: quod est proximum eius fundamentum, vt in predicamento relationis dictum est: omnis autem relatio fundatur aut super quantitatem: potissimum super ratione vnitatis aut numeri que est mensura rerum: aut super actionem et passionē que est fluxus ab alia re, aut ad aliam vt duplum, triplum, equale etc. fundatur in numero: nam duplum est quod bis continet aliud etc, et simile non proxime fundatur in qualitate, sed in vnitate qualitatis: puta quod sit eadem species aut idem gradus qualitatis. Item relatio qua aliquid dicitur calefaciens aut calefactum, fundatur in actione et passione: relatio vero paternitatis, aut filiationis, super hoc quod est generasse aut genitū esse. Quid vero diuisiones iste conferant ad notitiam motus subiungit in textu sequenti.

Textus. iiij. Secūdæ quęstionis sedes

Non est autem motus, præter res. Mutatur.n. semper id quod mutat̄ aut secundum substantiam, aut secundum quantitatem, aut secundum qualitatē, aut secundum locum. Commune verò in his, nihil est accipere, sicuti diximus: quod neque hoc, neque quantum neque quale, neque aliorum prædicamentorum vllum sit. Quare neque motus, neque mutatio, vllius erit præter ea quę dicta sunt, cū nihil sit præter ea quę dicta sunt.

¶Proponit aūt primum quod motus non est preter res. Quod est dicere. Motus consideratus ratione termini seu forme que acquiritur non pertinet ad aliud distinctum predicamentum, quam ad predicamentum sui termini. Id.n. quod non habet perfectam entitatem non ponitur directe in predicamento: sed reducitur ad genus sue perfectionis: sicuti materia et manus reducitur ad predicamentum substātie: et cum motus dicat quid imperfectum (est enim sicut via et acquisitio rei) fit vt motus. v.g. augmentationis reducatur ad predicamētum quantitatis: et motus alterationis, ad predicamentum qualitatis: et generatio, ad predicamentū substantie. Tametsi generatio vt videbimus in. 5. huius non est motus sed mutatio: nihilominus vsque ad illum locum semper motus accipitur communiter, vt includat generationem. Unde rursus infert, quod quemadmodum nihil est vniuocum substantie, quantitati, et qualitati: sed ens analogice dicitur de illis, ita nihil est commune vniuocū omnibus motibus: sed analogice motus dicitur de suis speciebus: si modo motus consideretur inquātum est quedam forma imperfecta. Nā vt dicit respectum ab alio vel in alio pertinet ad predicamētum actionis: vel passionis: vt. q. 1. peramplius explicatur. Sequitur ergo quod motus eodem modo diuiditur vt ens: et ad eadem prorsus predicamenta reducitur tanquam quid imperfectum et medium inter actum et potentiā. Et hac de causa premiserat duas priores diuisiones. Tertiam vero adhibuit ne quis falleretur credens quod motus pertinet ad predicamentum relationis: motus. n. nō est relatio: sed est actio vel passio: que est fundamentum relationis. Et preterea quia inde dependet intelligentia motus, vt statim apparebit.

Textus. v.

Vnumquodque autem: dupliciter inest omnibus, vt hoc. aliud enim est forma ipsius: aliud verò, priuatio. Et secundum qualitatem. Hoc enim est album: illud autem, nigrum. Et secundum quātitatem. Aliud enim perfectū est: aliud verò, imperfectum. Similiter autem & secundum loci mutationem. Hoc enim sursum, illud verò deorsum: aut aliud quidem leue, aliud verò graue. Quare motus & mutationis species: tot sunt, quod entis.

¶In textu. 5. soluit dubitationem que posset hinc oriri. Sunt enim motus contrarij: quorum alter tēdit ad perfectionem, sicut generatio: alter vero ad imperfectionem, sicut corruptio. videtur ergo quod isti motus non pertineant ad idem predicamentū. Respondet quod omne genus predicamētale tam generalissimū quam subalternum diuiditur per differētias que opponuntur sicut habitus et priuatio que est inter oppositiones prima: vt habetur. 10. meta. tex. 15. sicuti, animal, diuiditur per rationale et irrationale: et quale, per album et nigrum. Atqui et nigrum est priuatio albedinis: propterea quod lux est quodammodo forma extrinseca coloris, et nigredo est minus capax lucis, quam albedo: et in quantitate est magnū et paruū: paruū est quodāmodo priuatio magni: et in loco est sursum et deorsum: et sursum est dignior differentia quam deorsum. In summa differentie diuidentes genus non possunt esse eque perfecte: et ideo perfectior se habet vt habitus: et imperfectior, vt eius priuatio. Quapropter motus contrarij, sicuti et termini ipsi motus, ad idem genus pertinent. ¶Sequitur continuo caput secundum.

Quia

## QVID NAM SIT motus.

## CAPVT. II.

Textus. vj. Questionis priæ locus.

DIVISIO autem secundum vnumquodque genus hoc quidem esse actu, aliud autem potentia eius quod potentia existit actus, quatenus huiusmodi, motus est vt alterabilis quidem quatenus alterabile est alteratio. Augmētabilis autem, & oppositi decrescibilis (nullum enim est cōmune nomen in vtrisque) augmentum & decremētū. Generabilis autem & corruptibilis, generatio & corruptio. Loco mutabilis vero: loci mutatio.

Diffinitio motus.

¶ His prǽiactis, in cap. secundo per textus duodecim distributo, descendit ad diffinitionem motus: dicens, ꝙ motus est actus entis in potentia secundum quod est in potentia. Ad cuius expositionem considerandum est ꝙ aliquid est in potentia tantum. vt aqua frigida: quę est in potentia calida: aliud in actu tantum. vt si aqua haberet summum calorem in esse quieto (quod non posset esse nisi facta ignis) aliud est partim in potentia partim in actu. vt cum aqua actu calefit. Unde cum aqua est in pura potentia ad calorem non mouetur: quia nihil habet de actu illius caloris: nec quando esset summe calida moueretur ad calorem quia cum sit in summo actu, nihil tunc habet de potentia: sed tunc mouetur quando medio se habet modo. s. quando habet partem actus, ⁊ adhuc est in potentia ad reliquam partem. Itaque motus dicit ordinem. Dicit enim actum respectu pręteritę potentię, ⁊ impotentiam respectu futuri actus. Neque id sufficit: sed requiritur ꝙ talis ordo sit cōtinuus ⁊ non interpoletur. Cum enim aqua calefit: si acquisito vno gradu caloris, cessaret actio, iam non esset motus: motus enim est de genere continuorum: vt supradictum est. Optime ergo exprimitur natura motus cum dicitur ꝙ motus est actus (ad differentiam illius quod est in mera potentia) entis in potentia (ad differentiam illius, qđ iam est in vltimo actu) secundum quod in potentia [. i. ea ratione qua tale ens est in potentia] nam cum aqua calefit non mouetur inquantum est actu aqua sed inquantum potentia calida: ⁊ ideo forma aquę nō est motus: sed actus ille quo calefit. Hinc sequitur ꝙ motus est dispositio mobilis. s. actus imperfect⁹ rei quę mouetur. Unde actus [qui grece dicitur entelechia] quando est in facto esse dicitur forma: quando vero in fieri est motus. Subdit exempla. vt alteratio (inquit) est actus alterabilis, inquantum est alterabile: augmentatio est actus augmentabilis inquantum est augmentabile: diminutio, est actus minuibilis inquantum minuibile. Posuit seorsum vtrumque motum augmenti ⁊ decrementi: quia non est vnum nomen commune illis, sicut in alteratione. Enimuero tam motus a calido in frigidum, quam contrarius, vterq; dicitur alteratio: motus vero ad magnitudinem ⁊ ad paruitatem, non habet idem nomen. Ponit etiam exemplum de generatione: quanuis non sit proprie motus. s. ꝙ generatio est actus generabilis inquantum generabile. Hinc apparet cur pręmisit tertiam diuisionem: nēmpe quia motus diffinitur per respectum ad mobile. Ut. n. forma est id quo aliquid est actu, ita motus est actus quo mobile mouetur.

Quod autem hoc sit motus: hinc manifestum. Cùm enim ædificabile, quatenus tale ipsum dicimus esse, actu fuerit: ędificatur. & hoc est ædificatio. Similiter autem & medicatio, & volutatio, & saltatio, & adolescētia & senescentia. Textus. vij.

¶ Subsequenter in tex. 7. ⁊ quatuor sequentibus explitat tres particulas diffinitionis, ⁊ postea probat diffinitionem per comparationem ad aliorum insufficientes diffinitiones. Primo ostendit quod motus est actus. Ad cuius euidentiam notandum est, quod id quod est in pura potentia [si factibile est per motum] est in potentia ad duo. s. ⁊ ad fieri, ⁊ ad factum esse: quorum primus est actus imperfectus: secundus vero perfectus. Ut domus antequam incipiat ędificari est in potentia ad ędificari, ⁊ ad ędificatum esse. Dit ergo ꝙ quando ędificabile inquantum ędificabile actu fuerit tunc ędificatur: nam antequam ędificetur non est in actu: sed in mera potentia: ergo ędificatio dicit aliqualem actum: ⁊ similiter, medicatio dicit ꝙ medicabile sit sub tali ratione, i. ꝙ medicetur. Et adolescētia est quādo quis est in actu imperfecto augmenti: puta quando nondum acquisiuit ętatem perfectam: ⁊ senescentia quādo declinat in senium. Motus ergo actus est.

Quoniam autem quædam eadem & potentia, & actu sunt, at non simul, aut non secundum idem, sed vt calidum quidem potentia, frigidum autem actu: multa iam agent & patientur à se inuicem. Omne enim erit simul actiuum & passiuum. Quare & mouens physice mobile est. Omne enim huiusmodi mouet cum & ipsum mouetur. Videtur igitur quibusdam omne quod mouet, moueri. sed de his quidē ex alijs erit manifestum, quomodo se habent. est enim quoddam mouens: & immobile. Textus. viij.

¶ In tex. 8. probat secūdam particulam. i. entis in potentia, dicens, ꝙ nihil est in actu ⁊ potentia eadem ratione licet diuersis nihil prohibeat. Cum enim aqua est summe frigida, est quidem in actu respectu frigiditatis: sed est in potentia respectu caloris. Et ideo stat ꝙ aliquid simul agat inquantum est in actu: ⁊ patiatur inquantum est in potē

tia

tia. vt cum ferrum calidum immittitur in aquam frigidam ferrum inquantum actu calidum calefacit aquam: ⁊ inquantum potentia frigidum, vicissim frigesit ab aqua. Unde actio prouenit a forma qua agens est in actu: pati vero prouenit a materia, qua est in potentia ad recipiendum aliam formam. Quare omne, inquit, mouens physicum dũ mouet mouetur: mouens enim physicum est quod in se habet principium intrinsecum, aut actiuum, aut passiuũ. vt in. 2. libro. q. 1. dictum est. Atqui vbi est principium actiuum intrinsecum, vt in animali, manifestum est quõ calor naturalis nutriẽdo debilitatur: ⁊ vbi principium actiuum est extrinsecum, alterutrum agũt ⁊ patiuntur. vt dictum est de ferro calido ⁊ aqua frigida. Subdit autẽ ꝙ propterea quibusdam visum est, vniuersaliter omne quod mouet simul moueri. Hoc tñ (inquit) alibi determinandum est: nempe. 8. huius ⁊. 12. meta. vbi determinatur intelligentias mouere: neutiquam tamen moueri motu physico.

Textus ix. Eius autem quod potẽtia existit actus: cum actu existens agit, aut idem aut aliud quatenus mobile, motus est: dico autem quatenus sic, est enim æs, potentia statua: attamen æris actus quatenus æs, motus non est. Non enim idem est æri esse: & potentia quadã mobili: quoniã si idem esset simpliciter, & secundũ rationem: esset vtique æris quatenus ęs actus, motus. nõ est autem idẽ quemadmodum dictum est.

¶ Facta ergo suppõne ꝙ stat simul aliquando esse in actu ⁊ potentia, concludit in tex. 9. ꝙ motus est actus entis non in quantum est in actu, sed inquã tum est in potentia. vt calefactio aquę est actus aquę non in quantum est aqua [nam talis actus est forma aquę] sed quatenus est in potentia calida. Et ideo qñ fuerit perfectissime calista, quia nõ erit amplius in tali potentia, non mouebitur. ¶ Explicat id amplius exẽplo (dico autem quatenus. ⁊c.) nam ęs (inquit) simul est in actu ⁊ in potentia. Est enĩ actu ęs per formam substantialem, ⁊ est in potentia statua antequã ex illo fiat statua. Unde quãdo actu fit ex illo statua, illa acquisitio formę est motus: quia est actus ęris, non inquantum est actu ens, sed inquantũ est in potentia statua: obidꝙ facta statua, quia tunc iam nõ est ens in tali potentia, forma statuę non erit motus.

Textus x. Manifestum est autem & in contrarijs. posse enim valere ac posse ægrotare: alterum est nanque ægrotare: quidẽ & valere idem esset. subm̃ autem & id quod valet atque ęgrotat, siue humiditas siue sanguis: vnum & idem est. Quoniam autem non est idem (quemadmodum neque color idem & visibile) possibilis quatenus possibile actus manifestumque motus est.

¶ In tex. 10. rem adhuc perspicacius aperit vbi in vno subõ sunt potentia duo contraria. Unũ enĩ ⁊ idẽ subiectũ, vt sanguis, vel humor, vel hõ ipse, est in potẽtia ad duas contrarias formas: puta ad sanitatẽ ⁊ ęgritudinẽ. Unde quanꝙ idem sit subm̃, potentia tamen sunt saltem ratione diuersę: nã potentię distinguuntur per obiecta, ⁊ sanitas ⁊ ęgritudo sunt res diuersę: sicuti etiã color ⁊ visibile sunt ratione diuersa: quia se habent, sicut subm̃ ⁊ passio. Si ergo idem subm̃ est duę potentię rõne distinctę, sequitur ꝙ ⁊ subm̃ ipsum, inquantum ens actu, ratione differt a se ipso inquantum est in potentia. Atq; adeo necessariũ fuit reduplicatiue dicere ꝙ motus est actus entis in potentia in quantum est in potentia: nam alias sequeretur ꝙ forma substantialis ęris esset motus, qm̃ est actus entis existentis in potentia ad statuam. Excluditur tñ a rõne motus: qr non est actus eius inquãtum est in potentia: sed inquantum est in actu perfecto.

Quod igitur est hic, & quod accidit tũc Textus xj. moueri cum actus iste est, & neq; prius neque posterius: clarum est. Contingit enim vnumquodque quandoquidem operari, quandoque autem non. vt ædificabile quatenus ædificabile: & ædificabilis actus quatenus est ædificabile ædificatio est: aut enim ædificatio, aut domus, actus est ædificabilis: sed cum domus est: non amplius ædificabile est. ædificatur autem ædificabile. necesse est ergo: ædificationem actum esse, ædificatio autẽ motus quidã est. At vero: eadẽ cõuenietratio & in alijs motibus.

¶ In tex. 11. cõcludit ex dictis diffinitionẽ illã mot⁹ significãter exprimere naturã mot⁹: qua tex. 6. dictũ est, ꝙ motus est actus augmẽtabilis inquantũ augmẽtabile: alterabilis, inquantũ alterabile. ⁊c. Et intẽdit docere ꝙ actus ędificabilis inquantũ ędificabile, nõ est, nisi cũ ędificabile incipit ędificari: ⁊ durat ꝙdiu ędificatur. Itaq; talis actus, nec est priusꝙ ędificabile incipiat actu ędificari, nec postea ꝙ est perfecte ędificatum. Et ille actus est motus. Operari in textu accipitur passiue. Exẽpli gratia. Domus antequã incipiat ędificari, est quidẽ ędificabilis: attamẽ, quia nihil habet de actu, nõ mouetur: sed quã primũ incipit ędificari, quia habet aliquid de actu, ille act⁹ quo ędificatur est mot⁹: qui est actus ędificabilis inquãtũ ędificabile, idcirco ꝙ adhuc semper est in potẽtia ędificari. At vero cũ forma dom⁹ ꝑfecta est inducta, illa quidẽ est actus: sed nõ erit motus: qr dom⁹ ędificata desinit iã esse ędificabilis: ⁊ ꝑ ꝯñs illa forma nõ est actus ędificabilis: sed ędificati. Argutissime ergo cõcludit ꝙ entelechia. i. actus, est genus ad formã in actu perfecto ⁊ ad formã in fieri, ⁊ quando est forma rei factę dicitur entelechia, sed nõ motus at quãdiu est rei factibilis, ille actus est motus.

Quod autem benedictũ sit manife Textus xij. stum & ex ijs quæ alij de ipso dicunt & ex eo quod non facile est definire, aliter ipsum, neque enim motum atq; muta

mutationē ponere in alio genere poterit vtique aliquis: neque qui aliter dixerunt de ipso, rectè faciunt. Manifestum autem est considerantibus: quod ponūt nonnulli ipsum, alteritatem, inæqualitatemque, & quod non est dicentes esse motum. quorum nullum necessariū est moueri: siue altera sint, siue inęqualia, siue non existentia.

¶In tex. 12. postquam probauerat ex proprijs diffinitionem motus comprobat eam comparando suā diffinitionē ad diffinitionē aliorū, dicens, ꝙ hāc esse bonam diffinitionem inde cōstat, ꝙ nō potest aliter bene diffiniri. Id quod manifestum est ex his quę alij dicunt. Ubi notandum est ꝙ Pythagorici. vt Themis. ⁊ Philop. referunt dicebant motū esse alteritatem quandam ⁊ inęqualitatem, ⁊ non ens. Alteritatem inquam. i. variationē formę aut substantialis (vt in generatione) aut accidentalis vt in alteratione. Inęqualitatem aūt vt in augmētatione. Quoniam omne quod mouetur est dissimile illi a quo mouetur: ⁊ quam primum est simile, desinit moueri. Non ens denique: quia quod mouet nōdum est in actu sub illa forma ad quā mouetur. Reprobatio huius opinionis consistit in duabus rationibus. Prima non omnis alteritas ⁊ ęqualitas ⁊ non ens habet rationem motus, nisi addatur ꝙ sit alteritas ⁊ inęqualitas entis in potentia ergo. Probat añs, hoc syllogismo. Omne illud in quo est motus, mouetur, sed non omne quod est alterum, aut inęquale, aut non ens mouetur: ergo id non sufficit ad rationem motus. minor patet: qꝛ quando alteritas ⁊ inęqualitas est in facto esse, res non mouetur: aqua. n. est altera ab igne in substantia ⁊ qualitate: ⁊ formica est inęqualis elephāti: ⁊ vnus homo inequalis alteri: ⁊ tamen non mouetur. Item antichristus est mō non ens: ⁊ nō mouetur. Requiritur ergo ad rōnem motus ꝙ sit medium inter actum ⁊ potentiam modo supra dicto.

Pythagorici.

Textus. viij. ¶Sed neque mutatio: aut ad hæc, aut ex his magis est, quàm ex oppositis. Causa autem cur in his ponant illi: est quoniam indeterminatum quiddam videtur esse motus. Alterius tamen coordinationis principia: ex eo, quia sunt priuatiua, indeterminata sunt neque enim hoc, neque tale, vllum ipsorum est quoniam neque aliorum quicquam prædicamentorum.

¶Secunda ratio est in tex. 13. Motus indifferēter est vel ab inęqualitate ad ęqualitatē (vt quādo vnꝰ augetur ad quantitatem alterius) vel ab ęqualitate ad inęqualitatem (vt quando decrescit) ⁊ ab alteritate ad similitudinem (vt qñ quid per motum fit simile alteri) vel a similitudine ad alteritatem (vt quando fit dissimile) ⁊ a non ente ad ens (vt qñ fit generatio) vel ab ente ad non ens (vt qñ fit corruptio,) ergo motus non magis est alteritas quam similitudo: neqꝫ inęqualitas quā ęqualitas: neqꝫ nō ens ꝗ ens. Uis rōnis huius consistit in hoc, ꝙ illi appellabāt motū id quod, est principiū, aut terminus motꝰ. Unde manifeste sequit̄ ꝙ cū terminus ⁊ principium motus sint diuersa, nulla est rō cur potius principiū quā t̄mus dicatur motus. ¶Subdit sequenter Aris. rōnem cur illi ita loquebantur de motu: qꝛ Pythagorici omnia entia diuidebāt per habitū ⁊ priuationē: q̄, vt paulo ante dicebamus, est prima oppō diuidēs oē genus: obidꝫ faciebant duas coordinationes in quarū altera ponebant decē positiua. s. finitū, impar, vnū, dextrū masculum quiescēs, rectum lumē, bonū, triangulū, ęquilaterū. In altera vero alia. 10. opposita priuatiua quę sunt infinitū, par, multitudo, sinistrū fęmina, motū obliquū tenebra: malū, altera parte lōgius. Finitū. n. dicit determinatā specie, infinitum vero indeterminatā. Themist. ⁊ Philop. collocāt par, inter positiua: ⁊ impar, inter priuatiua. Sed chalcographorū existimo mēdū esse: nā, vt infra tex. 26. liquido cōstat, par dicebant habere rationē infiniti: impar vero rōnem finiti. Et ideo, impar, licet nomen videatur priuatiuū, ponitur tñ in ea serie vbi ponitur, finitū, ⁊ par: vbi ponitur infinitū. Et eadem rōne, quiescens, appellabant ens ⁊ simile ⁊ ęquale, motum vero appellabant alterū ⁊ inęquale ⁊ non ens. Et hoc est ꝙ ait Aristo. ꝙ secundū Pythagoricos, motus (sicut nec cętera priuatiua) non determinatur per certam formam aut substantiale, aut qualitatis, aut alicuius aliorū prędicamentorum.

Prędicamēta Py[illegible]thagor[illegible]

Cur autem videatur indeterminatus esse motus: causa est, quod neque in potentia eorum quæ sunt, neque in actu: licet ponere ipsum simpliciter. neque enim id quod potest esse quantum mouetur ex necessitate, neque id quod actu quantum est. Textus xiiij.

¶Subsequenter in tex. 14. dicit ꝙ rō ob quā videbatur illis motū esse quid indeterminatū, est qꝛ motus nec simpliciter est potentia, nec simpliciter actus. Enimuero ęs qñ est in pura potentia ad statuam, non mouetur ad illam: neque mouetur ad illam quando est sub perfecta forma illius, nec paruum quando est pura potētia vt sit maius, nec rursus quando est sub perfecta quantitate, quam potest habere, mouetur.

Et motus, actus quidem aliquis esse videtur imperfectus tamen: causa autē est quoniam imperfectū est, ipsum, possibile cuius est actus, motus. Et ob hoc ergo difficile est accipere, quid ipsum sit. Aut enim in priuatione necesse est ponere, aut in potētia, aut in actu simplici. horum autē nullum videtur esse posse. Relinquitur igitur dictus modus: actum quidem quendam esse, talem tamen actum qualem diximus difficilem quidem cognitu, sed qui esse possit. Textus xv.

¶Hinc ergo concludit in tex. 15. ꝙ motus necesse est vt sit actus quidā imperfectus tñ, ⁊ medius inter actū ⁊ potētiam, propterea ꝙ motus est actus

entis

entis possibilis .i. existētis in potētia ⁊ nōdū perfecti actu completo. Et ꝓpterea (inquit) difficile est assignare quid est motu᷑: aut enim motus est pura ⁊ mera potentia, aut simpliciter actus: nullum autem istorum: q꞉ tenebrę ⁊ cęcitas sunt priuationes: ⁊ tñ non sunt motus: ⁊ aurū in visceribus terrę est in potentia statua: ⁊ tamē nō mouetur ad illā ⁊ forma statuę est simpliciter actus: ⁊ tamen non est motus. Restat ergo motū esse (quemadmodum diffinitum est) actum entis in potentia secundum ꝙ in potentia

Textus. xvj. Mouetur autem & mouens (sicut dictum est) omne: cùm sit potentia mobile, & cuius immobilitas quies est, cui enim motus inest: huic immobilitas quies est. Nam ad hoc agere, quatenus huiusmodi: idipsum mouere est: hoc autē faciūt, tactu, quare simul et patitur

¶ In text. 16. ⁊ sequenti soluit dubitationē quandā quę ex diffinitione restat. Dubitatio vero est hęc. Dictū est ꝙ motus est actus entis in potētia: potētia autē est duplex .s. actiua mouentis ⁊ passiua mobilis, rursus dictum est supra ꝙ omne mouens physicum simul mouetur. Dubiū ergo est vtrū motus sit actus mouētis inquātū est potētia mouēs an vero actus mobilis inq̄tū est potentia mobile. Ad aperiendum autē punctū quęstionis probat ꝙ omne mouens physicū .i. qđ habet in se principiū sui motus, etiā moue᷑. Et vtitur hac rōne. Omne illud qđ prius est in potentia ad aliquid, ⁊ postea quando illud habet quiescit, moue᷑ (nam a potētia ad quietē non veni᷑: nisi per motū quo acquiri᷑ locus, vel forma) sed omne agens physicum antequā agat est in potentia ad agendum: ⁊ postquam egit quiescit ab illa actione: ergo quando agit moue᷑ .i. ab alio applicatur ad agendum. v. g. equus prius est in potentia generans: ⁊ postquā genuit, quiescit a generatione: ergo qñ generat mouetur. Ita inducunt aliqui hanc rationem, quos sequitur S. Thom. At vero forsan Arist. non intelligit hic aliquid noui, quā ꝙ paulo ante dixerat. s. ꝙ cum mouens physicū constet ex materia ⁊ forma, agit rōne formę, ⁊ patitur ratione materię. vt patet in ferro calido immerso aquę frigidę.: quod quidē est in potentia vt frigefiat: postquā frigefiit ab aqua quiescit frigidū. Et id est argumentum ꝙ quando mouet aquā calefaciendo illam simul etiam moue᷑ ab illa. Et hoc consonat sequentibus verbis (nā ad hoc agere quatenus huiusmodi hoc ipsum mouere est ⁊c.) .s. mouere aquā ad calorem hoc est calefacere: sed q꞉ contactus hoc facit per contactū vicissim frigefit ab aqua. Vñ intelligi᷑ vt ait S. Tho. de contactu per cōmunicationē in materia. Etem̄ q꞉ corruptibilia ⁊ generabilia cōmunicāt in materia dum agens tangit passum, tangitur vicissim ab illo. Corpora vero cęlestia. vt habetur. 1. de generatione, q꞉ non communicant in materia cum istis inferioribus tangunt quidem ista, sed tamen ab istis non tanguntur. Dubium ergo est vtrum motus ferri sit ille calor, quem producit in aqua: an frigus potius quod in se recipit ab aqua.

Textus. xvij. Idcirco motus, est actus mobilis, quatenus mobile existit. accidit autē hoc, tactu motui. quare simul & patitur. Speciem autem semper afferet aliquam, id quod mouet, aut hanc, aut talem aut tantū, quæ principium atque causa motus erit, cùm mouet. vt actu homo facit ex eo qđ potētia existit homo hominē.

Forma est principium motus.

¶ Ad quod respōdet in tex. 17. ⁊ postremo. s. ꝙ motus est actus mobilis inquantum est mobile. Quā S. Tho. ⁊ alij dicunt esse secundam diffinitionē. s. materialē motus. Id tamen probat hac ratione. Actus proprius alicuius rei est ille qui per se rei cōuenit, nō per accidens: sed motus per se cōuenit mobili ⁊ per accidens mouenti [quatenus accidit ꝙ mouēs eo ꝙ agit ꝑ cōtactū simul etiam moueat] ergo motus per se est actus mobilis. Quēadmodum enim albedo est actus albi, videlicet, quo formaliter corpus est album, ita et motus est act⁹ mobilis: nēpe quo mobile moue᷑. ¶ Confirmat deniq; ꝙ quamuis idē sit mobile ⁊ mouens, alia tñ rōne est mouens ⁊ alia mobile. Est eñ mouēs quatenus est in actu per aliquā formā (quā hic vocat speciem) quę quidem forma, aut est substantia, aut qualitas, aut quātitas. Homo. n. eo ꝙ est actu homo per formā, agit educendo ex semine (qđ est homo in potentia) hominē in actu. Non curat hic Arist. an forma humana educatur de potentia materię, necne: nam exempla ponit nō vt ita sint sed equus educit similem formā alterius equi de potētia materię. Et calidum per calorē (quo est actu calidū) calefacit: repatitur tñ rōne materię: q꞉ agit per contactum. Locus hic solet citari sub his verbis, omne agens agit inquantum est actu sub aliqua forma. ¶ Subsequitur consequenter caput tertium.

## QVOD ACTIO ET PASSIO SINT IDEM MOTUS.

## CAPVT. III.

Textus. xviij. Dubitatum autem, manifestū est: ꝙ motus est in ipso mobili, actus eñ est hui⁹ & ab ipo motiuo. Motiui autem actus, non alius est, oportet enim, esse actum vtriusque. Motiuum enim est, eò ꝙ potest, mouens autem, eò qđ agit. sed est actiuū ipsius mobilis. Quare similiter vnus est amborum actus: sicuti idem spacium est vnum ad duo, & duo ad vnum, & ascendens & descendens, Hęc enim, vnum quidem sunt, ratio tamen non vna est. Similiter autē & in mouente & in moto,

¶ In cap. 3. quod continet tex. 6. diluit dubitationem in hac materia pręcipuam. Videlicet vtrum, motus qui est actio ⁊ motus passio sint eadem res an diuersę. Quando enim ignis calefacit aquam tunc ⁊ ignis dicitur calefaciens, ⁊ aqua calefie-

ri. vtrum ergo idem sit motus a quo ꝙ ignis dicitur calefacere: aqua calefieri: an vero sunt diuersi.
Supponit vero ex dictis ꝙ motus subiectatur in mobili, a quo proinde mobile denominatur moueri. Et inde videtur subsequi ꝙ idem motus qui est actus mobilis, est etiam actus mouentis: et ab eodem denominatur ꝛ mouens ꝛ motum. Exempli gratia. Calor idem quatenus recipitur in aqua, est motus qui est calefactio passio: et quatenus proficiscitur ab igne, est calefactio actio. ¶Probat autem cōclusionem prius ratione, que est hec. Quemadmodum mobile prius est potentia mobile ꝛ postea actu mouetur, ita agens prius est potentia motiuum, deinde actu mouens: ergo quemadmodum est actus per quem id quod prius erat mobile, actu moueatur, ita oportet esse actum per quem id quod prius erat in potentia motiuum, postea sit actu mouens, sed motiuum ꝛ mobile dicuntur correlatiue: quia motiuū mouet mobile, ꝛ mobile mouetur a motiuo: ergo idem penitus actus est quo motiuum mouet mobile, ꝛ quo mobile mouetur a motiuo. ¶Idem mox explicat exemplo. Sicuti [inquit] est proportio duorum ad vnum ꝛ vnius ad duo: nisi quod duo respectu vnius dicuntur duplum: ꝛ vnum respectu duorum dicitur dimidium: Et eadem est via a sursum vsque deorsum ꝛ econtrario: nisi ꝙ incipiendo a sursum, motus ille est descensus: ꝛ incipiendo a deorsum vsque sursum, est ascensus. ¶Hinc lucet natura motus quam. q. 1. amplius explicabimus: actio enim ꝛ passio non sunt relationes secundum esse, sed secūdum dici vt cap. de relatione ꝛ in sex vltimis predicamentis explicuimus. Actio enim ꝛ passio non supponit pro relatione: sed si sit alteratio supponit pro calore dum actu recipit in aqua: qui quidē est actio inquantū est ab agente: ꝛ passio inquantū recipitur in aqua. Et ita actio ꝛ passio connotāt diuersas relationes. Sicut scientia non est relatio, que est habitudo habitus ad obiectū: sed est habitus ipse qui explicari nequit nisi per respectum ad obiectum.

Textus. xix. Habet autem dubitationem rationalem: necesse enim est fortassis: esse quendam actum alium actiui, atq; passiui. illud enim, actio est: hoc vero passio. opus autem & finis illius quidem, factum; huius autem affectus. ¶Cūm igitur vtraq; sint motus: si diuersi quidem, in quo sunt? Aut enim vtraq; in patiente, ac moto sunt, aut actio quidem in agente, passio verò in patiente. si autem oportet & hanc actionem vocare. æquiuoca vtique erit. At vero si hoc est motus in mouente erit. eadem enim est ratio in mouente, & in moto. Quare aut omne mouens mouebitur: aut habens motum, non mouebitur. Si autem vtraque in moto sunt & patiente, actio inquam & passio: & doctio & disciplina quæ duo sunt, in ipso sunt discente. Primum quidem actus vniuscuiusque, non in vnoquoque erit. Deinde inconueniēs est, duobus motibus simul moueri. Quædam namque erunt alterationes, duæ vnius, & ad vnam speciem. At impossibile est. ¶Sed vnus erit actus? ¶At irrationabile est, duorum specie diuersorum vnum ac eundem esse actum. ¶Atq; erit, siquidem disciplina & actio idem sunt passioq; & actio, docere idem quod discere, & agere quod pati. Quare omnē docētē, discere necesse erit. & agētē pati.

¶At vero quia conclusio hec non est intellectu facilis, in text. 19. arguit dialectice ad vtrāque partē. Et hoc est quod ait, dubitationē hoc rationalē. i. dialecticam habere. Et primo arguit ad partē negatiuam. s. ꝙ motus actio ꝛ motus passio non sunt idē motus: sed ꝙ alius sit actus actiui, scilicet actio: ꝛ alius passiui scilicet passio. ¶Primo ex parte subiecti quoniā actus diuersorum videntur esse diuersi: sed agens ꝛ patiens sunt diuersa: quia actio est actus quo agens agit, passio vero actus, quo paciens patitur: ergo sunt distincti actus. Secundo id patet ex parte finis: nā finis actionis est factum vt finis calefactionis est calidum facere: finis autem passionis affectus. i. passum esse. vt calidum esse: ergo actus ipsi sunt diuersi: nam actus penes fines distinguntur. ¶Mox arguit ad partē affirmatiuam. s. ꝙ sunt idem motus. Si actio, inquit, ꝛ passio sunt diuersi actus, cum vtraque sit motus, queritur an ambo illi motus sint in patiente, an actio quidem in agente, passio vero in patiente: neutrum istorum: ergo. Interserit parētesim. (Si aūt oportet hanc. i. actum qui est in passo actionem vocare, equiuoca vtique erit nominatio) vbi Themistius, quē S. Thom. sequitur, dicit insinuari tertium membrum quo quis posset dicere motum qui est actio esse in patiente: ꝛ motum qui est passio, in agente. Et ideo dicit absurdum esse, actum qui est in passo appellare actionem. Tametsi forsan Arist. hic non insinuat tertium membrū: sed tanquā per se id absurdissimum preterit. Inserit tamē (id quod ego arbitror) hec verba, eo ꝙ qui alium actum poneret in agente, ꝛ alium in patiente non posset nihilominus negare actū qui est in patienti appellari actionem, equiuoce tamē: nam ille diceretur actio, quia est ab agente: actus vero agentis esset actio a quo denominaretur agens. Quartum vero membrum. s. ꝙ ambo actus essent in agente, exclusum est cum ostensum fuerit, motum esse in mobili.
¶Probat subinde minorem syllogismi. Et primo quoad primum membrum. Si inquit actus qui est actio est in agente, passio vero in patiente, sequitur tunc ꝙ in agente erit motus, puta actus ille: eadem enim erit tunc ratio actus producti in passio ꝛ actus producti in agente. s. vt vterque sit motus. Unde continuo sequeretur, aut ꝙ omne agēs agendo moueretur, aut ꝙ aliquod subiectum, vbi formaliter esset motus, non moueretur: quorū vtrūque est absurdum. ¶Sed dicet quis quomodo habetur pro inconuenienti, ꝙ agens agēdo repatiatur? cū id supra

fuerit

fuerit assertum. ¶ Respondetur ꝙ non habetur pro inconuenienti ꝙ agens mouendo passum, vicissim moueatur ab illo: sed inconueniens hic illatum est ꝙ agens ea ratione qua agit, ⁊ per eundem motum quo agit pateretur: nempe ꝙ calefaciens quatenus calefacit calefieret. Aut cõcedendum esset (inquit) ꝙ in calefaciente esset motus calefactionis, ⁊ non calefieret. ¶ Si autem detur alterum membrum. s. ꝙ vterqꝫ motus esset in patiente, tunc sequuntur duo inconuenientia. Primum ꝙ actus nõ est in suo proprio subiecto: cum enim actio inquantum actio sit proprius actus agẽtis, passio, patiẽtis, vt doctio est actus doctoris, ⁊ disciplina actus discipuli, fit vt si essent actus distincti, actio, deberet esse in agente ⁊ passio in patiente. Alterum inconueniens est ꝙ tunc sequeretur passum simul pati duobus motibus eiusdem speciei: nihil namque prohibet vt aliquid simul moueatur pluribus motibus, vt cum aqua dum gelatur, simul frigescit, ⁊ condensatur, albescit: sed tamen in proposito eadem aqua cum calefit ab igne, reciperet duos motus calefactionis, puta actionem, ⁊ passionẽ ⁊ per consequens ab vtroqꝫ deberet moueri: qđ est absurdum: nam calefactio vnicus est motus. Ex his ergo interroganter cõcludit partem affirmatiuã: nempe vtrum propter has rationes dicendum sit ꝙ actio ⁊ passio sint idẽ motus.

¶ Attamen resurgit iterum aduersus eam: inferendo quatuor inconuenientia. Primum qꝛ irrationabile videtur duorum distinctorũ specie (qualia sunt agens ⁊ patiens) vnum atqꝫ eundem esse actum. Secundum (qđ est superioris maior explicatio) sequeretur ꝙ doctio ⁊ disciplina idem omnino essent actus, ⁊ per consequens idem esset actio ⁊ passio: cũ tamen appareant res diuersissimę. Quę si concedantur, sequitur, ꝙ idem itidem sit agere ⁊ pati docere ⁊ discere, et per consequens ꝙ docens ea ratione qua docet disceret: ⁊ discens ea ratione qua discit, doceret. Quę omnia per se apparẽt manifeste falsa. Et est notandus istorum ordo. Nam primo infertur pro inconuenienti ꝙ idem actus sit duorũ: secundo ꝙ actus significati in abstracto per diuersa nomina sint idem: tertio ꝙ agere ipsum, ⁊ pati vt significantur per verba, sint idem: ⁊ quarto ꝙ agẽs ipsum in concreto, qua ratione est agens, sit patiẽs.

Textus. xx.

¶ An neque alterius actũ in altero esse: inconueniens est? est enim doctio: actus docentis, in quodam tamen & non decisus, sed huius in hoc. ¶ Neq; enim vnum duobus, quicquam prohibet eundem esse non vt est idem: sed vt est id quod potentia est ad id quod est actu.

¶ In textu. 20. respõdet ad quęstionem affirmatiue, conclusione hac trimembri. Conclusio. Actio ⁊ passio sunt idẽ motus: ⁊ ille existit in passo qđ mouetur differunt tamen ratione: nẽpe ꝙ actus ille, vt est ab agente, est actio: ⁊ vt in patiente, est passio. Itaqꝫ diuersis relationibus distinguitur. Conclusio hęc patet ex argumentis factis ad partem affirmatiuã. ¶ Super est nihilominus quinqꝫ inconuenientia dissoluere, q̃ in contrarium videtur militare. Quinqꝫ incõueniẽtia. Primum est illud, ꝙ etiam si actio ⁊ passio sunt idẽ motus, actio nihilominus est in passo: qđ supra ꝓ inconuenienti ducebat: eo ꝙ actio est actus agentis: ⁊ per cõsequẽs videtur debere esse in agente. Huic respondet nullũ esse inconueniens ꝙ actus vnius sit in alio. Doctio enĩ est actus agentis: non quidem tãꝙ subiecti, sed tanquam efficientis: obidqꝫ talis actus est in passo. Est enim doctio doctrina, quę est in discipulo inquantum fiat a doctore. Et hoc qđ ait (non decisus). i. continue productus sine interruptione. Nã magistro cessante docere, tunc scientia discipuli dicetur doctrina: non tñ doctio, vt est motus ⁊ actio. vnde ea scientia quã discipulus sine doctore suopte ingenio meditando acquirit, non est doctio. ¶ Alterum incõueniens erat primum eorum quatuor quę postremo sunt illata: videlicet, ꝙ idem sit actus duorum specie diuersorũ. Cui respondet dicẽs (Neque enim duobus ⁊c.) nihil prohibet eundem esse actum duorum diuersis rationibus. Nam idem motus dicit actio inquantum procedit a potentia agẽtis: ⁊ dicit passio inquantum per eum subiectum fit actu tale, vt calefactio aquę, est actio inquantum est a potentia actiua ignis: ⁊ est passio inquantum per eum aqua fit actu calida. Vel aliter. Est actio inquantum procedit ab igne qui est actus calidus, ⁊ est passio inquantum recipitur in aqua, quę est potentia calida.

Textus. xxj.

Neque necesse est docentem: discere. Atque si pati & agere idem est. non tamen vt ratio sit vna quodquid erat esse dicens, sicut tunicę & indumento, sed vt via à Thebis ad Athenas, & ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum est & prius. non enim eadem omnia iis insunt quæ quolibet modo eadem sunt: sed solum quibus esse idem est. ¶ At verò neque si doctio & disciplina sint idem: & discere & docere idẽ erunt. sicuti neque si spacium vnum distantium sit. & distare hinc illuc, & illinc huc, vnum & idem est.

¶ Tertio loco in text. 21. soluit quintũ inconueniẽs ibi (. Neqꝫ necesse est ⁊c.). i. esto cõcedatur idem esse agere ⁊ pati. i. docere ⁊ discere sint idem realiter, non tamen inde sequitur ꝙ docens sit addiscens: aut addiscens sit docens. Nam agere ⁊ pati non sunt omnino idem secundum eandem rationẽ, sicut tunica ⁊ indumentum: sed sunt idem diuersis rationibus. Sicut eadem est via a Thebis ad Athenas, quę est ab Athenis ad Thebas, non tamen est idem motus. Imo sunt contrarij: qꝛ terminus a quo vnius est terminus ad quem alterius. Est accõmodatissimum exẽplũ: qꝛ eodẽ modo actio ⁊ passio sunt idem calor qui recipitur in aqua: sed est actio si incipiamus ab agente a quo procedit: ⁊ passio si incipiamus ab aqua in qua recipitur. ¶ Quarto loco soluit quartum incõueniens qđ erat tertiũ inter illa quatuor postrema: videlicet ꝙ si actio ⁊ passio, vt significantur per noĩa sunt idem, tũc agere ⁊ pati essent idem. Cui respondet ibi (At vero neqꝫ ⁊c.) dicens ꝙ nõ sequitur, actio est passio: ergo agere est pati qꝛ in cõsequẽti denotatur applicatio actionis ⁊ passionis ad suos cuiusqꝫ terminos: qualis nõ denotatur in anteceđẽti. Sicut non sequit. Eadẽ distãtia Thebarum ab Athenis, quę est Athenarum a Thebis

ergo idem est distare ab Athenis ⁊ distare a Thebis: nam distantia in abstracto est eadem: distare tamen in concreto non est idem.

Textus. xxij. OMNINO verò dicere est: ꝙ neque doctio cum disciplina: neque actio cum passione idem propriè est. sed cui insunt hæc: motus: nam huius in hoc & huius ab hoc actum esse: ratione diuersum est.

ACTIO & passio idē motus.

¶In tex. 22. quinto loco soluit tertiū inconueniens qđ erat secundum inter vltima quatuor: dicens ꝙ etiam si detur actionem ⁊ passionem esse eundē motum: non tamen formaliter sequit̄ ꝙ actio ⁊ passio. Artificiose ergo negauit oēs tres consequentias. Actio est res quę est passio: ergo actio est passio. Actio realiter est passio: ergo agere est pati. Agere realiter est pati: ergo idem eadem ratione agit ⁊ patitur. Ubi adnotandus est modus loquendi Aris. concedit. n. identice ꝙ actio est idem motus qui est passio: non tamē formaliter actio est passio: nā actio ⁊ passio sunt diuersa prędicamenta formaliter distincta ⁊ per consequens primo diuersa. Ubi etiam animaduertant reales ꝙ Arist. non posuit prędicamēta adeo realiter distincta, vt ipsi putant. s. tanquam duas res: sed tanquam diuersas rationes formales. Actio enim est motus vt exit ab agente qui est in actu: passio vero est motus vt recipitur in passo qđ carebat illo actu. Sed ⁊ nominales pariter adnotent, ꝙ nihilominus formaliter actio non est passio.

Reales et nominales

Textus. xxiij. Quid igitur motus sit, & vniuersaliter & secundum partem dictum est. non enim immanifestum est: quomodo diffinietur specierum vnaquæq; ipsius, Alteratio enim: alterabilis quatenus est alterabile, actus est. Amplius autem, notius: est actus. potentia actiui & passiui, quatenus huiusmodi & simpliciter, & rursum secūdum vnumquodq;, vt ædificatio, aut medicatio. eodem autem dicetur modo: & de aliorum motuum vnoquoque.

¶In text. deniq; 23. ⁊ postremo facit dictorum epilogum dicēs dictum esse quid sit motus, ⁊ vniuersaliter. s. in genere, ⁊ secūdum partem. i. secundū species motus. Nam per ea quę dicta sunt facile quis potest quācūq; speciem motus diffinire. Etenim si motus est actus mobilis inquantum mobile, alteratio (quę est vna species motus) est actus alterabilis inquātum alterabile, ⁊ augmentatio actus augmētabilis inquātum augmentabile ⁊c. ¶At vero quia dictum est modo actionem ⁊ passionem eundem esse actum, ait cōsequēter ꝙ motus si diffiniatur in ratione actionis, debet diffiniri, ꝙ est actus motiui inquantum motiuū: vt ędificatio est ędificatoris inq̄tum ędificator: ⁊ medicatio est actus medici inquātū medicans. Si autem inquantum passio, erit actus mobilis inquantum mobile. Et hoc inquit modo notius explicabitur natura motus.

¶Sequit̄ hic. q. 1. super tex. 6. ⁊ q. 2. super tex. 4.

## QVOQVAERITVR, AN sit infinitum

## CPVT. IIII.

Textus. xxiiij. QVONIAM autem de natura scientia, est circa magnitudines, & motum & tempus, quorum vnumquodque necesse est, aut infinitum, aut finitum esse, & si non omne est aut infinitum, aut finitum: affectus, aut pūctus (talium em̄ fortasse nullum: necesse est in altero horum esse) conueniens vtique erit de natura pertractantem speculari de infinito si est aut non: & si est quid est.

¶Expedita prima parte huius libri de motu, procedit Aristoteles ad secundam de infinito. Quę per quinq; capita vsq; ad finem libri protendit̄. Atque in hoc. 4. cap. quod vndecim continet textus, proponit quęstionem, recitatq; antiquorum opiniones de infinito. Premittit ergo primo text. 24. hāc conclusionem, ꝙ ad philosophum naturalem attinet de infinito disputare. Quam probat ⁊ ratione ⁊ authoritate. Ratio est hęc. Philosophi naturalis negocium circa magnitudines, motum, ⁊ tempus versatur: hęc autem aut omnia, aut saltem plurima finita necesse est esse: aut infinita: nam sunt quanta, ⁊ de ratione quanti est esse finitum vel infinitū, ergo philosopho naturali negocium est de infinito disserere. Excepit in maiori propositione punctū ⁊ affectum a ratione finiti ⁊ infiniti: quanuis ad res naturales pertineant. Punctum enim: quia non est quantum, nec proprie habet terminos, vt sit finitū nec est diuisibile in partes, vt sit infinitum: sed dicitur negatiue ⁊ abusiue infinitum: quia caret terminis. Nomine affectus. i. passionis intelligunt expositores etiam S. Thomas passibiles qualitates. vel secundum alios totum prędicamentum qualitatis: eo ꝙ qualitas non est per se finita, vel infinita: sed per accidens ratione quantitatis. At vero ista ratione etiam substantia esset excipienda: quippe q̄ solum ratione quantitatis est finita, vel infinita. Obidq; forte nomine affectus intelligit solos affectus mentis: qui sunt indiuisibiles. vt eadē ratione, qua excluditur punctum, excludantur a ratione finiti, ⁊ infiniti.

Signum autem est: quod huius scientiæ, propria sit consideratio de ipso. Textus. xxv. nam omnes qui videntur pro dignitate tetigisse talem Philosophiam, fecerunt sermonem de infinito. atque omnes tanquam principium quoddam ponunt eorum quæ sunt. Alij quidē quēadmodum Pythagorei, atq; Plato, p se, nō sicuti accidens alicui alteri, sed vt substā

tiam

ſtantiam, ipſum eſſe infinitum, verum Pytagorei quidem in ſenſibilibus. neque enim abſtractum faciunt numerũ: eſſeq; quod extra cœlum eſt infinitũ. Plato autem, extra quidem nullum eſſe corpus, neq; ideas, eò quòd nuſquam ſunt ipſæ. tamen infinitum & in ſenſibilibus, & in illis eſſe.

¶In textu.25.probat eandem cõcluſionem authoritate: nam ſignum eſt infiniti cõſiderationem ad philoſophũ pertinere, quod omnes quotquot fuerunt celebres antiquitus philoſophi non ſolum de infinito ſermonem habuerunt, verũ infinitum ſtatuerunt tanquã principiũ rerum naturaliũ tametſi id differenter. Nam Thales ⁊ alij nominati naturales poſnerũt illud principium per accidẽs dicentes principiũ eſſe aquã, aut aerem, aut ignẽ cui accidebat finitum, aut infinitum eſſe, Pythagorici vero, ⁊ Platonici ponebant finitum ⁊ infinitum tanquã principium ſubſtantiale, vt text.35. monſtrabitur. Quanuis ⁊ inter iſtos differebat duobus modis. Primo ꝙ Pythagorici non ponebant aliquod finitum vel infinitum ſeparatum: puta ideam finiti vel infiniti: ſed ſolum id aſſerebant in numeris ſenſibilibus ⁊ materialibus ⁊ ſecundo quia ponebant infinitum extra cęlum, vnde iſta deriuabantur. Plato vero ponebat rationem infiniti non ſolum in numeris ſenſibilibus, ſed etiam in ideis ſeparatis: neqꝫ tamen ponebat aliquod infinitum extra cęlum: nam ideas cum eſſent immateriales, non aſſerebat Plato eſſe in loco. De iſtis Pythagoricis nihil certum habemus: ſed etiã Themiſtius ⁊ antiqui expoſitores coniecturis explicant opinionem Pythagoreorum. Etenim, vt libr.1.ſuper textum.48.adnotauimus, Pythagorici Aegyptiorũ mathematicis aſſueti, non ſolum rerum naturas, ſed etiam hominum mores numerorum ſimilitudine metaphorice explicabãt. Quare non ſunt ita intelligendi (inquit Philoponus) ꝙ crederent res conſtare materialiter ex ſpeciebus numerorum: ſed ꝙ rerum compoſitio optime explicatur per naturas numerorum. Cum enim numerus par ſit aptus diuiſioni [diuiditur enim numerus omnis par in duo ęqualia] ⁊ omne continuum ratiõe materię ſit diuiſibile in infinitum, numerum parem appellabant infinitatem ⁊ principium materiale: ⁊ quia numerus impar ineptus eſt diuiſioni: quippe qui non poteſt in duo ęqualia diuidi, finitatem appellabant numerum imparem: ⁊ quia forma eſt quę determinat infinitatem ⁊ indifferentiam materię ad certam ſpeciem, numerum itidem imparem appellabant principium formale: vt ſtatim apparabit. Et eadem ratione numerum parem appellabant fęminam, quę ſe habet vt principium materiale: numerum vero imparem appellabant maſculum. Hac nimirum vtẽtes analogia. Quicũque par numerus ſignatus vt.v.g.quaternarius eſt diuiſibilis: ⁊ per conſequens habet ſe vt materia ⁊ fęmina: addita vero vnitate, efficitur indiuiſibilis: vnde vnitas aduenięns numero pari, habet ſe vt maſculus ⁊ forma determinans ad certam ſpeciem. Et pariter vt ait Philoponus in moralibus, quinarium numerum tribuebant nuptijs, propterea ꝙ conſtat ex primo pari et primo impari. ſ. ex binario ⁊ ternario: qui ſe ſe vt prima fęmina ⁊ primus maſculus amplexãtur. Et numerum denarium appellabant ius: qꝛ ius dicit ęqualitatem perfectam: ⁊ numerus denarius diuiditur in duos quinarios ęquales: ⁊ quinarius quia conſtat ex numero pari ⁊ impari habet rationem totius ⁊ perfecti. Principiũ ergo materiale appellabant numerum parem ⁊ per conſequens infinitum. Et hoc eſt qđ ait Ariſtot. poſuiſſe infinitum ſubſtantiale principiũ: qꝛ cũ numerus eſſet principium: ⁊ de intrinſeca ratione numeri paris ſit infinitas, fit vt infinitas ſit de ſubſtantia ipſius principij. At vero quia ſub orbe lunę non poteſt eſſe infinitũ in actu, neqꝫ in magnitudine neque in multitudine, dicebant, vt ait Philoponus, extra cęlum eſſe infinitum in actu: ex quo per quędam foramina cęli hęc omnia inferiora dimanabant ⁊ fouebantur. Quod Simplicius non ſolum [ait] commentitium: ſed deliramentum. ¶Plato vero ponebat infinitum tam in ſenſibilibus [quod eſſet principiũ materiale] quã in ideis qđ erat principium formale. Et locutio Platonis etiam eſt metaphorica: qꝛ enim dualitas eſt primus numerus, omnem diuiſionem quę fit ex parte materię appellabat dualitatem. Differunt enim res ex parte materię penes magnum ⁊ paruum. ſ. penes augmentum qđ tendit ad perfectionem rei, ⁊ decremẽtum qđ tendit ad corruptionem. Et ideo metaphorice magnum ⁊ paruum appellabat principia materialia, vt infra tex.61.amplius patebit. Ideas vero ponebat infinitas in virtute: qꝛ ex idea cuiuſcunqꝫ ſpeciei exire poterant infinita indiuidua. Ponebat enim mundum infinitũ futurum. Unde negabat extra cęlum aliquid eſſe: quia ideę ſufficiebant perpetuis generationibus. Quę cum eſſent immateriales, nuſquam erant.i.non erant proprie in loco. Et ideo ſecundum Platonem pariter infinitũ erat principium ſubſtantiale: quia cum principia materialia appellaſſet magnum ⁊ paruum.i.quantum ⁊ corpus ⁊ de intrinſeca ratione quantitatis ſit finitas vel infinitas, fit vt infinitas ſit de ſubſtãtia principiorum.


Pythagorici.

Et hi quidem, infinitum eſſe par hoc enim comprehenſum & ab impari terminatum: tribuit ijs quæ ſunt, infinitatem. ſignum autem huius: id eſſe quod contingit in numeris. circũpoſitis em̃ gnomonibus circa vnum & ſeorſum. aliquando quidem aliam ſemper fieri ſpeciem, aliquando autem vnam. Plato autem: duo infinita: magnum et paruũ. Textus. xxvj.

¶In textu.26.proſequitur amplius explicare opinionem Pythagorę: quomodo.ſ.numerus par haberet rationẽ infinitatis, ⁊ materię ⁊ fęminę: ⁊ numerꝰ par rationẽ finitatis: ⁊ formę ⁊ maſculi. Primo ratione, deinde exemplo. Ratio eſt hęc. Id qđ de ſe eſt indifferẽs ⁊ ab alio comprehendit, ⁊ terminatur, habet ſe vt infinitum ⁊ materiale ⁊ fęmina: id vero quod illud comprehendit ⁊ terminat, habet ſe vt finitum, ſcilicet finiẽs aliud ⁊ vt forma cõſtituens certam ſpeciẽ: ſed numerus par quicunqꝫ de ſe eſt diuiſibilis: ⁊ per conſequens habet ſe vt indifferens ad plura: addita vero vnitate, reſultat numerus impar: quę ꝓinde facit ipſum indiuiſibilẽ:

ergo numerus impar reſpectu paris habet ſe vt fi niens ⁊ terminãs partẽ, qui de ſe erat ſicut infini ta materia indifferens ad plura. ¶ Explicat perſpi cacius rem euidentiſſimo exẽplo in mathematicis. Sunt tamen eius terni prius adnotandi. Gnomon apud geometras eſt additio quę fit quadrato ęqui

Gnomon. latero ex parte duarũ coſtarũ, q̃ cum eodem qua drato reddit etiã ęquilaterũ quadratum eiuſdẽ fi gurę cum priori. Quę quidẽ actio conſtat ex duo bus ſupplemẽtis ad lõgitudinem coſtarum prioris quadrati cum paruo quadrato qui fit in angulo ſu per diametrũ prioris quadrati. Et eſt notandum ꝙ quãtũcũq; multiplicent ⁊ addant huiuſmodi gno mones, nunq̃ variat figura quadrati: ſed ſemp ma net q̃dratũ ęquilaterũ, vt patet in ſubiecta figura.




Vbi additi ſunt duo gnomones, quibus quotcunq; eadem arte poſſunt ſuperaddi. ¶ Secundo notan dum ꝙ id qđ contingit quadrato in quantitate cõ tinua per additionem gnomonũ. ſ. ꝙ nunquam va riatur figura, contingit numeris imparibus ſi con tinua ſerie addantur vnitati. Numerus quadra tus eſt qui reſultat ex numero per ſe multiplica to. Exempli gratia. Si vnitati addas ternarium (qui eſt primus impar) reſultat numerus quater narius: qui eſt quadratus: cum reſultet ex his duo

Numerus quadratus bus: ꝙ ſi quaternario addas quinarium, reſultat nouenarius: qui itidem eſt quadratus: cum reſul tet ex ter tribus: ⁊ ideo hęc additio eſt ſicut addi tio gnomonis ad quadratum. Rurſus ſi nouenario addas ſeptenarium [qui eſt tertius impar] reſultat 16. qui pariter eſt numerus quadratus, reſultans ex quater quatuor, cui ſi addas nouenariũ (qui eſt vltimus impar inter vnitates) reſultãt. 27. qui eſt numerus quadratus ⁊ cub⁹: puta reſultãs ex ter tribus triplicatis. Cũ ergo additio numerorũ im parium ad vnitatem nunquã mutet figurã nume ri, fit vt numerus impar habeat rationem vnitatis atq; adeo finitatis. Numeri vero pares ſi addan tur ſerie ⁊ ordine ad vnitatem, ſemper mutant fi guram: nam ſi vnitati addas binarium, reſultat fi gura triangularis. ſ. ternarius, cui ſi addas qua ternarium, reſultat figura eptagona, id eſt ſeptẽ angulorum. Signum ergo eſt ꝙ numerus par ha beat rationem multiplicãtis, ⁊ per conſequens in finitatis. ¶ Plato vero ponebat duo infinita prin cipia materialia ſcilicet magnũ ⁊ paruũ: ratione iam dicta: quam ſuper textu. 61. euidentius expli cabimus.

Qui autem de natura diſſerunt: om- nes ſemper ſubijciunt alteram quandã aquam dictorum elementorum infini- to. vt aquam, aut aerem, aut medium horum. Eorum vero qui finita faciunt elementa: nullus infinitum facit. Qui cunque autem infinita faciunt elemen ta, quemadmodum Anaxagoras, & Democritus, ille quidem ex iis quæ ſũt ſimilium partium, hic autem ex omni ſeminario figurarum: tactu continuum infinitum eſſe dicunt. Textus. xxvij.

¶ In text. 27. reuertitur admodum explicãdũ quo philoſophi naturales poſuerunt infinitum. Diſtin guit hic Ariſto. naturales aduerſus Pythagoram ⁊ Platonem, vel ex eo [vt Philoponus cenſet] ꝙ Pythagoras ⁊ Plato (propterea ꝙ intendebant rebus diuinis) potius Theologi ⁊ diuini ⁊ ſuper naturales tunc temporis dicebantur, quam phy ſici ⁊ naturales, vel forſan (quod literę ſequentis capituli magis conſentaneum eſt) quia Pythago ras more potius mathematico per numeros, qui abſtrahunt a materia ⁊ motu, philoſophabatur, q̃ modo naturali: ⁊ Plato ponebat ideas immobi les, quę ſunt principia immobilia. Itaq; ambo po nebant infinitum quodammodo ſeparatum a ma teria, vt. c. ſequenti videbitur: cum tamen natura les nõ tractarent, niſi de rebus vt ſunt in materia, eo ꝙ pricipia phyſica omnia ſunt mobilia. Atqui primo ait omnes eiuſmodi phyſicos [eos ſaltẽ qui infinitum ponebant] hoc inter ſe conuenire, ꝙ po nebant infinitum principium per accidens: nam principia ponebant ſubſtantias quibus accidebat eſſe finita vel infinita: ad differentiam Pythago rę ⁊ Platonis qui dicebant infinitatem eſſe quo dammodo de ſubſtantia principiorum. vt ſupra ex poſitum eſt. ¶ Partitur autem prius iſtos philo ſophos in tres gradus. Nam ex illis aliqui pone bant vnum principium materiale: puta aquã vel aerem, vel ignem, vt primo libr. ſuper textũ. 32. ex poſitum eſt. Aquę vero aut igni accidit: ꝙ ſit infi nitum ſecundum durationem ⁊ ſecundum magni tudinem, q: de ſe non habet determinatam quan titatem: vt illi dicebant. Opiniones Parmenidis ⁊ Meliſſi, tanquã non naturaliũ, ſilentio pręterit. ¶ In ſecundo gradu erant qui ponebãt plura prin cipia materialia, finita tamen: vt Empedocles de quo ſuper eundem etiam textum. 32. diximus: qui ponebat quatuor elementa principia rerũ. Et iſte nullum principium poterat ponere infinitum, pro pterea ꝙ infinitũ omnia replet: ⁊ per cõſequẽs nõ relinquit locũ alteri. vnde ſi aer eſſet infinit⁹, nul lus poſſet eſſe ignis aut quicquam aliud. ¶ In ter tio gradu fuerunt illi qui ponebant principia plu ra, ſed infinita numero: vt Anaxagoras ⁊ Demo critus. Qui quidẽ differebant, ꝙ Anaxagoras po nebat infinitas particulas ſimiles in ſpecie cum ipſo toto: differentes tñ ſpecie a principijs alte rius rei: vt infinitas carnis, infinitas oſſis ⁊c. vt li bro. 1. ſuper eundẽ textũ. 32. dicebamus. Democri tus vero ponebat infinitas atomos eiuſdẽ ſpeciei omniũ rerũ, differẽtes tamẽ poſitione ⁊ figura: vn de differẽtia figurarũ erat cauſa diſtinctiõs rerum: quę pro-

que proinde solum erat accidētalis, vt in eodē lib. super textu. 41. vtcūq; explicuimus. Quare ambo isti ponebant principium infinitum secūdū multitudinē. s. infinitas atomos: atq; adeo infinitas hec erat sicut accidens principiorum, quia non erat de eorum essentia.

Textus. xxviij. Atque ille quidem quamlibet partē aut secus atq; totum, esse mixtionem ex eo quia videt quodlibet ex quolibet fieri, hinc enim dicere videtur: & simul aliquando omnes res fuisse. vt hæc caro & hoc os, & sic quodlibet. & omnia itaque & simul igitur. principiū enim disgregationis: non solum in vnoquoque, sed & omnium est. Cum enim omne quod fit, ex tali fiat corpore, omnium autem sit generatio, verum non simul: etiam quoddam principium esse oportet generationis. hoc autem est vnum, quē ille vocat intellectum. intellectus autem à principio quodā operatur cùm intellexit. quare necesse est simul omnia aliquando moueri.

¶ In textu. 28. & sequenti prosequitur amplius explicare differentiam inter Anaxagoram & Democritum. Ait enim q Anaxagoras quodlibet affirmabat fieri ex quolibet, vt carnem ex osse & os ex carne: q2 quodlibet erat in quolibet. vt illic a nobis expositum est. Et ideo quodammodo secundū illum principia fiebant ex alterutris. Segregationem autem vnius ex alio, dicebat fieri ab alio principio efficiente: quod vocabat mētem. Que non solum erat causa particularium segregationum, vtpote quando modo ex equo generatur equus, aut ex ligno cineres, sed fuerat causa prime generationis mundi, quando ex chao disgregate sunt res ex quibus mūdus constat. Ob idq; Anaxagoras preter principium materiale, ponebat causam efficientem. Aiebat enim mētem fuisse eternam, que infinito tempore facit vnum chaos rerum, ex quo postea in tempore per disgregationem creauit mundum. Qui proinde habuit principium, & non habebit finem.

Textus. xxix. Democritus autem nullum aliud ex alio fieri, primorum dicit, sed tamen ipsum commune corpus, omnium esse principium, magnitudine secūdum partes, figuraq; differens.

¶ In tex. 29 subiungit quomodo Democritus differebat ab Anaxagora. Primo enim differebat q Democritus nō concedebat quodlibet esse in quolibet, atq; adeo nec quodlibet fieri ex quolibet, et secundo q non ponebat causam efficientem: nam intellectus non facit a casu: sed cōsulto. Unde secūdum Democritum non erat nisi principium materiale: puta ille atomi: que a casu concurrētes orbiculares fecerunt celū orbiculare: & concurrentes sub alia figura & positione fecerunt aliud quodlibet ens. De qua opinione satis loco citato libr. 1. & libr. 2. q. vltima dictum est. Semper intelligo Democritum solum negare causam efficiētem in prima institutione mundi: sed tunc forte & a casu fuisse factum: nam tunc particularium generationum non negasset ignem & equum &c. generare vt causas efficientes.

Quod igitur conueniens sit physicis hæc speculatio: manifestum est ex his. Textus. xxx. Rationabiliter autem: & principium ipsum ponunt omnes. Neque enim frustra, posibile ipsum esse, neq; aliam ipsi inesse potentiam: nisi vt principiū. Omnia enim aut principium sunt: aut ex principio infiniti. autem non est principium: esset enim ipsius vtique finis. Amplius autem & ingenitum, & incorruptibile: principium quoddā cùm sit. Quod enim fit: necesse est accipere finem. & finis omnis est corruptionis. Quare, sicuti dicimus, non huius, principium: sed hoc, aliorum videtur esse, & continere omnia, & omnia gubernare: vt affirmant quicunque non faciūt præter infinitum, alias causas, vt intellectū, aut amicitiam, & hoc: esse diuinum. immortale enim est, perireq; non potest: vt affirmant Anaximander & plurimi Physiologorum.

¶ In textu. 30. disputationem aggrediens aduersus antiquos primo approbat quatuor, que [dato infinito] optime eius rationi veteres attribuebāt. Primum q si esset infinitū, illud deberet esse principium. Cuius ratio est. Si infinitum est, illud nō est frustra: nam absurdum esset tantum eius ens ponere frustra in rerum natura. Quod si non est frustra, tunc aut est principatum, aut principium: omne enim ens, aut est principium, aut principatum: nec est dare medium: at infinitum principatū esse non potest: quia infinitum non potest habere principium, alias haberet etiam finem: et per consequens non esset infinitum: ergo necesse erat vt infinitū esset aliorū principium, ne esset frustra.

¶ Secundum: qd attribuebant infinito, erat esse ingenitum & incorruptibile. Et hoc quoq; inquit bene inferebāt: nam si est principiū, nō habuit aliud principium, alias habuisset finē: & per consequens nō esset principium infinitum. Colligitur ergo, q dato infinito illud debuit esse principium & ingenitum. ¶ Sanctus Tho. ait istas rationes in equiuoco laborare: & per consequēs nō esse approbatas ab Arist. sed recitatas ex antiquorū sententia: quoniam de ratione infiniti materialis (quale antiqui ponebant) solum est non habere principium nec finē magnitudinis: cui tamē nō repugnabat habere principiū & finem durationis. Et ideo non subinde sequit, si est infinitū, nō esse principatum & causatum ab alio, in genere cause efficientis. Atqui se-

cundum versionem Boetij, quam S. Thom. sequitur, probabilitatem habet hęc expositio. Vertit enim Boetius. Rationabiliter antiquos infinitum ponere esse principium. Et aduerbum, rationabiliter, potest exponi, dialectice & apparenter. Attamē secundum veram translationem literę Gręcę, quę est in textu nostro, videt᷑ quod Aristo. non solum recitat opinionē aliorū vt apparentē, sed quod manifeste approbet illationem illam. Ait enim manifestum esse ex his. i. posito infinito ad mentē antiquorum quod illud debet esse principiū. Et ideo forte vt Themistius. & Philop. insinuant ratio Aristote. stat in hoc, quod dato infinito secundum magnitudinem, illud non potuit repente & subito totum produci: sicut nec potest totum corrumpi: sed deberet illud aggregari successiue: sicuti videmus corpora generabilia, & corruptibilia successiue crescere, & minui. Et tunc arguit quod illud non potuit habere principium suę generationis: quia ante quālibet partem genitam debuisset dari prior pars: alias si daretur prima vnde incipit, daretur etiā vltima in eius corruptione: quod repugnat infinito. ¶ Tertium quod sequebatur ex opinione aliquorum antiquorum: eorum. s. qui non ponebant causam efficientem: sed solum principium materiale, erat vt tale principium contineret & gubernaret omnia. Illi tamen pessime errabant: nam gubernare est causę efficiētis & non principij materialis. ¶ Quartum deniq; quod sequebatur ex illorū opinione erat quod infinitū esset quid diuinū: nam qd nec principiū habet nec finem, sed causa est omniū aliorum necesse est vt sit diuinum, vt dicebat Anaximāder.

Textus. xxxj. Esse autem aliquid infinitū, fides ex quinq; maximè continget considerantibus. Ex tempore. hoc enim infinitum. Et ex ea quæ est in magnitudinibus, diuisione. vtuntur enim & Mathematici, infinito. Amplius ex eo, quia sic solum non deficit generatio & corruptio, si infinitum sit: vnde auferatur id quod sit. Amplius ex eo, quia infinitum semper ad aliquid finitur. Quare necesse est nullum esse terminum, si semper terminari sit necesse alterum ad alterum.

In textu. 31. ad rem propius accedens arguit ad vtrāq; quęstionis partem. Et pro parte primo affirmatiua quinq; ait modis potest quis infinitum ponere. Primo in temporis duratione. Tempus nāq; secundum antiquos (pręter Platonem) fuit ab ęterno, & secundum omnes futurum erat perpetuum. Secūdo in magnitudinis diuisiōe. Quippe cum secundum mathematicos diuisio continui in infinitum abeat. Vnde potest quis suspicari magnitudinē dari infinitam & multitudinem multiplicari in infinitum. Tertio in generationum et corruptionum perpetuitate. Erant enim futurę secundum veteres omnes generatiōes & corruptiones infinitę. Quarto in partium orbis serie. Putabant enim omne corpus finitum terminari per aliud corpus. Et tunc arguebant. Vel terra est finita: el infinita? si infinita, intentum: si finita, ergo terminatur per aquā vel aerem. Et pariter de aere arguetur, postea de igne, & tandem de cęlis: in quibus non poterit dari vltimus orbis, nisi ille sit infinitus: nā si est finit⁹, debet determinari per alium: & ita in infinitū. Qua ratione excusari non potest, quominus aut detur aliquod corpus infinitum: aut quod eorum multitudo sit infinita.

Maximè autem & propriisimè, qđ communem facit dubitationem omnibus. ob id enim quòd illud quod in cogitatione est non deficit: & numerus videtur infinitus esse, & mathematicæ magnitudines, & quod extra cœlum. Infinitum autem cùm sit quod extra est: & corpus infinitum esse videtur, & mūdi. Cur enim magis vacui hic quam ibi (quare si in vno loco: & vbique) necesse est esse molem: simul autem si & vacuum est, locus infinitus: & corpus infinitum necesse est esse. Posse enim ab ipso esse, nihil differt in perpetuis. Textus. xxxij.

¶ In textu. 32. additur quinta ratio: quę omnium est potissima, sumiturq; ab intellectu hoc modo. Intellectus cogitatio nullibi sistit, sed in infinitū procedit: vt cum discurrit per numeros [qui multiplicantur ex diuisione continui] quacunq; diuisione, & numero dato, adhuc cogitatiōe addit vnitatem: imo addit duplum & quadruplum & sic in infinitum: & cum contemplatione effertur in cęlestes orbes: supra quemlibet fingit alium. Putabant ergo illi ita esse in rebus, sicut est in cogitatione intellectus: quod eos male fallebat. Nam cū intellectus sit spiritualis, abstractus a materia potest eius cogitatio in infinitū procedere: res autē materiales non ita esse possunt. ¶ Et hanc vltimā rationem confirmabant hoc modo. Si detur vltimus orbis, extra illum erit infinitū spaciū. Quod si erit plenum, sequitur esse infinitum corpus: qđ autem sit vacuum, videtur falsum: quia nulla est maior ratio quod detur vacuum extra cęlum quā intra. Vnde sicut locus intra cęlum totus est plenus: sequitur quod & locus extra sit etiam plenus: & cum sit infinitus, dabitur infinitum. Quod deniq; postremo corroborabant: quia in perpetuis nihil differt esse, & posse, vt in cęlo intelligentijs quicquid possibile est, de facto est: sed extra cęlum est locus aptus nat⁹ repleri: ergo in rei veritate est repletus.

Habet autem dubitationem ipsa de infinito consideratio. Etenim non esse ponentibus multa imposibilia accidūt & esse. Amplius autem vtro sit modo: vtrum vt substantia, an vt accidens per se alicui natura, an neutro modo, sed nihilominus sit infinitum, & infinita multitudine? Maximè autem physici est considerare: si est magnitudo sensibilis infinita. Textus. xxxiij.

¶ In tex.

¶In textu.33.arguit ad partem negatiuam: dicẽs ꝙ vtrinque questio habet difficultatem. Sequuntur enim inconueniẽtia si negetur esse infinitũ, vt ex prefatis rationibus patet. Et sequuntur alia quoque posito infinito. Quoniam tunc dubitatio restat quomodo esset infinitum: vtrũ.s.esset aliqua per se substantia infinita: puta lignum aut lapis aut aliquod genus entium: an esset aliquod accidens proprium alicuius certę naturę an vero neutro modo: sed ꝙ posset dari infinitum magnitudine, aut multitudine in quacunque natura, vel in quocunque genere rerum. Attamen potissimum inquit, dubitatio physica est an detur infinita magnitudo sensibilis: nam de infinitis separatis nihil ad physicum vt tex.39.habetur.

Textus. xxxiiij. Primum igitur determinandum est quot modis dicitur infinitum. Vno igitur modo quod impossibile est transire ex eo quia non est aptum natura transiri. vt vox, inuisibilis. Aliter autem: trãsitum habẽs inconsũmabilẽ. Aut quod vix. Aut quod natura aptum est habere: non tamen habet transitum, aut finem. Amplius infinitum omne aut est secundum appositionem, aut secundũ diuisionem, aut vtroque modo.

Infinitum ¶Unde in textu.34.⁊ postremo quasi disputationis initium, pręmittit quot modis accipitur infinitum, ne disputatio in ęquiuoco versetur. Ubi ponit duas diuisiones. Prima. Infinitum vno modo accipitur vt dictio, in, dicat meram negationem: ⁊ alio modo, vt dicat priuationem. s. negationem in subiecto apto nato. enimuero vt inuisibile vno modo dicitur de illo quod non potest videri: siue sit aptum ex natura sua vt videatur, siue non: vt vox dicitur inuisibilis negatiue: quia nõ habet naturam vt videatur [cum sit obiectum, non visus, sed auditus] ⁊ alio modo diceretur inuisibilis minimus color, qui propter paruitatem non potest videri: aut color qui est in obscuro, qui ex defectu luminis videri non valet: ita infinitum dicitur vno modo negatiue, quia. s. non est quantum vt punctum ⁊ anima rationalis ⁊ angelus. Et alio modo dicitur infinitum priuatiue: quia cum sit quantum nunquam potest tamen propter eius extensionem finiri: sicut partes continui sunt infinitę in potentia, quia nõ possunt toties diuidi, quin adhuc semper sint diuisibiles. Tertius est modus infiniti. i. intransibilis: videlicet, quod cum maxima difficultate, aut vix potest pertransiri. Idque aut ratione maximę quãtitatis: vt si dicamus iter hinc ad vltimas insulas esse infinitum. Aut ratione qualitatis medij, vt si dicamus profunditatem maris, aut altitudinem nubium esse infinitam: propterea ꝙ nec possumus aquas penetrare, nec volare per aerem. ¶Secunda diuisio propria infiniti est, quod infinitum accipitur tripliciter: aut secundum appositionem, vt in numeris, aut secundum diuisionem, vt in quantitate continua. Et ex isto secundo modo oritur primus: nam quãta est diuisio magnitudinis, est appositio ad numerum. Aut vtroque modo: sicut in tempore. Tempus enim eo ꝙ est continuũ, potest in infinitum diuidi, ⁊ eo quod est successiuum crescit ad modum numeri semper successione temporis post tempus. s. pręsentis post pręteritum, ⁊ futuri post pręsens. Sequitur consequenter caput quintum.

## QVO DISPVTAtur, an sit infinitum.

## CAPVT. V.

Separabile igitur esse á sensibilibus infinitum, ipsum quid existens infinitum: non est possibile. Si enim neque magnitudo est, neque multitudo, sed substantia ipsum est infinitum & non accidens, indiuisibile enim: aut magnitudo erit, aut multitudo. si autem indiuisibile: non infinitum, nisi sicut vox inuisibilis est. At neque sic dicunt esse, affirmantes esse infinitũ: neque nos quærimus, sed vt transibile. Textus. xxxv.

¶His pręiactis fundamentis in capit.5.quod per textus viginti vnum distribuitur, prosequitur impugnationem infiniti: concludere intendens, nullatenus infinitum in actu esse possibile: sed solum in potentia. In hoc autem capite solum procedit disputatiue: ⁊ in sequenti incipit determinare veritatem. At vero cum bifariam fuerit partitus positionem infiniti scilicet ⁊ secundum Pythagoram ⁊ Platonem, qui ponebant infinitum separatum a sensibilibus scilicet vel in numeris abstrahendo a materia ⁊ motu (vt Pythagoras) vel in ideis (vt Plato) secũdũ alios naturaliter loquentes, ponentes infinitum in sensibilibus, in primis quatuor textibus refellit infinitum primo modo: et in subsequentibus prosequitur impugnare infinitum in sensibilibus. Redarguit ergo Aristoteles Pythagoram ⁊ Platonem tribus argumentis. Primo. Si datur infinitum separatum a sensibilibus, aut illud erit aliqua substantia per se subsistens, quę secluso quocunque accidente ex sua quiditate ⁊ natura sit infinita, aut includit accidens ratione cuius sit infinita. Primum, esse non potest: quoniam quicquid consideretur seclusa magnitudine, ⁊ multitudine [quę sunt accidentia de pręedicamento quãtitatis] necesse est esse indiuisibile negatiue. i. ineptum, vt diuidatur: nam diuisio nulli potest competere, nisi ratione quantitatis continuę vel discretę: ponere autem illo modo infinitum: nihil pertinet ad pręsentem quęstionem: esset enim tunc infinitum sicut vox dicitur inuisibilis scilicet, quia non habet aptitudinem vt videatur ⁊ sicut punctum: hic autem loquimur de infinito priuatiue, quod scilicet est extensum: carens termino. Cõtra Pythagorã & Platõ.

Textus. xxxvj. Si verò secundum accidens est infinitum non erit vtique elementum eorũ quæ sunt, vt infinitum. sicut nec inuisibile, locutionis: quanuis vox sit inuisibilis. ¶Amplius qnomodo continget aliquid esse ipsum infinitum si non est & secundum numerum & magnitudinem, quorum est per se passio quædam infinitum? adhuc enim minus esset necesse est: quàm numerum aut magnitudinem.

¶In textu.36. prosequitur alterum membrum: dicens. Si vero illud infinitum includat accidens, ita vt sit per accidens infinitum (sicut substantia ⁊ qualitas est finita vel infinita ratione quantitatis) tunc sequitur ꝙ tale infinitum. i. tale accidens ratione cuius conuenit illi substantię esse infinitã non erit elementum. i. non erit principium eorum quę sunt. i. substantiarum: quia accidens nõ est principium substantię. Quemadmodum enim esto vox sit principium sermonis ⁊ locutionis, ⁊ vox sit inuisibilis, tamen inuisibilitas, quę est accidens vocis, non est elementum sermonis: ita licet illa substantia quę esset principium substantiarum per accidens esset infinita, tamen illud accidens non esset principium rerum. Cuius tamen contrarium asserebant Pythagoras ⁊ Plato, profitentes ꝙ infinitum ipsum per se ⁊ secundum suam quiditatẽ esset principium rerum. ¶Secunda ratio est illic (Amplius ⁊c.) quę talis est. Ratio infiniti est propria passio numeri vel magnitudinis: ergo minus potest per se subsistere separata a sensibilibus quã numerus ⁊ magnitudo quę sunt eius subiectum: numerus autem ⁊ magnitudo non possunt sumpte natura esse separata a sensibilibus rebus, quia quãtitas, cum sit accidens: non potest esse nisi in subiecto sensibili: ergo multo minus infinitum. i. ratio ipsa infiniti potest esse separata ⁊ per se subsistens. ¶Plato enim quiditates formales rerum ponebat separatas: sicut ⁊ Pythagoras quiditatem impediri.

Textus. xxxvij. Manifestum autẽ, & quòd non contingit esse infinitum, vt actu existens & vt substantiam ac principium. Erit enim quicquid ipsius, accipiatur, infinitum, si partibile est. Infinito enim esse & infinitum. idem est, si substantia infinitum sit, & nõ de subiecto. Quare aut indiuisibile est, aut in infinita diuisibile, multa autem infinita esse idem impossibile est. At vero vt aeris aer pars est, sic & infinitum, infiniti siquidem substantia est & principium. Impartibile ergo, & indiuisibile est. At esse tale nequit, quod actu est infinitum quantum esse quid enim necesse est.

¶In textu.37. addit postremo tertiam rationem: quę subobscura est: his pręsertim, qui in metaphysica Aristot. non sunt versati. Notandum est. n. ꝙ in rebus naturalibus suppositum ⁊ natura in via Aristot. distinguitur: non quidem tanquam duę res, sed ad illum sensum, quo. q.3. super prologum Porphyrij, ⁊ cap. de substantia. q.1. explicuimus. s. ꝙ quia natura quę exprimitur per diffinitionem in abstracto explicatur vt forma: ⁊ suppositum tã quam habens formam, hęc est falsa seclusa operatione intellectus in sensu formali: homo est humanitas, affirmante Arist.3. de anima text.9. ꝙ aliud est magnitudo ⁊ aliud est magnitudinis esse, vt aliud aqua, ⁊ aliud aquę esse. i. quiditas in abstracto, quia suppositum aquę includit hanc materiam cum singularibus conditionibus, quę non includũtur in natura aquę, vt explicatur per eius diffinitionem. In rebus autem separatis a materia suppositum ⁊ naturę sunt idem: quia suppositum non includit aliquid reale quod non includatur in natura. Ex quia Plato ponebat ideas separatas a materia quę erant rationes formales rerum ⁊ Pythagoras dicebat naturam numero abstrahendo per intellectum a singularibus esse principium rerum, atque adeo vtrunque ratione infiniti ponebant substantiam per se subsistentem, ait hic Aristoteles ꝙ secundum illos idem erit infinitum ⁊ esse infinito. i. quidditas ipsius infiniti: sicut si daretur homo separatus ab osse, carne ⁊c. idẽ esset humanitas ⁊ homo sola ratione differentes. Item qr ponebant illud infinitum esse principium rerum, necesse erat illud esse simplex non habens partes essentiales diuersarum rationum sicuti in rei veritate nos ponimus tam materiam quam formam. Ob idque deberet illud infinitum esse omnino simplex: vt neque habere partes integrales etherogeneas: quas habent animalia: propterea ꝙ sunt in materia. s. carnes ⁊ ossa ⁊c. neq; haberet materiam ⁊ formam quas habent omnia mixta. His suppositis probatur ꝙ non poterat esse infinitum separatum vt illi dicebãt. Aut. n. esset diuisibile aut indiuisibile. Si diuisibile, cũ esset omnino simplex sequitur ꝙ quęlibet pars esset eiusdem rationis cum toto: ⁊ per consequens si totum esset infinitũ quęlibet pars esset infinita: sicut quęlibet pars materię est materia: quia in simplicibus diffinitio quiditatiua totius conuenit cuilibet parti. Unde sequitur ꝙ vel deberent concedere illud infinitũ esse indiuisibile, aut si diuisibile quod componeretur ex infinitis partibus, quarũ quęlibet esset infinita: quemadmodum quia aer non habet partes etherogeneas, quęlibet pars integralis aeris est aer. Utrumq; autem membrum est inconueniens. Quod enim aliquod ens habeat infinitas partes non communicantes, quarum quęlibet esset infinita, sicut totum inuoluit manifestam repugnantiam: nam si vna pars est infinita, illa replet totũ locum imaginarium: ⁊ per consequens nullum relinquit locum in quo sint alię partes. Quod autem illud infinitum sit indiuisibile, est manifesta repugnantia: nam ratio infiniti (quale isti ponebant) cõsistit in quantitate, ⁊ ratio quantitatis est, vt sit diuisibilis.

Textus. xxxviij. Secundum ergo accidens est infinitum. sed si sic. dictum est quod non contingit ipsum principium dicere, sed illud cui accidit, vt aerem aut par. Quare

ſe abſurdè enunciant dicentes, ſicut Pythagorei dicunt. ſimul enim ſubſtantiā faciunt infinitum & patiuntur,

¶Concludit ergo in textu.38.ꝙ non poterant ponere infinitum ſecundum ſuam ſubſtantiam ⁊ quiditatem, per ſe ſeparatum a ſenſibilibus: ſed ſi erat infinitum deberet eſſe ratione quantitatis, quę quidem eſt accidens. Quod ſi concederent, iam probatum eſt ſupra ꝙ non poterat tale infinitum ſub ratione infiniti eſſe principium ſubſtantię: atque adeo erat repugnātia dicere ꝙ infinitum per ſe eſſet principium rerum.

Textus. xxxix. Sed fortaſsis hæc quidem eſt vniuerſalis quæſtio magis: ſi cōtingit infinitū & in mathematicis eſſe, & in intelligibilib⁹, & in iis quæ nullam habent magnitudinem. Nos autem conſideramus, de ſenſibilibus, ac de ijs quorum facim⁹ ſciētiam. vtrum in illis eſt an nō eſt corpus infinitum in augmentum.

¶In textu.39.eximit ſe Ph.a diſputatione aduerſus huiuſmodi infinitum ſeparatum a ſenſibilibus quippe quę ad metaphyſicum potius pertineat [cuius eſt diſputare de rebus ſeparatis a materia ⁊ ſenſu] quam ad phyſicum, cuius negocium eſt de rebus quatenus ſunt in materia philoſophari.

Textus. xl. Rationabiliter igitur ſpeculantibus: ex huiuſmodi videbitur vtique non eſſe. Si enim eſt corporis ratio planicie terminatum: non vtique erit corpus vllum, aut intelligibile, aut ſenſibile infinitum.

¶Unde in textu.40.incipit arguere aduerſus infinitum ſenſibile. Et primo rationibus duabus dialecticis. Hoc eſt enim quod ait (Rationabiliter ſpeculantibus) ſeu diſſerendi modo, vt vertit Argiropylus.i.ex probabilibus ⁊ propoſitionib⁹ vulgo receptis: quemadmodum dialectica rationalis diſputare ſolet. Prima ratio eſt. Corpus [vt vulgo apud mathematicos diffinitur) eſt quantum vnica aut pluribus ſuperficiebus terminatum, ergo omne corpus ſiue ſenſibile ſit.i. phyſicum, vt terra, lignum ⁊c. ſeu intelligibile. i. mathematicum, per intellectum abſtractum a materia, debet eſſe terminatum ⁊ finitum. Ac ſi dicat ꝙ omne corpus debet habere aliquam figuram in ſuperficie extrema: ⁊ per conſequens non poteſt eſſe infinitum.

Textus. xlj. At verò neque numerus ſic, vt ſeparatus & infinitus. numerabile enim eſt numerus, aut habens numerum. ſi ergo numerabile, poteſt numerari: & pertrāſire vtique poſsibile erit infinitum.

¶Secunda ratio ſimilis eſt in textu.41.ad probandum ꝙ non poſſit eſſe infinitum in multitudine. Omnis numerus ſiue ſeparatus.i.ſiue accipiatur ſecundum diffinitionem numeri mathematici abſtracti per intellectum a materia, ſiue habens numerum.i.ſiue ſit numerus phyſicus vt lapidum vel hominum habentium vnitates, omnis talis eſt numeralis: ergo omnis erit finitus: quia infinitum pertranſire numerando non poteſt: ⁊ per cōſequēs nec poteſt dari infinitum in magnitudine, nec in multitudine. Dicuntur rationes iſtę idcirco dialecticę, ꝙ licet poſſet negari ab alijs omne quantum terminari ſuperficiebus, ⁊ omnem numerum numerari, procedunt tamen probabiliter: quia eiuſmodi reſponſio non cenſeretur in ſcholis mathematicorum habere probabilitatem.

Textus. xlij. Phyſice autem magis ſpeculantibus ex hiſce: manifeſtum erit. neque enim compoſitum poteſt eſſe : neque ſimplex. Compoſitum igitur non erit infinitum corpus: ſi finita multitudine elementa ſint, neceſſe eſt enim: plura eſſe & æquari ſemper contraria, & non eſſe vnum eorum infinitum: & ſi eñ quo modocūque ſuperatur, quæ in vno corpore eſt potētia, ab altero (vt ſi ignis finitus ſit, aer autem infinitus ſit, autem æqualis ignis: ad aerem æqualem, potentia quantumlibet multiplicatus, ſolum autem numerū aliquem habens) tamē manifeſtum eſt, quòd infinitū excedet & corrūpet finitum.

¶In text.42. exordit̄ Philoſophus rationes phyſicas ⁊ naturales: quibus demonſtrat nō eſſe naturaliter poſſibilē infinitū. Atqui infinitum in rebus naturalibus ſenſibilibus poſſet conſiderari: aut in mixtis, aut elementis, aut in cęlo. De cęlo pręterit hic mentionem facere. Habet enim in more nihil, niſi proprio loco tractare: ⁊ cum vſque ad libros de cęlo nuſꝙ̄ demonſtrauerit cęlū eſſe ſubſtātiā alterius ſpeciei, ſeu generis ꝙ̄ elementa, ſolum hic diſſerit de mixtis ⁊ elemētis: in primo autē de cęlo tex.5.peculiariter iterato reuocat in queſtionē an cęlum ſit infinitū. Probat ergo primo ꝙ nullum mixtū ſit infinitū hoc ſyllogiſmo. Corpus omne mixtū cōſtat ex elementis: ſed cōpoſitionē mixti intrat multitudo finita elementorū: nēpe ſolum quatuor, quorū nullū eſt magnitudine infinitū: ergo mixtum non pōt eſſe infinitū. Q̄d multitudo elemētorū ſit finita, relinquit tanꝙ̄ notū. Q̄d aūt nullū ſit infinitū, probatur. Aut vnum tunc eſſet infinitū: aut omnia, neutrum iſtorum: ergo. Probatur primū mēbrū. Elementa cōponūt mixtū per actionem contrariā mutuo ſe corrūpēdo, vt.2.de gene. tex.33.patebit: ergo nullum eorum pōt eſſe infinitum. Manifeſta eſt conſequētia eo ꝙ illud infinitū corrūperet oīa alia, ⁊ illud ſolum maneret incorruptū, atq; adeo mixtū non conſtaret ex omnibus elemētis. At q2 poſſet quis negare cōſequētiā, dicens ꝙ ꝙ̄uis vnū elemētorū eſſet infinitum magnitudine, non illico ſequitur vt corrumperet alia, nā poſſet eſſe virtutis finitę. Huic ſolutioni obuiat Ph. dicens ꝙ quāuis illud elementum infinitum eſſet. v.g. aer qui eſt maioris actiuitatis quā ignis. v.g. in centupla, aut quauis alia proportione finita, illud tamē debet intelligi ꝙ equales partes aeris ⁊ ignis ſunt inequalis virtutis. Tunc arguit Ariſt. Si multiplicetur aer ad tanto maiorē quantitatem

quanto ignis habet maiorem virtutem, sequitur ꝙ erunt ęqualis virtutis: ergo postquam tale elementum erit infinitum magnitudine, necesse est vt habeat infinitam virtutem, ⁊ per consequens omnia alia in infinitum superet. Et eadem ratione patet ꝙ non possunt esse aliqua infinita, ⁊ aliqua finita.

Textus. xliiij. Vnumquodque autem infinitum esse est impossibile, Corpus enim est: quod omniquaque dimensionem habet. infinitum autem quod infinite extensum est. Quare infinitum corpus vndequaque extensum erit in infinitũ.

¶ Secũda solutio esse posset ꝙ omnia quatuor elemẽta essent infinita, vt essent ęqualis virtutis: hoc autem in hoc textu.43. ait esse manifeste impossibile: nam corpus est id quod habet omniquaque dimensionem. i. secundum longitudinem, ⁊ latitudinem ⁊ profunditatem obidque corpus infinitum erit quod secundum hanc trinam dimensionem est infinitum. Quod autem hoc modo est infinitũ occupat omnem locum imaginarium: ⁊ per consequens non permittit secum aliud corpus: nisi duo corpora essent penetratiue in eodem loco: quod nõ est possibile. Atꝫ adeo impossibile est vt quatuor corpora infinita coeant in compositionem mixti.

Textus. xliiij. At verò neque vnum ac simplex esse contingit infinitum corpus: neque sicut dicunt quidam, id quod præter elementa est, ex quo hæc generant, neque simpliciter. Sunt eñ quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem, aut aquam ne cætera corrumpantur ab infinito. Habent enim ad se inuicem contrarietatem, vt aer quidem frigidus est, aqua verò humida: ignis autem calidus. quorum si vnum esset infinitum corrupta iam fuissent alia. Nunc autem dicunt aliud esse id, ex quo hæc sunt.

¶ In tex.44. reuertitur ad aliud membrum principale scillicet ꝙ nullum corpus simplex potest esse infinitum: corpus simplex appellat elementum aut corpus medium inter duo elementa: quale ponebant vel Anaximander, vt ait Themist. vel forte alij vt libr.1. super textu.32. adnotauimus. Medium inquã vel inter aerẽ ⁊ ignẽ vel inter aerẽ ⁊ aquã: propterea (vt ait hic Arist.) ꝙ cũ viderẽt simplicia elementa habere inter se cõtrarietatẽ vt ignis ⁊ aqua dicebant elemẽta nõ posse esse principia ꝑmanentia, in eodẽ supposito. Ignis. n. nõ põt esse principium aquę: nec aqua ignis.

Textus. xlv. Impossibile autem est esse tale. non quia infinitum (de hoc enim commune aliquid dicendum est: de omni similiter & aere, & aqua, & quodlibet) sed quia non est tale sensibile corpus, pręter vocata elementa. omne nanque ex quo est etiam resoluitur in hoc. quare esset vtique hic, præter aerem & ignem, & terram, & aquam: aliud quippiam videtur autem nullum.

¶ Ait vero Aristot. in tex.45. ꝙ hęc opinio, pręter errorem quo asserebat aliquid infinitum (quod statim impugnabitur, communi ratione procedenti de omnibus elementis) peccabat, ponens aliquod corpus simplex quintum: nam, cum vnumquodꝗ resoluatur in ea ex quibus componitur, experiremur, quando mixtum resoluitur, restare eiusmodi corpus simplex quintum: attamen non experimur nisi quatuor duntaxat: ergo nullum est aliud.

Neque igitur ignis, neque aliud elementorum quicquam: infinitum quid esse potest. Omnino enim & præter id quod infinitum sit aliquid ipsorum: impossibile est ipsum vniuersum, & si finitum sit, aut esse, aut fieri vnum quid ipsorum, sicuti Heraclitus dicit omnia fieri aliquando ignem. Textus. xlvj.

¶ In textu ergo.46. probat ratione communi nullum simplicium corporum scilicet quatuor elementorum, posse esse infinitum. Quod licet non formaliter, tamen virtualiter, ⁊ sub verbis pressis atque concissis duplici ratione probat. Primo ex superiori ratione: quia si esset infinitum, omnem locum occuparet, ⁊ per consequens non compateretur secum alia elementa. Et pręterea, quia esset, vt probatum est infinitę actiuitatis: atque adeo omnia alia corrumperet: ⁊ per consequens totum vniuersum esset vnicum elementum. Ait esse: aut fieri, propter Heraclitum: qui vt lib.1. super textum.32. exposuimus, ponebat ignem esse principium omnium rerum. Et cum obijciebatur illi, ꝙ cum ignis esset maxime actiuus, non posset permanere in rebus quin illas corrumperet, dicebat quod licet hactenus non omnino corruperit, semper tamen est actu corrumpens, ⁊ tandem totum orbem inflammabit, ⁊ tunc vniuersum totum erit ignis. Ait ergo Aristot. ꝙ posito aliquo elementorum infinito idem contingeret scilicet quod vel totum vniuersum esset illud: vel aliquando conuerteretur in illud.

Eadem autem est ratio & in ipso vnoquod faciũt præter elemẽta Physici. Omnia nanque mutantur ex contrario in contrarium: vt ex calido, in frigidum. oportet autẽ de omni & ex hisce considerare: si potest aut non potest esse corpus infinitum sensibile. Textus. xlvij.

In textu.47. dicit idem omnino cõtingere, si illud infinitum simplex non esset aliquod quatuor elemen

mentorum, sed aliud quintum medium quod alij ponebant: nam si illud deberet esse principium, necesse erat, vt haberet contrarietatem cum alijs rebus: quintam quicquid fit, fit ex suo contrario vt album ex nigro, frigidum ex calido & per consequēs omnia tandem in se conuerteret cum esset infinitum. Ubi de directo impugnat illorum rationem motiuam. Ponebant .n. illud medium esse principium propter argumentum quod faciebant aduersus Thaletem & Heraclitum ꝙ si principium esset aqua tunc ex illo non posset fieri ignis: & si esset ignis, ex illo non posset fieri aqua propter contrarietatem. Ait ergo Ph. ꝙ idem sequitur secundum suorum opinionem, quia illud quintum necesse erat vt esset contrarium alijs rebus q̄ ex illo fierent tanquam ex termino a quo. ¶ Subsequenter postquam diuisim seorsum probauit, nec mixtum posse esse infinitum, nec elementum simplex: facta illa suppositione ꝙ elementa sint numero finita, dein de sumpta ratione a generatione mixti: persistit idem simpliciter demonstrare non facta aliqua suppositione: sed in genere, ꝙ nullum corpus sensibile, quodcunque illud sit, possit esse infinitum. Et id quidem quatuor rationibus.

Textus. xlviij

Quod autem omnino impoßibile sit esse corpus infinitum sensibile: ex hisce manifestum est. aptum est enim natura omne sensibile alicubi esse. atque locus est aliquis vniuscuiusque. & idem est partis, & totius, vt totius terræ, & vnius glebæ: & ignis, atque scintillæ. Quare si sit eiusdem speciei: aut immobile erit, aut semper mouebitur. Atqui impoßibile est. Cur enim magis deorsum quam sursum, aut quouis? dico autem vt si gleba sit, quoniam hæc mouebitur, aut vbi manebit, locus enim infinitus, erit cōgenei sibi corporis. Vtrum igitur occupabit totum locum? & quomodo? Quæ igitur, & vbi quies, & motus ipsius? an vbique manebit? non ergo mouebitur. an vbique mouebitur? non ergo stabit.

¶ In textu .48. format rationem primam tribus factis suppositionibus. Prima ꝙ omne corpus sensibile suapte natura aptum est esse in loco naturali. Loquitur .n. hic non de loco simpliciter, & [vt sic dicam] mathematice: qui est superficies cōtinēs locatum, sed de loco naturali ad quē res naturalis habet inclinationem, vt cētrū terrę est loc⁹ terrę: & concauū lunę locus ignis: & sic de alijs elementis & cęlis. Ultima .n. sphera licet non in loco circunstante mouetur tamen in loco naturali. Secunda suppositio est prioris explicatio. vniuscuiusque rei naturalis est aliquis locus naturalis ad quem suapte natura mouetur, & in quo naturaliter quiescit. Imo & animalibus inquantum sunt animalia competunt sua cuique loca. Viuunt enim pisces in aqua & alia in aere. Tertia suppositio est ꝙ idem locus naturalis & totius & partis: nam in loco naturali quo quiescit totum elementum terrę, quiescit naturaliter quęlibet eius pars. Quocirca quęlibet pars terrę nisi impediatur, mouetur ad centrum: & quęlibet pars ignis ad concauum lunę.

¶ His suppositis ratio est huiusmodi. Aut corp⁹ infinitum, quodcunque illud sit: constabit ex omnibus partibus eiusdem speciei cum toto [loquitur .n. de integralibus, vt sunt partes terrę & aeris & auri & lapidis &c. aut constabit ex partibus eterogeneis vt animalia. Si primum, aut semper mouebitur, aut semper quiescet, neutrum est possibile: ergo. Probatur simul vtraque pars minoris. Si semper mouetur (loquitur de motu naturali ad locum in quo naturaliter quiescit) aut mouebitur sursum aut deorsum, aut ad aliā differentiā positionis, nullum istorum: ergo. Sed antequam vlterius procedamus adnoto parentesim illam (dico autem vt si gleba sit) totum namque infinitum categorematice moueri non posset secundum se totum: quia non posset mutare locum cum repleret omnem imaginarium. Quinimo neque circulariter, vt perdocte manifestat Aristot. 1. de cęlo text. 35. quia cum non terminetur aliqua extrema superficie, non poterit signari in illa aliquod punctum quod motu describat aliquam portionem circuli, sicut signatur sol qui viginti quatuor horis facit vnum circulum. Et ideo non arguit hic Aristoteles de motu totius sed de motu glebę .i. partis corporis illius infiniti (si esset terra). Ex cuius inaduertētia raro intelligitur hic textus. Probatur ergo ꝙ pars talis elementi, nec mouebitur, nec quiescet naturaliter. Locus naturalis illius glebę est congeneus .i. idē omnino qui est locus naturalis totius: locus autē naturalis totius est infinitus imaginarius: ergo idem locus infinitus erit locus naturalis cuiuslibet partis illius infiniti. Tunc arguit. Aut quęlibet pars occupabit totum locū infinitum: & hoc est inintelligibile. Si autē singulę partes erunt in singulis partibus loci infiniti, tunc si in quocunque loco fuerit quęuis pars illius infiniti, manebit naturaliter: & sic sequitur ꝙ nunquam mouebitur. Si autem illic non manebit, nunquam quiescet: nam si in aliquo loco non quiescit naturaliter, eadem ratione in nulla alia quiescet: quia non habet maiorem inclinationem ad vnum locum quam ad alium. Summa rationis est hęc, ꝙ cum quęlibet pars illius totius inclinetur ad totum locum infinitum, in nulla parte loci suapte natura quiescet naturaliter: nec ad aliquam mouebitur naturaliter: & sic suapte natura: nec erit mobile nec immobile.

Si verò dissimile sit ipsum totum: dissimilia & loca erunt, & primum quidem non vnum corpus vniuersi est: nisi tangendo. Deinde aut finita, hæc erunt: aut infinita specie. Atque finita quidem non esse possunt. Erunt enim alia quidem finita alia vero non, si totum infinitum est, vt ignis, aut aqua. Corruptio autem tale contrarijs esset, sicut dictum est prius. Et propter hoc nullus eorum Textus. xlix.

qui

qui de natura differunt, vnum & infinitum ignem fecit. aut terram: sed aut aquam, aut aerem, aut eorum medium. quoniá locus vtriusque manifestus erat, determinatusque. Hæc autem vtroque participant, eo qui sursum, & qui de orsum. ¶Si autem infinita & simplicia sunt, & loca infinita: & infinita elemẽta erunt. si verò hoc impossibile: & loca finita sunt, & totum infinitum esse, necesse est, impossibile enim est: non æquari locum, & corpus. neque enim locus omnis maior est quàm quantum contingit, corpus simul esse. simul autem neque infinitum erit corpus maius, quàm locus. aut enim vacuum erit aliquid: aut corpus quod nusquam aptum natura est esse.

¶In textu.49.impugnat aliud membrum maioris principalis argumenti. Si enim quis dicat illud infinitum constare ex partibus diuersarum specierum ⁊ tunc sequitur ꝙ loca naturalia illarum partium etiam differunt specie sicuti locus ignis est sursum, ⁊ locus terrę deorsum. Differentias namque positionis vocat loca differentia specie. Et tunc sequitur primum inconueniens ꝙ partes illius totius non erunt continuę: sed contiguę. Videtur tamen consequentia inefficax: nam partes hominis puta ossa nerui ⁊ carnes differunt specie, ⁊ tamen sunt continuę. Ad hoc respondetur, ꝙ partes animalis non sunt differentes specie perfecta: quin omnes habent esse per eandem formam substantialem totius: ⁊ ideo sunt partes eiusdem speciei totalis: licet inter se differant specie partiali (vt sic loquamur] propter diuersa accidentia habentia se ex parte materię puta propter complexiones diuersas: illi autem deberent ponere partes totius infiniti, esse differentes specie perefecta, vt differunt partes vniuersi: atque adeo deberent concedere illud infinitum esse vnum per aggregationem. Et quia hoc non haberent pro magno inconuenienti [nam illo modo Anaxagoras, quem notat hic Arist. posuit infinitum chaos in quo omnia erant aggregata ⁊ congesta] non illic insistit: sed transit ad aliud inconueniens. Etenim inquit species partium infiniti erunt finitę, itaqꝫ omnes partes sint v.g. in quatuor speciebus: aut erunt infinitę. Si erunt finitę species, vt puta quatuor elementa necesse est, ꝙ aliqua saltem illarum sit infinita in quantitate: quia ex speciebus finitis partium non potest constare infinitum nisi aliqua saltem illarum sit infinitę magnitudinis. Si autem aliqua illarum sit infinita, reliquę vero finitę iam supra ostensum est ꝙ illa pars infinita cõsumeret omnes alias. Et hoc est quod ait (corruptio autem tale). i. talis pars infinita erit corruptio aliis contrariis. i. corrumpet alia contraria: ⁊ per consequens non erunt plures partes dissimiles specie. ¶Qua inquit de causa nullus eorum qui naturaliter loquuti sunt ponens vnum principium infinitum, dixit illud esse aliquod extremorum, puta terram, aut ignem: propterea ꝙ vtriusque locus est manifestus: sed aquam vel aerem, quę quodammodo sunt medio participantia vtroque extremo Literam hanc fateor apud neminem interpretum intelligere possum: neque video qualis sit consequentia, qđ ex eo ꝙ vna pars infiniti non potuit esse infinita, ⁊ reliquę finitę, non ponebant antiqui ignem, aut terram esse principiũ infinitum, bene tamen aquam, vel terrã. Nisi verũ sit (quod Philoponus ait) hanc rationem esse truncam ⁊ mancam cui aliquid deficit. Debet ergo introduci tanquam noua confirmatio isto modo. Itẽ si vna illarum partium esset infinita, cum illa corrumperet alias, omnia essent vnum elementum infinitum: nam illa pars deberet esse simplex corpus. Quod autem hoc sit impossibile, patet: nam infinitum (vt dictum est) nullum sibi vendicat locum, ⁊ tamen quodlibet elementum vendicat sibi proprium locum. Et tunc subiungit ꝙ ad euitandum hoc inconueniens nullus dixit illud infinitum esse terram vel ignem: quia de illis negare non poterant habere manifesta loca naturalia: sed de aliis intermediis, quia non est tam manifestum habere propria loca, poterant vtrumque dicere esse infinitum. Prętermittit hic aliud mẽbrum quod illi possent respondere. s. ꝙ partes infiniti quę sunt specierum finitarum sunt omnes infinitę magnitudinis: qr illud iam supra impugnatum est, videlicet, non posse esse simul plura infinita, eo ꝙ vnum occupat totum locum. ¶Prosequitur ergo aliud membrũ, si quis diceret partes illius infiniti esse infinitarum specierum, vt ponebat Anaxagoras in suo chao, vnde dicebat mundum fuisse factum: nam aduersus hanc opinionem dirigit disputationem hanc. Tunc [inquit] sequitur ꝙ loca naturalia pariter erunt infinita: nam tot debent esse loca naturalia quot sunt res naturales: vt alius est locus grauium, alius leuium, ⁊ alius cęlorum, ⁊ alius cuiuscunque elementi. Quod autem consequens sit falsum. s. esse infinita loca naturalia ostẽdere prętermittit tanquam per se motum: nam species locorum naturalium tantum, sunt tres, vt habetur. 1. de cęlo, ad medium deorsum, ⁊ a medio sursum, ⁊ circa medium in cęlis. Sequelam vero probat. s. ꝙ tot debent esse loca quot locata per similitudinem ad loca mathematica. Hoc enim est hic animaduertendum ad intelligendam literam. Quemadmodum. n. in loco continui locus debet ęquari locato, vt neque locus sit maior quam locatum (alias daretur vacuum) neque locatum maius loco (alias daretur locatum extra locum) ita in naturalibus neque debet esse aliqua differentia loci, ad quem aliquod corpus naturale non habeat inclinationem: neque rursus debet esse corpus naturale, quod ad suum locum proprium nõ habeat inclinationem,

Anaxagoras autem inconuenienter dicit de infiniti quiete. fulcire enim seipsum dicit infinitum. hoc autem quia in ipso est (aliud enim nihil continet) tanquam vbi vtique aliquid sit ibi aptum natura sit esse. hoc autem non verum. erit enim vtique quicquam alicubi vi, & non vbi aptum natura est esse.

Textus l.

Textus lj.

ſe. ſi igitur quam maximè nõ mouetur totum (quod enim in ſe ipſo fulcitur & in ſeipſo eſt, immobile eſſe neceſſe eſt) cur tamen non aptum natura ſit moueri, dicendum erat. non enim ſatis eſt: ſic dicentem euadere. erit enim vtique & quodlibet aliud, non motum, ſed aptũ natura eſſe: nihil prohibet. quoniam & terra non fertur, neque ſi infinita eſſet: coercita tamen à medio. ſed non quia nõ eſt aliud quo feratur, manebit in medio: ſed quia non eſt apta natura ſic. ſed tamen licebit vtique dicere: quod fulcit ſeipſam. Si igitur neque in terra hæc cauſa eſt, exiſtente infinita, ſed quia grauitatem habet (graue autem manet in medio: terra autem in medio eſt) ſimiliter & infinitum manet vtique in ſeipſo propter aliam quãdam cauſam, & non quia infinitum eſt & fulcit ipſum ſeipſum.

¶ In text. 50. refert ſolutionem Anaxagoræ aduerſus quem punctim tendebat argumentum hoc. Quippe cuius opinio erat vnum fuiſſe chaos infinitum ante mundi creationem, ybi infinitę rerum ſpecies latitabant. Unde ad hoc argumentum reſpondebat ꝙ illud infinitum chaos non habebat aliquem locum naturalem in quo eſſet, aut ad quem moueretur: ſed in ſeipſo ſuſtinebatur. Cum. n. haberet partes infinitas ſe ſe inuicem alia aliam tenebant: ⁊ per conſequens erat natura ſua immobile. Hanc vero opinionem reſpuit Ariſt. duabus rationibus. ¶ Prima eſt hęc in textu. 51. Si illud infinitum eſſet natura ſua immobile, eo maxime eſſet: quia vbi vnumquodq; eſt, ibi naturaliter quieſcit, hoc tamen eſt falſum: quoniam multa ſunt in loco per violentiam vbi non naturaliter quieſcunt vt graue ſuper trabem: ergo dato ꝙ illud infinitũ non moueretur, non ſubinde ſequitur ꝙ quieſceret tanquam in loco naturali. Ratio tendit ad hoc ꝙ ſi illud infinitum de facto non moueretur, fuiſſet ex eo ꝙ cum eſſet infinitum non haberet locum quo moueretur ſed vna pars teneret violenter aliam: hoc autem non ſatis oſtendit eſſe ſuapte natura immobile tanquam exiſtens in ſuo loco naturali: ſed ſicut graue quieſcit ſurſum: quod non eſt proprie quieſcere: ſed impediri a proprio motu. Et ideo tenebatur Anaxagoras reddere rationem ex natura rei cur eſſet immobile: alias quęcunq; res, vbicumque detineretur, diceretur ex natura ſua quieſcere. ¶ Dilucidat argumentũ exemplo terrę. Ubi notandum eſt, quod terra ſecundum Ariſt. inter omnia elementa, quia eſt vltimum graue, eſt ſuapte natura immobilis: nec. n. mouetur a medio nec ad medium, nec circa medium: reliqua vero elementa mouentur circa medium. Dicunt enim, ignis rapitur circulariter ad motum orbis lunę: ꝙ pariter aer. Quod ſi aliqua pars terrę mouetur eſt de per accidens: quia ſurſum detinetur. Ait ergo ꝙ ſi daretur terra infinita ⁊: coercita a medio. i. impedita ratione ſuę infinitatis ne veniret ad medium: nihilominus illa terra eſſet immobilis. Ratio tamen immobilitatis non eſt reddenda ex eo quod ſe ſuſtinet, nec eſt in aliquo loco (quanuis ita ſit ꝙ ſe ſuſtineat) ſed ex eo immobilis: quia natura ſua eſt talis: vt ſit cẽtrum mundi immobile. Pari ergo modo non ſatis eſt Anaxagorę reddere rationem immobilitatis illius chaos propter infinitatem: ſed ex natura rei.

Simul autem manifeſtum eſt: quod & quamlibet oportebit partem manere. vt enim infinitum in ſeipſo manet ſe fulciens: ſic & quæcunque accipiatur pars in ſeipſa manebit. Totius enim & partis eiuſdem ſunt ſpeciei loca. vt totius terræ, & glebæ, deorſum: & totius ignis, & ſcintillæ ſurſum. Quare infiniti locus in ſeipſo eſt: & partis idem erit. manebit igitur in ſeipſa. Textus. lij.

¶ In textu. 52. ſubdit ſecundam rationẽ. Si chaos illud infinitum eo eſſet immobile: quia ſe ſuſtinet in ſeipſo, eadem ratione quęlibet eius pars eſſet immobilis: nam idem eſt locus ⁊ natura totius ⁊ partis, vt totius terrę ⁊ glebę: ⁊ totius ignis, ⁊ ſcintillę: conſequens tamen eſt falſum: nam quęlibet pars illius erit ſuapte natura mobilis ad ſuum cuiuſque locum: quandoquidem ita nunc experientia compertum eſt, vt partes vniuerſi quę ab illo chao ſeparatę fuerant, ad ſua propria loca mouentur.

Omnino autem manifeſtum eſt, qđ impoſsibile eſt, ſimul infinitum dicere corpus, & locum quendam corporibus eſſe: ſi omne corpus ſenſibile, aut grauitatem habet, aut leuitatem, & ſi graue quidem eſt, ad medium habet lationem natura, ſi vero leue ſurſum: neceſſe eſt enim & infinitum corpus. Impoſsibile autẽ eſt: aut totum vtrunlibet, aut dimidiatum, vtrumque pati. quomodo enĩ diuides aut quomodo infiniti erit, hoc quidẽ ſurſum, illud verò deorſum, aut vltimum, aut medium. Textus. liij.

¶ In text. 53 facit ſecundã rationẽ principalẽ earũ quatuor quas ante textum quadrageſimũoctauũ propoſuimus. Et ratio eſt hęc. Corpus vnũquodq; ſenſibile proprium ſibi vendicat locum naturalem puta ſurſum, aut deorſum: ſed dato corpore infinito, non poſſumus ſignare has differentias poſitionis: ergo repugnat quod ſit infinitum ⁊ ſimul naturalẽ

Sensibile. turale. Sensibile corpus appellat mixtum vel elementum. Nam cęlum non habet sensibilem qualitatem. Et tunc probat maiorem: quia omne huiusmodi corpus aut est graue, aut leue. vt antiqui ipsi concedebant. Si autem est graue, mouetur ad medium. s. deorsum: si vero est leue, mouetur a medio puta sursum. Minorem autem probat: quia in corpore infinito, nec possumus signare medium, nec subinde sursum ⁊ deorsum: neq; secũdum se totum, neque secundum medietates: quia non posset aliquo modo diuidi, vt vna medietas diceretur sursum, alia deorsum. Non enim esset maior ratio de hac quam de illa diuisione, vt in aliqua secundum diceretur sursum ⁊ deorsum.

Textus. liiij. Amplius, omne corpus sensibile in loco est. loci vero species & differentiæ suut: sursum, & deorsum, ante, & retro, dextrum, & sinistrum. Atque hæc non solùm ad nos, & positione: sed & in ipso toto determinata sunt. Impossibile autem est: infinito hæc esse.

¶ In textu. 54. subiungit rationem tertiam principalem. Omne corpus sensibile est in loco ratione suę quantitatis: loci autem sunt sex differentię. s. sursum deorsum: dextrum: sinistrum, ante ⁊ retro: istę autem differentię signari non possent si vniuersum esset infinitum: ergo. Maiorem relinquit tanquam notam experientia: eo q̄ natura totius speculanda est ex natura partium: in omnibus autem partibus vniuersi has differentias comperimus. In viuentibus. n. superius ⁊ inferius sumitur secundum alimentum, pars namque superior est illa qua sumitur alimentum, vt caput in animalibus ⁊ radix in arboribus: contraria vero est deorsum: ante vero et retro sumitur in animalibus secundum sensum. vt pars anterior sit facies vbi viget sensus: contraria vero sit posterior. Sed dextrũ ⁊ sinistrum sumitur secundum motum localē: qui in homine incipit a parte dextra per ante vbi magis viget motus. In rebus vero inanimatis suapte natura designantur, sursum, ⁊ deorsum per comparationem ad centrum mundi: sunt enim motus a centro vel ad centrum. Reliquę vero differentię sumũtur in corruptibilibus per comparationem ad animalia. vt illa columna sit dextra, quę est ad nostram dextram ⁊c. Addit vero Phi. q̄ non solũ in corruptibilibus, sed etiam in toto vniuerso, puta in cęlo dantur istę differentię positionis: non quidem per ordinē ad nos: sed ex natura sua. vt enim probatur. 2. de cęlo dextrum cęli est oriens: quia si eius motus habuisset principium inde cępisset moueri: ⁊ per respectum ad oriens sumuntur alię differentię, vt ibidem est videre. Quod autem in corpore infinito non possint signari istę differētię, manifestum est, vt modo dicebamus. quia non posset signari medium: cuius respectu dignoscuntur alię differentię.

Sex differentię positionis.

Textus. lv. Simpliciter autem si impossibile est locum esse infinitum, in loco autem est omne corpus: impossibile est infinitum esse corpus aliquod. At verò quod alicubi est in loco est, & quod in loco, alicubi. Si igitur neque quantum, possibile est ipsum infinitum esse (quantũ enim aliquod erit: vt bicubitũ, aut tricubitum: hæc enim significat ipsum quantũ) sic & in loco, quod alicubi. hoc autē est, aut sursum, aut deorsũ aut in aliqua distantia earum quæ sex sunt. horum autē vnũquodq; terminus aliquis est.

¶ In textu. 55. ⁊ postremo huius capitis subijcitur quarta ⁊ postrema ratio principalis. Omne corpus est in loco. [hoc. n. differt substantia corporea ab incorporea, q̄ illa sit in loco, hęc vero minime] sed nullus locus potest esse infinitus: ergo neque corpus fieri potest vt sit infinitum. Probat minorem: quia sicut non potest esse res alicuius generis, nisi in aliqua certa specie (non. n. potest esse animal, nisi sit vel homo vel equus ⁊c.) neque potest esse quantum, nisi bicubitum vel tricubitum aut in alia specie quantitatis) ita nec potest esse locus naturalis: nisi secundum aliquam differentiam positionis. s. sursum deorsum ⁊c. quę sunt species loci naturalis: sed locus infinitus, nec erit sursum, nec deorsum ⁊c. ergo non est possibilis infinitus locus. ¶ Ex probatione minoris potest sumi argumentũ nouum q̄ non sit infinitum actu: nam si est infinitum, erit quantum si vero erit quantũ in actu, erit bicubitum, vel tricubitũ, aut in alia specie quātitatis: ⁊ per consequens non erit infinitum.

¶ Subsequitur statim caput sextum.

## QVONAMMODO, sit infinitum

## CAPVT VI.

Textus. lvj QVod igitur actu non sit corpus infinitum: manifestum est ex his. Quod verò si non sit infinitũ simpliciter, multa impossibila accidunt, manifestum est. Temporis enim erit quoddam principium atque finis. Et magnitudines non erunt diuisibiles in magnitudines. Et numerus non erit infinitus. Cum autem determinatis sic neutra ex parte videatur fieri posse: arbitrario iudice est opus. Atque manifestum est: quod quodammodo quidē est, quodammodo vero non est. dicitur autem ipsum esse aliud quidem potentia, aliud vero actu. Et infinitum est quidem appositione, est etiam & ablatione, magnitudo autem quod secundum actum quidem

Infinitũ quomodo datur

Questionis tertię ⁊ simul q̃rtę materia

dem non sit infinita: dictum est.diui
sione autem:est.non enim difficile est:
tollere indiuiduas lineas. relinquitur
igitur potentia esse ipsum infinitum.

¶ Postquã superiori cap.disputauit Aristo.de infinito ad partẽ potissimum negatiuã,in tribus capitulis sequẽtibus veritatẽ statuere prosequitur. In hoc enim.6.per textus sex distributos,manifestat quomodo sit infinitũ, quomodo vero non: ⁊ in sequenti diffinit quid sit infinitũ: ac demum in.8. respondet rationibus aduersariorũ,quibus cõtẽdebant infinitũ asserere. In hoc ergo text.56. ait ex his quę hactenus facta sunt argumẽta manifestum esse nõ esse infinitũ in actu : sed nihilominus si penitus infinitũ repellatur, alia videntᷣ inconuenientia subsequi: tria vel maxime. Primũ.Daretᷣ initium, ⁊ finis temporis : quod apud Aristotelẽ, ⁊ eos omnes qui ponebãt mundũ perpetuũ, erat impossibile. Secundum. In diuisione magnitudinis daretur terminus: qđ tamẽ est impossibile:nã quantũ nõ põt diuidi,nisi in partes quãtas: ⁊ quęcunq; pars minima, dũmodo sit quãta,erit etiam tunc diuisibilis.Tertiũ ꝙ in numeeris esset terminus:cũ tñ numeranti nullus sit terminus,sed cuicunq; numero possit fieri additio. Quocirca arbitrario inquit, iudice opus est, vt. s.aliquo mõ
Conclusio. ponatᷣ infinitũ ⁊ aliquo mõ negetᷣ.Et hęc est cõclusio princeps huius materię. Est quidẽ infinitũ nõ in actu,sed tãtum in potẽtia. Duobus.n. inquit modis fit infinitum.s.appositione,⁊ diuisione:appositione quidẽ nõ est infinitũ in actu.i.nõ est dabilis magnitudo, q̃ habeat infinitas partes ęquales nõ cõicantes:ablatione vero ⁊ diuisione datur infinitũ in potentia.i.continuũ est diuisibile in semꝑ diuisibilia. At vero q: aliqui ex antiquis, vt libr.1. tex.30.visum est:dicebant diuisionẽ nõ abire in infinitũ:sed dicebant dum linea diuiditᷣ scđm longitudinẽ deueniendũ esse ad linulas, quę ꝑpter suã paruitatẽ essent indiuisibiles. Quã opinionẽ ferunt fuisse Xenocratis, ait facile esse illa indiuisibilia tollere.i.per se est manifestũ ex ipsamet diffinitione lineę ꝙ nulla possit esse simpliciter indiuisibilis. Est enim linea longitudo sine latitudine ⁊ profunditate. Sed hęc opinio.6. huius ex ꝓfesso reprobatur.

Textus. lvij. Non oportet autem quod potentia est,accipere quemadmodum si potest hoc,statua esse ꝙ & erit hoc statua:sic & infinitũ aliquod quod erit actu. Sed quoniã multipliciter dicitur esse:quemadmodum dies est, & certamen, ex eo quia semper aliud & aliud fit, sic & infinitum. Etenim in hoc est & potentia & actu esse. Olympia enim sunt: ex eo quia põt certamen fieri, & ex eo quia fit. ¶Aliter autem:& in tempore manifestum est ipsum infinitum, & in hominibus,& in diuisione magnitudinũ. Omnino enĩ sic est infinitũ, vt semper aliud atque aliud accipiatur, & acceptum quidem, semper finitum sit, sed semper alterum atq; alterum.

¶Attamẽ q: esse in potentia dupliciter accipitur, explicat in hoc tex.57.quõ infinitũ sit in potentia. Ad cuius euidẽtiam subnectit tres distinctiones. Prima. Aliquid est in potentia dupliciter. Uno modo, q: põt totũ reduci ad actũ:queadmodũ ęs est in põtẽtia statua, ⁊ semẽ est in potẽtia animal: quę quidẽ potẽtię reducunᷣ complete ad actum. Et isto modo nõ est possibile infinitũ in potẽtia,vt possibile sit aliquãdo esse infinitũ in actu.Alio mõ dicitᷣ aliquid esse in potentia,qđ successiue põt reduci ad actũ,qui nunquã cõplete habetᷣ. Queadmodũ cõtinuum põt diuidi in duas medietates, et in quatuor quartas : ⁊ ita sine termino. Atqui distinctio hęc,ortũ habet ex simili distinctione huius qđ est,esse.Esse enim cõtingit dupliciter:vel q: totum est simul scđm oẽs partes vt homo, ⁊ domus, ⁊ reliqua permanẽtia:alio mõ q: est in fieri ⁊ successione:queadmodũ dies ⁊ operatiões successiuę, vt certamẽ Olympicũ. ¶Octingẽtis ferme annis ante aduẽtũ Christi instituti sunt ludi Joui in Pisa, ⁊ Helide prope mõtem Olympũ :qui quidẽ fiebant a quatuor in quatuor annos. Et inde cęperũt Gręci per Olympiadas cõputare. vt quatuor quiq; anni essent olympias vna. Et q: certamina illa ⁊ agones durabãt per aliquot dies,ponit exẽplum Aristo.de illis,tanquã de successiuis rebus. Cum ergo potẽtia sit ad esse,fit vt potẽtia ad esse rei permanentis sit potẽtia quę põt scđm se tota reduci ad actum : potẽtia vero ad res successiuas nõ reducitᷣ ad actũ qui totus sit simul, sed cuius semper sit aliud post aliud accipere. ¶Illic vero [Aliter autẽ.⁊c.]subiungit scđam differentiã. De signa.n.tres gradus eorũ quę successiue fiunt: in quibus potest inueniri ratio infiniti. Aliter enĩ (inquit) in tẽpore est infinitũ, ⁊ aliter in hominibus.i.in hominũ generatione:q̃ durat quãdiu durabit tẽpus.Nõ.n.accipitᷣ hic,homo,ea rõne,qua est ens permanẽs[in quo multi decipiuntᷣ) q: illo modo nõ põt esse infinitus:sed pro gñatione hominum perpetua,vt patet ex subsequẽtibus. Et tertio est infinitũ in diuisione magnitudinis. Conueniunt autẽ hęc tria, ⁊ differũt. Conueniũt(inquit] q: nullum istorũ est infinitũ in actu:sed in oĩbus est aliud post aliud accipere:ita vt semper id qđ est acceptũ,est finitũ: ⁊ qđ restat accipiẽdũ, est infinitum. Si enim accipias diuidere continuũ, accipis duas partes diuisas,deinde quatuor, ⁊ ita cõsequẽter.ita ꝙ pręteritum semper est finitum:sed infinitum procedit in futurũ semper in potentia, quę nunquam tota reducitᷣ ad actum. At vero videtᷣ ꝙ in tempore ⁊ in hominũ generatione scđm Aristo.id quod est pręteritum etiã sit infinitum: nam fuit mundus a parte ante infinit⁹ sicut erit a parte post.Respondetᷣ: mẽtem.Aristo.esse ꝙ si alicuius infiniti partes incipiãtur numerari, semper illę quę sunt numeratę erunt finitę :tẽpus vero, ⁊ series gñationum non potuit incipi numerari ab initio,q: nullum habuit initium: sed si nunc incipias numerare dies vel futuros vel pręteritos ⁊ pariter homines, tunc semꝑ numerati, sunt finiti,numerandi infiniti.

Olympia.

Tria successiua.

Amplius ipsum esse multipliciter dicitur. Quare infinitũ, nõ oportet accipere sicuti hoc aliquid, vt hominem aut domũ :sed vt dies dicitur & certa- Textus. lviij.

men, quibus esse, non vt substantia quę dam factum est, sed in generatiõe sem per aut corruptione finitum, sed semper alterum, atq; alterum. At in magnitudinibus quidem permanente accepto, hoc accidit. in hominibus autem, & tempore: corruptis, sic vt non deficiant.

¶ Post cõuenientiam horũ trium successiuorum subdit in hoc tex. 58. eorũ differentiã. Resumit aũt prius cõclusionem superiorẽ: videlicet, ꝙ infinitũ in potentia nõ est sicut hoc aliquid. i. sicut substantia hęc singularis ꝛ permanẽs, quę tota põt ad sẽsum demõstrari, vt homo vel domus: at sicut dies ꝛ certamẽ, quę nõdum cõplete facta sunt, sed sunt in fieri. Differt tamẽ inter tẽpus ꝛ generationes, ꝛ diuisionẽ cõtinui: qꝛ in tempore ꝛ generationibus ꝛ corruptionibus semper accipitur vnũ post aliud: priori tamẽ corrupto: fiunt eñ dies ꝛ generationes, vt vna transeunte, alia succedat: qꝛ sunt entia successiua. In diuisione autem cõtinui partes sunt permanẽtes: nẽpe illę quę continuę erãt, permanent diuisę. Et ita per diuisionem magnitudinis crescit multitudo.

Textus. lix.

Quod autem est secundum appositionem: idem quodammodo est, & qđ est secundum diuisionem. Nam in eo quod finitum est: secundum appositionem fit ediuerso. quatenus enim diuisum videtur in infinitum: eatenus appositum, videbitur ad determinatũ. In magnitudine enim finita, si accipiens quis determinatam assumat eadem ratione, non eandẽ aliquã totius magnitudinẽ ratione accipiens: non pertransibit finitam. sin vero sic augeat rationem, vt semper aliquam eandem accipiat magnitudinem: pertransibit. propterea ꝙ OMNE finitum assumitur quouis finito. Aliter igitur non est, sed sic, est infinitum. Potentia enim: & in diuisione. Et actu etiam est: sicuti diem esse dicimus, & certamẽ. Et potẽtia sic est: vt materia, & nõ per se, sicut finitũ.

Omne finitum per ablationẽ finiti consumitur.

¶ In tex. 59. subsequiť tertia differentia: quę est inter infinitũ per diuisionẽ, ꝛ infinitũ per appositionem: quę ambo sunt in permanentibus. Quod est dicere, inter diuisionẽ cõtinui ꝛ augmẽtum numeri: quorum vtrũq; procedit in infinitũ. Ponit tñ (vt in superiori) cõuenientiam, ꝛ deinde differentiam. Ait eñ ꝙ idem est infinitũ per appositionẽ ꝛ per diuisionẽ, cõuerso modo. Etenĩ, vt modo dicebamus, per diuisionẽ cõtinui crescit numerus. [Quatenus autẽ (inquit) diuisum videť in infinitum, eatenus appositũ videbiť ꝛ determinatũ] verbũ hoc est animaduertẽdum, vt tex. sequẽti ad notauimus. Ad cuius intellectũ notãdũ est dupliciter posse fieri finitę magnitudinis diuisionem. Uno modo seruãdo partiũ eandẽ ꝓportionẽ. Quã hic appellat eãdẽ rationẽ, non tñ eandẽ quãtitatẽ vt si pedale diuidať proportione dupla. Scđo mõ seruãdo eandẽ quãtitatẽ, nõ aũt eandẽ ꝓportionẽ. Si autẽ diuidať primo modo, nunquã põt pertrãsiri magnitudo pedalis: sed abibit in infinitũ diuisio. Ut si prius diuidať in duas medietates: ꝛ medietas rursus in duas: deinde quarta in duas: et ita in infinitũ. Si vero diuidať scđo modo per partes ęquales, quãtacunq; sit illa magnitudo finita, tandẽ pertrãsibiť. vt si sit decupedalis ꝛ in qualibet diuisione dematur pedale, decem diuisionibus pertrãsibiť: qꝛ omne finitũ per ablationẽ finiti tãdem cõsumiť. Et nota ꝙ in priori diuisione: seruata eadẽ proportione, minuiť semꝑ quantitas partium: qꝛ semper accipiunť minores ꝛ minores: in scđa vero, seruata eadẽ quãtitate, proportio quidẽ totius ad partẽ q̃ demitur, minuiť: nã semꝑ demitur pars in minori ꝓportione: decupedalis. n. ad pedale est proportio decupla: sed nouẽpedalis q̃titatis ad pedalẽ est nonocupla: q̃ est minor ꝓportio: ꝛ octo ad vnũ adhuc minor. Nihilominus proportio totius ad residuũ semꝑ augeť: nam decẽ ad nouem est proportio sexquinona: ꝛ nonũ ad octo, sexquioctaua, quę est maior proportio: ꝛ ita consequenter demẽdo semper pedale. Et hoc est qđ ait [sic augeat rationẽ.] Cõcludit ergo Aristo. ꝙ infinitũ datur solũ in potentia, seruata tñ diuisione in eadẽ proportione: nõ autẽ aliter. i. seruata eadem quãtitate partiũ. Unde quodãmodo põt dici infinitũ in actu: nõ scđm se totũ, sed sicut diciť esse in actu, id qđ est in fieri: sicuti dies ꝛ ann⁹. Est aũt in potẽtia infinitũ per similitudinẽ ad materiam. Ut enim potentia materię non potest tota satiari, qꝛ est indifferens ad quãcunq; formã, ita neq; diuisio continui potest terminari: quando procedit eadem proportione.

Et secũdũ oppositionẽ igitur sic infinitũ potẽtia est: qđ idẽ dicimus quodãmõ esse, cũ eo qđ est scđm diuisionẽ. Semꝑ eñ aliquid ipsius extra est accipere: non tñ excedit oẽm determinatã magnitudinẽ. vt in diuisione, excedit oẽm determinatã & erit minor. Vt aũt oẽm excedat scđm appositionẽ neq; potẽtia possibile est esse: siqdẽ nõ sit scđm accidens actu infinitum. vt dicũt qui de natura disserũt, in corpus, quod extra mundũ est, cuius substantia, aer est, aut aliud quid tale: infinitum. Sed si nõ possibile est esse infinitũ actu corpus sensibile sic: manifestũ est, ꝙ nec potẽtia vtiq; erit scđm appositionem, nisi (vt dictum est) contrario diuisioni modo.

Textus lx.

¶ In tex. 60. subiungit differẽtiam inter infinitũ ꝑ diuisionẽ, ꝛ ꝑ appositionẽ. Ait nãq; infinitũ per

appositio

appoſitionē eodem modo eſſe, nō in actu, ſed in potētia: nā ſimiliter apponūtur numero partes minores ⁊ minores, vt diuidūtur a quātitate. vnde ſicut quacunqꝫ parte diuiſa a magnitudine, adhuc pōt alia minor diuidi in eadē ꝑportione, ita quacūqꝫ addita alicui magnitudini, pōt addi alia minor in eadē proportione. Eſt tñ differētia ꝙ via diuiſionis excedit minus quecunqꝫ quātitas: via aūt appoſitionis nō pōt in maius excedi quecūqꝫ. Sit em̄ pedale qđ debet diminui per diuiſionē proportione. v.g. dupla: tūc quacūqꝫ quantitate quātuncunqꝫ minima ſignata dabit minor in tali diuiſiōe, vt notū eſt. Si tñ per diuiſionē vnius quātitatis: debet alia creſcere, tale augmentum nō excedet ꝙcūqꝫ quantitatē: immo dabit quātitas minima ad quā non perueniet, ſed ad quālibet citra illā. Exēpli gratia. Dentur duo pedalia. a. ⁊. b. vt per diuiſionē. a. debeat creſcere. b. tūc bipedale erit minima quātitas ad quā. b. nō perueniet. Nā in prima diuiſione aufert medietas. a. ⁊ additur. b. ⁊ in ſcđa aufert vna quarta, ⁊ additur. b. ⁊ ita cōſequēter ꝑportione ſubdupla. Nunquā ergo. b. perueniet ad bipedalē quātitatem, ſed ad quālibet citra illā. Et idem oīno cōtingit in quauis quātitate ſumantur illa duo: vt ſi quodlibet ſit cētum, aut mille pedum quātitas amborū ſimul erit minima ad quā nūꝙ peruenit augmētum, ſi per vnius diuiſionē augeatur alterū. ¶ Infert igitur Ph. ꝙ ſi nūquā per appoſitionē pōt dari infinitū in actu, fit vt neqꝫ hoc modo poſſit dari infinitū in potētia. puta ꝙ ſecundum ſe totū reducatur ad actū: quēadmodū es, qđ prius eſt in potētia ſtatua, poſtea eſt ī actu ſtatua. Unde falſum eſt qđ naturales illi philoſophi dicebant: qui ponebāt infinitū modo naturali. ſ. de per accidēs ratione quātitatis in ſubſtantia ſenſibili. dicentes ꝙ extra celū (nam intra capi nō poterat) erat infinitus aer, aut alia quęuis ſubſtātia. Probat aūt cōſequentiam. ſ. ꝙ ſi non ſit ens infinitū in actu non poterit dari infinitū per appoſitionē: nā infinitum per appoſitionem fieri nō poteſt: niſi addendo ſemper partes ęquales. At vero partes ęquales diuidi non poſſunt: niſi ab eo, quod eſt infinitum in actu.

Textus lxj. Quoniam & Plato ob hoc duo infinita fecit: ꝙ & in auctione videtur excedere, atq; in infinitum abire etiam in diuiſione. Cùm tamen fecerit duo: non vtitur. neque enim numeris: ſecundum diuiſionem, infinitū exiſtit (vnitas enim minimum eſt) neq; in auctione. vſque enim ad denarium facit numerum.

¶ At q2 poſſet quis dicere, ꝙ quāquā nō detur infinitū in actu ſcđm naturaliter loquētes. i. in rebus ſenſibilibus de per accidens ratione quātitatis, nihilominus ſcđm Platonē poſſet dari infinitū, ait in hoc tex. 61. ⁊ poſtremo huius capitis ꝙ Plato quāquā vtebat noīe infiniti, nō tamē vtebatur re infinita tanquā principio materiali. Ubi notandū ꝙ Plato, licet differebat ab alijs in principio formali, qđ ponebat ideā cuiuſcūqꝫ ſpeciei infinitam quodāmodo in virtute: vtpote cuius participatione fieri poſſent infinita indiuidua, tamē in principio materiali quodāmodo cōueniebat cum Pythagoricis: appellās illud, numerū: ſeu magnum ⁊ paruū: q2 em̄ generationes ⁊ corruptiones variantur per potentiam materię, generatio vero fit per augmētum ⁊ quaſi per appoſitionē, corruptio vero per diminutionem, ⁊ quodāmodo per diuiſionē principia materialia apellabat metaphorice (vt ait Themiſ.) magnum ⁊ paruū. Et q2 potentia materię de ſe eſt indeterminata ad infinitas formas, ⁊ quācunqꝫ quantitatem, vtrumqꝫ hoc principium appellabat, infinitum. vt ſupra tex. 26. dixit Ariſt. in quo differebat a Pythagora, qui ponebat vnū principium infinitū: qđ appellabat par: ⁊ aliud finitum: qđ appellabat impar. Plato igitur poſſe ab aliquo cenſeri ponere infinitum in actu, tā per diuiſionē. Ait vero Ariſto. ꝙ ſolum ponebat infinitū in potentia ex parte materię: nā in actu non ponebat, infinitum. ſ. ſpecie qm̄ principia rerū etiam appellabat numeros: ſicut Pythagoras: ⁊ tñ in numeris per diuiſionē venitur ad vnitatē, que in ratiōe quantitatis diſcretę eſt indiuiſibilis: ⁊ per appoſitionē tantum ponebat. 10. vnitates differētes ſpecie: nā ſuper numerum denariū non fit augmētum, quaſi per additionē nouarū ſpecierum: ſed ꝑ repetitionem pręcedētium vnitatum. ¶ Subſequitur illico caput ſeptimum.

Platonis magnum ⁊ paruum.

## QVID NAM SIT INFINITVM CAPVT. VII.

Textus lxij. ACcidit autem, cōtra eſſe infinitum: quàm vt dicunt. Non em̄ cuius eſt nihil extra, ſed cuius ſemper aliquid extra eſt: hoc infinitum eſt. Signum autem eſt. nam anulos infinitos dicunt, nō habētes palam: quoniam ſemper aliquid extra eſt accipere, ſecundum ſimilitudinem quidem quādam dicentes, non tamen proprie. oportet enim, & hoc eſſe: & nunquam idem accipi. in circulo autem non fit ſic. ſed ſemper quod eſt cōſequenter: ſolum alterum.

¶ Habito ī ſuperiori capite quo nā modo ſit infinitum nēpe nō in actu, ſed in potentia: in hoc ſeptio, ꝙ nouem textus amplectit, colligit verā diffinitionem infiniti. Ait ergo in hoc text. 62. ꝙ infinitum contrario modo diffiniri debet, quam quidā ſuorū pędeceſſoꝝ diffiniebant. Quippe qui diffinitionē aſſignabant negatiue: dicētes infinitū eſſe id extra qđ nihil eſt aſſumere: ſecundum quam diffinitionē vniuerſus mundus eſſet infinitus. Potius ergo cōſtruenda eſt diffnitio affirmatiue, vt infinitū ſit illud cuius ſecundum quātitatem accipiētibus partes, ſemper extra quālibet partē aliam ſit accipere. Quod explicat exemplo anuli. Is nāqꝫ dicit infinitus, non in re, ſed per ſimilitudinē. Fertur em̄ anulus eſſe infinitus, propterea q2 ratione figurę non eſt ſignabilis pars vltima ſecūdum longitudinem linęę, ſed quacunqꝫ data, extra illam ſequitur alia cōtinua. Ex eo tamē deficit a ratione perfecti infiniti, q2 pars quę ſumit proxima pręcedēti, nō eſt ſemper alia ab oībus prius ſumptis: nam ſi atramento ſignes vnum punctum in anulo, vnde incipias, cum iterū venias ad idē punctū neceſſe eſt, ſi procedas, reſumere partes prius ſumptas.

*Textus lxiij* *Infiniti diffinitio.* Infinitum igitur .i. cuius secundum quantitatem accipientibus, semper aliquid accipere extra est. Cuius autem nihil est extra: id est perfectum & totum sic enim diffinimus totum: cuius nihil abest. vt hominem totum, aut arculam, vt autem diffinimus singulare: sic & quod proprie est, vt totum, cuius nihil est extra. cuius autem absentia est extra: nõ omne est, quicquid abest.

¶Ex hoc ergo exẽplo colligit tex. 63. exactã diffinitionẽ infiniti: dicẽs. Infinitũ esse id cuius scdm quãtitatẽ accipientibus semper datur aliquid accipere extra. i. quotcunqꝫ ꝛ quantiscunqꝫ partibus secundũ quantitatẽ enumeratis: adhuc datur alia pars, nõ solum pręter illam cui proxime annumeratur, sed pręter omnes enumeratas. Diffinitio hęc generaliter cõpetit infinito tam in actu, quam in potẽtia magnitudine, ꝛ multitudine. ¶Illa vero (inquit) diffinitio ꝓpter negationẽ quã illi assignant infinito, potius cõpetit toto. Totum enim est cuius nihil deest: eorum. s. quę ad eius naturam ꝛ perfectionẽ pertinẽt. vt totus homo tota domꝰ. Et quemadmodum diffinimus totum singulare. s. hoc aut illud quod est pars vniuersi, proportionali ratione diffinimus totũ vniuersum. Est eñi vniuersum ille rerum ordo extra quẽ nihil est: vel cui nihil deest ad completã rationẽ. Cuius autẽ absentia est extra, id est, cuius aliqua pars deest, nõ est totum. vt domus sine tecto non esset domus: ꝛ homo sine manu, quãuis esset simpliciter, homo, non esset tamen perfectus homo.

*Textus. lxiiij.* Totum autem & perfectum, aut idẽ penitus, aut proxima natura sunt. Perfectum autem nihil non habens finem. Finis autem: terminus est. Quapropter melius existimandum est, Parmenidẽ Melisso dixisse. Hic enim infinitum totum dicit. Ille autẽ totum terminatum esse, ex æquo à medio distans. *Prouerb.* NON enim linum lino est continuare, vniuerso ac toti infinitum.

¶In text. 64. ex dictis diffinitionibus elidit opinionem ponẽtium infinitũ: dicẽs, ꝙ infinitũ si esset, non esset totũ: ꝛ per consequens neqꝫ ens. Qđ ostendit hoc syllogismo. Totũ, ꝛ perfectũ aut sunt penitus idem, aut simillima ꝛ proxima ex natura sua: sed infinitũ nõ esset perfectũ: ergo non esset totum: totũ vero, ꝛ ens idem sunt: ergo esset nõ ens. Ait in maiori, ꝙ aut sunt idem, aut proxima, vel [quemadmodum exponit S. Tho.] qꝛ perfectũ superius est quã totum: angelus enim est perfectus in sua natura ꝛ specie. Et tñ proprie nõ est totũ: qꝛ totum dicit per respectũ ad partes: quas angelus non habet. Vel [quẽadmodũ ait Themis.] licet idẽ corpus sit totũ ꝛ perfectum, dicitur tamen totũ respectu partium. i. cui nulla eius pars deest: perfectum autẽ respectu finis: vt illud sit perfectũ, qđ peruenit ad finẽ ꝛ cõpletam perfectionem. Quare puer dicerek totus homo: nõ tamen perfectus homo. Et hinc patet probatio minoris. Infinitũ eñi qꝛ non haberet finẽ, non esset perfectũ: ꝛ per consequens nõ esset totum: nam perfectum secũdũ vtrãqꝫ expositionem superius est quam totum. ¶Infert hinc corollariũ ꝙ melius existimandum est dixisse Parmenidẽ quã Melissum. Enimuero vt lib. 1. supra text. 25. adnotauimus, licet Parme. ꝛ Meliss. in hoc conuenirent, ꝙ ponerent omnia esse vnũ: *Parme. et Meliss.* differebant tamẽ ꝙ Meliss. ponebat illud esse infinitũ. Parme. vero aiebat vniuersum esse finitũ ꝛ circulare: cui assignabat mediũ, vnde superficies vltia ęquidistaret: quẽadmodũ pericheria circuli ęque vndiqꝫ distat a centro. Et propterea dicebat esse immobile, ꝙ partes quasi in ęquilibrio se inuicem sustinerẽt. Meliss. vero dicens vniuersum esse quidem totũ, ꝛ esse quoqꝫ infinitum, pugnantia dicebat. Si enim erat infinitũ, nõ habebat finem ꝛ per cõsequẽs, nec erat perfectũ: nec totum. ¶Erat aũt prouerbium apud Gręcos, linum lino nectere, qđ (quicquid Eras. dicat) ex hoc loco manifeste colligitur in eos cõuenire qui cohęrentia ꝛ cõueniẽtia dicunt, neqꝫ suis verbis repugnant. Ait eñi ꝙ dicere vniuersum esse totũ, ꝛ esse infinitũ, nõ est linũ lino continuare. i. consona dicere: sed potius repugnantia. Ratio adagij erat, qꝛ linũ optime continuatur cũ lino. aut cũ ex eo filum ducik, aut cum nodo cõnectitur, aut forte cũ texitur.

*Textus lxv.* Quoniam hinc quidem hanc de infinito dignitatem accipiunt: omnia. s. cõtinere, & totum ipsum in seipso habere propterea ꝙ habet quandam similitudinem cum toto. Est enim infinitũ: perfectionis magnitudinis materia, & potentia totum, actu vero non. Diuisibile autem est: & ad diuisionem, & ad oppositam appositionem. Totum autem & finitum: non secundum se, sed secundũ aliud, & non continet, sed continetur quatenus infinitum est.

¶In textu. 65. prodit Aristo. apertius antiquorum errorem. Textus est apud iterpꝛetes subobscurꝰ: videtur tñ eius expositio ita habere. Nempe ꝙ cũ diffinirent infinitum negatiue: dicentes, infinitũ esse cuius extra nihil est accipere (quę quidẽ diffinitio potius toti quam infinito conuenit) proprietates eas ꝛ conditiones quę conueniunt toti ꝛ vniuerso, attribuebant infinito. Applicabant enim infinito illam dignitatem quę est omnia continere, ꝛ totum ipsum, id est vniuersum in seipso habere ꝛ complecti: propter similitudinem [inquit] quam infinitum habet cum toto, cui illę conueniunt proprietates. Nam sicut totum complectitur in se omnes suas partes, ita infinitum habet suas. Horum autem opinionem refellit Aristoteles tali ratione. Id quod se habet vt totum solum in potentia ꝛ non in actu, non continet alia, sed potius continetur: infinitum est totum non in actu: sed in potentia: ergo non continet, sed potius cõtinetur. Maior patet ratiõe, cõtinere dicit actũ, ꝛ cõtineri dicit potẽtiã: ꝛ pręterea liquet exẽplo: totũ eñ quia est ens actu per se subsistens cõtinet partes, quę sunt entia in potentia eo ꝙ non

per se

notato

per se subsistunt. Et eadem ratione, qꝛ materia est ens in potentia ad formam, forma continet materiam actuando illam. Minorem vero probat hoc modo per similitudinẽ ad materiam, quę est ens in potentia ad formam. Ratio infiniti consistit in hoc, vt ex supradictis patet, ꝙ diuisio vnius quanti ⁊ appositio ad aliud quantum non habeat terminum: sed semper quacunqꝫ diuisione vnius ⁊ appositione ad aliud facta, possit noua fieri. Et per cõsequens ratio infiniti est sicut infinita potentia materię: quę consistit in hoc, ꝙ quacunqꝫ forma informetur, semper est in potentia ad aliam. Obidqꝫ ratio infiniti non consistit in hoc qđ est actu transactum, sed in illo quod restat futurũ faciẽdum. Et ideo potius est ratio potentię ad futurũ, q̃ actus. Et hoc est qđ ait infinitũ esse materiam perfectionis magnitudinis, id est infinitũ est in potentia ad perfectam ⁊ absolutam diuisionem. sicut materia est in potentia ad formam. i. sicut ratio infinitę potentię materię cõsistit in hoc quod nunquam finiatur per aliquam formã, ita ratio infiniti cõsistit in hoc, quod nunquam perficiatur diuisio magnitudinis: ⁊ per cõsequens infinitũ dicit quid imperfectum. Fit ergo vt ratio infiniti sit ratio totius, nõ in actu, sed in potentia: ⁊ per consequens infinito non conuenit continere, sed contineri. ¶ Concludit ergo ꝙ infinitum inquantum infinitum nõ terminat, nec continet: sed alia est ratio infiniti ⁊ alia continentis ⁊ totius. Est enim aliquid infinitum propterea quod aliquid est in infinitum diuisibile ⁊ per diuisionem vnius fit appositio ad aliud: est autem totum ⁊ finitum: nõ secundũ se. i. quatenus infinitum, sed secundũ aliud. i. secundũ quod vnitur per vnam formam. Exempli gratia. Unum pedale est infinitum in potentia ea ratiõe qua est diuisibile in semper diuisibilia, ⁊ quę ad hoc diuiduntur, ⁊ apponunt̃ alteri in infinitum procedẽdo certa proportione, vt supradictum est: est tamen totũ ⁊ finitum inquantũ partes sunt vnitę per vnã formam qua totũ est vnũ suppositũ. Ex his ergo concludit contra illos ꝙ infinitum quatenus infinitũ potius continetur: quam continet: quia illud pedale est infinitum quatenus habet partes infinitas, quę continentur in toto.

Textus lxvj.

Quocirca ignotum est: quatenus est infinitum speciem enim: nõ habet materia. ¶ Quare manifestum est: ꝙ magis in partis ratione infinitum sit, quam in totius. Pars enim materia totius est. Sicut æs ęneæ statuæ. ¶ Quoniam si cõtinet in sensibilibus: & in intelligibilibus ipsum magnum & paruum, oportebat continere intelligibilia. Inconueniens autem & impossibile est: ignotum & indeterminatum continere, & determinare.

Infinitum non est cognoscibile

¶ In text. 66. elicit ex dictis corollaria tria. Primum ꝙ infinitũ inquãtũ infinitũ, est ignotũ, quod lib. 1. text. 35. prius dixerat. Ratio est qꝛ cum obiectum intellectus sit ens, nihil cognoscit̃ nisi sub ratione entis: sicut nihil videt̃, nisi sub ratione colorati. Ob idqꝫ nihil cognoscit̃ ratione materię, q̃ est ens in potẽtia, sed ratione formę quę dat esse ⁊ speciẽ rei: nã neqꝫ chimerã ipsam cognoscere possumus, nisi fingẽdo cõpositum ex partibus animalium aliquarũ specierũ. Cũ ergo infinitũ habeat rationẽ materię, vt explicatũ est: qꝛ inquantum infinitum, est in potẽtia q̃ nunquã terminat̃, fit vt inquantum infinitum non sit cognoscibile. Si eñ lignũ esset infinitũ, cognosceret quidẽ per eius diffinitionẽ ratio ligni: nõ tamẽ cognosceret̃ quantũ esset. ¶ Secundum corollariũ. Infinitum habet potius rationẽ partis, quã rationẽ totius. In quo cõtradicit illis qui eadẽ diffinitione diffiniebant infinitum, qua totum. Probat eadẽ ratione, quia infinitum inquãtum infinitũ habet rõnem potentię ⁊ materię: materia vero habet rationem partis, quę habet esse per formam. Et exẽplo id põt explicari, vt supra dicebamus: pedale nãqꝫ habet rationem infiniti propter diuisionẽ in partes, quę finiri non potest. Unde in tali diuisione, cũ partes quę sunt actu per se separatę tanquã entia totalia subsistentes, sint finitę: partes autẽ diuidendę sint entia in potẽtia ⁊ nõ totalia: sed partialia, fit, vt infinitum semper habeat rationẽ partis. Est reuera arguta ratio. ¶ Tertiũ corollariũ peculiariter infertur aduersus Platonem. Plato enim ponebat infinitũ ex parte materię, magnũ ⁊ paruũ, vt tex. 61. explicatum est: ex parte vero formę, puta ideę, ponebat infinitũ in virtute. Ait ergo ꝙ male Plato ponebat infinitum ex parte materię, ⁊ simul dicebat infinitũ omnia cõtinere: nã tũc illud infinitum materiale cõtineret suo modo etiam ideas, quę sunt entia intelligibilia: sicut idea etiam in genere causę formalis cõtineret ista materialia. Quod autẽ infinitum materiale cõtineat intelligibilia, est impossibile. Infinitum eñ dicit quid indeterminatũ, ⁊ ignotũ: intelligibilia vero sunt de se determinatissima, quę nihil habent admixtũ de potentia: ⁊ per cõsequens suapte natura notissima. Et est animaduertenda vis ratiõis huius: nam secũdum Arist. principiũ materiale nullatenus cõtinet formã, qꝛ solum est ens in potẽtia: Plato vero ponebat magnum ⁊ paruum infinitum in actu.

Infinitum vt pars.

Plato.

Textus lxvij.

Secundum rationem autem accidit, vt & quod & secũdum appositionem, non esse videatur infinitum sic, vt omnem excedat magnitudinem. In diuisione autem, esse. continetur enim, sicut materia, intus & infinitum continet autem, species.

¶ In tex. 67. cõstituta, expositaqꝫ diffinitione infiniti, prosequit̃ inde colligere conditiones ⁊ pprietates infiniti. Et sunt istę quę sequunt̃ optimę sane cõsiderationes. Atqui primo reddit rationem illius theorematis, qđ text. 59. protulerat: nẽpe ꝙ infinitũ secũdum appositionẽ non excedit crescendo quancũqꝫ magnitudinẽ: infinitũ aũt scđm diuisionẽ excedit decrescẽdo quãcũqꝫ paruitatẽ: at eñ rationẽ huius esse, ꝙ infinitũ in diuisione cõtinet̃ intus tanq̃ materia: infinitũ aũt per appositionẽ apponit̃ exterius tanquã a forma. Ubi meminisse oportet, vt lib. 2. super text. 31. adnotauimus, totum respectu partiũ se habet vt forma, ⁊ partes respectu totiꝰ vt materia: eo ꝙ forma est q̃ dat esse, ⁊ partes existunt in toto. Cũ ergo corpus quantũ di[illegible] in suas partes, procedit̃ a toto ad partes, na[illegible] minus a quo diuisionis est totũ, ⁊ terminus ad quẽ, partes separatę: ideoqꝫ processus est mate

 rialis:

rialis: atq; adeo partes q̃ diuidunt̃ cõtinentur intus tanquã materia diuiſionis. Et cum de rõne materię ſit potentia interminabilis, quacunq; facta diuiſione, reſtat pars diuiſibilis: ⁊ per conſequens nõ dabitur minima pars, quin illa ſit diuiſibilis in toto: nã per ſe bene datur minima quę põt per ſe ſubſiſtere, vel maxima q̃ non. vt libr. 1. q. 4. dictum eſt. Quando vero infinitũ creſcit per appoſitionẽ, eſt cõtrarius proceſſus a partibus cõponentibus ad totũ cõpoſitum: qui quidẽ ꝓceſſus habet ſimilitudinẽ cũ proceſſu a materia ad formã. Unde ſicuti forma extrinſecus adueniens cõſtituẽs materiã in certa ſpecie, terminat̃ ad maximã quantitatem illius ſpeciei, ita cũ vnum quãtum auget̃ per diuiſionẽ alterius, nõ exceditur in tali augmento quęcunq; quãtitas, ſed terminabit̃ ad quantitatẽ compoſitam ex quantitate quę pręfuerat in illo qđ augetur, ⁊ ex quãtitate per cuius diuiſionẽ augetur. vt ſi pedale augetur per diuiſionẽ alterius pedalis, terminabitur augmẽtum extrinſece ad bipedale. Itaq; nunquam veniet ad bipedalem quantitatem, ſed ad quamlibet citra illam.

Textus. lxviij.

Rationabiliter autẽ & hoc, in numero quidem eſſe verſus minimum, terminum: verſus autem plura, ſemper omnem excedere multitudinem. In magnitudinibus vero: è contrario. Verſus enim minus, omnẽ excedere magnitudinem: ſed verſus maius, non eſſe magnitudinem infinitum. Cauſa enim eſt: quoniam vnum, eſt indiuiſibile, quodcunq; vnum ſit. vt homo: vnus homo, & non multi. Numſrus autem eſt: vna, plura, & quãta quędam. Quare: neceſſe eſt ſtare ad indiuiſibile. duo nanque, & tria: denominatiua ſunt nomina. Similiter autem: & aliorum numerorũ vnuſquiſque. Verſus autem plus, ſemper eſt intelligere. Infinitæ enim ſunt bipartitiones magnitudinis. Quare, potentia quidem eſt actu autem non eſt: ſed ſemper accedit exceptum omnẽ determinatam multitudinem. At non ſeparabilis eſt, numerus hic bipartitionis, neque manet infinitas, ſed fit, ſicut & tempus, & numerus temporis.

Differt inter magnitudinẽ & numerum.

Cõcluſio.

¶ In text. 68. manifeſtat quomodo in hac parte differat inter quãtitatem cõtinuam ⁊ quãtitatem diſcretam. Ubi hanc ponit cõcluſionẽ. In numeris verſus minimũ datur terminus, nõ tñ verſus maximũ: in magnitudinibus vero econtrario verſus minimũ nõ datur terminus, datur tñ verſus maximum. Cuius ratio (inquit) eſt: quoniã principium numerorũ eſt vnitas: quę quidem eſt indiuiſibilis, vt habetur. 5. meta. tex. 12. Sed dicet quiſpiam [illegible] cõtradictionẽ eſſe ꝙ in diuiſione cõtinui nõ datur minima pars: ⁊ tñ in numeris detur vnitas indiuiſibilis: nã vnitas idem eſt, qđ res vna: quęcunq; autem res vna quãta eſt diuiſibilis. Reſpõdet̃ autẽ ꝙ licet nulla ſit vnitas, q̃ in ratione quãtitatis cõtinuę ſit diuiſibilis in partes, tamẽ in ratione quantitatis diſcretę ⁊ numeri vtimur vnitate tanq̃ aliquo indiuiſibili vnde incipimus numerare: ſicut puncto indiuiſibili vtimur vt principio quantitatis cõtinuę. Et notato exẽplũ Ariſt. Ut eñ homo, licet quatenus corpus q̃tum ſit diuiſibilis, tñ in ratione hominis nõ eſt diuiſibilis in plures homines: q̃ perfectio hoĩs conſiſtit in indiuiſibili. Ita ergo vnitas in ratione numeri eſt indiuiſibilis. [Cum aũt numer⁹ (inquit) ſit vna plura quędam.] Boetius vertit, vno plura, ſed neque ita eſt gręce, nec mens ſic explicat̃ Ariſtote. quippe qui intelligit ꝙ numerus eſt vnitates plures [accipit̃ enim cõcretum, vna, pro abſtracto, vnitates). Unde duo (inquit) ⁊ tria ſunt denoĩatiua a duabus ⁊ tribus vnitatibus. Quocirca. 5. meta. text. 19. ait ꝙ ſenarius nõ eſt bis tria: ſed ſemel ſex. Non eñ denoĩat̃ a ternario multiplicato: ſicuti ſpecies humana nõ eſt ſpecies equina duplicata. Et iõ in numeri diuiſiõe ſiſtere neceſſe eſt in vnitate indiuiſibili. At vero verſus augmẽtũ nõ datur maximus numerus. Ratio eſt, q̃ numerus creſcit ex diuiſione cõtinui: vnde cũ cõtinuum ſit diuiſibile in ſemper diuiſibilia, numerus itidem auget̃ in infinitum. Occurrit aũt tacitę obiectioni qua quis poſſit obijcere, ꝙ ſequit̃ inde dari infinitũ: cui rñdet ꝙ non cõceditur numerus infinitus in actu, ſed ſolũ in potentia: ſicuti nec cõtinuũ põt eſſe actu diuiſibile in omnem ſuã partẽ: ſed ſolũ eſt diuiſibile in infinitum potentia. Ubi notat ꝙ partes vnitę nõ faciũt numerum quoadusq; ſint ꝑtes ſeparatę. Negat ergo hic Ariſto. infinitũ numerũ. i. infinitã multitudinẽ rerum actu ſeparatarũ. Et hoc eſt qđ ait ꝙ numerus hic bipartitiõis nũquã actu eſt infinitus: ſed fit infinitus ſicut tẽp⁹: qđ quidẽ nũq̃ eſt actu infinitũ: ſed eſt in fieri. Bipartitionẽ appellat diuiſionẽ continui in duas medietates, ⁊ alterius medietatis in duas, ⁊ quartę partis in duas: ⁊ ita ſemper ꝓpoſitione dupla: quę quidẽ diuiſio ꝓcedit in infinitũ.

In magnitudinibus autem: contrarium eſt: etem diuiditur in infinita continuum. Verſus autem maius, nõ eſt infinitum, quantũ enim cõtingit potẽtia eſſe, & actu cõtingit tãtum eſſe. Quare, cum infinita nulla ſit magnitudo ſenſibilis, non contingit exceſſum eſſe omnis determinatæ magnitudinis. eſſet enim aliquid cœlo maius. Textus. lxix.

¶ In tex. 69. declarat cõtrariũ in magnitudinibus vſu venire. Cum eñ verſus minimũ per diuiſionẽ nullus ſit terminus, ait, ꝙ verſus maximũ augendo eſt terminus. Et rõ eſt illa q̃ iã ſupra dicta eſt: quia cũ aliquid augetur, eſt proceſſus a partibus ad totum, totũ autem phyſicum cuiuſcũq; ſpeciei ſit, determinat ſibi certã quantitatem: ⁊ quanuis etiã determinet minimã, illud habet verũ de quãtitate per ſe ſubſiſtẽte: ſed in toto nulla eſt tam minima quę non ſit rurſus diuiſibilis. Ait ergo ꝙ cũ nulla ſit magnitudo actu infinita per cuius diuiſionẽ ⁊ appoſitionẽ ad alterã poſſit fieri infinitum (q̃ nulla in rebus ſenſibilibus poteſt eſſe maior cęlo) fit vt neq; in potẽtia poſſit eſſe huiuſmodi infinitũ taliter vt ſit reducibilis ad actum. Commẽtator

tatoꝛ assignat rationem cur numerus crescit in infinitum: magnitudo vero, minime. Ait enim rationem esse, qꝛ augmentum numeroꝛum fit per appositionem nouarũ specierum: nã omnes numeri differunt specie: augmentũ vero magnitudinis fit in eadem specie. vt augetur lignum in eadẽ specie: ⁊ homo in eadem specie. ⁊c. cum quęlibet foꝛma determinet certam quãtitatem, fit vt cuiuslibet augmẽti detur terminꝰ. At vero ratio hęc, licet satisfaciat de augmento pꝛopꝛie dicto naturali animalium, non tamẽ satisfacit de augmento impꝛopꝛie dicto, qδ posset fieri per additionem quãtitatis ad quãtitatẽ: sicut aqua vel aer, vel ignis possit in infinitum crescere: quod quidem augmẽtũ etiam fieret per additionem nouarum specierum in genere q̃titatis, sicut in numeris: puta per bicubitum tricubitum. ⁊c. Et ideo ratio Aristo. nõ procedit hoc modo, nisi ꝙ cum augmentũ fiat per appositionem partium, quę diuiduntur ab alio: ⁊ quantitas quę diuiditur non põt esse actu infinita, fit vt neq; augmẽtum possit fieri in infinitum.

Textus lxx. Infinitum autem nõ est idem in motu, & magnitudine, & tempore: tanq̃ & vna quædam natura. sed posterius dicitur secundum prius, vt motus quidem: quia prius est magnitudo in qua mouetur, aut alteratur, aut augmentatur, tempus autem propter motum. Nunc igitur vtimur his: posterius autẽ tentabimus dicere & quid est vnumquodque, & propter quid omnis magnitudo sit in magnitudines diuisibilis.

¶ In tex. 70. ⁊ postremo huius capitis, qꝛ posuerat plures species infinitoꝛũ in potentia, puta, generationes, tempus, et magnitudines, ne aliquis crederet ꝙ infinitũ se habet ad illas species sicut genus vniuocum, dicens aliquam certam naturã infinitatis, ait ꝙ infinitum non dicitur ęque pꝛimo de his tribus. Nomine motus intelligit generationes ⁊ alterationes quę perpetuę fiunt: quarum motus perpetuus cęloꝛum est causa: tempus enim (inquit) est infinitum ratione motus infiniti cęloꝛum: tempus namq; est mensura motus. vt videbimus in. 4. motus autem est finitus vel infinitus ratione magnitudinis quę mouetur: motus enim augmenti animalis est secundum naturam subiecti finitus vsq; ad terminum pręfinitũ a foꝛma naturali. Motus autem cęli est infinitus (secundum Aristo.) ratione subiecti quod est circulare ⁊ perpetuum, ⁊ ideo partes sunt in continua successione loci: magnitudo autem est infinita modo exposito in potentia diuisionis ex natura ipsius magnitudinis. Itaq; tempus est infinitum ratione motus: motus autem ratione magnitudinis: magnitudo vero per se ratione quantitatis. Est enim de intrinseca ratione quantitatis habere in se, ⁊ facere in substantia partem extra partẽ. Addit autem ꝙ nunc vtimur his infinitis gratia exempli: sed postea in. 4. videbitur an tempus sit infinitum: ⁊ in. 5. vtrum magnitudo sit infinita: ⁊ per consequens motus.

## QVO RESPONDETVR rationibus infiniti.

## CAPVT. VIII.

NON remouet autem ratio mathematicos à contemplatione: auferẽs sic esse infinitum vt actu sit versus augmentum, intransibile. neque enim nunc indigent infinito: neque vtuntur: sed solum esse quãtancunque velint, finitam. Maxime autem magnitudini secundum eandem est secari rationem: quantancũque magnitudinem alteram. Quare ad demonstrãdum quidem illo modo nihil differt. esse autem: in existentibus erit magnitudinibus. Textus lxxj

¶ In octauo ⁊ vltimo capite huius libꝛi: qδ quinq; tex. habet respondetur rationibus quibus veteres sibi persuadebant esse infinitum. Atqui pꝛimum omnium in hoc tex. 71. ait ꝙ ratio hęc supꝛa dicta qua negatũ est infinitũ esse in actu non obstat cõtemplationi mathematicoꝛũ, mathematici nanq; supponunt in suis demonstrationibus lineas quãtęcũq; magnitudinis, nunc pedales, nũc centupedales: ⁊ in quacunq; alia libitum est quãtitate, atq; adeo videntur infinitũ asserere. Respõdet Aristo. ꝙ mathematici non vtuntur linea infinita: sed finita quacunq; opus est, ⁊ quãtacũq; ipsi fingant, diuidere etiã ficte possũt: esse vero nequit maioꝛ, quã maxima linea quę in veritate est in sensibilibus qualis est diameter mũdi, puta linea recta transiens a conuexo pꝛimi cęli per centrum mundi: vsque ad idem cõuexũ e regione. Quod si aliquando fingant maioꝛem procedentẽ extra mũdum: quia illi nõ loquũtur de lineis vt sunt in materia sensibili: sed abstrahendo a materia, fingunt lineas quę non sunt, ac si essent. Et ideo ait ꝙ quãtum pertinet ad demonstrationes nihil refert lineas quas fingunt mathematici esse, vel non esse: sed quantum ad rem physicam multum refert, an sit aliquod coꝛpus infinitum, necne.

Quoniam autem causæ diuisæ sunt quadrifariam: manifestum est, quòd vt materia infinitum causa est, & quòd esse quidem ipsius: priuatio est. per se autem subiectum: continuum ipsum & sensibile est. Videntur autem & omnes alij tanquam materia, vtentes infinito. Quocirca & inconueniens est continens facere ipsum, & non contentum. Textus lxxij.

¶ In text. 72. quia supꝛa tex. 30. consenserat cũ antiquis infinitum, si sit quomodocunq; sit, habere rationem pꝛincipij: ⁊ ipse posuerat quodammodo

infinitum, puta in potentia, cõcludit, ꝙ inter quatuor genera causarum infinitum solum habet rationem causę materialis: vt expositum est. Ratio enim infiniti habetur ex diuisibilitate continui in parte quę se habent vt causę materiales. Et in hoc (inquit) etiam veteres consenserunt ponẽtes infinitum vt causam materialem. In hoc autẽ sibi repugnarunt dicentes infinitũ continere oia: cũ materię conditio potius sit cõtineri, ꝙ cõtinere.

Textus lxxiij. Reliquum est autem aggredi: secundum quas rationes infinitum esse videtur, non solum potentia, sed vt determinatum. Alia enim ipsorum, non necessaria sunt: alia autem, habent alias quasdam veras obiectiones. Neq; enim, vt generatio non deficiat: necessarium est actu infinitum esse corpus sensibile. cõtingit enim, alterius corruptionem generationem alterius esse: cum omne finitum sit.

¶ In text. 73. tandem adornat respondere rationibus antiquorum, quibus contendebant possibile esse infinitum in actu. Quarũ alię quidem non sunt necessarię. i. nihil concludũt: alię vero habent quodammodo veritatem. Sunt autem rationes quinq; quę positę sunt text. 31. Atqui prima, quę illic erat tertia: sumebatur ex perpetua serie generationis quę in infinitũ procedit, si modo admittatur mundum esse perpetuum: vt erat in eorum opinione. Quapropter ponebant infinitum principium materiale extra cęlũ: vnde per quędam formalia putabant materiam generationum deriuari: sicut mulier cum net ex pẽso deducit filum. Respondet veruntamen Arist. propter necessitatem generationum non opus esse infinita materia in actu: nam cum generatio vnius sit corruptio alterius, eandem materiam vnde exit vna forma intrat alia: ad quod proinde sufficit infinita potentia materię. Si vero id quod generatur esset perpetuum, non possent in infinitum durare generationes sine infinita materia. Unde cũ animę sint perpetuę, sumitur magnum argumentum, ꝙ si mundus fuerit ab ęterno, sint infinitę. vt. q. 4. disputabimus.

Textus lxxiiij. Amplius tangere & finitum esse, alterum est, illud enim ad aliquid est, & alicuius (tangit enim omne aliquid) & finitorum alicui accidit. Finitũ autẽ non ad aliquid est. Neq; tangere, cuius quod vis est.

¶ Secunda ratio quę illic erat quarta, sumebatur ex serie & ordine partiũ vniuersi. Arguebant enim ꝙ si aqua est finita, necesse est terminari per aerẽ, & aerem per ignem: & ita ascendendo in infinitum multitudine, aut saltem deueniẽdo ad aliquod infinitum magnitudine quod non terminetur per aliud. Respondet autem text. 74. non valere consequentiam, si aliquid est infinitum, illud tangit aliud per quod extrinsece terminatur: qr tangere dicit respectum, & relationem ad aliud quod tangitur: esse autem finitum nullam dicit relationẽ ad extrinsecum: sed solum ad terminum intrinsecum, & ideo, accidit alicui finito ꝙ tãgat aliud circunstans: vt aer tangit ignem, & ignis cęlum. Supremum autem cęlum potest esse finitũ, absq; eo quod tangat aliud superius circunstans.

Intellectione autem credere inconueniens est: non enim in re: superabundãtia & defectus est, sed in intellectione. Vnumquemq; enim nostrum intelliget vtiq; aliquis multo maiorem seipso: augmẽtãs in infinitum. Sed non propter id, extra vrbem quispiam est, extra ve tantillam magnitudinem quã habemus, quoniam intelligit aliquis: sed quoniam est. hoc autem accidit. Tempus autem, & motus infinita sunt, & intellectio: non permanente accepto. Magnitudo autem neq; diuisione, neq; intelligibili augmentatione est infinita. Sed de infinito quidẽ quomodo est, & quomodo non est, & quid est: dictum est. Textus lxxv.

¶ In text. 75. & postremo respondet alijs rationibus: vnde ad tertiam quę illic erat quinta, videlicet, ꝙ si intellectus supra quẽlibet numerum potest intelligere alium, supra quodlibet corpus adhuc aliud, consequi subinde vt ita sit in rebus, negat consequentiam: intellectus enim vt supra dicebamus: qr est immaterialis, intelligens res abstrahendo a materia, potest multo plura intelligere quã sint in rei veritate. Potest enim quis intelligere hominẽ maiorẽ toto cęlo: qui tamen naturaliter nõ est possibilis. ¶ Ad aliam rationem q̃ illic erat prima de tempore & motu respondet: ꝙ solum probatur motus & tẽpus esse infinitum in potentia: quę reducitur ad actum, non simul: sed successiue. Intellectus enim est qui apprehendit cõtinuitatem temporis & motus per ordinẽ prioris & posterioris: attamen in re nunquã erit tempus nec motus infinitum in actu: sed cum aduenit vna pars, alia iam transacta est, & non permanent simul. ¶ Ad quintam rationẽ quę illic erat secunda de magnitudine iam responsum est, ꝙ magnitudo licet sit diuisibilis in potentia in infinitum, tamen nunquã potest esse vt actu sint factę omnes diuisiones. ¶ Sequuntur quęstiones tertia et quarta.

¶ Finis libri tertij.

# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper quartum Phyſicorum Ariſtotelis Commentaria.

## QVO DISPVTAtur an ſit locus.

## CAPVT. I.

Text. j. SIMILITER autem neceſſe eſt naturalem & de loco, vt de infinito: cognoſcere ſi eſt, an nõ, & quomodo eſt, & quid eſt. Etenim quæ ſunt, omnes exiſtimant alicubi eſſe, quod vero non eſt, nuſquam eſſe. Vbi enim eſt hircoceruus, aut ſphinx? Atque motuum, cõmmunis maxime, maxime que proprius, ſecũdum locum eſt, quam vocamus lationem.

¶ Quarti huius libri propoſitum eſt, cum in ſuperiori de motu qui eſt actus mobilis, dictum ſit, de vtriuſque menſura dicere: nempe de loco, qui eſt mẽſura mobilis: in quo eſſe oportet quicquid mouetur ⁊ ſubinde de vacuo, quod ex antiquis nonnulli neceſſarium eſſe cẽſebant, vt res aliqua mouetur: atq; adeo de tempore, quod eſt menſura motus. Quare cum liber iſte a traductoribus in quatuordecim capita ſit diſtinctus ⁊ a commentatore per textus 133. diſtributus, in tria pręcipua membra ſecatur totus. Priora nanq; quinq; capitula vſq; ad textum. 49. ſunt de loco: quatuor vero conſequentia vſque ad textũ. 86. de vacuo: ac demũ quinq; poſtrema de tempore. ¶ Caput hoc primum (ꝙ tredecim textus habet) totum expendit Phi. vt in more habet, proponendo, ⁊ diſputando. Proponit ergo ſtatim quod philoſopho naturali incumbit, vt de infinito, ita de loco noſſe an ſit, quomodo ſit, ⁊ quid ſit. Idq; probat quatuor rationibus. 1. Ratio. Prima. Ad philoſophum naturalem pertinet tractare de entibus naturalibus: ſed omnia entia quę ſunt, ſunt in loco: ergo ad ipſum pertinet tractare de loco, tanquam de menſura rei quę eſt in loco. Maior eſt nota: ⁊ minorem probat ex cõmuni conceſſione phyſicorum, aſſerentium quicquid eſt, eſſe in loco, propterea, quod id quod non eſt (vt hircoceruus ⁊ ſphinx) nõ eſt in loco. Dubiũ duplex. ¶ Sed oritur dubitatio duplex ex hac ratione. Prima, quia minor illa ſimpliciter eſt falſa: non eñ omne ens eſt in loco: vt patet de intelligentijs. Ait eñ Boetius lib. de hebdomadibus, communem eſſe animi conceptionem apud ſapientes incorporalia nõ eſſe in loco. Quod ⁊ Ariſt. hic tex. 39. docebit, nẽpe ſola corpora eſſe in loco. ſ. proprie vt menſurentur, ⁊ circunſcribantur loco. ¶ Altera dubitatio eſt circa probationem eiuſdem minoris. Non enim ſequitur, nihil eorũ quę nõ ſunt eſt in loco: ergo quicquid eſt eſt in loco: arguit eñ virtualiter ex oppoſito antecedẽtis ad oppoſitum cõſequentis. ſ. ſi hoc non eſt, nõ eſt in loco, ergo ſi eſt, eſt in loco. Reſpõdetur ꝙ Ariſt. nõ affirmat minorẽ illã ex propria ſentẽtia: ſed ex cõceſſione antiquorũ: qui cũ non cognoſcerent niſi res ſenſibiles, exiſtimabant quicquid eſt eſſe in loco. Quod ꝓbabãt alia rõne. Ea q̃ nõ ſunt nõ ſunt in loco: ⁊ rõ quare nõ ſunt in loco eſt, q; nõ ſunt: ergo ea quę ſunt, propterea ꝙ ſunt, ſunt in loco: nã ſi negatio eſt cauſa negatiõis, affirmatio eſt cauſa affirmationis. Ari. vero q; nondũ examinauit quibus rebus conueniat proprie eſſe in loco, vtitur rõne ab alijs recepta. Tametſi in rei veritate ſola entia naturalia. ſ. corpora materialia, de quibus ꝓprie phyſicus tractat, ſint in loco. Quapropter ad phyſicũ proprie pertinet tractare d̾ loco: ⁊ non ad metaphyſicũ: cuius cõtẽplatio extenditur ad ens, vt eſt cõmune omnibus rebus: tã illis quę ſunt in loco, quam illis quę proprie nõ ſunt in loco. ¶ Secũda ratio eſt. Ad phyſicum proprie attinet tractare de motu locali, vt pote qui omniũ eſt cõmuniſſimꝰ ⁊ maxime proprius: ſed motꝰ localis (vt nomen ipſum deſignat) fieri nõ põt niſi in loco: ergo ad phyſicũ proprie pertinet tractare d̾ loco. 2. Ratio. Quatuor dignitates attribuit hic Cõmẽtator motui locali reſpectu aliorum. Quatuor dig. motus localis. Prima eſt ꝙ eſt cõmuniſſimus: quia quibuſcunque cõueniat alia ſpecies motus, conuenit localis: ⁊ non econuerſo: vt patet de cęlis. Secunda q̃ fere eſt eadem, ꝙ motus localis conuenit vniuerſaliter omnibus entibus naturalibus. ſ. cõpoſitis ex materia ⁊ forma, alijs vero motus nõ conueniũt cęlo: immo nec augmentatio proprie cõuenit elementis ⁊ mixtis inanimatis. Et propterea dicit Ariſ. ꝙ eſt maxime propriꝰ rebus naturalibus. Tertia, ꝙ motꝰ localis eſt prior alijs: nã ad alteratione̅: ⁊ generatione̅ ⁊ augme̅tatione̅ requirit applicatio agẽtis ad paſſum q̃ fit per motum locale̅. Quarta deniq; ꝙ eſt cauſa omnium aliorũ: cũ quia applicatio agentis eſt quodãmodo cauſa aliorum motuũ: tum pręſertim: q; motus localis cęlorum eſt cã omnium inferiorum.

Tex. ij. Habet autem multas dubitationes quid nam ſit locus: non enim idem videtur ſpeculantibus. ex omnibus quæ inſunt. Amplius aũt neq; habemus quicquã ab alijs, aut ante dubitatũ, aut prius traditum de ipſo.

¶ Alię duę rationes ſunt in textu. 3. Tertia ergo eſt. Cognitio huius, quid eſt locus, habet dubitationes multas: nam ſpeculantibus naturam loci, ex his quę accidunt loco, non eadem apparet natura et quiditas loci, vt in ſubſequentibus videbimus. Ex illa enim verbi gratia conditione lo-

ei, quod debet continere locatum, aliqui putarũt locum esse formam locati, alij esse corpus circunstãs locatum: & ergo ad physicum pertinet huiusmodi ambiguitates diffinire. Respõdere videtur hac ratione tacitę obiectioni, qua quis posset dicere, per se esse notum locum esse, & per consequens non pertinere ad physicum de illo disputare.

¶Quarta ratio est. Nihil ab antiquis habemus de loco traditum aut dubitatum: aut si quid dixerũt saltem id nec plane, nec copiose: ergo operęprecium est de loco hic pertractare.

Tex. iij. Quod igitur locus sit, videtur manifestum esse, ex transpositionis vicissitudine. vbi nanque nunc est aqua: huic egressa tanquam ex vase, iterum aer inest. Aliquando autem eundem locum hunc aliud aliquod corporum obtinet hoc autem ab ijs quæ insunt & transferuntur omnibus; alterum esse videtur in quo enim aer nunc est: aqua in hoc prius erat. Quare manifestũ est quod locus & receptaculum, aliquid erat diuersum ab vtrisque: ad quod, & ex quo transferebantur.

¶In textu. 3. aggreditur disputare ad vtrãq; partem questionis primę. s. an locus sit. Atque ad partem affirmatiuam format tres rationes a posteriori nam illo modo experientia probantur principia physica, & locum esse, sicuti motum esse, est principium physicum. Et tendunt omnes rationes quo probent locum esse rem aliquam positiuã pręter locata: & non penitus vacuum, vt ex antiquis quidam opinabantur. Prima ratio sumitur ex successione rerum in eodem loco per motũ localem. Experimur. n. q in eodem vase quo nunc est aqua egressa aqua, succedit aer, ergo idem erat locus distinctus & ab aqua & ab aere: qui prius cõtinebat aquam, & deinde continet aerem. Et est adnotãda ratio: nam sicuti argumentabatur lib. 1. materiam esse, ex successione diuersarum formarum in eodẽ subiecto: quia. s. vbi nunc est forma stupę, succedit forma ignis, quod est indicium subesse illic materiam receptaculum vtriusque formę, simili mõ arguit nunc de loco. Quod siquis inficiari contendat, hanc rationem procedere ex experiẽtia: quia cum aer sit inuisibilis, nõ experimur in vase aqua vacuo succedere aerem. Respondetur q in clepsydra aqua plena habente in fundo minuta foramina experimur, q quandiu occlusum fuerit orificium superius, aqua non cadit per solum, eo quod non potest intrare aer ad replẽdũ clepsydram, ne detur vacuum: sed quam primum discoopertum fuerit orificium, intrante aere cadit aqua.

Tex. iiij. Amplius autem lationes physicorum corporum & simpliciũ, vt ignis & terræ & talium: non solum ostendunt quod est aliquid locus. sed q & habet quãdam potentiam, fertur enim vnumquodq; in suum locum non prohibitum: hoc quidem, sursum, illud vero deorsum. Hæc autem sunt loci partes & species: sursum, & deorsum & reliquę distantiarum sex.

¶Secunda ratio sumitur in textu. 4. ex motu naturali grauium & leuium. Grauia suapte natura mouentur deorsum, & leuia sursum: ergo signum est locum deorsum esse aliquid positiuum: & pariter locum sursum, & non omnino vacuum. Probatur consequentia, quia si res suapte natura mouetur ad aliquem locum, id non est, nisi vt melius se in esse cõseruet: signum ergo est in illis locis vim esse conseruatiuam locati: quę non posset, si esset illic penitus vacuum. Adnotandum est hic tamẽ quod locus naturalis nõ habet vim attractiuam: & motiuã in genere causę efficiẽtis, sicut magnes attrahit ferrum alterando ipsum: sed solum in genere causę finalis: vt enim animal mouetur ad pastum, ita graue naturali impetu mouet deorsum.

¶Subiungit q sursum & deorsum: sicut & reliquę differentię quatuor positionum sunt partes. i. species naturalis loci.

Sunt autem talia non solum ad nos: deorsum: nobis enim nõ semper idem, sed secundum positionem vt conuertimur fiunt, idcirco idem crebro, dextrũ & sinistrum est, sursum & deorsum, & ante & retro. In natura autem determinatum est seorsum vnumquodque. non enim quodcunque contingit sursum, est, sed quo fertur ignis, & leue, similiter vero & deorsum, non quodcũque contingit: sed cohabẽtia grauitatẽ & terrea: tanquam non positione differentia solum, sed & potentia. Ostendunt autem, & mathematica. cũ enim non sint in loco, tamen secundum positionem ad nos habent dextra & sinistra (adeo vt solum intelligatur ipsorũ positio) non habentia natura horum vnumquodque. Textus v.

¶Posset quis forsan rationem factam eneruare dicens sursum & deorsum non esse naturalia loca habentia vim conseruatiuam locati: eo quod istę differentię sumuntur per respectũ ad hominem & non ex natura rei. Cui dubitationi succurrit Phi. in tex. 5. dicẽs, huiusmodi differentias nõ solum sumi in naturalibus respectu hominis, sed esse ex materia rei. Ad cuius intelligẽtiam notãdũ est, quod istę differentię loci sunt differentię corporum: corpus autem accipitur dupliciter. s. mathematice & physice. Corpus mathematicũ solũ dicit corpus quantũ, vt abstrahit a materia & motu, non considerando sit ne graue an leue. Quocirca huiusmodi corpora nõ habẽt ex natura sursum Loci differentię

τ deorsum: sed idem omnino corpus modo est sursum [quando est supra caput nostrũ] modo dextrorsum modo sinistrorsum, sicut nos mouemur. At cũ ego deambulo, parietem quem modo habeo dextrum, postea habeo sinistrum. Et hoc est quod ait Arist. [nobis.n.non semper idem: sed secundũ positionem vt conuertimur]. i. secundum dispositionem nostrã. Ex quo sequitur ꝙ si nullum esset animal in mundo, inanimata nõ essent hoc modo sursum τ deorsum, nec in alijs differentijs positionis. Corpus vero physicum, quia natura sua graue est aut leue, habet ex natura sursum, τ deorsum. Et hoc est quod ait (non quodcunque contigit). i. sursum τ deorsum non est locus vt accidit se habere respectu hominis sed quo mouentur leuia, est locus sursum: τ quo grauia deorsum. Subiungit exẽplum in mathematicis. vt si triangulum in pariete depingas, vnus anguluus dicitur sursum, τ alius deorsum vel dextrorsum, vel sinistrorsum solum respectu hominis: quia natura trianguli non vendicat sibi potius locum sursum quam deorsum. Si autem triangulus esset ferreus, inquantum graue appeteret locum deorsum: τ si esset igneus, appeteret locum sursum.

Textus. vij. Amplius vacuum affirmantes esse, locum esse dicunt. Vacuum enim locus erit vtiq; priuatus corpore. Quod igitur aliquid sit locus præter corpora omne corpus sensibile in loco: per hæc aliquis existimabit. Videbitur autem vtique & Hesiodus recte dicere, faciens primum chaos, dicit igitur. Omnium quidẽ primum chaos factum est: sed postea terra lata. quasi oporteret primum fuisse receptaculum ijs quæ sunt: propterea qđ putabat quemadmodũ multi: esse omnia alicubi, atque in loco.

¶ In textu. 6. subsequitur tertia ratio, sumpta ex autoritate eorum qui astruebant esse vacuum, vacuum enim est, locus aptus repleri, priuatus tamen corpore: ergo ex ipsa diffinitione vacui consequitur locum esse rem aliquam preter corpus quo locus caret, τ quo posset repleri. Inducit in testimonium Hesiodum poetarum antiquissimum. Is eñ explicabat generalem productionẽ orbis hoc modo, ꝙ primum factum est chaos, τ rerum omnium confusio: mox latissima terra, tanquam receptaculum rerum disgregandarũ ex illo chao: quasi prius necesse esset vas τ receptaculum fieri, quã repleretur corporibus. Et mouebatur ex eo quia supponebat cum philosophis alijs, necessarium esse locum quo res reciperentur. Licet in hoc falleretur oportuisse prius fuisse vacuũ, quã plenum.

Textus. vij. Si autem tale est, mirabilis quædam erit loci potentia, & prior omnibus. Sine quo nanque nullum aliorum est, illud autem sine alijs, necesse est primum esse. non enim perit locus, iis quæ in eo sunt, corruptis.

¶ Colligit ergo in tex. 7. ex veterum etiam confessione: ꝙ nõ solũ locus est aliquid positiuum, sed ꝙ habet quandam mirabilem virtutem, τ ꝙ locus in quantum locus est prior locato, inquantũ locatur Nam id quod sine alijs esse potest, τ alia nequeunt sine illo esse, prius est illis, habet que respectu eorũ virtutẽ aliquã: sed locus ita se habet respectu locatorum (non. n. pereũtibus locatis, perit locus) ergo locus est prior locatis.

At verò dubitationem habet: si est, quid est. vtrum moles aliqua corporis aut quædam altera natura? quęrendum enim est genus ipsius primum. Distantias igitur habet tres, longitudinem, & latitudinem atque profunditatem: quibus determinatur corpus omne. Impossibile autem est corpus locum esse. in eodẽ enim essent vtique duo corpora. Textus. viij.

¶ In tex. 8. argumentatur ad partem negatiuã nõ esse locum, rationibus sex. Quę quanquam directe procedãt aduersus quęstionem an sit locus, petunt nihilominus quid sit, τ potissimũ inuestigant genus diffinitionis loci: sit ne corpus, an superficies: an vero materia vel forma. Hec tamen sunt rationes necessario concludentes: sed apparentes quales fieri possunt contra veritatẽ. Ad quas proinde infra tex. 47. rñdebitur. Est igitur prima. Si locus est, ille est corpus, sed locus non est corpus: ergo locus non est. Maior licet non exprimatur in textu, probatur tñ. Corpus est qđ habet trinam dimensionẽ. s. longitudinẽ, latitudinem, τ profunditatem: ergo τ locus corporis necesse est easdem habeat dimensiones, vt totũ locatũ circũscribat (locꝰ . n. meus tan longus latus τ profundus est, ꝙ̃ ego) τ per consequens apparenter sequitur, ꝙ locus itidem sit corpus. Minorem vero. s. ꝙ locus non sit corpus probat: q2 cum locus τ locatũ debeant esse ęqualia, sequeretur ꝙ duo corpora essent simul. s. quodammõ in eodẽ loco: nã verus locus, cum adęquate contineat locatum, nõ debet occupare maiorem locũ quam locatũ: vt patet đ superficie concaua amphorę τ de conuexa aquę, quę se habẽt vt locus τ locatum: τ a mathematicis censentur esse simul. Corpus vero amphorę idcirco non est locus adęquatus aquę, ꝙ occupat maiorem locum, τ per consequens amphora τ aqua non sunt simul. Et hoc est quod ait, ꝙ si vnum corpus esset locus alterius, ambo deberẽt esse simul, ad hunc sensum, ꝙ locus vnius non excederet locum alterius, ꝙ est impossibile, nisi duo corpora se penetrarent. Primarõ.

Amplius, si est corporis locus ac receptaculũ: manifestũ est ꝙ & superficiei & reliquorũ terminorum. eadem enim conueniet ratio. vbi nãq; erant prius, a quę plana erunt rursum quæ sunt aeris. At vero differentiam nullam habemus puncti, & loci puncti. Quare si neq; ab hoc est locus diuersus: neque ab aliorũ vllo. neque est quicquã præter vnumquodque horum locus. Textus. ix.

¶In textu.9.sequitur ratio secunda. Si aliquis esset locus corporis, eadem ratione deberet etiam esse locus superficiei, & locus lineę, & locus puncti, sed nullus est locus pūcti: ergo nec est locus lineę nec superficiei, nec subinde corporis. Maior probatur: nam ratio qua supra ostendebatur locum esse, erat, quia in eodem loco succedunt continuo diuersa corpora, vt in loco quo nunc est aqua, statim fit vinum vel aer: sed eadem est ratio de superficie & de alijs speciebus quantitatis: nam vbi nunc est superficies conuexa aquę, & lineę & puncta eiusdem superficiei, succedunt illico superficies linea, & pūcta aeris. Minor vero. s. ꝙ puncti non sit locus, est eadem ratione manifesta: nempe quia locus debet esse ęqualis locato: punctum vero cum sit indiuisibile, neque ęquale est, neque inęquale.

Tex. x. Quid enim tādem & nos ponemus esse locum? neque enim elementum, neque ex elementis, aut corporeis, aut incorporeis, esse potest, talem habens naturam. magnitudinem enim habet, corpus autem nullum. Sunt autem sensibilium corporum elementa, corpora, ex intelligibilibus autem elementis, nulla fit magnitudo.

¶Ratio tertia in textu.10. est huiusmodi. Si locus est, quęritur quid tandem est: aut. n. est elemētum, aut ex elementis cōpositum, corporeum vel incorporeum, nullum istorum ergo. Ad intelligentiam maioris notandum est, ꝙ antiqui nōn cognoscentes, nisi sensibilia, omnia dicebant esse: aut elementa aut ex elementis composita: & ideo putabāt etiam cęlum componi ex elementis. quod tamen est falsum, vt. 1. de cęlo probat Aris. Quod quia nōdum hactenus probauerat, loquitur secundum opinionem antiquorum: cęlum. n. quod illi censebāt componi ex elementis, est locus ignis: ignis vero aeris: locus vero terrę est mixtus ex elementis: nam terra partim tegitur aqua partim vero circundatur aere: minorem vero. s. ꝙ nec sit elementum corporeum, neque ex talibus compositum probat, quia omne tale elemētum, aut mixtum debet esse corpus: sed priori ratione probatum est locum non esse corpus: ergo nec est elementum nec compositum ex illis. Et ita est certe ꝙ locus adęquatus aeris non est ignis: sed superficies eius concaua. At vero ne Platonici ponentes ideas spirituales, & alij ponentes intelligentias compositas ex elementis incorporeis dicerent aliquod horū spiritualium esse locum cęlorum, propterea ꝙ intelligentię quodammodo continerēt secundum illos cęlum: subiungit ꝙ nec talia incorporea possint esse locus: quia locus debet esse magnitudo: & ex intelligibilibus elementis nulla fit magnitudo.

Tex. xj. Amplius autem: & cuiusnam ponet aliquis ijs quæ sunt causam esse locum. Nulla enim quatuor causarum ipsi inest. Neque enim est, vt materia eorum quæ sunt: nam nihil ex ipso constitutū est. Neque vt species & ratio rerum, neque vt finis: neque mouet ea quæ sunt.

¶In text.11. formatur quarta ratio hoc modo. Si locus est aliquid, cum locus contineat locatum, & continere idem videtur pollere ꝙ causare: sequitur ꝙ locus in aliquo quatuor causarum genere contineat locatum: consequens tamen est falsum: quia locus non est causa materialis locati: nā causa materialis est, ex qua fit aliquid cum insit: & locatum non fit isto modo ex loco, vt pote qui non intrat compositionem locati. Neque est species & ratio. i. causa formalis: alias locatum sortiretur speciem a loco, & sic omnia quę succederent in eodem loco fierent eiusdem speciei. Neque videtur locus esse finis locati: quia potius locus fit propter locatum, vt dolium propter vinum quam ecōuerso. Neque locus est causa efficiēs locati, quia locus deorsum cum sit terminus motus grauis, nō potest esse causa efficiēs eius: nam causa efficiens est prior effectu, terminus vero est posterior.

Amplius autem & ipse, si quid est eorum quæ sunt: alicubi erit. Zenonis enim dubitatio, quādam rationem quærit. Si enim omne quod est, in loco est: manifestum est quod & loci, locus erit. atque hoc, in infinitum procedet. Textus xij.

¶In textu.12. subditur quinta ratio quę erat Zenonis. Si omne quod est, est in loco (vt pro confesso habebant antiqui) & locus est aliquid positiuē sequitur vt & locus ipse sit etiam in loco: & cum locus & locatum non sint in eodem loco (vt ratione prima dicebamus) sequitur vt locus sit in alio distincto loco: & ille secundus in alio: & ita in infinitum. Cui tamen rationi respondebitur infra, ꝙ nō quicquid est, est in loco, vt patet de intelligentijs & primo celo.

Amplius si vt omne corpus est in loco, sic & omnino in loco corpus est, quomodo ergo dicemus de ijs quæ augmentantur? Necesse enim est ex his, augmentari locum simul cum ipsis, si neque minor, neque maior cuiusque locus est. Propter hæc ergo non solum quid est, sed etiam si est dubitare necesse est. Textus xiij.

¶Tandem in textu.13. subditur sexta & postrema ratio: quę procedit ex communi quadam antiquorum concessione. s. omne corpus esse in loco (ne detur aliquid esse in vacuo) & rursus quicquid est in loco esse corpus, quia indiuisibilia non sunt in loco. Tunc sic. Si locus est, omne corpus est in loco: rursus, ergo quando corpus augetur, puta quando arbor crescit, tunc vel locus pariter eius augetur, & hoc non, quia vt infra videbimus, locus est immobilis. i. non mouetur ad motum locati, sed semper manet idem locus pluribus succedentibus locatis: si vero locus non augetur, fit vt corpus illud quod additur per augmentum, sit extra locum, quia in loco alio esse nō potest quam in lo-

co totius Sophisma est quod infra soluetur. Concludit ergo. Aristo. quod dubium est de loco, non solum quid est, verum & si est. ¶ Sequitur subsequēter caput. 2.

## QVOD DISPVTAtur quid sit locus.

## CAPVT. II.

[Textus xiiij.] QVoniam autem aliud quidē secūdū se, aliud verò secūdum aliud dicitur. & locus alius quidem est communis in quo omnia corpora sunt, alius verò proprius in quo primó (dico autem vt nunc qui in cęlo est, quia in aere: hic autem in cælo & in aere, quia est in terra. [Locus cōis & proprius] Similiter autē & in hac: quia in hoc loco, qui nihil plusquam te continet) si igitur locus est, quod primum continet vnumquodque corpus: terminus vtique erit. Quare videbitur species, ac forma cuiusque, locus esse: quo terminatur magnitudo & materia magnitudinis. hęc em̄ est: vniuscuiusq; termin⁹.

¶ Quemadmodū superiori capite disputādo inquisiuit philosophus an sit locus, ita & in hoc scdo, qđ nouem textus habet, disputatione inuestigat quę nā res sit locus. Qđ quidē ex illis proprietatib⁹ & conditionibus venandū est [vt tex. 2. adnotabim⁹] quę cōpetunt loco. Vnde vt tex. 8. ex illa conditione loci, qđ locus debet ambire omnes tres dimensiones corporis locati, rōcinabatur locū ipsum esse corpus: proportiōabiliter ex alijs duabus eius cōditionibus argumētatur modo locū debere esse formā autē materiā. Distinguit aūt prius de loco, ꝙ queadmodū in entibus aliquid cōuenit alicui per se primo, aliquid vero per accidens, seu per aliud: ita & rei cuiuspiā duplex est locus: cōmunis. s. & inadęquatus, atq; proprius & adęquatus. Et communis locus meus est cęlū: qr queadmodū homini cōuenit esse sensibilē, nō per se primo, sed qr est aial, qđ est quoddā cōe genus sub quo cōtinetur hō, ita cęlū est locus cōis meus, nō qr me adęquate continet, sed qr ego sum in aere, & aer in cęlo: & sum etiā in aere, qr sum in terra, quę est in aere: sum aūt in terra, qr sum in ista particula, quę me adęquate cōtinet. Vti si dicas qđ ego sum Salmantice, qr sum in scholis: in scholis antē sum, qr sum in gymnasio in gymnasio vero, qr sum in cathedra. in hac. s. concauitate aeris, que me adęquate ambit. Locus ergo communis non est terminus adęquatus locati: sed locus proprius: nō. n. ego sum tantus quatū est gymnasium: sed quātum est cōcauū hoc aeris, qui me circūscribit. ¶ Hoc supposito format hunc syllogismum. Forma est terminus continens materiā: quippe q̄ dat esse rei cōstituens rē in propria specie: sed locus est terminus adęquate cōtinens locatū (accipiuntur pręmissę doctrinaliter in sensu vniuersali) ergo locus est forma substātialis locati. Fallacia paralogismi est, ꝙ procedit ex puris affirmatiuis in secunda figura: forma enim est terminus intrinsecus generationis tanquā pars ipsius rei: locus autem est extrinsecus, circunscribens totum compositum.

Sic ergo considerātibus, locus, vniuscuiusque species est. [Textus xv.] quatenus autem videtur locus esse distantia, scisura magnitudinis materia. hęc nanq; diuersa est à magnitudine. hæc autem est id qđ continetur sub specie ac definitur, vt sub plano ac termino. est autē tale materia, & indefinitum enim remouetur terminus, & passiōes à sphera relinquitur nihil: præter materiam. Quamobrē & Plato, materiam & receptaculum idem esse ait in Timæo. Susceptiuum enim & receptaculum, vnum & idem. Alio verò modo & ibi dicens susceptiuum, & in ijs, quę vocantur non scripta dogmata, locum tamen & receptaculū, idem esse declarauit.

¶ In textu. 15. facit secundam rōnē ad probandū ꝙ locus sit materia: intēdens similē syllogismū superiori. Est tñ valde obscura ratio: vt esse solent quę opiniones Platonis tangunt. Atq; adeo profecto diuinandū potius est, q̄ exponendū quid hic senserit Plato. Vbi ex Themistio & reliquis antiquis coniectari licet, Plato ponebat locum esse distantiā inter latera cōtinētis, seu locātis, quam Gręci appellabant, diastema vt illud inane qđ est inter latera dolij vacui: qđ vulgus, non percipiēs aerē, putat esse simpliciter vacuū. Vbi [vt hic adūbrat Aristo] fingebat esse nescio quas dimēsiones interminatas distinctas a locato in quibus veluti in materia recipitur locatum. Queadmodū lib. 3. diximus ipsum ponere numeros a materia separatos. Vel forte in rei veritate, censebat locū ignis qui gignitur esse materiā ipsam stupę, in qua recipitur forma ignis: nā ad hūc sensum impugnatur ab Aris. Sed tñ nō poterat id cōsequenter dicere, qñ vinū infunditur dolio, vnde exit aer siue aliqua noua generatione, aut corruptione. Vtcunq; vero ille senserit (de quo latius infra tex. 36) qđ tñ refert Aris. est, ꝙ, si locus teneatur esse distātia & interuallum qđ est inter latera loci, vr ꝙ locus sit velut materia magnitudinis illius quę recipitur in loco: siue illa sit dimensio interminata & spacium: qđ recipit successiue diuersa locata, siue sit materia vt dicebam⁹ de generatione ignis ex stupa. Si hoc (inquit) est locus, necesse est dicere ꝙ locus est materia. Quod probat, quia tale spatiū res diuersa est a magnitudine quę locatur in loco: & sicut materia physica terminar per formā, ita distantia illa terminar plano & termino. i. superficie cōuexa terminate locū: propriū autē est materię de se esse indefinitā & terminari per aliud. Quod autē tale spaciū terminetur per superficiē magnitudinis, probat tali similitudine. Queadmodū si a globo spherico auferretur terminus. i. superficies cōuexa circularis auferrentur

renturque omnes passiones.i. forma substantialis cum suis qualitatibus, nihil remaneret nisi informis materia, ita si a loco puta dolio auferas formã & quantitatem locati, in rei veritate nihil manet, nisi vacuum: sed tamen secundum Platonem remanebant illę dimensiones interminatę, quas vocabat spacium. At vero nequis obijciat ꝙ Plato vt visum est lib.1.tex.32.& lib.3.text.26.& 61. ponebat materiam rerum magnum & paruum & per cõsequens non ponebat huiusmodi distantiam, & interminatas dimensiones, esse materiam. Respondet Phi.ꝑ. diuersimode quantum ad vocẽ loquutus est Plato de materia: nã in Timęo [dialogus est Platonis] dicit materiam idem esse quod receptaculum formarum: in his vero quę verbotenus dixit sine scripto (quę opera Grece dicunt agrapha Latine vero, non scripta, quę postea Arist. scripto mandauit) dixit materiam esse locum. Quod quidem receptiuum ipse appellabat magnum & paruum. Ratio vt alias diximus est, quia cum omnia generabilia sint corporea, materiam generabilium putabat non esse: nisi quantitatem: aut forte appellabat eam quantitatem & dimensiones, quia idem est materiale & quantum: quoniam prima passio & differentia quantitatis est, magnum, & paruum, appellabat materiam magnum & paruum. Et eandem appellabat locum: falsus similiter vt authores primę opinionis: vt.n. illi non distinguentes inter terminum extrinsecũ & intrinsecum, putabant formam esse locum, ita & Plato non distinguens inter receptiuum intrinsecum (qualis est materia respectu formę) & receptiuum extrinsecum (qualis est locus) dicebat materiam esse locum: simili [vt de forma dictum est) syllogismo deceptus in secunda figura ex puris particularibus. Omnis materia est receptiuum: omnis locus est receptiuum ergo locus est materia. Nisi forsan [quod & Philop. adnotauit & mihi est probabile] nunquam Plato docuit locum idem omnino esse cum materia: sed locum per analogiam & metaphoram appellabat materiam: quia vt locus successiue suscipit diuersa locata: ita & materia diuersas formas. At qr Aristo. voluit hic reprobare opinionem: qua quis posset dicere locum esse materiam. citauit Platonem locum appellantem materiam. Solet nãque & hoc assidue facere.

Plato.

Textus xvij. Dicunt enim omnes, aliquid esse locum: quid autem est, hic solus aggressus est dicere. Merito autem ex his, considerantibus, videbitur vtique esse difficile cognoscere quid est locus: si horũ vtrumuis est, siue materia, siue species. Hæc enim & altissimam habent speculationem. & seorsum à se inuicem non facile est ipsa cognoscere.

¶ In textu.16. infert ꝙ cum veteres omnes concessissent locum esse (quod ad primam quęstionẽ pertinet) solus tamen Plato aggressus est dicere de secunda, quid sit locus. Subdit autem ꝙ cum sub dubio sit, locus ne sit materia, an forma, quęstio loci merito censetur difficilis. Nam quęstio de huiusmodi principijs difficilis est. Etenim cũ materia & forma dicantur relatiue [est enim materia potẽtia formę: & forma actus materię] fieri nequit vt altera sine altera cognoscatur: quod rem facit difficilem.

At verò quòd impossibile sit vtrumuis horum esse locum: non est difficile videre: species enim atque materia nõ separata à re. locum autem contingit. In quo namque aer erat: in hoc rursus aqua (vt diximus) est, vicissim translatis & aere & aqua, & alijs corporibus similiter. Quare neque pars neque habitus, sed separabilis locus est. ab vnoquoque etenim videtur, tale quid esse locus, quale vás. est enim vas locus transferri valens. vas autem nihil est ipsius rei. Textus xvij.

¶ In textu.17.& subsequentibus arguit, locum neque materiam esse, neque formam, idque rationibus sex facillimis. Prima. species.i. forma & materia non separantur a re.i. sunt partes eius: locus vero separatur a re.i. est res subiecto distincta quę moto locato manet immota: ergo locus nec materia est, nec forma. Ait vero locum contingere separari: nõ ꝙ sit aliquis verus locus, qui non sit realiter distinctus a re, sed vel hoc dicit propter supremum cęlorum orbem, qui non habet extra se locũ: vel forte, quia non est id per se manifestum in omnibus, nam distinctio loci a locato cognoscitur per hoc ꝙ in eodem loco succedunt diuersa locata: vt patet in exemplo Arist. videlicet, ꝙ vbi nunc est aqua, succedit aer manente eodem loco. De toto autem elemento terrę, quia non mutat locum, aut de vno orbe, qui est intra alium nõ, est ita per se notũ sensui, locum distingui a locato. ¶ Infert inde hoc corollarium. Ea ratione qua nec materia nec forma sunt locus compositi, fit vt neque aliqua eius pars integralis: neque habitus, neq; aliquod eius accidens sit eius locus: qua nullum istorum distinguitur subiecto a locato, sed insunt ei & mouentur ad locum eius. ¶ Ad maiorem tamen euidentiam subdit ꝙ locus est velut vas. Conueniunt enim (vt statim videbimus) locus & vas, ꝙ vtrunque continet locatum: differunt tamẽ, ꝙ locus est vas quoddam intransferibile.i. quod non mouetur ad motũ locati, sed manet immobile: vas autem est quidam locus (vt hic inquit) transferibilis.i. mobilis cum locato. veluti vter vehitur cum vino.

Quatenus igitur separabilis est à re: eatènus species non est. Quatenus vero continet, eatenus diuersus est à materia. ¶ Videtur autem semper id quod alicubi est: & ipsum esse aliquid, & aliud aliquid extra ipsum. ¶ Platoni tamen dicendum erat, si liceat, digredientes dicere: quare nõ sunt in loco, & species & numeri siquidem id quod particeps est, locus sit, siue magnum atque paruum sit id quod particeps est, siue materia quemadmodum in Timæo scripsit. Textus xviij.

¶ In

¶In textu.18.subdit rationes secundam ⁊ tertiã. Colligens prius tñ ex superiori ratione, ꝙ licet locus differat a materia ⁊ a forma: diuersis tñ rationibus. Couenit.n.locus cum forma, q̃ continet locatũ, quemadmodũ forma continet materiam: differt tamen ab illa in hoc, ꝙ locus est continens extrinsecum: forma vero intrinsecum, tãquam pars compositi. In eo autem quo conuenit cum forma. s.quia continet differt a materia quę continetur. ¶Ratio secunda sumpta est ex mõ loquendi. Insinuauerat.n.in prima ratione in aliquibus nõ esse ita per se notum locum esse separabilem a locato. Ait ergo ꝙ quanuis nũquam locatum dimoueret ab eodem loco, nihilominns ex hoc ipso ꝙ conceditur locatum esse in loco, videtur semper ꝙ locatũ sit vnum aliquid ⁊ extra illud sit aliud: puta locus in quo sit. Tertia ratio peculiariter ꝓcedit aduersus Platonem: qua molitur eum Aristo. in cõtradictionem cogere. Erat enim in opinioue Platonis ideas, eo ꝙ essent immateriales, non esse in loco: idemq; censebat de numeris, quos ponebat separatos a materia. Forsan ideas ipsas, eo ꝙ essent rerum species appellabat numeros: quia species sunt sicut numeri. Dixit vero hic magnum ⁊ paruum, seu materiam esse locum receptiuum formarum. Hęc autem duo sibi sunt inuicem contraria. Nã si ideę separatę participãtur in materia: seu (ꝙ idem est) locus est particeps illarũ (sicuti Petrus ⁊ quodcũq; indiuiduũ est particeps speciei) sequit̃ ideas illas ⁊ numeros esse in loco. Atq; adeo redditurus erat rationem Plato, cur non essent in loco.

Plato.

Textus. xix.

Amplius, quomodo ferretur in suum locũ, si locus esset materia aut species? impossibile enim est, cuius neque est motus, neque sursum, aut deorsum locum esse. Quare quærendus in huiuscemodi est locus.

Textus. xx.

¶Si vero in ipso loc⁹ est (oportet enim siquidem aut forma aut materia est) erit locus in loco, transmutatur enim simul cum re & mouetur, & species, & indefinitum: non semper in eodem, sed vbi vtique est & ipsę res. Quare loci erit locus.

¶In tex.19.sequitur quarta ratio hęc. Si materia vel forma cõpositi, (.v.g.) ignis aut lapidis esset locus eiusdem compositi, impossibile esset ꝙ huiusmodi grauia ⁊ leuia mouerentur ad certa loca naturalia: mouentur autem ad certa loca: ergo nec materia, nec forma est eorum locus. Minor est manifesta ex natura rerum, sed maior.i.sequela illa probatur dupliciter. Primo quia id cuius nõ est motus.i.ad quod non est motus, neque est sursum ⁊ deorsum.i.neque est terminus qui sit sursum, aut deorsum ad quod res moueatur, non potest esse locus: nam locus grauium est punctum immobile deorsum: ⁊ locus leuium, punctum fixũ sursum, ad quod res mouẽtur: sed neque materia nec forma est talis terminus ⁊ punctum fixum ad quod ignis, aut lapis moueatur, vt pote cum sint vbicunque est ipsum compositum ⁊ cum illo moueantur: ergo neutra earum est locus. Quinta ratio est in text.20.[Si vero te.] Si forma, vel materia esset locus compositi, sequeretur quod locus esset in ipso scilicet locus ignis esset intrinsecus in ipso igne: ⁊ locus lapidis in ipso lapide. Unde rursus sequeretur quod loci esset locus: quod est impossibile de loco rerum naturalium. Nam huiusmodi loca rerum naturalium sunt [vt dictum est] puncta fixa vel superficies sursum ⁊ deorsum quę nõ mouẽtur ad aliũ locum: sed entia naturalia mouentur ad ipsa. Sequela tamen probatur. Materia ⁊ forma (quas hic nuncupat, speciem ⁊ indefinitum: quia materia de se est indeterminata ad speciem quam recipit per formam) mouentur ad motum ipsius compositi: nec sunt semper in eodem loco, sed vbicunque est compositum: vnde sicut compositum est mobile ad loca naturalia ita ⁊ materia ⁊ forma mouentur ad eadem loca: ⁊ per consequens si huiusmodi partes essent loca naturalia, locus moueretur ad alium locum: ⁊ sic loci esset alius locus naturalis.

Textus. xxj.

Amplius. quando ex aere aqua facta est perijt locus. non enim in eodem loco est, quod factum est corpus. Quæ igitur corruptio? ¶Ex quibus igitur necessarium est esse aliquid locum, & rursus ex quibus dubitabit vtique aliquis, de substantia ipsius dictum est.

¶In tex.21.sequit̃ sexta et postrema ratio sub hac forma. Si materia vel forma esset locus sequeret̃ quod locus corrumperetur ad corruptionem locati: consequens tamen est falsum: quia locus manet idem immobilis: nã in quo prius erat aer, postea est aqua. Sequela tamen probatur. Si forma aeris est locus eius, talem locum manifestum est corrumpi cum ex aere fit aqua: quod sit in materia quodammodo etiã corrumpitur: nam licet eadem materia prima maneat, non tamen manet propria materia hęc cum conditionibus indiuiduantibus ⁊ qualitatiuis dispositionibus (quę dicitur materia secunda) Quod autem locus corrumpatur, est falsum vt dictum est. Et hoc est quod ait. (Quę igitur corruptio?) idest quomodo potest dici quod locus corrumpatur ad corruptionem locati. ¶In textu igitur.22.concludit dicens satis dictum esse, ex quibus scilicet rationibus colligatur vt necessarium sit locum esse (quod factum est in primo capite) ⁊ rursus dictum est capite hoc secundo, ex quibus dubitari potest quid nam sit locus. Quam proinde quęstionem (vt puta quid sit locus) capite proximo tractare exorditur. ¶Sequitur statim caput tertium.

## QVO DETERMINARI incipitur quid sit locus.

## CAPVT III.

Textus. xxij.

POST hæc autem accipiendum est: quot modis aliud in alio est. Vno igitur modo: vt digitus in manu, &

omnino pars in toto. Alio vero vt totũ in partibus. non enim est prẹter partes totum. Alio autem modo, vt homo in animali, & omnino vt species in genere. Alio autẽ vt genus in specie, & omnino pars speciei in speciei ratione. Amplius vt sanitas in calidis & frigidis, & omnino species in materia. Amplius vt in rege, Grẹcorum res, & omnino in in primo mouente. Amplius vt in ipso bono, & omnino in ipso fine. Hoc autem est, id cuius causa. Omnium autem maxime proprium est, quod vt in vase, & omnino quod in loco.

¶ Postquam hactenus Ph. disputãdo inquisiuit an sit, quidque sit locus, incipit iam modo quẹstiones has diffinire. Prius autem in hoc. 3. capite, quod septem habet textus, dissoluit dubia nõnulla, qui necessario erant premittẽda. Atqui in tex. 23. primum omniũ distinguit, quot modis vna res
Octo modi. dicatur esse in alia. Qui sunt octo numero, sumpti ex vsitato modo loquẽdi inter philosophos. ¶ Pri-
1. Modus. mo modo vnũ dicitur esse in alio, tãquã pars in to-
2. Modus. tó. ¶ Et secũdo modo tãquam totum in partibus. Vtroque enim modo loquimur videlicet, digiti quinque sunt in manu, nasus est in facie &c. & rursus, homo est in suis mẽbris, structura domus est in parietibus. At vero qz modus secundus loquendi non est tam solitus quã primus, confirmat eum Arist. dicens ꝙ totum nõ est preter partes. i. totũ
3. Modus. non esse põt, nisi in partibus conseruetur. ¶ Ter-
4. Modus. tius modus est, vt species est in gñe: & quartus ecõuerso, vt gen⁹ est in specie. Dicim⁹. n. in gñe animalis tot esse species, albũq; esse in gñe qualitatis & bicubitũ in gñe quãtitatis. Et itẽ viceuersa, gen⁹ animal esse in ratiõe hoĩs. Attamẽ cũ phrasis secũda nõ videat adeo recepta, vt prima, eo ꝙ gen⁹, cũ contineat sub se spẽs tãquam quid cõe, non tã apparet esse in speciebus q̃ sint species: in illo subdit nihilominus rationẽ, ꝙ licet genus sit quid cõmune, est tamen pars etiam diffinitionis speciei: & hac ratione dicitur esse in ratione speciei sicuti
5. Modus. & differẽtia hoc mõ, rationale, est in hoĩe. ¶ Quintus modus est quo species. s. forma, est in materia q̃mo sanitas est in calidis & frigidis: vt pote cũ sit proportio & tẽperamentum quatuor primarũ qualitatum. Esse enim in aliquo est cõsistere & conser-
6. Modus. uari in illo. ¶ Sextus modus est quo res publica est in regis potestate: qui fortunis atq; adeo ciuiũ
7. Modus. vita pro suo arbitrio vtitur. ¶ Septimus modus est quo appetẽs bonũ & finẽ dr̃ esse in illo. Quẽadmodum dictũ est, vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuũ. Et in vniuersum amantis animus est in
8. Modus. re amata. ¶ Octauus ac postremus modus (sed tñ omnium propriissimus) est quo aliquid est in vase, & omnino quo est in loco. Quẽadmodum dicimus terram esse in centro: & ignẽ, in lunẹ cõcauo. Modi isti essendi in aliquo nõ dicuntur omnino vniuoce, sed analogice. ¶ Et quẽadmodum ens dr̃ principaliter de substantia & analogice de accidente per cõparationẽ ad illã: & sanum de animali principaliter: & de vrina & medicina, per respectũ ad animal: ita esse in aliquo prius ad sensum notũ fuit esse in loco, & per analogiam dicuntur cẹtera. Inde enim ꝙ locus continet & conseruat locatũ, sumptum est vt ꝙ quicquid aliquo modo inesse pẽdet ex alio dicatur esse in illo: & ideo pars est in toto, & viceuersa totum in partibus. Nam vt lib. 2. textu. 28. & 31. adnotauimus, totum & partes habent se vt forma & materia: totum. n. conseruat partes in genere causẹ formalis: quia partes sunt per esse totius: vita. n. totius hominis viuit manus: partes vero econuerso in genere causẹ materialis conseruãt totum: quia totum cõstat ex partibus. Pari modo species est in genere tãquam pars in suo toto potentiali. Vt. n. ca. de differẽtia refert Porphyrius, genus potestate cõtinet species, in quas diuiditur. Et econuerso, genus est in specie tanq̃ pars in suo toto actuali: nam diffinitio speciei in se actu continet genus & differentiam. Eadem ratione respublica est in potestate regis, tanquam in causa efficienti: & amans in amato quod tãquã finis trahit ad se amantem. Ac denique vniuersẹ creaturẹ sunt in Deo: iuxta illud Hester. 13. in ditione tua cuncta sunt posita. Pretermisit hic modum essendi in tempore: vel quia sub modo essendi in loco continetur: vel forte: quia de illo futurus erat infra specialis sermo. Aliis igitur modis prẹtermissis, qui ad rem prẹsentem pertinet, est, esse in loco.

Dubitabit autem aliquis vtrũ quippiam in seipso contingat esse an nihil, sed omnia aut nusquam, aut in alio? Dupliciter autem hoc est, aut secundum se aut secundum alterum. cùm enim sint partes totius & id in quo & id quod in hoc: dicetur totũ in seipso. dicitur enim & secundũ partes. vt albus: quia superficies alba sit & sciẽs: quia ratiocinatiuũ. ¶ Amphora igitur non erit in se ipsa, neque vinũ: vini vero amphora erit. Quod nanque inest & id in quo est: vtraque eiusdem partes sunt. Textus xxiiij.

¶ In text. 24. mouet dubium, prẹsenti negocio necessarium. Cum. n. modus loquendi, quo dicimus aliquid esse in aliquo, arguat distinctionem inter id quod est, & id in quo est (vnde sumitur argumentũ distinctionis inter locatum & locum) Anaxagoras nihilominus [vt lib. 3. tex. 50. visum est] dicebat infinitum esse in seipso, examinare operepretium hic duxit, an aliquid proprie sit ĩ se ipso. Cui dubio respondet distinguens hoc posse contingere, aut per se primo, aut per aliud. Id conuenit alicui per se primo, cui cõuenit per se totũ. i. p suã q̃ditatẽ sicut homini conuenit esse risibilem. Per aliud autem conuenit, id quod conuenit per aliquid sui: sicut totus homo dicitur crispus ratione capillorũ & calceatus quia pedes habet calceatos & albus, quia exteram superficiem habet albam: & sciens, quia scientiã habet in anima. Ait ergo ꝙ si amphoram plenam vini consideremus vt vnum totũ cum vino (est. n. totum per aggregationem) dicere quodammodo possumus eam esse in seipsa, vt si di-

cas amphora vini est in se. Non ꝙ totum aggregatum: sit in toto aggregato sed quia vinũ, quod est vna pars illius aggregati, est in amphora quę est alia pars, totum, ratione vnius partis, est in se ratione alterius. Est tamẽ modus valde improprius: quia vinũ non est pars illius aggregati ex amphora ⁊ vino: veluti aĩa est pars hoĩs scientis scd̃m animam: sed exempli gratia concessit hoc veteribus illis Philos. qui impropriè loquebantur.

Textus. xxv. Sic igitur contingit, quippiã in seipso esse. Primò autem non cõtingit, vt album in corpore. superficies enim in corpore: scientia autem: in anima. secũdum hæc autem quæ partes sunt, vt in homine appellationes existunt. Amphora autẽ & vinum, cùm seorsum quidem sunt, partes non sunt, sed cùm simul. Quapropter cùm sint partes: erit ipsum in seipso. vt album, in homine. quoniam in corpore, & in hoc, quoniã in superficie. in hac autem, nõ amplius secundũ aliud est. Et diuersa quidẽ specie hæc sunt, & aliam naturam habet vtrunque & potentiam, & superficies & album.

¶ In tex. ergo. 25. respõdet ad quęstionẽ, ꝙ primo modo nõ cõtingit aliquid esse primo in seipso. i. secundũ se totũ: bene tñ nõ primo. i. ratione partis. Scd̃am partẽ probat in hoc textu, ⁊ primã in duobus sequentibus. Ait. n. ꝙ si amphora seorsum consideret, ⁊ seorsum vinũ. i. quãdo vinũ nõ est in amphora, tunc nihil est in seipso, nec primo, necnon primo: qñ vero sunt simul. i. amphora est plena vino, tunc si loquamur de toto aggregato ac de vna re, totũ rõne vini est in se rõne amphorę. Est enim amphora vini in amphora vini: sicut album est in corpore, non primo, qꝛ albedo non est in partibus intrinsecis corporis: sed rõne superficiei q̃ est terminus corporis, ⁊ scientia est in homine ratione animę. ¶ Subdit autem ꝙ res quę est primo in aliquo. i. secundũ se totum, debet esse diuersa ab illo in quo est, vt albedo quę per se primo est in superficie, est res distincta genere ab illa, distinguuntur que potẽtia: nam superficies est quantitas quę est subiectũ qualitatis: albedo vero est qualitas, quę se habet vt forma: ⁊ actus quantitatis.

Textus. xxvj. Neque igitur inductiuè considerantibus, aliquid in seipso videmus secundum aliquem determinatorum & ratione manifestum, quod impossibile est. Oportebit enim ambo vtrunque esse (vt amphoram, & vas, & vinũ esse: atq; vinum: vinum & amphoram) si quidẽ contingit quippiam in seipso esse. Quare si quã maximè in sese sint: amphora quidem accipiet vinum, non quatenus ipsa vinum est, sed quatenus illa. vinũ autem inerit in amphora: nõ quatenus amphora ipsum est, sed quatenus illa amphora est. Secundũ igitur ipsum esse, ꝙ alterum sit: manifestum est. Alia nanque ratio est, eius in quo, & illius quod in hoc est.

¶ In tex. 26. probat primã partẽ conclusionis: nempe ꝙ nihil põt esse primo in se: ⁊ inductione ⁊ ratione. Inductione, qꝛ in nullo modorũ octo, qui supra positi sunt, reperitur aliquid primo esse in se. Totum enim est in partibus ⁊ ecõuerso: totum vero partes singulę differunt re: atq; simul sumptę saltem ratione differunt a toto. Et pari modo differunt genus ⁊ species. Nam de alijs modis manifestum est quomodo id qđ est, realiter differat ab eo in quo est. ¶ Rationes autẽ format duas. vbi considerandum est nõ esse idem ꝙ vna res sit in alia primo, ⁊ ꝙ sit per se: sicut nec est idẽ ꝙ sit in alia non primo, ⁊ ꝙ sit per accidens. Nam ad hoc ꝙ sit primo satis est ꝙ sit scd̃m se totum ⁊ non solum scd̃m partẽ: sed ad hoc ꝙ sit per se requiritur ꝙ sit ab intrinseco rõne sui ⁊ nõ rõne alterius. Exempli gratia. Nauis est in mari ⁊ primo ⁊ per se: sicuti homo est etiam in naui: homo vero ille est in mari, primo quidẽ, qꝛ secundũ se totũ: non tñ per se (sicut si nataret nudus in mari) sed per accidens, rõne nauis quę est in mari. Primo ergo probat ꝙ nihil põt esse in seipso primo ⁊ per se. Et perseuerat in exemplo amphorę. Si totũ hoc qđ est amphora vini est in se primo ⁊ per se, sequitur (inquit) ꝙ ambo sunt vtrunq;. i. ꝙ amphora esset ⁊ amphora ⁊ vinum copulatim: ⁊ vinum itidem esset ambo simul: consequens est impossibile: ergo ⁊ añs. Probat sequela. Si amphora vini, capit ⁊ continet vnũ tanquã locus, manifestum est hoc esse rõne amphorę quę continet, ⁊ non rõne vini qđ continet: ergo si totũ rõne etiã totius aggregati capit ⁊ cõtinet, amphora esset totum aggregatũ. Et eadem rõne si totũ est ⁊ cõtinet in se, hoc est rõne vini qđ continet: nã amphora nõ cõtinet: si ergo itidẽ rõne totius totũ est in se, sequit ꝙ vinũ est vinũ ⁊ amphora. Perinde acsi arguas. Hõ est risibilis ea rõne qua est rõnalis: si ergo itidẽ est risibilis ea rõne qua aĩal rõnale: fit vt rõnale, idem sit ꝙ animal rõnale (quod certe est verũ.) Minorẽ autem. s. ꝙ amphoram esse totum. s. vinum ⁊ amphorã sit impossibile, probat. Manifestum enim (inquit) est ꝙ alterum sit ipsum esse vasis ab ipso esse vini: alia enim est ratio vasis (quę est cõtinere) ⁊ alia ratio vini: q̃ est contineri.

At vero neq; secundũ accidens contingit. Simul autem duo corpora, in eodem inerunt. nam & ipsa amphora in seipsa erit: si id cuius natura susceptiua est, contingat in seipso esse, & insuper illud cuius est susceptiuum: vt si vini vinum. Quod igitur impossibile sit in se ipso aliquid esse primò manifestũ est. Textus. xxvij.

¶ In tex. 27. subiungit secundã rõnem, videlicet, ꝙ nihil est in seipso per accidens. i. rõne alterius, veluti nauta est in mari rõne nauis in qua est. Nã tunc (inquit) sequeret ꝙ duo corpora essent simul

in eodem loco, qđ est impossibile. Ratio est implexa ⁊ obscura: nisi hoc prius consideret̃, ꝙ amphoram esse in se per accidens, paralogizatur hoc modo. Vinum est in amphora: ⁊ amphora est in vino: ergo de primo ad vltimũ amphora est in se. Quod quidẽ sophisma facile potuisset Phil. diluere negando cõsequentiã. Nam vt primũ sit in tertio rõne secundi, exigitur vt eo modo sit in secundo, quo secundũ est in tertio. vt quia nauis est localiter in mari: ⁊ nauta eodem modo est in naui: fit vt nauta sit in mari. In proposito vero nõ est ita. Qm̃ vinũ est localiter in amphora: amphora vero non est localiter in vino, sed tanquã terminãs ⁊ cõtinens ipsum, vt textu sequenti patebit. Et ideo non sequit̃ ꝙ amphora sit in se. Supersedit tamẽ Phil. argumentum infringere: ⁊ intulit aliud inconueniens. Quod est huiusmodi. Si amphora est in seipsa de per accidens, id erit ratione vini: accidit enim amphorę vt vinum sit in illa, ⁊ illa vice versa suo modo sit in vino. Arguit ergo. Si amphora cuius natura est cõtinere dicit̃ esse in seipsa ratione vini qđ continet, sequitur in amphora esse duo corpora. s. ⁊ amphoram ipsam, ⁊ id rursus cuius est susceptiua (vt si vini, vinũ). i. si est susceptiua vini, vinum erit in illa: ⁊ sic duo corpora erunt in eodem loco. Qđ est absurdum. ¶ Concludit ergo ex dictis, ꝙ impossibile est idem esse in seipso primo. i. secundũ se totum, vt eadem sit ratio continentis ⁊ contenti. Et in illo verbo. Quod igitur, secat Commenta. textum. 28. Commodius autem secatur hic.

Textus. xxviij. Quod autem Zeno dubitabat, ꝙ si locus est aliquid, in aliquo erit: soluere non est difficile. Nihil enim prohibet, in aliquo quidem esse primum locum, non tamen in illo vt in loco, sed vt sanitas quidem in calidis sicut habitus, calor autem in corpore vt passio. Quare non necesse est in infinitum abire.

¶ In text. 28. ex his quę in hoc capite dicta sunt, dissoluit primo dubitationẽ Zenonis de loco. text. 12. ꝓpositam. Arguebat enim. Si loc⁹ est aliquod corpus positiuũ, sequitur ꝙ locus ipse erit in alio loco: ⁊ ille in alio: ⁊ ita in infinitum. R̃ndet Phil. ꝙ locus omnis est in aliquo: non quidem tanquam in loco: verum quodammodo vt forma in materia. Vt enim dictum est totum esse in partibus, vt forma in materia quã continet, ⁊ cui dat esse, ⁊ vicissim partes in toto, sicut materia in forma aqua recipit esse ⁊ conseruatur: ita locatum est in loco tanquã conseruatũ in conseruante: ⁊ ecõuerso in locato est locus tanquam conseruans in cõseruato. vt Deus est in rebus. Et qr formę proprium est dare esse atq; adeo conseruare, modũ essendi loci in locato, cõparat modo essendi formę in materia, vt sanitas quę est proportio qualitatũ est in ipsis qualitatibus: ⁊ habitus vel dispositio est in subiecto. Non ꝙ sit omnimoda similitudo: quia locus non inest formaliter locato: sed sicut forma terminat ⁊ cõtinet materiã intrinsece, ita locus terminat et continet extrinsece. Vnde supremum cęlum, quod omniũ locus est, quę sub illo cõtinent̃, est quidem in aliquo: verum non tanquã in loco: sed tanquam in eo qđ terminat, cõtinet, ⁊ conseruat. Quocirca non sequit̃ processus in infinitũ in locis. ¶ Ex quo sequitur ꝙ quanuis nihil sit in seipso positiue (vt hactenus monstratum est) nihil tamen prohibet aliquid esse in seipso negatiue, idest, non in alio, tanquam in loco.

Illud autem manifestum, quod cùm vas nihil sit eius quod in ipso (aliud enim est, primò & quod inest & id in quo inest) non erit vtique aut materia, aut species, locus, sed aliud. Illius enim aliquid hæc sunt: quod inest, & materia & forma. Hæc igit̃ sunt dubitata. Quid autem tandem sit locus: hic vtique fiet manifestum. Textus. xxix.

¶ In tex. deniq; 29. ⁊ postremo respondet ad alias duas dubitationes capitulo secundo discussas: an videlicet locus sit materia, aut forma. Ait enim ꝙ cum locus ex natura sua sit extra rationem locati [alia enim ratio continentis ⁊ terminantis, ⁊ alia contenti ⁊ terminati] materia vero ⁊ forma sint de intrinseca ratione rei, fit vt neutra earum sit locus ipsius compositi: sed locus sit vtriq; extrinsecum. ¶ Subdit autẽ hactenus dubitationis modo disputatum esse: atque ideo in subsequentibus determinari superest, quidnam sit locus.

¶ Consequenter Caput. 4.

## QVO DEFINITVR QVID sit locus.

## CAPVT. IIII.

Accipiamus autem de ipso quæcunq; videntur verè secundum se inesse ipsi. Censemus igitur locum esse primum quidem quod continet illud, cuius locus est: & nihil ipsius rei esse. Amplius, primum locum neque minorem esse, neque maiorem præterea neque deseri ab vnoquoque, & separabilem esse. Ad hæc autem, omnem locum habere sursum, & deorsum, & ferri natura & manere in proprijs locis: vnũquodq; corporum. Hoc autem facere, aut sursum aut deorsum. Textus. xxx.

¶ Descendẽs deniq; Arist. in hoc ca. 4. per. 13. textus distributo, ad diffinitionem loci, pręmittit in quinq; prioribus textib⁹ quatuor suppõnes, ⁊ documenta quinq;. ¶ In text. ergo isto. 30. iacit quatuor suppositiones, quibus loci naturã explorat̃. Oẽs aũt sumunt̃ ex cõmuni cõsensu loquentiũ de loco: nã inde petẽdę sunt hmõi dignitates. Prima suppositio est. Locus (vt in confesso est vniuersis) est primũ qđ cõtinet locatũ, ⁊ nihil ipsius est. Locus enim vini est amphora: ⁊ locus pecunię, bursa. Designat ergo tres cõditione loci. Prima ꝙ contineat locatum: qua reprobat vacuum: qđ cum nihil sit, nihil subinde continere potest. Altera ꝙ sit primum, id est, ꝓxime tangens locatum. Locus nanq; Tres cõditiões loci.

nãq; pecunię existentis in bursa non tam proprie dicitur arca vbi est bursa, quã bursa ipsa. vnde vt q.1.examinabimus locus est superficies vltima cõcaua cõtinentis locatũ. Tertia cõditio est q distinguat a locato & a qualibet eius parte, ita enim ꝓprie loquuntur hoĩes de loco. ¶Secunda suppositio est. Primus locus.i. propinquissime attingens locatũ, nec maior nec minor est, sed ęqualis locato. Ait, primus, qr locus materialiter acceptus ꝓ corpore cõtinẽte [qualis est amphora respectu aquę] maior est locato. Hęc etiã suppositio sumit ex modo loquẽdi, eo q locus est iusta exactissimaq; mensura locati. ¶Tertia suppositio. Locus non deseritur, nec separatur ab vnoquoq; locato. Nõ pretendit q in eodem loco neutiquã esse possit nisi vnum idẽq; locatum: constat enim in eodẽ loco succedere diuersa locata: seu vult dicere q vnusquisq; locus semper habet aliquod locatũ: sicuti quodcũq; locatũ est in aliquo loco. Ita vt dicant ad cõuertẽtiam. Locus est: ergo locati locus est, locatum est: ergo loco locatũ est. Non tamẽ sequitur, corpꝰ est: ergo in loco est, vt patet de supremo cęlo. ¶Quarta suppositio est. Locus oĩs sursum est, aut deorsum: & ad quęcunq; locũ fertur aliquod corporum. Hęc autẽ suppositio intelligitur solũ de locis naturalibus grauium & leuiũ: qr cum de cęlo nihil hactenus diffinierit, loquitur scdm famosam antiquorum opinionẽ: qui putabant cęlos etiam constare ex natura graui, vel leui: cum tamen in rei veritate cęlum nec sursum, nec deorsum, nec prorsus ad locum, sed precise in loco moueatur.

Textus. xxxj. Diffinitio bõa.

Suppositis autem his: reliqua speculari decet oportet autem tentare, considerationẽ sic facere: vt ipsum quid est reddatur, vt & quæ dubitantur, soluantur, & quæ videntur inesse loco insint & amplius, ipsa difficultatis, & earum quæ circa ipsum dubitationum causa erit manifesta. sic enim pulcherrimè demonstrabitur: vnumquodque.

¶Post quatuor suppositiones subdit documenta quinq;. Primum in hoc text. 31. explicat quatuor cõditiones quas habere debet diffinitio, cũ loci, tũ etiã cuiuscunq; rei, vt sit bona. Ait nãq; talẽ habẽdam hic esse loci considerationẽ, vt eius diffinitio, primo explicet ipsum qd quid est: nam vt habetur 7. Topi. cap. 2. diffinitio est oratio explicans quod quid est. i. naturã rei. Secũdo debet esse talis diffinitio, vt per eam oĩa dubia & quę supra mota sunt, et quę de loco submoueri possunt, terminentur. Etenim vt est. 3. meta. tex. 1. veritatis cognitio, dubiorum est solutio. Tertia cõditio diffinitionis est, vt per eam accidentia, quę rei proprię insunt, dignoscantur: nam cum diffinitio explicet naturam rei, & naturam accidentia propria subsequantur, per diffinitionẽ cognoscuntur accidentia propria. Competit deniq; bonę diffinitioni, vt per eam aperiatur causa difficultatis & discordię opinionũ quę de natura rei controuersantur.

Textus. xxxij. Locus per motus inuestigat.

Primum igitur cõsiderasse oportet: quòd non quæreretur vtiq; locus, si nõ motus aliquis secundũ locum esset. propter hoc enim & cœlum maximè in loco putamus esse: quia semper est in motu. Huius autem aliud quidem est loci mutatio, aliud vero augmẽtum, & decrementum. Etenim in augmento & decremento, transmutantur: & quod prius erat hic, iterum translatum est in maius, aut minus. ¶Est autẽ quod mouetur: aliud quidem per se actu, aliud verò per accidens. Eius autem quod secundum accidens: aliud quidem potest moueri per se, vt partes corporis, & in nauigio clauus: alia verò non possunt, sed semper secundum accidens, vt albedo & scientia. hæc enim sic transmutantur secundum locũ: quia id in quo sunt, transmutantur.

¶In tex. 32. subsequuntur duo alia documẽta. Secũdum ergo documentũ est, q nunq̃ fuisset quęsitum disputatumq; de loco, nisi esset motus aliquis localis. Enimuero (vt tex. 3. visum est) quemadmodum materiam philosophi perscrutati sunt ex successione diuersarum formarum in eodem subiecto, ita indagauerũt locum, videntes, in eodem loco diuersa succedere corpora: idemq; corpus diuersa loca mutare. Unde quidã antiqui credentes omne cęlum moueri, inferebant supremum etiam cęlum esse in loco. Et hoc est qd ait hic Philo. [propter hoc cęlum putamus in loco esse] aut enim intelligit de orbibus inferioribus: aut si intelligit de supremo, loquitur secũdũ eorum opinionẽ. De qua 6. huius & 1. cęli copiosior habebitur sermo. ¶Est autem triplex motus localis: alius enim est totius loci mutatio qui dr motus ad locum. Et hic per se primo dicitur motus localis: qr terminꝰ talis motus nõ est alius, quam locus. Alij duo sunt motus nõ ad alium distinctũ locum, sed ad maiorẽ vel minorem. vt augmẽtatio & diminutio. Et isti non sunt per se primo motus locales: nam augmẽtatio non est motus ad locum, sed ad quantitatem: & pariter diminutio: sed de per accidens & consecutiue, aucta vel diminuta quãtitate, augetur vel diminuit locus. Nec sine causa adiecit hanc distinctionẽ: qr locus nõ tam manifeste cognoscitur per augmẽtũ vel decrementũ locati [vbi nõ mutat totus locus, sed fit mutatio a parte ad totum locum, vel a toto ad partẽ] quã cognoscitur per motum localẽ: qui est per se primo motus ad locum. ¶Tertium documentum est. Eorum quę mouentur, aliud est quod actu mouet per se, vt totum suppositum: puta homo, vel lapis: aliud vero, qd mouetur per accidẽs, vt partes eius & accidentia. Rursus horũ quę actu mouentur per accidens, aliud est quod põt per se moueri. vt pars si abscindatur a toto. Et clauus nauis mouetur per accidens ad motum nauis: & per se a gubernatore. Aliud vero est quod neutiquam potest per se moueri, vt accidentia. Quę cum non possint separari a subiecto, non possunt moueri motu ꝓprio. Subiecit itidem hãc distinctionẽ: primo qr quot modis contingit moueri localiter, tot modis contingit esse in loco. s. per se & per accidens. Secũdo, qr locus nõ tam innotescit ex his quę mouentur per accidẽs, quã ex his q̃ per se mouentur.

Triplex motus localis.

Textus. xxxiij.

Quoniam autem dicimus esse in cœ
lo vt in loco, quia in aere, hic autem in
cœlo est, & in aere autem, non toto, sed
propter vltimum ipsius & continens:
in aere esse dicimus. si enim totus aer
sit locus: non æqualis erit vniuscuiusq;
locus, & vnumquodque, videtur au-
tem æqualis esse. talis autem est: pri-
mus in quo est.

¶ In textu. 33. quia dixerat locum inuestigari ex
motu: non ex quocunq;, sed ex motu ad locum: atq;
adeo eorum maxime quę per se actu mouentur:
addit quartum documentum tale. Non omnis lo-
cus dignoscitur per motū: q2 non locus cōmunis,
sed tantū proprius. Ubi repetit distinctionē illam
loci, quam fecerat textu. 14. est. n. alius locus com
munis: qui nō est ęqualis locato: sed est locus, aut
q2 est loci locus. vt cęlum est locus meus, q2 est lo
cus aeris in quo ego sum: similiter totum corpus
in cuius parte ego sum (vt elementū aeris) est ma-
terialiter locus meus: q2 sum in aliqua eius parti
cula. Et q2 per motum non mutatur locus commu
nis: sed locus proprius, puta superficies quę me
tangens circundat, per talem motum non cogno-
scemus locum communem: sed proprium. Et hanc
superficiem appellat vltimum continentis versus
locatum. Ubi ait ꝙ non est homo in toto aere [sed
propter vltimum ipsius continens.] Et eandem
appellat primum locum. Nam quod incipiendo ab
aere versus me, est aeris vltimum, incipiēdo a me,
est mihi primum.

Textus. xxxiiij.

Cùm igitur nō diuisum est quod cō-
tinet sed continuum: non vt in loco di-
citur esse in illo, sed vt pars in toto.
Cùm verò diuisum est, & tangens: in
primo quodam est, vltimo continen-
tis, quod neque pars est eius quod in ip
so est, neque maius spacio: sed æqua-
le. in eodem enim sunt vltima se tan-
gentium. ¶ Et cùm continuum sit, non
in illo mouetur: sed cum illo. diuisum
autem in illo. Et siue moueatur conti-
nens, siue non: nihil minus. ¶ Amplius
autem cùm non diuisum est: vt pars in
toto dicitur, vt in oculo acies, & in cor-
pore manus. Cùm autem diuisum est.
vt in cado aqua, aut in fictili vinum: ma
nus enim cum corpore mouetur, aqua
autem in cado.

¶ Unde in textu. 34. quinto documento explicat
quomodo primus locus debet esse vltimum conti
nētis: quo potissimum explicatur natura loci. Ait
enim ꝙ illud vltimum continentis debet esse vlti
mum, non in potentia: sed in actu. Illud enim est
vltimum in potentia respectu alicuius, quod est
continuum alteri: illud vero est vltimum in actu,
quod est actu diuisum: atq; alteri contiguū. Exem
pli gratia. Totum continet partem: non quidem
vt locus locatum. Humerus enim continet bra-
chium: sed quia est continuus brachio, non est vlti
mum actu corporis versus brachium: & ideo non
est locus brachij. Et eadem ratione oculus, qui est
continuus cerebro, non est in illo tanquam in lo-
co: si autē esset discontinuus, illa superficies cere
bri circuntangens oculū esset ꝓprius locus eius.
Etenim quia esset vltimum actu continentis, esset
primus locus oculi. Unde colligit ꝙ locus, nec est
pars locati, neq; maior locato: sed ęqualis: quia vl
tima se tangentium. i. superficies conuexa locati &
concaua locantis in eodē sunt simul loco: vt infra
&. q. 1. amplius explicabimus. ¶ Probat autem ꝙ
totum non continet partem: sicut locus locatûm
duabus rōnibus. Prima illic [& eum continuum.]
Pars non mouet̄ in toto, sed cū toto. i. ad motum
totius: si autem est diuisa a toto, poterit moueri in
toto, siue totum continēs moueatur, siue non: hęc
autē est natura locati, vt possit moueri in loco con
tinente, siue ille moueatur siue nō: ergo pars con-
tinua nō est in toto: sicut in loco. Brachiū enim &
oculus nō mouent̄, nisi ad motum totius: quando
enim moueo oculū, totus moueor sc̄d̄m partē: si au
tem oculus esset discontinuus in eadē parte cere
bri qua modo est, tunc posset moueri oculus in ce
rebro quiescente. Cognoscitur ergo locus per hoc
ꝙ ad motū locati non sequitur motus loci. Quod
est mente obseruandum. Hac enim ratione cogno
scitur sanguinem esse in vena sicut i loco: mouetur
enim in vena & ex vena, ipsa manēte immota: & per
consequens est illi, non continuus, sed contiguus.
¶ Secunda ratio est illic (amplius autem) quę sumi
tur ex modo loquendi diuerso. Nam pars alteri cō
tinua dicitur esse in illa alio modo essendi eorū, qui
notati sunt textu. 23. sicut forma in materia. vt a-
cies. i. pupilla dicitur esse in oculo tanquā quędā
dispositio oculi: & manus in corpore tanquam orga
num eius. Quando autem diuisum est, dicitur esse
in illo: sicut in vase. vt vinum in cado.

Natura loci.

Textus. xxxv.

Iam igitur manifestum ex his: quid
est locus. Quatuor enim ferè sunt: quo
rum necesse est locum, vnum aliquid
esse. aut eñ forma est aut materia, aut
spacium aliquod medium extremorū,
aut extrema, si non est vllum spacium
præter in existentis corporis magnitu
dinem. Horum autē, ꝙ tria non possint
esse, manifestum est. Sed propterea ꝙ
continet, videtur forma esse. in eodem
enim sunt, extrema continentis & con
tenti. Sunt igitur vtraque termini, sed
non eiusdem. sed species quidem rei, lo
cus autem continentis corporis.

¶ His pręiactis suppositionibus ac documētis in
residua parte textus constituit exactam diffinitio
nem loci: incipiens a genere diffinitionis. Quod
inuestigat mō diuisiuo: ita eñ. 2. poste. tex. 17. ostē
dit inuestigandam esse diffinitionem. Format er-
go huiusmodi rōnē. Locus vel est materia, vel for
ma locati, vel spaciū interceptum inter locatū & la

tera cõtinentis, vel vltima superficies cõcaua continentis: non tria priora: ergo quartum. Maior est nota ex supra dictis ca. 2. vbi enarrauit opiniones antiquorũ credentiũ locum esse eorũ aliquod triũ. Minorem autẽ probat sigillatim. Et primo de forma repetit rationẽ quã fecerat text. 14. ad probandum formã esse locum, ꝓpterea ꝙ propriũ loci est terminare locatũ: sunt eñ simul superficies conuexa locati & cõcaua locãtis (quas hic appellat extrema continentis & cõtenti.) Forma est etiam terminus materię & suppositi nam generatio terminatur ad formã: ergo forma est locus. Respondet ꝙ q̃uis vtraq; .i. tam forma quã locus sint termini, diuersimode tñ & diuersorũ: q2 forma est terminus intrinsecus rei locatę, dans illi speciẽ: locus autẽ non est terminus intrinsecus locati, sed locantis: cui non dat speciẽ: sed terminat quãtitatẽ eius versus locatum: atq; adeo est terminus extrinsecus locati.

Textus. xxxvj. Ex eo autẽ ꝙ mutatur sæpe, manente, continente, contentũ & diuisum, vt ex vase aqua: ipsum mediũ, esse aliquid videtur spaciũ, tanquã aliquid existens præter ipsum corpus translatum. Hoc autẽ non est: sed quoduis incidit corpus eorum, quæ transferuntur ac tangere apta natura sunt.

¶ In tex. 36. prosequitur ostendere ꝙ locus non sit spaciũ & interuallũ qđ est inter latera cõtinentis. Opinio hęc (vt elicitur ex istis antiquis & ex Commentatore) sumpta est ab ęstimatione vulgi. Cum enim in dolium vacuum infunditur vinum, vulgares non putant vinum recipi in dolio, sed in spacio illo: vbi (cum aerem nõ experiunt) existimãt esse simpliciter vacuũ. Ob idq; aliqui antiqui, aut Platonici aut alij, dicebant esse in illo inani quasdam dimensiones interminatas q̃ erãt quantitates separatę ab aere inde exeũte, & a vino subintrante: quę quidem se penetrabãt prius cũ aere & postea cum aqua. Eo modo (vt reor) quo Christiani credimus corpora gloriosa cũ quantitate cęli se penetrare. Ratio istorum erat hęc, quã hic tãgit Aristo. Locus est id qđ manet immotũ qñ locatũ mouetur: ergo pręter aerem exeuntẽ a vase & aquã succedentẽ debet esse aliquid qđ sit locus manẽs immobilis: illud autẽ non põt esse doliũ continens: ex eo (vt dicit hic. S. Thom.) q2 etiã aliquando ad motũ locati mouetur dolium continẽs, & tñ locus debet manere immobilis. Vel forte ratio qua putabãt corpus cõtinẽs non esse locũ, erat, q2 loc9 debet esse ęqualis locato: & continens semper est maius locato: q2 non aduertebant quomodo locus debet esse ęqualis locato solũ scđm superficiem concauã. Et ideo ponebant illas dimensiones quę adęquate se penetrant cũ locato, esse locum. ¶ Negat ergo Aristo. ita esse vt illi putant ꝙ intra latera continẽtis sit res aliqua immobilis pręter corpora quę transferuntur. i. pręter aerem exeuntem & aquã subintrantem quę successiue tãgunt latera continentis, atq; adeo replent totum spaciũ: nec manet aliquid immobile pręter continens ipsum. Et hoc est quod ait. Hoc autem non est &c.

Textus. xxxvij. Si autem esset aliquod spaciũ aptum natura, ac manens in eodem loco: infinita vtiq; essent loca. Translato eñ aere & aqua idẽ facient partes oẽs in toto, quod nunc tota aqua in vase. ¶ Simul autẽ: & locus erit mutatus. Quare erit loci & alius locus: & multa loca simul erunt. non est autem, alius locus partis in quo mouetur, cum totum vas transfertur: sed idem. In quo eñ sunt, vicissim transferuntur aer, & aqua, aut partes aquæ: sed nõ in quo sũt loco, q pars est eius loci, qui est locus totius cæli.

¶ Subsequẽter in tex. 37. probat ꝙ infra latera cõtinentis nulla sit alia res quã corpus locatum, duabus rationibus: quas Themist. Philo. & prisci omnes merito aiunt esse obscurissimas, & vix vnquam expositas. Ratio prima est hęc. Si locus esset spacium (puta dimensio inter latera spacij, distincta a locato) sequeretur ꝙ essent simul infinita loca, actu respectu partium locati: consequens est impossibile: ergo & añs. Sequelam diuersi diuersimode exponunt. Eam tñ sic mihi videor intelligere. ¶ Partes locati scđm Aristo. & rei veritatẽ, nec sunt per se in loco neque habent propria loca: sed sunt per accidens in loco totius. Cuius ratio est quia locus per se & proprius debet esse actu diuisus a locato, & illi ęqualis secundũ totas superficies, concauam loci, & connexam locati, & manifestũ est quod nulla pars aquę existentis in vase est hoc modo in loco proprie. Nam partes interiores nõ tangunt superficiẽ concauam vasis, quę est locus: sed sunt continuę alijs partibus aquę: & pars superficialis non potest dari quin secundũ profunditatẽ sit etiã continua aquę. Quare si locus est superficies continẽtis, nulla pars locati habet per se proprium locũ. At si locus non sit superficies continentis sed dimensiones illę quę se penetrant cũ toto locato, nõ requiritur ęqualitas loci & locati secundum superficies, sed secundum totam quantitatem dimensionis loci se penetrãtis cum toto locato. Ideoq; singulis partibus locati respondent singula propria loca: vt puta dimẽsio quę se adęquate penetrat cũ tali. Et per cõsequẽs sunt infinita loca. ¶ Quod si quis arguat ꝙ illę dimensiones sunt omnes continuę: & per consequens non sunt actu propria loca, sicut non sunt actu diuisa entia. Responsio ad hoc est adnotanda, ꝙ scđm illorum opinionẽ non requiritur, vt aliquid sit proprius locus, ꝙ non sit continuus alteri loco: hoc eñ requiritur scđm Aristot. idcirco, ꝙ superficies concaua loci debet esse ęqualis superficiei cõuexę locati: & ideo quãdo pars cõtinui discõtinuatur ꝓducitur noua superficies, quę fit actu locus. vt si oculus discõtinuaretur a parte cerebri in qua est & maneret in eodem loco. At vero scđm illorum opinionem, si pars locati discontinuaretur, in eodem loco maneret, in quo modo est (vt inquit hic. S. Thom.) puta in eisdem dimensionibus: atq; adeo eadem dimẽsio, quę tunc esset proprius locus partis, est & modo. Quinetiã (quantũ illorũ opinionẽ coniector) neq; dimẽsiones totius spatij vasis, quę sunt locus totalis aquę, sunt actu per se diuisę: quinimo continuantur cum dimensionibus penetrantibus se cum lateribus vasis: & illę cum alijs quę sunt locus circunstantis. Itaq; sunt eędem dimensiones continuę per totum orbem cũ quibus se penetrant elementa & mixta. Et hoc est

quod ait hic Phil. [idem facient partes oēs &c.] id est, sicut tota aqua est in dimensionibus quę sunt partes aliarū dimensionū tanquā in p̄prio loco, ita & oēs partes sunt in toto.i.dum vniuntur sunt in suis ꝓpriis locis. ¶Secunda ratio est illic. [Simul autem &c.] Et est hęc. Si locus aquę esset spacium illud contentū inter latera vasis, sequeretur q̄ loci esset alius locus.i.q̄ duo & plura essent loca adęquata, quorum vnus esset in alio: quod est absurdum. Probatur sequela. Cum vas plenū aqua transfertur & mutatur simul cum aqua, necesse est vt transferatur illud spaciū q̄d erat inter latera vasis: tunc ergo totum illud aggregatū ex vase & spacio (.i. ex dimensionibus & aqua) recipitur in alio spacio.s. in aliis dimensionibus: per cōsequens illę dimensiones & spacium inter latera vasis, quod est locus aquę, recipientur in aliis dimensionibus tāquā in loco adęquato: consequens tn̄ (inquit) est falsum. Cum enim (inquit) totum vas transfertur, nō est alius locus partis in quo mouetur. Aquā totā appellat partem illius aggregati ex vase & aqua. Et vult dicere q̄ cum vas trāsfertur, aqua vel aer, quo vas est plenum, nō mutat per se locum, sed per accidens ratione vasis. Et hoc est quod ait [in quo enim sunt &c.] aqua vel aer in eodē loco in quo modo sunt (puta in superficie vasis) transferuntur, cū transfertur vas. ¶Quod autem subdit [sed non in quo sunt loco &c.] hoc modo intelligitur. Cum dixisset contentū in vase moueri de per accidens qn̄ mouetur totum vas, explicat nō hoc esse verū vniuersaliter, vt pote quādo vas seu continens mouetur, contento manēte in eodem loco formaliter respectu centri mundi. Quādo enī aliquis homo est in fluuio vel in aere, licet aer vel aqua circundans hominem fluat, homo tamē non mouetur. Imo superficies aeris succedētis reputatur idē locus: q2 manet in eadem distantia ad centrū terrę & ad pūcta fixa cęli. vt. q.1. amplius explicabimus. Vel si naui in qua sum mota versus orientem, ego mouerer versus occidentem, vt nō mutarem Zenit cęli, ego non mouerer. Et hoc est quod ait, q̄ aqua vel aer nō mouentur qn̄ sunt in loco eodē, qui est pars eius loci, qui est locus totius cęli.i. quando manēt in eodem puncto respectu orientis, & septemtrionis, & centri terrę. Sed de hoc latius. q.1.

Nota. ¶Adnotauerim hic tamen, q̄ Aristot. nō formauit rationē hanc secūdam tanquā demonstrationem aduersus illos. Sed ꝓbabiliter dixit q̄ cū vas mutat̄ & transfertur trāsferūtur simul dimēsiones q̄ erant intra latera vasis. Credo nāq; hoc illos negasse. Nā fingebant dimēsiones fixas continuas in toto orbe, q̄bus immotis ꝑ illas penetratiue mouētur corpora: veluti Christiani affirmamus post diem iudicii corpora gloriosa mouenda intra corpus cęli penetratiue.

Dimensiones. Et sic quando amphora mouetur, non mouentur dimensiones quę erant inter latera. Imo hac de causa dicebant illas esse locum, quia sunt immobiles ad motum locati. Sunt tamen hęc antiquorum nugę: & ideo quicquid illi negassent bene arguit Aristo. q̄ dum vas mouetur, quicquid postiuum est intra illud, mouetur simul cum illo.

Textus. xxxviij. Et materia etiam videbitur vtiq; esse locus: si in quiescente aliquis consideret, & non separato, sed continuo. Vt enim si alteratur est, quippiā quod nūc quidem album est olim autē nigrum, & nunc quidem durum, olim autē molle (quapropter dicimus esse aliquid materiam) sic & locus per hanc quandam videtur esse imaginationem. Verum illud quidem: quoniā quod erat aer, hoc nunc aqua est. locus vero: quoniam vbi nunc erat aer, hic nunc est aqua. Sed materia quidem sicut dictum est in prioribus: neque separabilis à re, neque continens est. locus autem ambo.

¶In tex.38. probat tertium membrum prioris diuisionis.s. q̄ nec locus est materia. Adducit tamen prius apparentiā ad contrariū, dicens, q̄ si cōsideretur analogia inter locū & materiā, videbitur locus esse materia. Conueniunt enim quod sicut eadem numero materia manens successiue recipit diuersas formas, ita & idem manens locus diuersa locata. Differunt autem, q̄ locus subiecto separatur a locato: materia vero & forma, sicut substm̄ & accidens, sunt idem subiecto. Et hoc est quod ait [videtur materia esse locus, si quis consideret in quiescente, & non separato].i. si solum cōsideret q̄ quēadmodum materia eadem manens suscipit diuersas formas, ita locus idem quiescens diuersa locata, quę illic succedunt: & non consideret q̄ locus separatus subiecto a locato: materia vero non, sed est cantinua formę.i. sunt vnum subiecto. Vt enim q̄d nūc est album, idem postea est nigrū &c. ita idē locus qui nunc suscipit vnum locatū, deinceps recipit aliud. ¶Excludit autē materiā esse locum triplici constituta differentia. Prima q̄ materia ita recipit successiue formas, vt virtute illius idē subiectum recipiat in recto diuersa pr̄ędicata successiue: nam propter materiā quę manet eadem concedimus aliquo modo, id q̄d erat aer, nunc esse aquā & propter id quod erat album, nunc esse nigrum. De loco autē non ita: sed in obliquo concedimus, q̄ in eodē loco, vbi erat aer, nunc est aqua. Secunda differentia est illa suprapposita.s. q̄ materia recipit formam tāquam substm̄, & ideo materia & forma non separantur: sed sunt vnum subiecto: omnia enī quę sunt in Petro sunt idem subiecto: locus autē non isto modo recipit locatum, sed tanquam res diuersa. Tertia differentia est q̄ locus continet locatum: materia vero non continet formā, sed suo modo continetur: quia continere dicit actum: materia vero est pura potentia. Quare locus in hoc similior est formę quam materię.

Si igitur nihil horum trium locus est, neq; species, neque materia, neque spacium semper aliquid existens alterum pręter spacium rei translatę: necesse est locum esse reliquum ex quatuor, continentis, scilicet terminum corporis. Dico autem contentum corpus, quod mobile est secundum loci mutationem. Textus xxxix.

¶In tex.39. a sufficiēti diuisione, quā fecerat text. 35. cōcludit propriū genus definitiōis loci. Ait enī vel spaciū, q̄ si locus vel est forma, vel materia, vel vltimus termin⁹ cōtinētis: & non est forma, nec materia, neq; aliqd̄ spaciū pręter spaciū rei translatę (id est,

(id est, aliqua dimēsio distincta a quātitate rei locatę quę mutatur localiter) fit vt sit quartū: puta terminus vltimus cōtinentis Dimensiones illas & spaciū separatū vt infra tex. 61. copiosius patebit, censebāt esse accidēs (puta quātitatem) per se subsistēs: sine subiecto, q̄ cū recipiunt corpus physicum, exercent vicem loci, cum vero carēt illo, cēsebantur esse vacuum. Et ꝑpterea appellabant illud spacium vacuū separatū. s. a corpore physico. Ideoq; ne quis putet locum cōtinere illas dimensiones immobiles supra impugnatas, subdit ꝙ contentum nihil aliud intelligit quam corpus ipsum mobile secundum locum.

Textus. xl. Videtur autē aliquid magnū esse, & difficile caput locus: tum quoniam esse materia videatur atq; forma, tum quoniam in ipso continente quiescente fit translatio eius quod fertur. Posse enim videtur esse spacium medium: aliud quippiam à motis magnitudinibus. Confert autem aliquid: & aer apparens incorporeus esse. Videntur enim non solum termini ipsius vasis, esse locus, sed & quod intermedium est vt vacuum.

¶ Constituto genere definitionis prosequit Arist. tex. 40. rimari vltimā differentiā, seu propriā passionem loci, quę est, vt sit immobilis ad motū locati. Ait ergo difficilem esse consideratione loci: cū ex eo ꝙ censetur ab aliquibus esse vel materia vel forma quarū consideratio in physica perdifficilis est, tum maxime: q2 motus localis fit a loco in locum, locis ipsis quiescentibus: ꝙ autē sit aliquis locus quiescens qui nō moueatur ad motū locati, nihil aliud censetur esse, quā vacuū illud, & inane spacium in quo recipitur locatū: nā quicquid est cōtinens, est pariter mobile cū locato. Etenim amphora mouetur cum vino, & aqua fluuij cū piscib9: & aer me circundans pōt & mecū moueri. Sic videtur ꝙ locus non est, nisi illud inane dolij in quo recipitur vinū. Et hoc cōfirmatur saltem in ęstimatione vulgariū: quibus, cū aer incorporeus sit & insensibilis, apparet in vase aere pleno, esse vacuum. Concludi ergo videt, ꝙ non terminus cōtinentis sed interuallum illud sit locus.

Textus. xlj. Vt autem vas, locus est qui transferri pōt: sic locus, vas immobile. Quapropter cum in eo quod mouetur quippiā moueatur, muteturq; id quod intus est, vt in flumine nauis: vt vase magis quā loco, vtitur continente. Vult autem, immobilis esse, locus. Quocirca totus magis fluuius, locus est: quia immobilis totus est. Quare continentis terminus immobilis, primus: locus est.

Loci definitio: circa q̄ versat. q. 1. In tex. igitur. 41. explicat proprietatē illam loci, quę est esse immobilem: atq; adeo exacte colligit definitionem loci. Et q2 locus res est occulta ostēdit locum ex vase: qd nobis est manifestum. Cōuenit enim inter locū & vas, & pręterea differt: ob idque ingeniose ait & locum esse quoddā vas: & vas rursus, quendā locū. Nisi ꝙ locus est vas immobile: vas vero locus mobilis. Locus enim ad modū vasis, continet locatū: additur vero naturę loci, vt immobilis semper maneat, locatis vicissim inde translatis. Vasis autē natura est ad res vehendas & loco mutādas: iuxta illud actuum. 9. vas electionis mihi est vt portet nomē meum &c. & ideo vasi, nihil repugnat simul moueri cum locato. Unde infert ꝙ cum quippiā mouetur in alio, qd itidē mouetur, vt cum nauis mouetur in fluuio ad fluxum aquę, tunc inquit vnde deferentes secum nauim, potius se habent vt vas nauis, quā vt locus. Quēadmodū & nauis potius se habet vt vas eorum quę mouent in naui, quā vt locus. Locus etenim suapte natura vult esse immobilis. Quocirca totus potius fluuius est locus cōmunis in quo mouetur nauis. Fluuius enim idem dicitur vt Tormes (qd est singulare nomē) q2 aquę, quāuis alijs alię succedant, tamē ista alueus immobilis permanet respectu orientis & poli fixi in cęlo. Locus inquā cōmunis: q2 nauis non occupat totum fluuium, sed solam partē. ¶ Concludit ergo definitionē loci dicens. Locus est terminus cōtinentis, immobilis, primus. Terminus continentis ponitur loco generis. Et debet esse terminus actu. vt text. 34. expositum est. i. superficies concaua, qua continens intrinsece terminatur. ¶ Immobilis ad differentiam vasis. Et est sensus, ꝙ talis superficies ea ratione qua nō mouetur ad motum locati, sed semper manet in eadem altitudine respectu centri terrę, & in eadem lōgitudine respectu orientis, & in eadē latitudine respectu poli (ita eñ geometrę lōgitudinem & latitudinē metiuntur) est locus. Non eñ locus supponit pro respectu: sed pro superficie cōnotando talem respectum. Unde locus arboris suis radicibus fixę in fluuio semper est idem, quamuis aqua circunstans incessanter fluat. Nam licet superficies circūstantes sint semper diuersę in genere quātitatis, sunt tamen idem locus. Quod quęstione prima copiosius examinabimus. ¶ Primus, ponitur ad differentiam loci communis: superficies eñ cōuexa lunę, sicut superficies gymnasij, sunt mihi loca communia: verum locus proprius sola est superficies aeris, quę me circunquaque contingit.

Atque propter hoc medium cæli, & vltimū ad nos circularis lationis: videtur esse, hoc quidem sursum, illud vero deorsum, maximæ omnibus ꝓpriæ. quoniam illud quidem semper manet circuli autem vltimum, similiter se habens manet. Quare, cum leue quidē sit, qđ sursum fertur natura, graue vero, quod deorsum: qui versus medium cōtinet terminus, deorsum est, & ipsum medium. qui verò versus vltimum: sursum, & ipsum vltimum. ¶ Et propter hoc: videtur planum quoddam esse & veluti, vas, locus, & continens. ¶ Am- Tex. xlij

plius: simul cum ipsa re quodammodò etiam locus existit. simul enim cum finito: fines sunt.

¶ In tex. deniq; .42. & postremo peramplius explicat particulas tres diffinitionis loci. Et primo q sit immobilis, exẽplo & authoritate omniũ physicorum. Sane qui duo fixa & immobilia loca rebus naturalibus statuunt. s. mediũ celi (qđ est centrũ terre) & vltimum quo ad nos circularis lationis. i. superficies cõcaua orbis lunę. Et hoc (s. concauũ lunę) est locus sursum, quo mouetur leuia, illud vero (s. centrũ terrę) est deorsum, quo mouetur grauia. Quod autẽ vterq; locus sit immobilis patet: quia centrũ semper permanet immobile: concauum vero licet circulariter ferat, tñ semper permanet in eadem distantia lõgitudinis respectu centri. Circa qđ celũ mouet: & ideo dicitur mediũ celi. ¶ Secundo inquit genus loci esse non materiã vel formã, quę sunt de prędicamẽto substantię, neq; dimẽsiones illas separatas a locato (vt tertia ferebat opinio) sed planũ quoddã. i. cõcauã superficiem de genere quantitatis. ¶ Tertio demũ ex dictis subinfert quomõ locus & locatũ sunt simul, atq; adeo ęqualia. Non enim debent esse simul aut ęqualia vt opinio illa fingebat, quę affirmabat locum esse dimensiones quę sese intus penetrãt cum toto locato: sed debent esse simul. i. contigua secundum superficies concauam loci & conuexam locati: & secundum tales superficies ęquantur locus & locatum. Nam cum superficies non sit diuisibilis secũdum profunditatem, neutiquam concaua loci, maior esse põt, quam conuexa locati. Sequitur. c. 5.

QVO OSTENDITVR QVO modo res quæcunq; sit in loco.

CAPVT. V.

Textus. xliiij. CVI igit corpori est aliquod corpus extra, continens ipsum: hoc in loco est. cui vero non: minime. Quocirca etiã si qua fuerit huiusmodi: partes quidem mouebuntur ipsius. continentur enim a se inuicẽ. Totum autem, est quidem vt mouebitur, est vero vt enim totum, simul locum non mutat. circulariter autẽ: mouebitur (partiũ enim hic locus est) & sursum quidem & deorsum non. Circulariter autem nonnulla: alia vero sursum & deorsum, quæcunq; habent densitatem & raritatem.

¶ Postquã diffinitione cõstituit quidnã sit locus, in hoc demũ quinto capite septem textus complectenti pergit phi. ostendere quot modis contingat rem aliquam esse in loco. Et id absoluit in quatuor prioribus textibus. Nam in reliquis tribus respondet contrariorum argumentis. Atqui tota causa sermonis huius fuit suprema sphera celorũ. Nam cũ dictum sit terminũ continentis esse locũ, & supra primũ orbẽ nullũ sit corpus cõtinens, consequens esse videtur, supremũ orbẽ nõ esse in loco. Quapropter intẽdit hic cõstituere eiusmodi celũ nõ esse in loco rõne totius, sed rõne partis. Ad qđ ostendendũ pręmittit tres distinctiones. Primã est in hoc tex. 43. Dupliciter aliquid est in loco. s. scđm se totum: & scđm partes. Et primus modus est essendi in loco pprie & simpliciter. Et illud est hoc modo in loco, extra quod est aliud corpus continens: cuius superficies cõcaua est proprie locus scđm positã diffinitionẽ. Illud autẽ cui nullum circunstat corpus, non est proprie & simpliciter in loco: sed scđm quid. i. secundũ partes. Et qr locus vt tex. 32. dictum est, innotescit per motũ, subiungit exemplũ q si illud corpus, extra qđ nullũ est reliquum, fuerit aqua, partes quidẽ eius mouebunt: qr inuicem continentur quodãmodo tanquã loca in potentia: vt statim explicabitur: totũ autẽ ipsũ quodãmodo mouebit, quodammodo vero nõ. Nã cũ totũ nõ mutet locũ, poterit quidẽ circulariter moueri quaten⁹ vna pars succedit in loco in quo erat alia, & hoc est qđ ait (partium enim hic locus est). i. locus qui mutatur per motum est locus partium. Sursum autẽ vel deorsum. i. motu recto non mouebitur: qr totum non põt mutare locum: qđ requiritur ad motum rectum. Ponit exemplum de aqua, vel forte qr philosophi audierãt apud Egyptios quod ipsi ab Hebręis acceperant. s. firmamẽtum diuidere: inter aquas, quę sunt super firmamentum & quę sunt sub firmamento: vel (qđ est verisimilius) id solum ponit exempli gratia propter ea q ad experientiã cõstat quomodo partes aquę mouentur in vase (quia facile sibiipsę cedunt) dato q tota aqua nõ mutet locum. Quod etiam in toto mari cõperimus. Scio Cõmentatore hoc exẽplum non referre ad supremã spheram: sed ad totum vniuersum: nempe q sicut in toto elemento aquę, aliquę partes mouẽtur sursum et alię deorsum alię circulariter, ita in toto vniuerso. Verisimilius tamen est ad hoc solum esse positũ, vt intelligatur quomodo stet vltimã spheram moueri secundum partes, & non scđm totum: nam illius causa sermo hic summotus est. ¶ Concludit ergo Aristo. eorum quę mouentur alia moueri circulariter, quę non necesse habent mutare locum scđm totum, alia vero recte. s. sursum vel deorsum [ quęcunq; habent densitatem vel raritatẽ]. i. grauia & leuia: quia vt densitas, grauitatis, ita & leuitatis raritas est causa.

Vt autem dictum est: alia quidẽ sunt in loco secundum potentiam, alia vero secundum actum. Quapropter cum cõtinuum quidem sit id quod est similiũ partium: secundum potentiam in loco partes sunt cum vero separata quidem sunt. tangunt autem se, vt aceruus: secũdum actum. Textus. xliiij.

¶ In textu. 44. subdit distinctionem secundam qua explicat quomodo partes cõtinui sunt in loco presertim, quando totum non est in loco.

Dupliciter enim aliquid est in loco scilicet potentia vel actu. Potẽtia quidem, quãdo locus non est actu diuisus a locato, actu vero quãdo est actu diuisus. Exempli gratia, dum oculus meus continuus est cerebro, nõ dabitur vltima superficies cõtinentis in actu: si autem diuideretur a cerebro, produceretur noua superficies concaua cerebri quę es

que esset locus oculi. Et ideo ait q partes cōtinui sunt in loco in potentia, partes vero aceruī granorum milij sunt in loco in actu. Et loquitur de locis proprijs partium: nam tanquam in loco cōmuni omnes partes continui sunt ratione totius in loco totius. Quapropter cum suprema sphera nō sit tota in loco, fit vt quelibet eius pars tātū sit in loco in potētia: puta in alia parte cui est cōtinua.

Textus. xlv. Atque alia quidem, per se, vt omne corpus, aut secūdum loci mutationem aut secundum augmētum mobile, per se alicubi existit. Cœlum autem sicut dictum est, non est alicubi totum neque vllo in loco est, si quidem nullum corpus ipsum continet. quo autem mouetur, hoc etiam locus est partibus, altera enim partium, alteri adhærens est. Alia vero, secundum accidens, vt anima, & cœlum. partes enim in loco quodammodo omnes sunt. in circulū enim continet alia aliam. ¶Idcirco mouetur quidem circulariter solū, quod sursum est. Totum autem, nō alicubi est. quod enim alicubi est. & ipsum aliquid est, & adhuc aliud aliquid esse oportet preter hoc in quo sit, quod continet. Preter autem vniuersum ac totū nihil extra est.

¶Tertiam distinctionem subiungit in text. 45. dicēs alia esse in loco per se: alia vero p accidēs. Illa sunt in loco per se que mouentur secūdum locum. i. que secundum se totum mutant locum motu recto, aut illa que augentur ad maiorem locum, vel decrescūt ad minorem. Semper perseuerat Phil. esse in loco, diffinire & explicare per motum ad locum: vt ea tātum sunt proprie in loco, que proprie mutant locum. Celum vero (inquit) nullibi est totum. Aliqui accipiūt hic celum pro vltima sphera sed forte id accipit pro aggregato omnium simul orbium. Et quantum ad rem idem est: nam neq vltima sphera, nec proinde totum vniuersum, habet extra se corpus quo contineatur. Unde infert q locus, quo totū mouetur, locus est partibus. Quod est dicere, totum non moueri, nisi secundum loca partium: que sunt loca in potētia (vt dictū est) quatenus pars que modo est in oriēte postea est in angulo medie diei, postmodūq in occidēte. ¶Subdit duo exempla eorū que mouētur per accidēs. Primū de anima: que cum sit indiuisibilis, nec est in loco per se, nec mouetur secundum locum, nisi ratione corporis. Alterum est de celo quod quannis sit diuisibile, non tñ habet extra se locū quo moueat recte: sed est in loco secūdum partes que se inuicē in circulum continēt. Nā, vt expositum est vna est locus in potentia alterius: si enim sydus qd nunc est continuū orbi, a deo supranaturaliter diuideretur, manente in eodem loco, esset tūc actu in loco: modo aūt est in loco in potētia. ¶Infert ex dictis duo corollaria. Primum est: idcirco celū solum moueri circulariter, quia talem motū non requiritur esse proprie & per se in loco, totum autem. i. vniuersum non est in loco proprie. Ad hoc enim requiritur q preter id quod cōtinetur in loco sit aliud corpus quo cōtineat. at vero extra vniuersū nihil est.

Textus. xlvj. Et propter hoc omnia in cœlo sunt. Cœlum enim ipsum totū fortasse est. ¶Est autem locus, nō cœlum, sed cœli quiddam, vltimus, scilicet, & tangens mobile corpus & terminus quiescens. & ob hoc, terra quidem, in aqua est. hec vero: in aere. hic autem, in æthere, & æther in cœlo, cœlum autē, nō amplius in alio est.

¶In textu. 46. infert primo secundum corollariū: nēpe q omnia sunt in celo, illud aūt nullibi. Nam celum inquit totum fortasse est. i. oīa ambiēs contineńsq. Ait, fortasse, nō q dubitet, sed q nondū (vsq ad libros de celo) ostensum est extra celū nihil esse. ¶At ne quis ipsum contradictionis redarguat, explicat q lz celū. i. aggregatū omniū celorū oīa sub se cōtineat: non tamē totum corpus celi, sed quiddam illius. i. vltimus terminus, est locus: vtpote superficies concaua lune, que tangit corpus mobile, puta ignem. Terminus inq ille, quiescens. i. nō quatenus circulariter mouetur, sed quatenus semper est in eadem distantia a centro terre: vt text. 42. expositum est. Et eadem ratione terra est in aqua: aqua vero, in aere: & aer in ethere. i. in igne: & ignis in celo, celum vero nullibi.

Textus. xlvij. Manifestum autem ex his, quod & dubitationes omnes soluentur. si hoc modo dicatur locus. Neque enim simul augmentari necesse est locum, neque puncti esse locum: neque duo corpora, in eodem loco neque spacium aliquod esse corporeum. corpus enim est medium loci quoduis, sed nō spacium corporis. Et est locus alicubi, non autē vt in loco, sed vt terminus in terminato. nō enim omne quod est, in loco est, sed mobile corpus.

¶In tex. cōsequēter. 47. respōdet ad argumenta. quibus supra argumētatū est ad partē negatiuā videlicet q nullus sit loc⁹. Que quidē vt text. 8. vsq ad. 13. visum est, sunt numero sex. Nec tñ ad oīa, sed ad quatuor precise, neq ordine quo proposite sunt, respōdet. ¶Sexta ratio erat in text. 13. q si nullus est loc⁹ sine locato nec locatū sine loco, sed semper sunt equalia tūc qñ res augetur necesse est vt eius locus augeat. Ad quā respōdet negādo cōsequētiā nam cū locus sit superficies cōtinētis, qñ arbor. v. g. augetur acquirit maiorē superficiē cōtinētis, q non fit maior per augmētū propriū (sic vt arbor augetur ab intrinseco) sed per augmētū improprium quia accumulatur noua superficies precedenti. Dicūt aliqui expositores q illa cōsequentia teneret si loc⁹ esset spaciū & dimensio que se penetrat cū locato. Sed tamē nec tunc profecto, sequitur q si pro- Rñdet argumentis.

prię augetur locatum (vt viuẽtia augẽtur) augeretur illo modo locus, sed tunc locatum extenderetur ad maiores dimensiones, sicut nunc extẽditur ad maiorem superficiem. ¶ Secunda ratio erat in tex. 9. ꝙ si corporis esset adequatus locus, eadem ratione ⁊ puncti esset locus. Quę consequentia nihil valet: quia punctum cum sit indiuisibile nõ potest ambiri loco adequato. Sed solum sequitur ꝙ cuilibet puncto superficiei concauę locantis correspondet punctus in superficie conuexa locati. Quocirca secundum opinionem tenentem locum non circuire locatum: sed esse dimensiones quę se penetrant cum locato, bona esset consequentia, ꝙ sicut locus corporis sunt illę dimensiones, ita ⁊ locus puncti erit simile punctum correspondens illi in illis dimensiõibus. ¶ Prima ratio erat in textu. 8. ꝙ si est aliquis locus corporis, locus etiã ipse debet esse corpus: nam si locus debet ambire totũ locatum habens tres dimensiones, debet etiã ipse tot dimensiones habere. Hęc consequentia in opinione tenentium locum esse spacium ⁊ dimensiones quę se penetrant cum locato bona est: sed tamen secundum rei veritatem (quia locus est concaua superficies continentis) consequẽtia nulla est: quia põt eiusmodi superficies ambire omnes tres dimensiones locati, licet illa non sit corpus: quia non est diuisibilis secũdum grossitiem. Diuidetur autem ad diuisionẽ locati in sursum deorsum dextrorsum ⁊ sinistrorsum ante ⁊ retro. Locus est insignis iste ad probandum ex mente Aristot. superficiem esse distinctam a corpore ⁊ per consequens quantitatem a re quanta. ¶ Quinta ratio erat Zenonis in textu. 12. Si locus est aliquid positiuum, ille erit in alio loco: ⁊ ita in infinitum. Cui respondet per distinctionem primi consequentis: locus enim potest esse in aliquo dupliciter: vno modo tãquam in loco: ⁊ isto modo non sequitur, si locus est illũ esse in alio, vt patet de suprema sphęra quę est locus proxime inferioris ⁊ tamen ipsa non est in loco. Quinimo nullus locus isto modo potest esse in loco. Nam superficies concaua continentis, nõ potest esse discontinua a continente: ⁊ per consequẽs ita non habet locum in actu. Alio modo locus est in aliquo vt terminus extrinsecus in eo ꝙ terminatur: ⁊ hoc modo omnis locus est in aliquo puta in locato, vt tex. 28. dicebamus. Unde locus respectu locati potius habet rationem formę quam materię. ¶ Tertia ratio erat i textu. 10. Si locus est vel est elementum vel mixtum. Et quarta in tex. 11. Si locus est, debet reduci ad aliquod genus causarũ. Quas hic silentio pręterit (nec opus eas est dissoluere) eo quod nullus fuit qui opinaretur locum esse, vel tanquam elementum respectu mixti, vel tãquam causa propria respectu effectus.

Textus. xlviij. Et fertur igitur ad suum ipsius locũ, vnumquodque rationabiliter. Quod enim consequenter est, & tangit non vi: congeneum est. Atque simul adnata, impassibilia sunt: quæ vero se tangunt, passiua & actiua sunt adinuicem. ¶ Et manet igitur natura totum in proprio loco. vnumquodque non irrationabiliter. Etenim pars hæc in toto loco, vt diuisibilis pars ad totum est: vt cum aquæ moueat aliquis partem aut aeris.

¶ In textu. 48. ex his quę supra dicta sunt, potissimum ex eo ꝙ locus est superficies continentis, elicit Phil. causam cur vnumquodq; entium naturalium quę sub cęlo sunt suapte natura feruntur ad sua cuiusque loca, ⁊ in illis naturaliter manent. Et est equidem egregia physica. Enimuero quem ordinem partes orbis seruant secundum suam nobilitatem ⁊ naturalem perfectionem, eũdem seruãt in situ ⁊ loco naturali: vt quemadmodum cęlum nobilissimum est omnium, ita ⁊ omnium supremum est: deinceps ignis, eo ꝙ reliquorum est pręstantissimus, cęlo collocatur proximus: eadem ratione aer proxime situs est apud ignem: quia nobilior quã terra. Itaq; causa cur ignis naturaliter mouetur ad concauum lunę est, quia cum sit elementorum optimum, situ naturaliter supereminet omnibus: ⁊ ita suo ordine de reliquis. Et hoc est quod ait [quod consequenter est ⁊ tangit non vi] .i. corpus quod non per violentiam: sed suapte natura contiguum est alteri, congeneum est. i. cognatum est illi ⁊ perfectiõe proximum. Explicat deinceps amplius elementorum naturam, dicens, quãdo elementa sunt adnata. i. commista in compositione misti, non se corrumpunt: sed quando sunt loco distincta ⁊ se tangunt. ¶ Subiungit deinde causam cur vnumquodq; manet in proprio loco naturali. Ratio enim est quia cum locus sit superficies concaua continentis habet se locatum respectu loci quodãmodo vt pars respectu totius: pars (inquit) non continua sed actu diuisa. Et hoc est quod ait (vt diuisibilis pars ad totum) pars autem naturaliter conseruat in suo toto. Ut si quis moueat partem aquę vel aeris a suo toto elemento, nõ quiescit quo ad vsq; reuertatur ad totum: cum autem fuerit in suo toto, illic naturaliter quiescit. Quo fit, vt si locus esset illud spacium ⁊ dimensiones disperse per totum orbẽ, nulla esset ratio cur alia entia naturalia mouerentur sursum alia deorsum tanquã ad propria loca: nam illę dimensiones indifferenter se habent per totum orbem: sed quia aer. v. g. cognatus est igni ⁊ proximus ei in perfectione, naturaliter conseruatur in concauo ignis: ⁊ ignis in concauo lunę. ⁊c.

Ordo vniuersi.

Sic autem & aer, se habet ad aquam nam vt materia: illud autem, species. aqua quidem materia aeris est: aer verò veluti actus quidam illius. Nam aqua: potentia aer est: aer autem, potentia aqua, alio modo. Determinandum autem est de his, posterius, sed propter temporis opportunitatem, necesse fuit dixisse immanifesta autem nunc dictũ tunc erit manifestius. Si igitur idem est materia & actus (est enim aqua, ambo sed hoc quidem potentia, illud vero actu) se habebit vtique vt pars quodam modo ad totum. Quapropter & his tactus est. Copulatio autem, cum ambo Textus. xlix.

actu vnum facta fuerunt. Et de loco quidem & quod est,& quid est dictum est.

¶In tex.tandem.49.eleganter sane dilucidat quẽadmodum locus se habet vt totum respectu locati. Sic enim inquit aer(qui est locus aquę) se habet ad aquam:nam aqua inquit habet se vt materia respectu aeris aer vero vt forma velut tota species respectu materię. Quod probat eo q aqua est potentia aer:& licet aer sit etiam potẽtia aqua est alio modo. Ubi notãdum est(vt.1.de generatio. videbitur)q quãuis sicut ex aqua per rarefactionem fit aer,ita & ex aere per condensationem fiat aqua,[nam ex aere in cauernis terrę generantur fontes]tamen quia aer est perfectius & nobilius ens,aqua appetit aerem,sicuti imperfectũ, perfectius:& materia,formam. Ubidque cum ex aqua generatur aer,dicitur corruptio secundumquid & generatio simpliciter,veluti cum semen corrumpitur ex quo generatur homo:cum vero econuerso aer corrũpitur & generatur aqua,est corruptio simpliciter & generatio secundum quid: veluti cũ ex homine generatur cadauer. Quapropter poti⁹ aqua se habet vt materia & aer vt actus,quam ecõuerso. De hoc autem licet posterius(inquit) libro de generatione determinandum sit exactius, nũc autem pro tempore necesse fuit hoc dicere ad ostẽdendum quomodo aqua conseruetur in aere, ad similitudinem aliquomodo,quo materia conseruatur ĩ sua forma aut in suo toto. Et hoc est quod subiungit,dicens, q licet idem sit materia & actus: aqua enim est ambo:materia.s. respectu aeris, qr ex illa fit aer:& rursus actus respectu eiusdem qr ex aere fit aqua:tamen quia aer est simpliciter perfectior, est simpliciter actus : aqua vero, quia est quid imperfectum,est in potẽtia actus, puta aer, & actu est materia.s.aqua. [Quapropter(inquit)& his tactus est].i.hęc duo elementa immediate se contingunt tanquam locus & locatum. Copulantur autem cum miscentur in compositione misti. Atq hęc de eo satis. Sequitur.q.2.

## DE VACVO.
## CPVT. VI.

Textus. l. EODEM autem modo existimandum est esse physici,cõsiderare & de vacuo si est aut non,& quomodo est aut quid est, sicut & de loco. namq; similem habet & incredulitatem & fidem:per ea quæ putantur,vt locum enim quẽdam,& vas,ipsum vacuum ponunt esse dicentes. videtur autem, plenum quidem esse cum habet illam molem cuius susceptiuum est. cũ vero priuatum est:vacuum tanquam idem quidem sit,vacuum & plenum & locus. esse autem ipsis:non idem est.

¶Secundum membrum huius libri,vt in exordio dicebamus,versatur in cõsideratione vacui:quod quatuor deinceps capitula continet : textus autẽ secundum Commenta.37.nempe vsque ad tex.86. In primo namque capitulo recitat,cũ suis cuiusq rationib⁹,antiquorũ opiniones. In secũdo describit quid nã sit vacuũ. In tertio ,pbat nõ esse vacuũ separatũ a corporib⁹. Et in quarto,neq esse vacuũ corporibus immixtũ. Capitulũ ergo istud de textibus septem distributum est. In primo , vt ordinem huius tractatus ad superiorem ostendat,ait, perinde ad physicum pertinere disputare de vacuo,atque de loco:nam similibus rationibus ,quibus creditur esse locus,creditur ab antiquis esse vacuum:& quibus arguitur non esse locum itidem arguitur non esse vacuum:eo q locus & vacuum idẽ subiecto sunt:sed sola ratione & diffinitione differunt. Et hoc est quod ait(est autem). i. diffinitio & quidditas non est eadem ipsis. Quod est dicere. Locus & vacuum idem subiecto sunt:sed sola ratione & diffinitione differunt. At enim apud Aristot. vas idem quatenus aliquod corpus continet,puta aquam,dicitur locus plenus:& quatenus caret corpore,quo repleatur,dicitur loc⁹ vacuus :ita apud antiquos illę dimensiones separatę replete corpore physico erant locus:& sine illo erant vacuum, Non intelligit Aristo. rationibus eisdem re vera comprobari vacuũ esse,quibus comprobatur locũ esse,nam primum est falsum ,& secundum verum: neque subinde apparenter argui locum non esse, vt vacuum non esse:sed ait q cum locus & vacuum sola ratione differunt similibus rationibus persuadebant sibi antiqui locum esse & vacuum esse. s. ad saluandum motum localem. Atque adeo quibus rationibus reprobatur dimensiones illas esse locum,refellitur & eisdem esse vacuum. vt in subsequentibus constabit. Ubidq tractatus hic cõcinne assuitur superiori.

Incipere autem oportet considerationem:capientes & ea quæ dicunt affirmantes esse,& rursus quæ dicunt non affirmãtes esse,& tertio communes opiniones de ipsis. Alij igitur monstrare tentantes quod non est : non quod homines volunt dicere vacuum, hoc redarguũt,sed peccantes dicunt, vt Anaxagoras, & qui hoc modo redarguunt demõstrant enim quod aliquid est aer: stricte ligantes vt res, demonstrãtesq; quod fortis est aer,ac accipientes in clepsidris. Alij autem homines volunt, vacuum,esse spacium:in quo nullum est corpus sensibile. ¶Existimantes autem omne quod est, corpus esse dicunt in quo omnino nihil est illud esse vacuũ. Quapropter plenũ aere vacuum esse. Textus. lj. Textus. lij.

¶In tex.51.in fauorem eorum qui asserebãt vacuũ reijcit modum quo Anaxagoras & eius sequaces redarguebant opinionẽ vacui tanquã insufficientem

tem. Ubi adnotandum est, quod vacuum (si esset) deberet esse locus nullo prorsus corpore repletus sensibili. i. quanto: nam res spirituales, vt quęstione. 2. adnotauimus, non replent locum. At vero quamuis omnes ponentes vacuum ita consentiunt, nihilominus erant nõnulli adeo sensuales Philosophi, qui nihil crederent esse in orbe, nisi corpora tãtum sensibilia: ea videlicet, quę sensibus corporis percipimus. Et quia aer (non dico ventum sed elementum) nullo sensu percipitur putabãt vbi est solus aer nihil esse: & per consequens esse vacuum. Ob idque Anaxagoras existimabat, satis probasse nõ esse vacuum, cum probasset, vbi est aer non esse vacuum. Ait ergo Aristo. quod oportet referre primum ea. s. eas rationes, quas afferunt affirmantes esse vacuum & secundo eas rursum, quas afferũt negãtes esse vacuum: &. 3. communia quibus omnes cõueniunt. Atqui inter secundos sunt quidam qui redarguunt opinionem vacui non ad mentem eorum qui ponunt vacuum. Anaxagoras enim solũ demonstrabat, quod aer est aliquod corpus, & ideo vbi est aer non esse vacuum. Quod autẽ aer sit aliquid probabat duplici experientia. Prima in vtre pleno aere: cui licet grauem lapidem superponas nõ cedit: sed resistit: & tamen si vter esset vacuus, non resisteret. sed comprimerentur latera. Secũda experiẽtia est de clepsydra: quod est vas ad furãdũ & surripiendũ aquã dictũ a clepto quod est furor, & ydor quod est aqua, habet enim foramina parua in fundo, strictumque de super orificium. Quod quidem orificium si obstruas, quamuis fundum clepsydrę super aquam ponas, non intrabit aqua resistẽte aere, ne detur penetratio dimensionum. Dico non intrat nisi parum aquę quantum cõdensatur aer, qui est facillimę condensationis. Aperto autem orificio quo exeat aer, subintrabit aqua. Si ergo aer resistit aquę sequitur, vt sit corpus. Subiungit autem Phi. quod ratio Anaxagorę est nimis particularis: nam alij. s. ponentes vacuum volunt illud esse spacium in quo nullum est corpus sensibile. i. quantum, & ideo qui aggreditur pugnare contra hãc opinionem deberet vniuersaliter probare nullum esse locum qui non sit corpore quanto repletus. Ratio vero Anaxagorę solum procedit contra eos qui existimantes omne ens esse corpus scilicet perceptibile sensibus putabant aerem nihil esse, & per consequens quod plenum est tantum aere vacuum esse.

Anaxagoras.

Clepsydra

Non igitur hoc oportet demonstrare, quod est aliquid aer, sed quod non est spacium aliud à corporibus aut separabile, aut actu existens quod diuidit omne corpus, vt sit non cõtinuum quẽadmodum dicunt Democritus & Leucippus & multi alij physiologorum, aut etiam siquid est extra vniuersum corpus existens continuum.

¶ In tex. 52. (qui perspicacius hic quam apud Cõmentatorem in illo verbo, existimantes, secatur) aperit viam qua redarguendi sunt assertores vacui. Quorum aliqui erant (licet male) velut naturaliter loquentes. in hoc quod ponebant vacuum in rebus istis mobilibus. Dupliciter autem. Aut extra corpora sensibilia. vt in aula & in campo vbi in rei veritate est aer: aut immixtum corporibus. vt Democritus & Leucippus. Hi namque vt lib. 1. super textum. 41. referebamus astruebant res ex insectilibus atomis componi. Et quia non intelligebant quomodo res distinctę & discontinuę essent, nisi inter illas vacuum esset, ponebant inter atomum & atomum porum vacuum ita vt mixtum, ex atomis per poros disiunctis esset cõpositũ. Ob id que qui recta aggredi debet impugnationem vacui, hunc neruum intendere debet, vt vniuersaliter probet, nec intra corpora, nec in corporibus aliquẽ esse locum, qui non sit corpore plenus. Alij erant non naturaliter loquentes de vacuo: vt Pythagorici: de quibus statim tex. 56.

Democritus.

Hi igitur non secundum positiones ad problema occurrunt sed affirmantes esse magis. dicunt autem vnum quidem: quod motus secundum locum: non vtique erit, hic autem est loci mutatio, & augmentatio. non enim videbitur vtique motus esse: si non sit vacuum. plenum enim non posse suscipere. si vero suscipiat, sintque duo in eodem: continget vtique & quodlibet simul esse corpora. differentiã enim propter quam non vtique erit quod dictũ est: non est dicere. Si autem contingat hoc & minimum suscipiet maximum. multa namque parua, ipsum magnum est. Quare si multa æqualia contingit in eodem esse & multa inęqualia.

Textus. liij.

¶ In tex. 53. prosequitur enarrare rationes ponentium, vacuum ait ergo quod hi. s. discipuli Anaxagorę non secundum positiones. i. ad mentem ponentiũ vacuũ arguẽtes occurrũt: sed illi potius qui vacuũ defendũt apparẽtius argumẽtãtur. Illi namque qui ponebãt extra corpora, ponebãt illud propter motũ localem: credentes aliter huiusmodi motũ non esse possibilem. Cum enim quis (aiebant) deambulat, aut in loco illo, quo se recipit, erat ante corpus aut non: si non, ergo erat vacuum: si vero erat corpus, duo corpora erunt simul. s. quod prius erat, & quod denuo subintrat. Et idem argumentum fit de augmẽtatione arboris ad maiorem locum. Nõ enim mẽte videbant, quomodo aer secatur condensaturque ad latera vt cedat corpori subintrãti. Rursus si duo corpora sunt simul in eodem loco, fit vt quodlibet. i. in quocũque numero possunt esse simul: differentia enim signari nequit cur potius possint esse duo quam plura. Et inde rursus fit quod minimũ. i. minimus locus potest recipere maximum &c. puta corpus cõpositum ex illis multis corporibus ęqualibus loco quę recipiuntur in illo. Et rursus si paruus locus, puta pedalis recipit corpus bipedale, non solum recipiet simul plura corpora sibi ęqualia, sed plura etiam inęqualia, atque maiora quod est absurdius.

Melissus igitur etiam ostendit quod vniuersum immobile sit: ex his: si enim mouebitur necesse est (inquit) esse vacuum

Textus. liiij.

vacuum autem, non est eorum quæ sunt.

Melissus. ¶In tex. 54. interinserit obiter opinionē Melissi qua inuerso argumento probabat contrariam conclusionem omne ens esse immobile. vt enim illi arguebant a positione antecedentis ad positionem consequentis. Si motus est, vacuum est: motus autem est: ergo vacuum est. Melissus recipiens eandem maiorem arguebat ex contrario consequētis ad contrarium antecedentis. Si motus est, vacuū est: sed vacuum non est: ergo motus non est. vnde absurdius erat argumentum Melissi quam aliorum. Multo enim ad sensum notius est motum esse, quam vacuum esse. Quare illi concessa manifesta minori inferebant, falsum quidem sed non tam euidenter falsum: hic vero concessa minori, vera quidem, sed non tam manifesta, inferebant vnū falsum contra experientiam. Vtrique autem peccabant conditionalem illam maiorem concedentes.

Textus. lv. Vno igitur modo demōstrāt quod aliquid est vacuum, alio vero, quia videntur aliqua cogi ac constringi, vt & vinum dicunt cum vtribus: recipere dolia, tanquam in ea quæ insunt vacua, subeunte quod densatur corpore. Textus. lvj. ¶Amplius autem, & augmentatio videtur fieri omnibus per vacuum. alimentum enim corpus esse. duo autem corpora imposibile simul esse. ¶Testimonium autem & illud de sicere faciunt, qui tantum aquæ recipit, quantum vas vacuum.

¶In tex. 55. affert rationes tres eorum qui ponebant vacuum intra poros corporum. Primam sumebant a condensatione. Ait ergo ꝙ vno modo demonstrant vacuum esse. s. illo argumento proxime facto sed alio modo, quia vident res nonnullas cōdensari & constringi, vt aqua dum gelatur. Illam vero partium comprehēsionem intelligere non valebant: nisi positis poris vacuis quos partes subintrantes propinquius sibi inuicem accederent. Signum autem condensationis designabant in vtribus vino plenis. Experiētia enim est quod si totū vinum magni dolij in vtres fundas, idem dolium capiet iuste totum etiam vinum cum vtribus, potissime mustum. Cuius causa est ꝙ vinū in vt recōpressum condensatur: & ideo mustum & vter simul nō capiunt maiorem locum quam solum mustum. Vtres musti. ¶Ratio secunda atq; adeo similis sumitur ex augmentatione & nutritione. Etenim vt illi superiores recitati ex hoc ꝙ corpus dum augetur maiorē locum occupat, arguebant vacuum esse extra corpus vbi recipitur pars addita, ita Democritus persuadebat sibi poros esse vacuos intra corpus animalis quibus recipitur alimentum: alias esset penetratio dimensionum. Quā rationem eleganter redarguit infra tex. 63. ¶Tertia ratio (vbi Cōmē. distinguit textum. 56.) confirmatio est primę, seu testimonium condensationis: quę erat prima ratio. Est enim experientia quod si accipias duo ęqualia vasa alterum vacuum alterum cineribus plenum, tantum aquę capit vas cū cineribus quātum vas vacuum: vel saltem non tāto minus quāta est quantitas cinerum. Quod illi putabant signum esse pororum cinerum quibus recipitur aqua, cui experientię non satis respondebant: nam quanuis pori illi admitterentur, nihilominus partes cinerum aliquem locum deberent occupare: nisi dicerent atomos illas indiuisibiles nullum occupare locum. Quod erat ridiculum. Ad experientiam cinerum respondebitur infra text. 63.

Esse autem affirmauerunt & Pythagorei, vacuum: ipsumque cælum ex infinito spiritu veluti respirans ingredi, & hoc esse vacuum: quod disterminat naturas, tanquam vacuum: separatio quædam sit eorum, quæ sunt consequēter: & disterminatio. & hoc esse primū in numeris. vacuum enim disterminare naturam ipsorum. Ex quibus igitur alij quidem dicunt esse, alij vero non dicunt, tot fere ac talia sunt.

¶In text. 56. qui aptius hic, quam superius diuiditur, recitat opinionem Pythagoreorum tertiam de vacuo. Qui in hoc errāt velut non naturaliter loquentes, ꝙ (pręter errorem vacui) ponebāt illud extra sphærā vniuersi, & inde subintrare in mundū hunc. Simili enim formę ratione Pythagorici vt Democritus asserebant vacuum. Nempe quia intelligere non poterant quomodo esset rerum distinctio numerica & discontinuatio inter duo corpora indiuidua, nisi aliquid esset medium, quod nō esset corpus. Ob idque vt Democritus in eodem corpore ponebat poros quibus atomi distinguerētur. Pythagoras ponebat extra corpora vacuum quo indiuidua numero distinguerentur, puta Petrus a Paulo: hoc lignum, ab illo &c. Hoc autē vacuum ponebat extra vniuersum: aiebat autē ꝙ cęlum foraminibus quibusdam paruis inspirabat intra se vacuum illud ad faciendam huiusmodi distinctionem materialem & indiuidualem rerum. Hęc opinio nimirum si tibi prima fronte apparuerit contradictionem inuoluere. Si enim vacuum nihil est, quid, quomodo ve intrabat. Aliqui dicunt quod illud vacuum non erat simpliciter nihil, sed spiritꝰ quidā tenuissimus vt sicut pulueres tenui flatu respirantes diuidimus, ita cęlum inspirando intra se illud vacuum faciebat distinctionem numericam rerum. Et ad hanc metaphoram videtur hic Phi. alludere. At cum distinctio indiuidualis primo inueniatur in numeris (propterea enim illa dicitur diuisio numerica, quia vnumquodque ens per se est vnum & cum alio facit numerum) ponebat vacuum esse primo in numeris. Vacuum ergo istud extra cęlum est infinitum illud separatum materiale Pythagorę cuius meminit Phi. libro 3. textu. 25. & 35. Philoponus dicit hanc opinionem Pythagorę esse solum metaphorice intelligendam: nempe quod distinctionem numeralem rerum appellaret vacuum: veluti cum flatu pulueres secernimus, videntur vacuitates medię inter eos restare. Pythagoras.

Quid

## QVID NAN NOMINE vacui designetur. CAPVT. VII.

Textus lvij. VT autem sciamus vtro se modo habeat, oportet accipere, quid ipsum nomen significat: videtur igitur vacuum: locus esse, in quo nihil est. huius autem causa est: quia quod est, corpus esse putant. omne autem corpus: in loco esse. vacuum autem: in quo loco nullum est corpus. Quare sicubi non est corpus: ibi vacuum esse. ¶ Corpus autem, rursus omne putant esse tangibile huiusmodi autem est, quodcunque habet grauitatem aut leuitatem. Accidit ergo ex syllogismo, hoc esse vacuum in quo non est graue quicquam, aut leue. hæc igitur, sicut diximus etiã prius: ex syllogismo accidunt. Inconueniens autem est: si punctum vacuum sit oportet enim locum esse: in quo corporis sit spacium tangibilis.

¶ Postquã superiori capite attulit rationes Anaxagore negãtis vacuum, & aliorum id contra asserẽtium statuere hic intendit diffinitionem vacui, in qua omnes debent conuenire: vt inde initium disputationis capiat ad destruendum vacuum. Sunt autem in hoc cap. textus septem. In tribus ostendit antiquorum diffinitionem vacui esse insufficiẽtem: & in reliquis: eorum quoque rationes nihil valere. In primo q̃ est. 57. exponit quid significat nomen vacuum apud veteres: nam quemadmodum ad demonstrandam passionem de subiecto oportet supponere quid est subiectum, ad ostendẽdum an res significata per subiectum sit, oportet supponere quid nomen significet. ¶ Primum quod supponebant aliqui antiqui erat vacuum esse locum vbi nihil est. Et causa erat: quia intelligentias spirituales nondum cognoscentes nihil putabant esse, nisi corpus: & cum in rei veritate vacuum sit locus vbi non est corpus (nam angelus non replet locum) pro eodem accipiebant corpus, & ens: & in loco non esse corpus, & esse nihil. Inde rursus labebantur in alium errorem putantes nullum esse corpus, nisi tantum tãgibile: omne autem corpus tangibile aut graue est aut leue. Tangibilia. n. corpora sunt cuncta, quę continentur sub cęlo elemẽta & mixta: cęlum vero non est tangibile. Colligebant ergo hoc syllogismo hanc diffinitionem vacui. Vacuum est locus, vbi non est corpus graue aut leue. Ait autem hęc ex syllogismo accidere. s. ex eorum deceptione, & non ex rei veritate: quia ista secunda (vt statim videbimus) non est sufficiẽs diffinitio vacui. ¶ Explicat particulam illam quę ponitur loco generis. s. locus. Non enim vbicunq; non est corpus est vacuum, vt de indiuisibili puncto palam est: oportet ergo vacuum esse spacium corporis capax, corpore tamen carens.

At igitur videtur dici vacuum vno quidem modo non plenum sensibile corpore secundum tactum. sensibile autem est secundum tactum: quod grauitatem habet vel leuitatem. Quocirca dubitauerit aliquis, quid nam dicent si habeat spacium, colorem aut sonum vtrũ vacuum an non? An videlicet si corpus quidem suscipiat tangibile vacuum esse. si vero non minime? Textus. lviij.

¶ In tex. 58. mouet dubitatiunculam, quę est aduersus eos argumentũ. Si enim dicunt, vacuum esse locum, vbi non est tangibile corpus, & tangibile corpus idem esse quod graue aut leue, quęritur ab istis, vtrum si esset locus repletus corpore, nec graui quidem nec leui (quale est cęlum) affecto tamen alio accidente, puta colore aut sono, quale aliqui ex antiquis putabant esse cęlum (coloratum quidem propter lucem, & sonorũ propter motum) talis locus esset vacuus. [An videlicet si illud corpus &c.] In his vltimis verbis videtur mihi. Arist. velle istos contradictionẽ implicare. Si enim dixerint q; solum eum locum qui suscipit corpus tangibile. i. qui susceptiuus est corporis tangibilis, cum tali corpore caruerit, esse vacuum dicere tunc coguntur locum repletum corpore cęlesti aut aere (quę illi putabant, non esse grauia aut leuia esse tamen colorata) vacuum esse. Si vero nõ minime]. i. si vero nõ fuerit necessariũ, vt locus nõ sit vacuus, corpus illud quo repletur, esse tãgibile: sed satis est esse corp⁹, fit vt talis locus nõ sit vacuus. Et ita est in rei veritate. Contradictionem ergo implicant, dicentes prius vacuum esse locum vbi nullum est corpus, & subiungentes postea vacuum esse, vbi non est corpus tangibile: cum detur locus, qui secundum primam diffinitionem non est vacuus & tamen secũdũ alteram sit vacuus. Hinc colligitur, veram diffinitionem vacui esse, vt sit locus non repletus corpore.

Alio autem modo, in quo non est hoc aliquid neque substantia aliqua corporea. Idcirco, quidam dicunt, vacuum esse corporum materiam. qui quidem & locum, hoc idem dicentes non recte. Materia enim separabilis non est à corporibus. Vacuum autem, quærũt vt separabile. Textus. lix.

¶ In text. 59. subiungit secundã diffinitionẽ Platonicorum, qui etiam de vacuo errabant. Cũ enim vacuum nihil aliud sit, quam locus non repletus corpore. & Platonici (vt textu. 15. relatum est) dicebant locum esse materiam, & quatenus recipit formam, per quam res fit hoc aliquid. i. cõstituitur in hac specie: consequens secundum eos est vt materia (quatenus consideratur non determinata ad certam

certam speciem substantię per formam) sit vacuũ. Nos Aristo. reprehendit, quod ut non recte dixerunt materiam esse locum, ita nec recte dicunt, eam esse vacuum: materia enim non est separabilis. i. subiecto distincta ab eo cuius est materia: locum vero atque adeo vacuum omnes concedunt, rem esse distinctam a corpore, quo locus aut repletur, aut caret.

Textus. lx. Quoniam autem de loco determinatum est, & vacuum locum necesse est esse (si sit) priuatum corpore: locus autem & quomodo est, & quomodo non est, dictum est: manifestum est igitur, quod sic quidem vacuum non est aut separatũ aut inseparabile. vacuũ enim non corpus, sed corporis spacium esse vult.

Diffinitio vacui.

¶ In tex. 60. postquam ostendit insufficientiã diffinitionis antiquorum, manifestare pergit, eorum itidem rationes non esse efficaces. Proponit ergo primum exactam diffinitionem vacui quã ex text. 58. colligit & q. 3. nos copiosius explicabimus. Et inde arguit, quod cum vacuum idem sit, quod locus non repletus corpore, & determinatum sit tex. 37. locum non esse spacium inter latera loci, puta dimensiones distinctas a corpore locato, fit, ut neque vacuum detur extra corpus quod localiter mouetur, ut dicebat prima opinio: neque intra corpora, ut dicebat Democritus. Insinuat enim hic Aristot. hos assertores vacui eosdem esse qui supra posuerant, locum esse illas dimensiones, insensibiles distinctas a corporibus: quas tex. 37. reprobauerat Arist. quas, cum carerent corpore sensibili, appellabant vacuum. Et ideo dicitur vacuum extra corpora. i. distinctum a corporibus, sunt. n. accidentia si nec subiecto, & quantitates per se subsistentes. Quod ad sequẽtium intelligentiam notandũ est. Et hoc est, quod subiungit (vacuum enim non corpus, sed corporis spacium esse vult) Argi. & Boe. vertunt, volunt. In codicibus grecis quos ego viderim, verbum est singulare, quod refertur ad ly vacuum, si autem sit plurale, referendum est ad opinionis authores.

Textus. lxj. Qua propter & vacuum: videtur aliquid esse quia & locus, & per eadem. Venit enim motus qui secundum locum est: & ijs qui locum dicunt esse aliquid pręter incidẽtia, corpora, & ijs qui vacuum. causam autem motus: putant esse vacuum, sic ut in quo mouentur, hoc autem tale erit: qualem locum dicunt quidam esse.

¶ Concludit ergo textu. 61. vacuum eãdem rẽ esse, quę est locus, sola ratione differens, ut supra dictum est eisdemque rationibus conuictos fuisse priscos illos, ut crederent vacuum esse, quibus & locũ esset puta ratione motus. Ut enim compertum est locum esse, eo quod mouens necesse est, ut locum unũ deserat & in alium se recipiat: ita arguebant illi vacuum esse, quia putabant locum quem mouens acquirit debere esse alio corpore vacuum, ne duo se corpora penetrarent. Et hoc est quod ait (venit enim motus secundum locum &c.). i. motus localis contingit: ijs qui asserũt & locum esse spaciũ pręter corpora, quę mouentur, & illud esse vacuũ. Nõ est dicere. Utrumque asserunt propter necessitatẽ motus localis: ut id quod vocãt locum, asserant esse vacuum.

Textus. lxij. Nulla autem necessitas est, si motus est, esse vacuum. Omnino igitur omnis motionis, nequaquam. quocirca: & Melissum latuit. alterari namque potest, plenum. Sed neque secundum locum motum. simul enim cedere sibi inuicẽ contingit. nullo existente spatio separato præter corpora mota atque hoc manifestum est & in continuorum reuolutionibus. ut & in ijs quæ sunt humidorum.

¶ His pręiactis fundamentis ostendit modo inefficaciam rationum eorum. Quas tamen capit. sequen. exactius est soluturus. Prima enim ratio tex. 53. recitata sumebatur a motu ad probandum vacuum extra corpora. Cui prius in genere respõdet, conditionalem illam non valere, si motus est vacuum est. Nam in primis de motu alterationis nulla est apparentia, ut requirat vacuũ quo se mouens conferat: nam alteratio non fit per mutationem loci: sed per receptionem qualitatis in subiecto corpore. Et in hoc fuit deceptus Milissus, qui ex negatione vacui substulit omne genus motus. ¶ Deinde ostendit, quod neque propter necessitatem motus localis (de quo maior erat apparentia) ponendum est vacuum: potest enim res moueri ad nouum locum cedentibus partibus corporis: & quod illic erat per condensationem ad latera circũquaque. Ut patet in reuolutionibus, quas aqua facit, dum lapis in flumen iacitur: si enim lapis in vacuo tunc reciperetur: nulla esset causa illarum reuolutionum: sed quia nihil illic erat vacuũ, necesse est, ut pars vacua illinc depulsa comprimens circunstantem aquam faciat prope vehemẽtiorem reuolutionem, & postea magis ac magis remissam ut remittatur impetus. Vacuum appellat semper, spacium separatum: alludens ad illas dimensiones, quas illi ponebant esse locum. Fortasse reuolutionibus continuorum insinuat motum rotę molendini circularem: & motum humidorum ad motum aquę circularẽ in lebete. ut Themisti. & Philop. aiũt quę cũ nõ mutent locum non indigent vacuo.

Textus. lxiij. Contingit autem & densari, non in vacuum, sed propterea quod ea quæ insunt elabuntur. ut aqua collisa: aerem qui inest. Et augmentari, non solum ingrediente aliquo, sed & alteratione: ut si ex aqua fiat aer. Omnino autem de augmentatione ratio, & de aqua in cinerem infusa ipsa seipsam

ipsam impedit aut em̃ non augẽt quodlibet, aut nõ corpore aut contingit duo corpora in eodẽ esse. Dubitationem igitur communem volunt soluere, sed nõ vacuum demonstrant quod est vacuum demonstrant quod est, aut totum corpus vacuum esse necessarium est, si penitus augetur, & augetur per vacuum Eadem autem ratio, & in cinere est.

¶Quod igitur ea ex quibus domõstrãt vacuum esse, soluere facile sit manifestum est.

¶Deinceps in tex.63.prosequitur ostendere neq; rationes Democriti, quibus probatur, vacuũ esse intra corpora quicquam valere. Prima enim sumebatur a condensatione. Quam tamen (inquit) condensationem palam aliquando est nõ fieri propter repletionem vacui, sed propterea quod corpus tenue illic inclusum elabitur. Cuius testimonium est in spongia: quę cum plena est aqua aut aere habet maiorem quantitatem sed quando pugno comprimitur, aquam inde aerem vt depellit Non intelligas, hãc esse veram causam condensationis. Illa enim dabitur cap. sequenti. sed adducitur experientia ad ostendendum inefficaciam & ruditatem rationis istorum. Itidem nec augumentatio animalis indicium est quod detur vacuum: sed fit aliquando ex alteratione extenuante corpus grossum, quod resoluit in aliud magis tenue vt cũ aqua per calorem abit in aerem. ¶Neque omnino illa experientia de aqua cineribus infusa, quam tex.56.explicuimus, neque experientia de augmẽtatione probat esse vacuum. Quin potius ipsa se impedit, idest potius contra se militat. Argumentum enim & dubitatio, quę contingit in augmentatione, est hęc. Cũ aĩal augetur, aut loc⁹ vbi alimẽtũ recipitur erat sine corpore aut duo se corpora penetrãt. Dubitatio (inquit) cõmunis est, & apud affirmãtes vacuũ, & apud negantes. Cũ aũt respõdent, nullum illic precessisse corpus, sequitur inde, quod cum augmentatio fieri debet per singulas particulas corporis, totum prorsus corpus sit vacuum: & per consequens nullum sit corpus, quod augetur. Atq; adeo nec detur vacuum commixtum corporibus. vt vult Democritus. Est acutissima redargutio. ¶Et eadẽ (inquit) ratio est de cinere. Si enim vas cineribus plenum tantum aquę recipit, quantum si fuisset vacuum, propterea q aqua recipit in vacuitatibus cinerum, necesse est dicere, cineres prorsus omnes esse vacuos, atq; adeo non esse vacuum immixtum corpori cinerum. Causa ergo huius est experientię q aquę pars exhalatur: & pars reliqua condensatur: atq; adeo cineres propter humorem condensantur. ¶Colligit ergo facile esse ex his rationes dissoluere, quibus vacuum demonstrat. Ubi Commen. distinguit textus. 64. sed lucidius incipit in capite sequenti. Est enim illi in more conclusionem & epilogum non in calce dictorum sed in dicendorum capi. collocare.

## QVOD VACVVM a corporibus separatum non sit posibile.

## CAPVT. VIII.

QVOD autem non est vacuum sic separatum, vt quidam dicunt, dicamus rursum. Si enim est vniuscuiusque simplicium corporum loci mutatio aliqua natura, vt ignis quidem sursum, terræ autem deorsum & ad medium, manifestum est quod vacuum non erit causa loci mutationis. Cuius igitur causa erit vacuum? videtur enim, esse causa motus secundum locum. huius autẽ nõ est. Textus. lxiiij.

¶Postquam in.6.cap. proposuit antiquorum opiniones, & in.7. constituit diffinitionem vacui, ostẽdens eorum rationes infirmas esse & imbecillas, in hoc.8. quod duodecim textus continet, persuadere aggreditur, non esse vacuum extra corpora. Et id quidem ĩ septem prioribus textibus octo rationibus sumptis a motu locali absolute, atque in reliquis quinq; textibus aliis tribus rationibus sumptis a velocitate & tarditate motus. Ad euidentiã huius primę, quę est in tex.64. considerandum est q authores vacui dicebant vacuum esse in causa, vt naturalia corpora mouerentur: videlicet ad replendum vacuum. Est ergo contra illos ratio prima. Si vacuum esset, id maxime [vt dicũt] propter motum localem: sed hoc non: ergo. Probatur minor. Si elementa & mixta naturalia mouerentur propter vacuũ, non haberẽt motus determinatos sed quocunq; esset vacuum, promiscue moueretur quodlibet (vt dicimus aquam per fistulam subtracto aere ascendere licet sit grauis) non tamen ita indifferenter mouentur, sed leuia mouentur sursum grauia vero deorsum: ergo non propter vacuum, sed ex natura sua sese ad determinata conferũt loca.

Amplius si est aliquid, vt locus priuatus corpore: cum est vacuũ, quo mouebitur impositum in ipso corpus? non enim in omnem partem. Eadem autẽ ratio, & ad eos qui locum esse quid separatum putãt, in quem id fertur quod fertur. Quomodo namque feretur impositũ: aut manebit? Et de ipso sursum & deorsum. & de vacuo, conueniet eadem ratio merito. vacuum enim, locũ faciunt, qui esse dicũt. Et quo nã modo inerit, aut in loco, aut in vacuo? nõ em̃ cõtingit, cum totũ positũ fuerit, vt in separato loco ac permanente. corpus aliquod Textus. lxv.

quod; pars enim: niſi ſeorſum ponatur non erit in loco ſed in toto. Amplius, ſi neq; locus eſt: neq; vacuum erit.

¶ Secunda ratio in text. 65. probat vacuū non eſſe cauſam finalem motuū naturaliū: nam ſuperior videbatur ſuadere ꝙ non eſſet cauſa efficiens. Ratio eſt huiuſmodi. Si vacuū eſſet nullus eſſet rerū naturalis motus: conſequēs eſt falſum: ergo ⁊ añs. Probat̃ ſequela. Detur. v. g. totum concauū lunę eſſe vacuū: ⁊ ponatur in quacunqȝ eius parte ens quodpiã naturale ſiue graue ſit ſiue leue: illud nõ mouetur magis ſurſum quã deorſum quã ad alias differentias poſitionis: ergo. Añs patet: qꝛ motus naturalis ad locū determinatū eſt ꝓpter vim conſeruatiuã que in tali loco eſt: in vacuo vero nulla poteſt vis talis imaginari, ob idqȝ nullum corpus huc potius ſeſe quã illuc cõfert. ¶ At qꝛ fautores vacui credebant locū eſſe ſpaciū illud ⁊ dimenſiones ſeparatas toties reprehenſas, ait eandē rationem militare aduerſus ponentes hoc modo locū: huiuſmodi enī dimenſiones ſunt vniformes per totum concauū lunę nõ aliam ſurſum virtutē quam deorſum habētes. Ideoqȝ merito inquit eadem ratio eſt ⁊ de loco hoc modo ⁊ de vacuo quantum ad ſurſum ⁊ deorſum: nēpe ꝙ non poterunt huiuſmodi differentię ex natura rei deſignari. Qui enī dicunt eſſe vacuū, hoc modo faciunt locum. ¶ Addit deinde tertiã rõnem. ſ. ꝙ nec ſecundum ponentes locum eſſe ſpacium ⁊ dimēſiones proprie defendi põt aliquid eſſe in loco. Textus obſcurus eſt niſi ea reuiſeris que ſupra cõmēto. 57. explanauimus. Eſt enim ſemper memoria retinendum authores iſtos vacui opinari locū eſſe dimēſiones illas ⁊ ſpatium ſeparatum a ſenſibilibus corporibus. i. quantitates ſine ſubiecto. ¶ Mox item meminiſſe oportet ex illo comm. ꝙ in rei veritate id qđ eſt in aliquo tanquam in loco debet eſſe in illo tanquã in aliquo ſeparato continente, taliter vt nulla pars locati ſit in loco ſibi adęquato. Ad ſcđm ponentes illas dimenſiones penetrantes ſe cum ſingulis partibus interioribus locati quęlibet pars locati eſt ꝑ ſe in loco vt illic expoſitum fecimus. Ordina ergo ſic iſtam literam [Quonam modo locatū tunc erit in loco?] Quaſi dicat nullo modo. Non enī contin get vt cū corpus aliquod totum poſitum fuerit in huiuſmodi ſpacio vel vacuo ſit in illo tanquã in aliquo ſeparato permanente. i. tanquam in termino cõtinentis immobili: quę eſt diffinitio loci: ſed erit totū penetratiue cum toto ⁊ quęlibet etiã pars cū ſuo proprio loco: qđ eſt contra rationē exiſtendi in loco: nã pars continui non eſt per ſe in loco: ſed eſt ſicut pars in toto. Ex quibus tandem colligit ꝙ ſi locus nõ eſt illo modo, fit vt nec ſit vacuum.

Textus. lxvj. ¶ Accidit autem dicētibus vacuum eſſe vt ſi neceſſarium ſit erit motus: contrarium magis, ſi quis conſideret, nõ poſſe moueri quicquã ſi ſit vacuum, vt enim qui propter ſimile dicunt terram quieſcere, ſic & in vacuo neceſſe quieſcere. nõ enim eſt: quo magis aut minus mouebitur: quatenus enim vacuum eſt: nõ habet differentiam.

¶ Quarta ratio eſt in tex. 66. aduerſus corū rõnē. Ait enī ꝙ non ſolum nõ infert̃ ex motu vacuū eſſe, verum ex poſitione vacui ſequitur motum nõ eſſe. Quare ponētes vacuū potius deſtruunt quã tuentur motū. Probat id de motibus naturalibus. Et enim queadmodū dicunt nonnulli (quos. 2. de cęlo tex. 90. citat Phil.) terrã eſſe immobilem ꝓpter ſimilitudinē ⁊ vniformitatē ſuperficiei continentis, vel ꝓpter ſimilitudinē ⁊ ęqualitatem quã habet in toto vniuerſo: rõne cuius non huc magis quam illuc propendit: pari ratione ſi aliquid ponas in vacuo, nihil erit cauſę cur ad hãc quam ad illam differentiam potius feratur. Et per conſequens manebit immobile.

Primum igitur: quoniam omnis motus, aut violentia, aut ſecundum naturã fit, neceſſe autē eſt, ſi quidē ſit violētus: eſſe & eum qui ſecundum naturam eſt, violētus enī præter naturam eſt. qui vero præter naturam eſt, poſterior eſt eo qui eſt ſecundum naturã. Quare ſi non eſt ſecundum naturam vnicuiq; naturalium corporum motus, neq; aliorū erit motuum vllus. ¶ At vero natura quidē quomodo erit, cum nulla ſit differentia ſecundum vacuum & infinitum? Quatenus enim infinitum eſt, nihil erit ſurſum aut deorſum, aut medium. Quatenus vero vacuū, nihil differens erit deorſum à ſurſum. vt enim nihili nulla eſt differentia, ſic & illius quod non eſt. vacuū autem non ens quippiã, & priuatio videtur eſſe. Natura autē loci mutatio differens eſt, quare erunt quę ſunt natura, differentia. aut igitur non eſt natura vſquam vlli, loci mutatio, aut ſi hoc eſt, non eſt vacuum. Textus. lxvij.

¶ Cum textu ſuperiori demonſtrauerit, ſi vacuum eſſet nullū fieri poſſe naturalē motum, tex. hoc. 67 quinta ratione probat vniuerſaliter nullū eſſe tūc poſſibilē motū nec naturalē nec violentum. Ratio eſt hęc. Omnis motus aut naturalis eſt aut violentus. (apud Ariſtot. qui non cognouit motum ſuper naturalē nõ eſt dare medium): ſed poſito vacuo nullus eſt motus naturalis. vt probatum eſt: ergo nec eſſe põt violentus. Probatur hęc ꝑxima cõſequentia. Motus naturalis prior eſt motu violēto ſaltē natura: qꝛ motus violentus aut pręter naturã nõ dicit̃ niſi per reſpectum ad naturalē: ⁊ qđ eſt ex naturali inclinatione rei prius eſt eo qđ eſt cõtra aut pręter naturã: ergo vbi naturalis motus non eſt poſſibilis, nec violentum poſſibile eſt eſſe. ¶ Cū ſubdit (at vero ⁊c.) repetit ꝓbare ens naturale in vacuo non moueri: nã motus naturalis eſt ſurſum vel deorſum: q̃ ſunt differentię ex natura rei ⁊ non ſolū quo ad nos, vt ſupra text. 5. expoſitū eſt: vacui autē (queadmodū neqȝ infiniti) nulla eſt poſitiõis differentia ex natura rei: ergo nullus in vacuo eſſe põt naturalis motus. In infinito vt libr. 3. tex. 53.

expoſuimus. ppterea non põt eſſe ſurſum ⁊ deorſum, q2 iſtę differentię ſumunẽ reſpectu medij: infiniti autẽ cũ non ſint extrema nec ſignari põt medium. De vacuo aũt alia eſt rõ: videlicet ꝙ vacuum nihil eſt, ⁊ nihil nullã habet differentiã ſpecificam poſitionis: ſurſum aũt ⁊ deorſum dicunt virtutes poſitiuas cõtrarias vt queſtio.i. dicebamus.

Textus. lxviij. Amplius nunc quidem mouentur ꝓiecta, ęo qui impulit non tangente. aut propter cõtrarij circunſtantiã ſicut quidã dicunt, aut ex eo ꝙ pellit pulſus aer motũ velociori quã ſit pulſi latio, qua fertur in propriũ locum. in vacuo autẽ: nihil horũ põt eſſe. neq; enim ferri erit niſi vt quod vehitur.

¶ Subdit in text. 68. rõnem ſextã ſumptã a motu proiectorũ. Mouet̃ eñ ſagitta aut lapis funda iactatus, eo qui pepulit non tangente.i. poſtꝗ a ꝓiſciente loco diſtant. Huius cauſam motus perquirentes antiqui, duplicẽ reddebãt. Prima erat ꝑ antipariſtaſim.i. ꝑ repercuſſionẽ aeris at ergo rei ꝗ mouet̃: quã primum.n. ꝓiectũ relinquit hunc locum aer circunſtans citiſſime illũ replet. Atqui ad introitum illius loci percutit̃ a tergo rẽ ꝓiectã ⁊ ita mouet illam. Scd̃a ratio cui magis Phil. applaudet eſt ꝙ aer cũ ſit velociſſime mobilis ſemel pulſus a re ꝓiecta velociſſime mouet̃. Et ita quaſi vehiculum quoddã perfert rem proiectã. Non intelligas has eſſe totales cauſas motus proiectorũ vñ precipua eſt ĩpetus impreſſus a proiſciẽte: ſunt tñ auxiliatrices. Eſt ergo rõ Ari. Locus ꝓiectorũ adiuuat̃ a medio: ſi autem eſſet vacuũ nullũ ide iuuamẽ res proiecta ſuſciperet: nam illi dimenſiões non erant mobiles cum eſſent abſtractę a corpore phyſico: ergo propter motum violentum non eſt vacuum introducendum.

*Cauſa motus proiectorum.*

Textus. lxix. Amplius nullus vtiq; poterit dicere: propter quid, quod mouetur ſtabit alicubi, cur eñ magis hic quã ibi? Quare aut quieſcet, aut in infinitũ neceſſe eſt ferri, niſi aliquid potentius impedierit.

¶ Septima ratio eſt in tex. 69. ad cõfirmandũ ꝙ in vacuo nihil moueret̃. Detur eñ vacuum quale eſt extra cęlũ. Si aliquid illic moueret̃ ſequeret̃ ꝙ in finito tempore moueretur ſaltem ſi eſſet mot9 naturalis: q2 cum nulla ſit rõ vt in vno loco imaginario potius quã in alio quieſcat, ſequit̃ ꝙ aut nunꝗ incipiet moueri aut ſi inceperit, nuſꝗ quieſcet. Immo nec mot9 violẽtus vſꝗ quieſcet: nã mõ dicim9 quieſcere vbi ceſſat illa repercuſſio aut violatus aeris ſimul cum impetu. Quę cauſa in vacuo dari non poteſt

Textus. lxx. Amplius autẽ, nunc quidẽ in vacuo, quoniam cedit: ferri videtur. in vacuo aũt: prorſus ſimiliter tale eſt. quare, in omnem feretur partem.

¶ In. 70. deniꝗ text. concludit̃ prima pars huius capitis octaua rõne ꝗ eſt velut ſuperiorũ confirmatio. Qui ponunt vacuũ, ea rõne illud ponunt vt cedat corpori qđ mouetur.i. vt mobile inueniat quo ſe inferat ſine impedimento alterius corporis: vacuum aũt ſimiliter vndiꝗ tale eſt: ergo mobile in illo ad quancunꝗ differentiam ⁊ per infinitum tẽpus ſemper mouebitur quod eſt abſurdum in motu recto: alia enim ratio eſt de cęlo ſecundum Ariſtotelẽ.

Amplius autem: & ex his manifeſtũ eſt, quod dicitur. videmus enim idem pondus, atque corpus, velocius ferri, ꝓpter duas cauſas. aut quia id differt per quod, vt per aquam, aut terrã aut aerem aut quia id differt qđ fertur, ſi alia ſint eadem, propter exceſſum grauitatis aut leuitatis. hoc igitur per quod fertur cauſa eſt: quoniã impedit maximè quidem, quod contra fertur. deinde autem & manens. magis autem: id quod non facile diuiditur. tale autem eſt: quod craſſius eſt. ¶ Id autem in quo eſt .a. mouebitur per .b. eo in quo .c. tẽpore. per ipſum autem .d. cum ſit ſubtilis, eo in quo .e. ſi ęqualis eſt longitudo ipſius .b. cum ipſo .d. ſecundũ analogiã impedientis corporis. Sit enim .b. quidem aqua .d. vero aer. quanto ergo ſubtilior eſt aer, aqua, & minus corporeus, tanto citius .a. per .d. mouebitur quam per .b. Habeat ergo eandem rationem ſecũdum quam diſtat aer ab aqua, velocitas ad velocitatem. Quare ſi in duplo ſubtilius eſt, in duplo tempore lineam quæ eſt ipſum .b. tranſibit quã quæ eſt ipſum .d. & erit tempus in quo eſt .c. duplum eius in quo eſt .e. Atque ſemper quanto fuerit minus corporeum minuſq; impeditiuum. ac melius diuiſibile id per quod fertur, citius mouebitur. Textus. lxxj.


Vacuum autem nullam habet rationẽ qua exceditur à corpore, ſicut neque ipſum nihil, ad numerum. Si enim quatuor excedunt tria vno, pluribus autem duo, & adhuc vtrum pluribus quã duo ipſum ſane nihil, non amplius habẽt rationem qua excedant. neceſſe enim eſt diuidi id quod excedit, & in exceſſum, & in id quod exceditur. quare erũt ipſa quatuor, & id quo excedunt, & nihil.

Quapropter

Questio nis tertie materie

Quapropter neq; linea, punctum excedit: nisi componatur ex punctis. Similiter autem & vacuum, ad plenũ: nullã possibile est habere rationem. quare neque motum.

¶ In secũda parte huius capituli, q̃ incipit ab hoc tex. 71. prosequitur Aristo. reprobare opinionẽ vacui rationibus tribus sumptis a velocitate ⁊ tarditate motus: supponẽs prius velocitatem motus aut tarditatẽ penes duos esse metiendam: aut penes resistentiã medij: aut penes causam motricem puta grauitatem ⁊ leuitatẽ (loquit᷑ enĩ de motu naturali elementorũ) nam hec duo extrema consideranda sunt in vnaquaq; actione. Et ꝙ debeat attendi penes motricem causam tanquã per se notũ relinquit, nam quãto virtus actiua fortior est, ceteris paribus, velocius mouet. Quod aũt debeat attendi penes mediũ, probat, qr mediũ resistit motui: id maxime si mediũ contra pugnet. Ut ventus qr a prora perflat, motui obstat nauis: at quanuis non contrapugnet, sed sit permanens ⁊ quietũ, nõ nihil morat᷑ ac retardat motũ. Mediũ [inquit] crassius ⁊ grossius, magis, subtilius autem minus. Minus enim impedit aer quam aqua: ⁊ idcirco graue velocius per aerẽ quã per aquã descendit: per terram autẽ, non nisi cum maxima difficultate ⁊ impetu, ⁊ id quidem parum per. ¶ Hoc preiacto fũdamẽto, supposito etiã pro nunc, non quidem tanquã vero, sed gratia disputationis, ꝙ ex parte mobilis nulla esset resistẽtia, sed tota ꝓueniat ex parte medij, probat ꝙ qualis sit proportio inter grossitiem ⁊ resistentiam duorũ mediorũ equalis lõgitudinis per que idem mobile moueret᷑, talis erit ꝓportio inter tẽpus, quo moueret᷑ per vnũ ⁊ quo per aliud. Ut sit. v. g. mediũ. b. aqueũ pedalis ꝓfũditatis, per quod descendit. a. lapis, sit etiã. d. medium aereum subtilius secundum aliquam analogiam i. ꝓportionem. v. g duplam. vt in duplo minus. d. quam. b. resistat. Concludit, ꝙ tẽpus. c. qd̄. a. consumit descẽdẽs per. b. erit duplũ ad tempus. e. quod cõsumit descendens per. d. vt in hac figura contueri potes. Subdit aũt ⁊ eadem rõne ꝙ quanto mediũ minus fuerit corporeũ, minusq; impeditiuũ, tãto velocius atq; adeo citius idem mobile pertransibit tale spaciũ. Tũc probat conclusionem intẽtã, videlicet mobile per vacuũ moueri in nõ tẽpore. Qualis est ꝓportio medij ad medium in resistẽtia, talis est ⁊ tẽporis ad tẽpus: sed inter plenum (quodcũq; sit) ⁊ vacuum nulla est ꝓportio, sed infinitus excessus: ergo cũ mobile per plenum mouet᷑ in tẽpore, fit vt per vacuũ moueat᷑ in non tempore, puta in istãtia. Cõmõstrat autem minorẽ. s. pleni ad vacuũ nullã esse ꝓportionẽ: nam si quatuor excedat tria per vnũ ⁊ duo per alia duo, ⁊ vnũ per tria, fit, vt nihil nullo certo numero, sed per infinitũ excedat. Uacuum dicit nihil quãtum ad resistẽtiã, qr etiam si ponatur esse illas dimensiones insensibiles, nihil resistunt sue penetrationi. At qr posset quis dicere, ꝙ quatuor excedit nihil, per quatuor, id refellit dicens, ꝙ vnum extremum excedens aliud debet diuidi in illud qd excedit, ⁊ illud per ꝙ excedit tanquã in duas suas partes: sicut quatuor excedens vnum per tria, diuiditur in vnum ⁊ tria. Unde sicut linea diuisibilis nulla ꝓportione excedit indiuisibile punctum nisi diceres, lineã componi ex punctis, ita neque plenum aliqua proportione excedit vacuum. Poteris sic forstan apertius rem intelligere. Quatuor excedunt vnum per tria: ⁊ medietatem vnius per septem medietates ⁊ quartam partem per quindecim partes, ita vt per diuisionem vnitatis crescat excessus in infinitum: ergo numerus quicunq; excedit nihil absque vlla proportione.





Sed si per subtilissimum in tãto tempore tãto motu fertur, per vacuum omnem exuperat rationem. Sit enim. f. vacuum æquale autem magnitudine ipsis b. & . d. Ipsum ergo. a. si transibit & mouebitur quidem in quodã tempore, eo scilicet in quo est. g. in minori autem quia in quo est. & hanc habebit rationem vacuum ad plenum sed in tanto tẽpore quantum est, in quo est. g. ipsius. d. a. transibit lineam. K. transibit autem si etiam sit quippiã subtilitate differens ab aere, id in quo est. f. secundum hanc proportionem quam habet tempus in quo est. et a. tẽpus ĩ quo est. g. Si enĩ sit tanto subtilius corpus in quo est. f. ipso d. quanto exuperat. e. ipsum. g. e conuerso transibit velocitate in tanto quantũ g. ipsum in quo est. a. si feratur. si ergo nullum sit corpus, in ipso. e. adhuc velocius. sed erat in ipso. g. Quare: in equali tempore transibit & quod plenum est & vacuum, sed impossibile est.

Textus. lxxij.

¶ Ratio proxima demonstrabat a priori conclusionem. Idcirco maioris elucidationis gratia secundam hanc adhibet in textu. 72. que procedit a posteriori, deducendo ad impossibile. Repetit ergo conclusionem superioris rationis dicens, ꝙ si mobile per subtilissimum spacium tempore certo mouetur, si moueretur per vacuum, omnem exuperaret proportionem ⁊ per consequens non moueretur. Quod adhuc perspicacius manifestans arguit sic. Detur oppositum, ꝙ mobile. a. per vacuum. f. equale ipsis. b. ⁊. d. moueatur in aliquo certo tempore puta. g. quod quidem tempus necesse est esse minus tempore. e. quo mouebatur. a. per medium. d. plenum aere. v. g. sit tempus subduplum: nam omne finitum tempus habet certam proportionem ad maius. Tunc (inquit) sequitur ꝙ in tanto tempore adequate quãto mouetur per vacuum, mouebitur etiam per plenum, quod est absurdum: siquidem medium plenum semper resistit. Sequelam autem probat dupliciter. Quod attente inspiciendum est in textu. Primo quia eodem tempore. g. quo mouetur per spacium. f. mouebitur per medietatem eiusdem linee. d. que terminatur in puncto. K. vt patet in hac figura. Se-

cundo probaẽ, ꝙ nõ solũ id contingit qñ mediũ plenũ est minus quã mediũ vacuum, verũ etiã si sint ęqualia. Nam detur aliud mediũ tãtę longitudinis quantum est. f. plenum quidẽ medio subtiliori quam sit medium. d. in eadem proportione puta tempus. g. erat minus tẽpore. e. Tunc sequitur: ꝙ. a. mouebitur per tale mediũ. qd sit. h. in eodẽ tempore adęquato, quo mouebitur per vacuũ tãtę longitudinis: quoniam cum subtilitas. h. sit dupla ad subtilitatem. d. in subduplo resistit: & per cõsequens mouebitur in illo mobile in duplo minori tempore: ergo in tẽpore. I. ęquali. g. qd habebat ad. e. eandem subduplã proportionem: hoc tamen est impossibile: ergo. Rationes istę Arist. non carẽt difficultate. Quas proinde. q. 3. numerosius examinamus.




Textus. lxxiij. Manifestum est igitur quòd si erit aliquod tempus in quo per vacuum quodvis feretur: accidet hoc impossibile. in æquali enim acipietur: aliquid & quod plenum est transire & vacuum. erit eñ aliquod analogum corpus alterum: vt tempus ad tempus. Vt autem in summa dicam, manifesta est eius quod euenit causa: quia motus quidem omnis ad motum, est proportio (in tẽpore enim est) temporis autem omnis est ad tempus, finitis vtrisque. vacui autem ad plenum non est.

¶ In tex. 73. cõcludit repetẽs cõclusionẽ ꝙ manifestum est si aliquid admittaẽ moueri per vacuũ certo tẽpore, in tanto adęquato posse moueri per plenum. Nam dabitur inquit corpus analogum ad alterum. i. ꝓportionabile alteri pleno in subtilitate eadem ꝓportione qua tempus consumptum in vacuo est minus tempore quod consumabatur in pleno, vt dictum est. Atqꝫ adeo in summa colligit causam huius. s. ꝙ si mobile moueret̃ per vacuum, moueretur in non tempore: q2 (inquit) vniuscuiusqꝫ motus ad alium motum est proportio in velocitate: & talis est ꝓportio temporis consumpti vno motu ad tempus consumptum in alio: & hoc vsu venit quando tam motus quam tẽpora sint finita. vacui autem ad plenum nulla est proportio.

Textus. lxxiiij. Quatenus igitur differunt ea ꝑ quæ feruntur hæc contingunt secundum autem eorum quæ ferũtur excessum: hæc. Videmus enim ea quæ maius momentum habent aut grauitatis aut leuitatis: si quæ ad alia similiter se habeant figuris, citius ferri per æquale spacium, & secundum rationem quam habent magnitudines ad inuicem. Quare & per vacuum. Sed impossibile est. Propter quam enim causam, ferentur velocius. in plenis enim ex necessitate. velocius eñ diuidit fortitudine: maius. Aut eñ figura diuidit, aut momento quod habet: id quod fertur, aut proiectum est. Aeque velocia ergo: omnia erunt: sed impossibile est. Quod igitur, si vacuum est, accidit cõtrariũ illius propter quod probant, dicentes esse vacuum ex dictis manifestum est. Textus. lxxv.

¶ In tex. 74. addit Phil. rationem tertiam ad eandem cõclusionem: videlicet nihil posse in tempore moueri per vacuũ. Proposuerat enim tex. 71. duabus de causis velocitatẽ tarditatẽ ve motus existimandã esse. s. aut ex parte medij, aut ex parte virtutis motricis. Rõnes pręcedentes procedunt ex prima. Et hoc est qd ait, hęc contingere quatenus differunt media per q̃ mobilia feruntur. Sed tñ secundũ virtutẽ mobiliũ sequitur ratio hęc tertia. Cęteris paribus mobile maioris virtutis velociꝰ ac citius moueẽ quã minoris virtutis: vt pondus maioris grauitatis, puta plumbũ velocius descendit quã stuppa: & ignis leuior velocius ascendit ꝙ aer. Cęteris inquit paribus ex parte figurę: nam plana aut quadrata, q2 plus aeris sub se comprehendũt, tardius descendũt, quã acuta aeri scindendo aptiora: ergo eadem ratione si per vacuum ista descenderent, deberet id quod grauis est velocius descendere & ratione maioris virtutis, hoc tamen est impossibile, q2 si per plenum prioris virtus velocius mouetur, est propter excellentiam quam habet ad superandam resistentiam medij, cum autem nulla sit resistentia in vacuo, fit vt ęqua velocitate descenderent, vt leuissima stuppa, & grauissimum plumbum. Quod absurdum est dictu. Rationem etiam hãc cum superioribus. q. 3. peramplius excutimus. ¶ Concludit deniqꝫ Aristo. [vbi Cõmentator textum scindit. 75.] manifestum esse ꝙ posset vacuo contrarium contingi illius, quod illi antiqui volunt, puta motũ non esse possibilem.

## QVOD NEQVE INTRA corpora sit vacuum.

## CAPVT. IX

Si igitur putant vacuum esse si erit secundũ locum motꝰ: separatũ secũdum se. Hoc, autẽ idem est, ac si dicamus locum esse quid separatũ. Hoc autem ꝙ impossibile sit dictum est prius.

¶ Post impugnationem vacui separati a corporibus, prosequitur in hoc demum capitu. 9. Aristot. opinionem refellere Democriti ponentis intra corpora vacuos poros. Sunt autem in hoc capite textus. xi. pręter fragmentum hoc superioris textus, quo repetit conclusionem superioris disputationis: nempe qui propter ꝙ motum localem ponunt vacuum separatum a corporibus idẽ faciũt ac si dicãt locum esse spaciũ separatum: puta dimẽsiones: q̃ cũ se penetrant cũ corporibus sensibilibꝰ

habent vicem loci: quibus si careant, dicuntur vacuum. Huiusmodi autem positionem loci & spacij esse impossibilem, supra ostensum est, potissimum textu. 36. & 37.

Textus. lxxvj. At vero per se considerantibus: videbitur vtique dictũ vacuũ, per quam vere vacuum. Vt enim in aqua si ponat aliquis cubum, cedet tãta aqua quãtus est cubus: sic & in aere, sed sensu immanifestum est. Atque semper itaque omni corpore habenti translationem, in quo est aptum natura, tranferri: necesse est, nisi condensetur, cedere aut deorsum semper, si deorsum latio est vt terræ, aut sursum si ignis, aut ad vtraque vt aer, siue quodcunq; aliud sit impositum in vacuo autem: hoc quidem impossibile est, non enim corpus est. Per vacui autem æquale spacium transiuisse videbitur: quod quidem erat & prius in vacuo. tanquam sineque aqua cederet ligneo cubo, neque aer: sed omnia transirent per ipsum. At vero & cubus tantam habet magnitudinem, quantum occupat vacuum. quæ si calida est aut frigida aut grauis aut leuis, nihilominus ratione, altera ab omnibus passionibus est etiam si separabilis non sit ab illis. dico autem, lignei cubi molem. quare & si separetur ab omnibus, & neque leuis, neque grauis sit, occupabit æquale spaciũ & in eadem erit & loci & vacui parte æquali sibi. quid ergo differt corpus cubi, ab æquali vacuo, & loco? & si duo talia, propter quid non & quodlibet in eodem erunt? Vnum igitur hoc inconueniens, & impossibile est.

¶ Tria sunt huius cap. membra: nam in tribus prioribus textibus facit Phi. rõnes tres aduersus vacuum in se consideratũ: nempe vt ponebat, esse spatium separatũ a corporibus & dimensiones insensibiles: qđ mẽte est semper retinendũ. Et in text. 79. procedit ad impugnationẽ vacui intra corpora: et in tex. 83. & infra respõdet argumẽtis cõtrarie opinionis. Ait ergo, ꝙ videt, id qđ vacuum dicitur, vere esse vacuum, vt nomẽ sonat. i. videt opinio vacui vacua ipsa esse et inanis. Idq; probat rõne huiusmodi. Si in aliquod corpus, corpus aliud immittatur. v. g. cubũ. i. vndiq; quadratum vt tessera tanta pars prioris inde depellit, quantus est immersus cubus hoc autẽ fieri non posset posito vacuo: ergo vana est opinio vacui. Maiorem manifestat exẽplo lapidis aut ligni immissi in aquam: si em̃ in magno lebete aqua pleno pedalẽ lapidem quadratum mergas, tm̃ aque exundabit ac refundet quantus est lapis. Idẽq; etiam cõtingit in aere: nisi ꝙ nõ est nobis sensu cõpertum. Idq; ait semper contingere in corpore habenti trãslationẽ. i. in corpore physico: ad differentiam mathematici. Vel forte intelligit. dum corpus habet exitũ liberum: nẽpe si terra est, in quã aliquod mittit, exibit pars terre per partẽ inferiorẽ iuxta naturã grauis: si vero ignis, per superiorẽ iuxta naturã leuis: si vero non põt aqua exire per partẽ inferiorẽ, exibit per superiorẽ, vt cedat graui. Si vero exire non põt, condensabit, & tã dem rũpet vas: vt si in vas vitreũ aqua plenum coneris submergere lapidem obstruens vas ne aqua exundet, franget vitreum. In vacuo autem non ita fit scõm illos: sed corpus adueniens penetrabit spaciũ vacuũ, acsi corpus ligneum nõ depelleret aquã sed se penetraret cum illa. Quod aũt hoc sit impossibile, patet. Nam cubus ligneus adueniens tantã habet quantitatem & dimensiones, quãtas dimẽsiones insensibiles habet illud spaciũ, qđ ipsi vocant vacuũ, duo aũt corpora de genere quantitatis non possunt se penetrare: ergo. ¶ Respondebant autem illi ꝙ quanuis duo corpora sensibilia vt duo lapides aut ligna in eodem se simul loco penetrare non sit possibile, tunc cum dimẽsionibus illis insensibilibus, que abstracte sunt a corpore physico, potest se quodcunq; corpus physicum penetrare. Quam responsionem refellit sic Aristo. Quanuis corpus physicum calidum sit aut frigidũ, & graue aut leue aut aliam habens sensibilẽ qualitatẽ nec passio sensibilis sit separabilis a quantitate. i. ne detur corpus quantum, quin sit sensibile, tm̃ non ea rõne qua sensibile, sed ea potius, qua est quantum non secum eodẽ loco corpus aliud cõpatitur. Quare si per impossibile separetur omnis passibilis qualitas a corporibus quantis, non poterũt se cõpati in eodẽ subiecto, & tũc īquit illius modi corpora nihil differẽt a dimensionibus illis & spacio, quod illi ponebant vacuum. Quocirca si illa corpora tunc non possent esse simul, nec poterit corpus physicum simul esse cum suo illo vacuo: & sic sequitur, vacuum non posse esse illas dimensiones, quas illi ponebant. Quod si dicant, vacuum nihil prorsus esse, hoc est, quod Aristot. venari pretendit.

Amplius autẽ manifestum est: quod hoc cubus habebit etiam cum transfer tur quod & alia corpora omnia habent. quare si à loco nihil differat, quid oportet facere locum corporibus præter vniuscuiusque molẽ, si impossibilis moles est. nihil em̃ confert. si alterum circa ipsum æquale spacium hmõi sit. Textus. lxxvij.

¶ Secunda ratio ad idem est in tex. 77. nẽpe qua ꝓbatur superuacaneas esse dimensiones illas insensibiles abstractas a corpore physico. Et rõ est hec Cubus. i. corpus quadratũ physicũ, qđ loco mouetur habet hoc, qđ quecũq; alia corpora. i. dimensiones quantitatis terminatas iuxta materiã sue forme: que quidẽ dimensiones a loco illo suo nihil differũt, q2 eiusdem rõnis sunt dimensiones corporis physici, & ille separate quãtum ad mutandum & replendum locum, licet ille sint impassibiles & immobiles: ergo superflue ponuntur, cum nihil conferat

vt vnum corpus dimẽsionatum habeat equales dimensiones prope se.i.secum penetratiue.

Textus. lxxviij. Amplius manifestum esse oportet quale vacuum sit in his quę mouentur. Nunc autem nusquam infra mundum. Aer enim aliquid est, non videtur autẽ. Neque aqua si essẽt pisces ferrei. Tactu enim est discretio illius quod tangitur. Quod igitur nõ sit separatum vacuum, ex his manifestum est.

¶Tex.hic.78.nec in vetustis codicibus grecis est nec est Arist.id qđ phrasis ipsa testat̃. Quare ⁊ ab Argyropilo ⁊ Vatablo ⁊ alijs traductoribus merito pretermittit̃:sed additus ab Auerroe:⁊ ideo ex translatione Boetij eum hic insertũ duximus. Censuit enim Commen.ꝙ Arist.pretermiserit rñdere illis, quos text.51.subnotauimus:qui censebant,hoc mediũ inter nos ⁊ cęlum esse vacuũ idcirco,ꝙ aer nõ percipitur sensu:cõtra quos facit hic tertiã rõnem.Si vacuũ est, oportebat manifestari quomodo illud esset in his quę mouent̃.i.in hac regione mobiliũ q̃ est sub luna:nam de eo qđ extra vniuersum est,nihil ad physicum:at vero intra mũdũ nullibi est vacuum:nam aer licet non videat̃ est tñ aliquid. Subdit exemplũ. Si pisces ferrei essent, i.cirulei ⁊ aquei coloris, quale est positum ferrum essentq; immobiles vt ferrũ, tunc visu per colorẽ ⁊ motũ non possemus eos distinguere ab aqua:tactu tñ per duritiem eos dijudicaremus : ita licet visu non possimus percipere aerem, tñ tactu,nullo etiam vẽto flãte cognoscimus in ęstate,aerem esse calidum:⁊ in hyeme,frigidum.Concludit Phil. ex his manifestum esse,non esse vacuum a corporibus separatum.

Textus. lxxix. Sunt autem quidã:qui per rarum : & densum putant manifestum esse ꝙ est vacuum. Si enim non est rarum & densum,neq; coire & densari possibile est. si vero hoc non sit : aut omnino motus non erit,aut totũ fluctuabit,vt dixit Xutus,aut in ęquale semper mutari aerem & aquam oportebit. dico autẽ, vt si ex aquæ cyatho factus est aer: simul ex æquali aere,tantam aquã fieri, aut vacuũ esse ex necessitate. coartari enim ac dilatari:non aliter contingit.

¶In secunda parte huius capitis quę in hoc text. 79.incipit progredit̃ Phil. ad exterminandã opinionem vacui cõmixti corporibus. Proponit aũt prius in hoc textu rationẽ eorum quę erat hęc.Si non sit vacuum in corporibus,nec poterunt esse rara aut densa , nec rarefieri nec condensari. Putabant enim ꝙ scđm quod vacui plus minusue esset in corpore,rarius esset aut densius: vt spongia aut pumex esset rarior qꝛ plus habet vacui, lignum vero aut lapis,minus qꝛ minus habet vacui.Sublata autẽ raritatẽ ⁊ densitate rerum duo merito inferebant inconuenientia.

Xuthus. Primũ inferebat Xuthus philos. ex motu locali,nẽpe ꝙ ad motum vnius musce deberet moueri,ac fluctuare totum vniuersum: nã si aer a loco quẽ musca intrat depulsus nõ cõdẽsat̃ cum circunstanti,necesse est vt ille moueat aliũ aerem: ⁊ ille aliũ vsq; ad cęlũ:qđ proinde motu illo fluctuabit:vt terra cõmouet̃ aere ĩtus moto. Alterum incõmodum inferebãt ex generatione,videlicet ꝙ quoties ex aqua.v.g.generat̃ aer necessarium esset ex alio tãto aere quantus hic gignit̃ tantundẽ aquę alibi generari quantũ hic corrumpit̃: nam cũ ex vno pugillo aquę fiant decẽ aeris,nisi tãtus aer conuerteretur in aquã nõ posset ille aer capi intra orbẽ lunę ⁊ eadem rõne si ex aere fieret aqua necesse esset vt alibi ex tanta aqua fieret tantus aer.Ad euitandũ ergo huiusmodi inconuenientia necesse est ponere condẽsationẽ ⁊ rarefactionẽ circunstantium locorum atq; adeo vacuum.

Si igitur rarum dicũt multa vacua separata habens, manifestũ est qđ si neq; vacuum esse põt separabile, sicut neq; locꝰ habẽs spaciũ sui ipsiꝰ,neq; rarũ sic. Textus. lxxx.

¶In tex.80.aggredit̃ istorum rõnem impugnare: distinguẽs prius sensum duplicem quo isti possent vacuũ intra corpora cõminisci.Vno mõ sicut extra corpora hactenus dictum est:nempe ꝙ inter singulas particulas corporis(quas Democritus appellabat atomos)intercipientur spacia situ separata ab ipsis particulis,puta dimensiones insensibiles vacuas corpore physico. Et hic sensus vt ex dicendis colligitur erat ĩtẽtus a Democrito.Qui tamẽ satis impugnatꝰ est.Nam quibus rõnibus nõ sunt extra corpora sensibilia huiusmodi spacia ⁊ dimensiones separatę,neq; sunt intra corpora. Alius sensus esse posset vt non darent̃ huiusmodi spacia ⁊ dimensiones situ ⁊ loco separatę a particulis corporis.Quẽ sensum impugnat quatuor rõnibus

Si vero non separabile,sed tñ in esse qđ vacuũ: minus quidem impossibile est. Accidit autem primũ quidem:non omnis motus causam esse vacuum,sed eius qui sursum est.rarum em̃:leue. quapropter ignem,rarum esse dicunt.Deinde causam motus nõ sic esse vacuum:vt in quo.sed vt vtres ex eo quia feruntur sursum ferunt quod ipsis continuum est sicut vacuum sursum fert. Atqui qualiter possibile est:esse lationem vacui,aut locum vacui?vacui enim est vacuum ad quod fertur. Textus. lxxxj.

Scđus iste sensus Democriti varie exponit̃. Phi. em̃ ait ꝙ intelligeret vacuitates istas vt in cumulo.v.g.granorũ milij orbiculariũ,q̃ sunt quidẽ sibi cõtigua tãgẽtia se in punctis:vt sphera tãgit spherã:sed sunt nihilominus vacuitates in alijs partibus quibus non se tangũt.Et iste sensus differt sic a prio,ꝙ scđm primum essent talia spacia q̃ possent recipere alias atomos similes:sed scđm istum non possunt huiusmodi spacia similes atomos recipere,vt si tres aut quatuor globos se tangentes disponas non posset in vacuitate intercepta alius globus.Sed re vera nõ videt̃ esse ista mens Arist. Nam iste sensus coincidit cũ superiori:si quidem admittit

admittit vacuũ separatum. i. dimensiones vacuas corpore physico. Cum quibus licet non se possent penetrare aliquæ similes possent tamen aliquæ dissimiles. vt inter globos. Et ideo sensum secundum forte ita oportet intelligere, quod illæ dimensiones essent simul conspersæ cum atomis & penetratiue se haben tes cum illis, sed dicerentur vacuæ respectiue vt vbi plus esset illarũ & minus atomorum corpus esset rarius, vbi vero minus illarum & plures atomi, esset densius. Neque impugnat hunc sensum quasi sit alicuius: sed ne quis eum posset fingere. Et ideo ait Aristo. minus inconueniens esse ponere in illo sensu vacuum quam in primo sensu. Cuius rationem assignat Paulus, venetus: quia in primo sensu admittebatur accidens per se sine subiecto: in secũdo vero non. Hoc tamen nescio quomodo dixerit Paulus: nam etiam in secundo sensu daretur accidẽs sine subiecto: quia quãuis dimensiones se penetrent cum corporibus, non tamen secundum illos erant in corpore vt in subiecto. Sed Phil. ait omnino esse inconueniẽs: quia in secũdo sensu nullus admittitur locus vacuus corpore physico: sicut in primo. ¶ Primũ nihilominus incõueniens quod sequitur ex hoc sensu est quod vacuum non esset causa omnis motus localis (cuius contrarium erat in eorum opinione) sed solum motus sursum: quippe cum dimensiones illæ solum essent causa raritatis, nam copia dimensionum cum paucitate atomorum faciebat raritatem: raritas vero est causa leuitatis: atque adeo leuitas est causa solius motus sursum. ¶ Secundum inconueniens est quod vacuũ non esset causa motus tanquã locus sed tanquã vas. Locus enim in rei veritate est causa quodammodo finalis motus naturalis tanquam quid immobile fixum in aliquo puncto vbi conseruatur res naturalis. At dimensiones istæ non essent locus immobilis, sed quæ mouerentur simul cũ corpore quasi corpus ipsum deferentes: sicuti vtres sursum sublati deferunt secũ vinum. Quod est absurdum: quoniã tunc sequeretur quod loci deberet esse locus: & vacui, vacuũ in quo se reciperet: nam si vacuum ponitur ratione motus, & vacuũ ipsum mouetur, necesse est dare alium locum vacui ad quem moueatur ipsum vacuum: & secundi vacui, aliud vacuum: & sic infinitum,

Textus. lxxxij. Amplius autem: quomodo in graui assignabunt ferri deorsum? Et manifestum est quod si quanto rarius & magis vacuum fuerit, sursum feretur: si omnino sit vacuum, velocissime vtique feretur. Fortasse autem: & hoc impossibile est moueri. ratio autem eadem, quoniam vt & in vacuo immobilia sunt omnia: sic & vacuum quod est immobile. incõparabiles enim sunt velocitates.

¶ In text. 82. subdit duo alia inconuenientia. Tertium ergo est quod tunc non poterunt assignare causam motus grauis deorsum: nam cum vacuum solũ sit causa motus sursum leuium, & nullam aliam causam motus inueniunt, nisi vacuum, nullam grauibus relinquunt causam sui motus. ¶ Quartũ argumentũ est quod si vacuum est causa raritatis atque motus leuium sursum, quãto quippiam magis fuerit vacuum, velocius feretur sursum: & per consequens quod omnino fuerit vacuum velocissime ascendet. Consequens autem est impossibile: nam qua ratione dictum est superius nihil posse moueri per vacuum (alias daretur motus in instanti) probatur itidem nec vacuum posse per se moueri: puta dimẽsiones illas separatas: quia nulla erit proportio velocitatis earũ ad velocitatem corporis physici.

Quoniam autem vacuum quidẽ nõ dicimus esse, alia verò dubitata sunt verè: aut motus non erit, si non erit densitas & raritas, aut fluctuabit cœlum, aut semper æqualis aqua ex aere erit, & aer ex aqua. manifestum enim est, quòd plus aeris, ex aqua fit. Necesse est igitur, si non est constrictio: aut expulsum attiguum vt vltimum fluctuet facere, aut alicubi alibi æquale mutari ex aere in aquam, vt tota moles totius æqualis sit, aut nihil moueri. semper enim re transmutata, hoc accidet, nisi circulariter moueatur. Non autem semper fit in circulum loci motatio: sed & in rectũ hi igitur propter hæc, vacuum aliquid esse dicerent. Textus. lxxxiij.

¶ In tertia parte huius capitis respondet antiquorum obiectionibus. Atqui in tex. 83. resumit argumenta supra facta cap. 6. & postea proxime tex. 79. quibus arguebant motum localem non esse possibilem nisi sit raritas & densitas: alias fluctuaret celum: & rursus si alicubi ex aqua generatur aer, oportet, vt alibi ex tanto aere generetur aqua, vt commento. 79. exposuimus. Et hoc (inquit) necessarium eueniet, nisi sit cõstrictio vel condensatio, alias [Expulsum attiguum]. i. expulsa illa pars quã id quod mouetur tangit, & expellit loco, faciet vltimum. i. celum fluctuare: & pariter aer hic genitus faciet tãtum alibi corrumpi [vt tota moles totius æqualis sit]. i. ne cum ex paruo aqua generatur magnus aer, detur penetratio dimensionum & sic cõtiget vt celum amplius dilatetur a centro: & cum ex paruo aere generatur magna aqua, fiet, vt constringatur ad cẽtrum ad modũ fluctuantis aquæ ne detur vacuum. Excludit cauillationẽ, qua quis posset respondere dicens, quod motus sit semper per circulũ vt a loco quem intrat. A. mobile, pellatur. B. & a loco quẽ intrat. B. pellatur. C. & C. rursus intret locum, vnde. A. discesserat. Arguit autem Ph. quod nõ semper res mouentur sic circulariter: sed aliquãdo mouẽtur recte. Ob idque necesse est dari modũ, quo fiat raritas & densitas ad euitandum huiusmodi inconuenientia.

Nos autem dicimus ex suppositis, quod est materia vna contrariorum calidi, & frigidi, & aliarum physicarum contrarietatum. & ex eo quod potentia est, id quod est actu, fit. & non separabilis quidem est materia: ipso autem esse diuersa est. & vna est numero si forte fuerit: co- Textus. lxxxiiij.

rit coloris,& caliditatis, & frigiditatis. ¶Est autem & corporis materia & magni & parui: eadem. manifestum autem est: cum enim ex aqua factus est aer: eadem materia non insuper accipiens aliquid aliud facta est, sed quod erat potētia actu facta est. Atque rursus ex aere: similiter. Aliquando quidem in magnitudinem: ex paruitate: aliquando verò in paruitatem, ex magnitudine. similiter igitur si & aer multus existens, in minori fiat mole, & ex minori: maior potētia existēs fit materia vtraque. Vt enim ex frigido fit calidum, & ex calido frigidum eadem quia erat potentia: sic & ex calido, magis calidum nullo facto in materia calido, quod nō erat calidum, quādo minus erat calidum. ¶ Sicut neque maioris circuli circunferentia & curuitas, si fiat minoris circuli, eadem cum sit, aut alia: in nullo facta est curuita, q̄d erat non curuum, sed rectum. non enim ex eo quia intermittitur: ipsum minus aut magis est. neque est accipere flāmæ magnitudinem aliquam: in qua & albedo & caliditas non insit. Sic igitur & prior & calor posteriori, quare & magnitudo & paruitas sensibilis molis, non insuper accipiente aliquid materia, extenditur: sed quia potentia est materia vtriusque. Quare est idem, densum & rarum: & vna materia ipsorum est.

Causa raritatis ac dēsitatis. ¶In tex. 84. veram edocet causam raritatis ⁊ densitatis: quatuor pręiacens fundamenta. Primum ex lib. 1. tex. 97. ⁊ tex. 70. Vna eademq́ materia est duorum contrariorum: puta calidi ⁊ frigidi: rari ⁊ densi: ⁊c. idem enim numero, quod modo est calidum, postea est frigidum: ⁊c. Secūdum ex eodem libro tex. 78. Quicquid fit actu tale, fit ex eo, q̄d est potentia tale: vt ex frigido q̄d est potentia calidum fit actu calidum, nam forma quęcunq́ educitur de potentia materię: vt libr. eodem quęst. 7. differebamus. Tertium, Materia non est separabilis a contrarijs. i. non pōt dari materia sine aliqua forma, aut eius contraria: omne enim corpus aut calidū est, aut frigidū: aut sub media qualitate, quę quodammodo contrariatur extremis: differt tñ subiectum rōne a se vt est sub forma: nam alia rōne materia est sub hac forma: ⁊ alia rōne est in potentia ad aliam. Quartū. Vna eadēq́ materia est sub contrarijs accidentibus: puta vnum ⁊ idem corpus est nunc sub calore ⁊ postea sub frigiditate. ¶Tunc ad propositū sic arguit. Eadē numero materia est contrariorū magnum ⁊ paruū sunt cōtraria: ergo eadem est materia magni ⁊ parui: ⁊ per cōsequens rari ⁊ densi. Subdit exemplū in generatione substantiali: vt cum ex aqua fit aer nihil ei materię accrescit nouum: sed eadem numero quę sub forma aquę erat sub minoribus dimensionibus, sub forma aeris extenditur ad maiores: ⁊ econuerso cum ex aere fit aqua. ¶Hoc est punctum responsionis. (Raritas ⁊ densitas.) Censebant enim antiqui, vt hic insinuat Aristote. ꝙ rarefactio fieret, per hoc ꝙ rei quę rarefit, aliquid ab extrinseco adueniret, quo fit maior: ⁊ condensatio per hoc ꝙ aliquid ei adimitur quo fit minor. Quod dupliciter exponit. nam S. Thom. et Paulus ⁊ alij iuniores intelligunt, densitatē fieri secūdum antiquos, per hoc ꝙ aliquę partes corporis ab extrinseco aduenirēt ad replendum vacua, quę erant in corpore: ⁊ raritatē, per hoc ꝙ illa corpora expellerent. Sed forte nō intelligebāt, vt ait Philoponus, nisi ꝙ raritas fieret per hoc, ꝙ corpus q̄d rarefit imbiberet ab extrinseco plures vacuitates. Appellabāt enim vacuum dimēsiones illas mathematicas abstractas a corpore: ⁊ quādo plus illarū erat ī corpore, minusq́ de corporeitate, erat rarius: econuerso in densitate pellabantur illę dimensiones, ⁊ constringebant partes corporis: veluti cum spongia bibit aquā: tumescit: q̄ pulsa cōstringitur: ⁊ pariter vter dum inflatur. Et hoc designat hic Aristo. dicēs ꝙ aqua rarefacta non fit aer, per hoc ꝙ aliquid insuper accipiat. i. aliquid vacui. Ait ergo Aristo. ꝙ raritas non fit per aduentum illarū dimensionū, sed per hoc ꝙ eadem materia quę erat sub minori quātitate, fit in actu sub maiori, ad quā erat in potentia: atq́ adeo educitur de tali potentia: ⁊ dēsitas fit per hoc, ꝙ eadem materia quę prius erat sub maiori quantitate, fit sub minori ad quam erat in potētia, veluti cū frigidū fit calidum, nihil additur substantię, aut materię subiecti: sed idem subiectum q̄d prius erat sub vna forma, fit sub alia ad quam erat in potētia. Et eadem rōne sicut calidum fit magis calidum per solam intētionē formę in eodē subiecto, ita rarum fit magis rarū per hoc ꝙ idem subiectū acquirit maiorē quantitatem: nō quę venit ab extrinseco, sed quę educitur de potētia sui subiecti, quod. 1. de genera. exacte tractandum est. ¶Subdit exemplum alterum de circulo. Vbi considerandum ꝙ dicentes rarefactionem fieri per multiplicationem vacui non videbātur rarefactionē ponere vniformiter per omnes ptes corporis: sed ꝙ illa pars solum rarefieret vbi est vacuum. Probat ergo Arist. ꝙ cum ex aqua fit aer, secundum oēs partes fit rarefactio. Et id probat exēplo circūferētię cōuexę circuli, quando cōstrīgitur Quod pōt fieri duobus modis. Primo si sphera solida lignea magna arte tornatili fiat minor tunc tenendo quantitatem distingui a re quāta noua superficies producitur in actu quę educitur de potētia materię, vt libro. 2. quęstio. 2. dicebamus. Alio modo si virga curua faciens magnum circulum contrahatur in minorem circulum, tunc nulla superficies producitur noua: sed solum fit minor figura. Et hoc est quod ait (eadem cum sit aut alia) id est, siue noua quantitas producatur siue non: Vtrouis modo fiat nulla pars circuli incuruatur quę antea non erat curua: neque aliqua pars incuruatur alia vero non: sed cum omnes essent curuę efficiūtur magis curuę (non ex eo q: intermittitur). i. non ex eo ꝙ plures partes sunt curuę quā recte fit magis curuū, aut ex eo ꝙ plures sunt rectę quam

ete ꝙ curue est minus curuum: sed cum omnes partes essent curue recipiunt maiorem curuitatem ad quam erat in potentia. Ita cum aliquid fit magis aut minus rarum. Nusquam vidi hanc expositionem: existimo tamen hūc esse sensum germanū quippe quo eleganter codemnantur ponentes raritatem fieri per illas dimēsiones abstractas. Quorum opinio [vt eam semel intelligas] erat ꝙ interpellatim in corpore vna pars dimensionum separatorū erat simul cum corpore, & alia per se vacua: nō per hoc ꝙ singule partes rarefierent: sed per hoc ꝙ plura essent vacua quam plena: & densitatem e conuerso. ¶ Quod adhuc confirmat exemplo flāme cuius nullam est accipere partem in qua non sit albedo. i. lux & caliditas (sic igitur prior calor posteriori). i. ita se habet remissior calor respectu intensioris: nempe ꝙ qui per singulas partes extensus est intenditur. Et ita contingit in raro & denso.

Textus. lxxxv. Est autem ipsum quidem densum, graue rarum autē leue, duo enim sunt in vtroque, & denso & raro. graue enim & durum, densa videntur esse. & cōtraria, leue inquam & molle: rara. Dissonant autem graue & durum, in plumbo & ferro,

¶ In tex. 85. postquam ostendit vnde raritas densitasque proueniant, respondet ad aliud quod illi dicebant videlicet vacuum esse causam motus localis. Ait ergo ꝙ causa eadem est raritatis & leuitatis: eademque est causa densitatis & grauitatis. Duo. n. effectus proueniunt ex densitate, puta duricies & grauitas: duoq; item contrarij ex leuitate puta raritas & mollicies: quo fit vt eadem causa sit & raritatis & motus sursum: sicuti eadem etiā est & densitatis & motus deorsum. ¶ In hoc textu inserit Boetius repetitionem illius similitudinis de circulo. Est tamen inutilis repetitio: que ab Auerroe creditur adiecta. Et ideo Vatablus & Argy. & alij merito eam pretermittunt.

Textus. lxxxvj. Nullatenus possibile est vacuum. Ex dictis igitur manifestū est: quod neque disgregatum est vacuum, neque simpliciter, neque in raro, neque potentia, nisi quis velit omnino vocare vacuum, causam lationis, sicut autem ipsius grauis, aut leuis materia quatenus huiusmodi erit vacuum. Densum enim & rarum, secundum hanc contrarietatem, motus factiua sunt. secundū autē ipsum durum & molle, passionis & impassibilitatis, & non loco mutationis, sed alterationis magis. Et de vacuo, quomodo est & quomodo non est determinatum sit hoc modo.

Nullo mō est vacuū. ¶ In tex. deniq; 86. & postremo de vacuo sub forma epilogi concludit, nullatenus esse possibile vacuū: neque disgregatum. i. separatum, puta dimensiones neq; simpliciter sine aliquo prorsus corpore, aut dimensione, vt est vacuum extra celum: neque in raro. i. in corporibus vt efficiat raritatē neq; in potentia, nisi id ꝙ est causa mot⁹ sursū, aut deorsum velis apellare vacuum in potentia: nam isto mō nihil vetat, quomin⁹ materia. i. subiectum ipsum qd̄ est graue, aut leue dicatur vacuū. Rarū. n. & dēsum sunt in potentia ad duas cōtrarietates: nā rarū est causa leuitatis, densum vero grauitatis, & hac ratione rarum & densum sunt causa motus sursum & deorsum. Est item rarum causa, vt sit molle: & densum causa, vt sit durum: & secundum hoc rarū & dēsum non sunt causa motus localis, sed motus alterationis: puta passionis, aut impassibilitatis: nam molle facile patitur & corrumpitur durum autem, difficile. Sequitur. q. 3.

## DE TEMPORE. CAPVT. X.

Textus. lxxxvij. Consequens autem est ad ea quæ dicta sunt, aggredi de tēpore. primum autem bene se habet, dubitasse de seipso, & per exteras rationes, vtrum sit eorum quæ sunt an eorum quæ non sunt, dein de quę sit natura ipsius.

¶ Tertium membrum principale huius libri est de tempore: vt enim est locus mensura mobilis, ita & tempus est mensura motus: atque adeo post considerationem loci, & (quod eius contrarium est) vacui proxime subsequitur tractatus de tempore. Qui capitula continet quinque: textus autem secundum Commenta. quadraginta octo. In ca. hoc 10. quod in textus decem distinguitur, proponit opiniones extraneas cum suis qualibuscūque rationibus. Ait ergo cōsequens esse postea que dicta sunt de tempore disserere: primū quidem proponendo dubitationes, afferendoq; exteras rationes. i. dialecticas vt ait Cōmēta. que nō sunt physice: sed ꝓbabiliter cōtra veritatē dubitationē faciunt.

Textus. lxxxviij. Quod igitur omnino non sit aut vix & obscure, ex hisce aliquis suspicabitur. Aliud enim ipsius factum est, & non est aliud vero futurum est, & nondum est. Ex his autem, & infinitum & quod semper accipitur, tempus cōponitur. Quod autem ex ijs quæ non sunt componitur fieri non posse videtur vt possideat aliquando essentiam.

¶ Due sunt de tempore precipue dubitationes: altera de tēpore ipso, quod est ens successiuū, altera de instanti, quo partes eius copulātur. Facit ergo duas apparentes rationes, ꝙ tēpus nō sit: & deinde progreditur ad instans: & tertio disputat quid sit tempus. Prima ergo ratio in hoc tex. 88. est hec. Id cuius partes non sunt, nō est, nam totum ex partibus pēdet, ex quibus constat, partes autem tēporis non sunt: ergo nec tēpus est. Minorē probat: q: pars preterita temporis: iā non est: pars vero futura nōdum est: tēpus autem ex his tantum duabus partibus constat: nā nunc non est pars tēporis, vt statim dicturus est: ergo tēpus ipsum non est: aut saltem obscure est. i. vix intelligi pōt, quomodo sit

Ly,infinitum,adiectiuū est de ly,tempus,vt patet Græce,vbi vtrunque est masculini generis. Appellat autem tempus infinitum & quod semper accipitur, propterea quod (in eius opinione) est perpetuum.

Textus. lxxxix. Ad hæc autem: omnis rei partibilis si quidem, sit necesse est quando est aut quasdam, aut omnes partes esse. temporis autem, aliæ fuerunt, aliæ verò futuræ sunt, nulla autem est: cùm sit diuisibile. ipsum autem nunc: non est pars. nã & mensurat pars: & componi oportet totum, ex partibus. tempus autem, non videtur cõponi ex ipsis nunc.

¶Secunda ratio in textu. 89. eadem propemodum est. Cuiuscunque (inquit) rei partibilis. i. habentis partes necesse est quando talis res est: aut omnes eius partes simul esse, aut saltem aliquas. Ait omnes (vt inquit Themistius) propter res simpliciter permanentes vt corpus & linea: aliquam verò propter res quæ habent aliquam successionem: vt in comedia quando repræsentatur vnus actus: alius transiuit. Temporis autem nec omnes, nec aliqua pars vnquam est: ergo tempus non est. Probat minorem. Si aliqua pars temporis esset, maxime illud instãs præsens, quod vocamus, nunc, nam præteritas partes & futuras ostensum est iã modo non esse: hoc autem, nunc, non est pars temporis: ergo nulla pars temporis est. Minor vero probatur nam pars habet duas conditiones. s. quod est mensura totius (vt binarius est mẽsura. i. pars aliquota senarij) vel pars cõstans ex aliquotis (vt quaternarius est pars senarij) item componit totum. Instans autem non est mensura temporis, non. n. tempus est magnum vel paruum, quia habet plura vel pauciora instantia: cum quodlibet habeat infinita nec tempus, cum sit diuisibile, componitur ex instantibus, quæ sunt indiuisibilia.

Textus. xc. Amplius autem & ipsum nunc, quod videtur distinguere præteritum & futurũ, vtrum vnum & idem semper permaneat, an aliud fit & aliud nõ facile est videre. Si enim semper alterum & alterum est, nulla autem est earum quæ sũt in tempore alia & alia pars simul quæ non contineat, alia vero contineatur vt minus tẽpus sub maiore, ipsum autẽ nunc quod non est, prius autem fuit. necesse corruptum esse aliquando & ipsa nunc simul quidem inter se non erunt, corruptum autẽ esse necesse est semper prius. in seipso igitur corruptum esse, impossibile est: ex eo quia tunc est. In alio autem nunc, corrumpi ipsum prius nunc: non contingit. Sit enim impossibile contigua esse ad inuicem ipsa nunc vt punctum cum puncto. Si igitur in eo quod est consequenter, non corruptum est, sed in alio in mediis nunc quæ sunt infinita, simul erit. hoc autem impossibile est.

¶In tex. 90. arguit item probabiliter, quod nullum sit instans seu nũc. Et quãuis instãs videtur esse quid superius ad nunc (quod solum videtur designare nũc præsens) nihilominus accipit nũc generaliter pro instanti ea ratione qua est, vel fuit præsens. Ratio est hæc. Si esset nunc temporis vel illud esset idem numero per omne tempus, aut essent diuersa, neutrum istorum ergo nullum est nunc. Probatur minor. Si sunt distincta, tunc necesse est vt duo nunc non possint esse simul: nam duæ partes temporis esse nequeunt simul nisi cum vna continet, & alia continetur, sicut pars in toto: quemadmodum modo est hora tertia, & dies Iouis, & mensis septembris, Unum autem, nunc, non potest esse pars alterius cum omnia sint indiuisibilia. Tunc rursus. Si duo nunc non possunt esse simul, necessarium est, vt quando hoc est aliud prius fuerit corruptum impossibile autem est instans corrumpi: ergo non sunt distincta instantia. Minor suadetur sic. Instans aut corrumpitur quando est aut postquam fuit: non quando est: quia quod secnudum se totum est non corrũpitur nec corrumpitur quando non est quia maxime. A. instans corrumperetur in. B. instanti sequẽti: quod est impossibile: nam cum inter quæcũque instantia medient infinita, non potest. B. esse contiguum: & immediatum ipsi. A. & per consequens. B. non potest esse primum instans non esse ipsius. A. quod erat necessarium vt. A. corrumperetur in B. Concludit ergo quod si instans præteritum nõ corrumpitur in eo quod consequenter. i. immedietate sequitur (quia nullum est tale) sequitur vt nullo modo corrumpatur, & per consequens duo instantia manent simul: quod est impossibile. Ratio hæc solum adducitur probabiliter, & non demõstratiue nam instans corrumpitur. i. desinit esse, quando est per vltimum sui esse.

Textus. xcj. At vero, neque semper idem permanere possibile est. nullius enim diuisibilis finiti, vnus terminus est. neque enĩ si ad vnũ sit continuum: neque si ad plura: ipsum autẽ nunc, terminus est. & tempus est accipere finitum.

¶Alteram partem videlicet quod sit idem nunc, permanens per omne tempus reprobat duabus rationibus. Prima in hoc tex. 91. est huiusmodi. Nullius continui finiti esse potest vnus tantum terminus (neque si ad vnum sit constitutum neque si ad plura). i. neque si sit cõtinuum secundum vnam tantum dimensionem, vt linea: neque secundum plures vt superficies & corpus, linea. n. finita duo hæc extrema puncta: & superficies ad minus tres lineas: & corpus plures superficies: intelligitur. n. de quantitate cõtinua recta: nam supperficies circularis vnica linea terminatur. tempus autem est quid continuum & finitum: hora. n. dies, mensis, & annus tempora sunt finita: ergo ad minus necesse habent

vt

vt duobus, nunc terminetur, videlicet in preteritũ & in futurum.

Textus. xcij. ¶Amplius si simul esse secundum tempus, & neque prius neque posterius, in eodem esse & ipso hoc nũc sit, & si qua prius aut posterius in ipso nunc sunt simul erũt quæ ante decies millenos facta fuerunt annos, cum ijs quæ fiunt hodie & neque prius neque posterius vllum aliud alio. De ijs igitur quæ insunt ipsi. tot sint dubitata.

¶Secunda ratio est in tex. 92. talis. Idem est aliqua esse simul, & esse in eodem, nunc, nec, prius nec posterius: ergo si idem, nunc erat ante centum annos & ante decies millenos, quod modo est sequitur, vt res que tunc erant, & que nunc sunt dicantur esse simul, nec prius ille fuisse quam he: nam esse prius est esse in alio, nunc, precedenti hoc, quod modo est. Consequens tamen absurdissimum est dictu.

Textus. xciij Quid autem est tempus, & quæ ipsius natura, similiter ex traditis immanifestum est, & ex ijs quæ fuimus percurrentes prius. Nam quidam, vniuersi esse motum dicunt. Alij, spheram ipsam. Atqui circulationis etiam pars, tempus quoddam est, circulatio verò non. pars enim circulationis est quod acceptum est, sed non circulatio. Amplius autem si plures essent cœli, similiter esset & tẽpus cuiuslibet ipsorum motus. Quare multa tempora, simul.

Tres opiniones de tempore. ¶Post argumentationem ꝙ non sit tẽpus, neque instãs, disputat tertio inquirẽdo, quidnam sit tempus. De quare tres enarrat, ac refutat opiniones Ait ergo, ꝙ difficilem esse cognitionem temporis, constat ex his, que modo obijciebantur. Quidam n. dixerunt tempus esse motum vniuersi. Alij vero spheram ipsam. s. substantiam vniuersi. Alij autem idem esse tempus quod motus in genere. Primã opinionem redarguit duabus rationibus: dicebãt ꝙ em̃ isti ꝙ tempus est circulatio motus. Contra qđ arguitur. Si circulatio integra est tẽpus, fit, vt quecunq; pars circulationis sit proinde tempus: nam quecunque pars temporis est tẽpus. Si autẽ pars circulationis est tẽpus, & tẽpus est circulatio. quelibet pars circulationis est circulatio: quod est falsum: nam circulatio est motus ab aliquo puncto in idem. Rationem hanc. q. 4. examinamus. que certe non est demonstratio. Responderi. n. posset satis esse ad rationem temporis, ꝙ sit pars circulationis. Secunda ratio est. Si tempus idem est quod motus circularis celi, fit, vt si essent plures celi, plura essent tempora: quod tamen est falsum imo, vt bene ait Philoponus, quamuis per impossibile plures essent celi eiusdem magnitudinis & velocitatis & plures mundi, qui mouerentur eodẽ motu, quo iste noster, non essent plura tempora, sed idem dies mensis & annus esset in omnibus: vt questione quarta vberius explicamus

Vniuersi autem sphæra: visa est quidem dicentibus esse tempus. quia & in tempore omnia sunt: & in ipsa vniuersi sphæra. Est autem stultius ꝙ dictũ est, quam vt de eo impossibilia consideremus. Textus. xciiij.

¶Secũdã opinionẽ dicentiũ spheram vniuersi esse tẽpus: siue intelligas vniuersum ipsum, siue primũ mobile dicit adeo esse stultã, vt superuacaneũ sit inconuenientia eius recẽsere. Persuadebãt em̃ sibi spherã primã esse tẽpus hoc paralogismo. Omnia corporalia sunt in tẽpore, oĩa sunt itidem in prima sphera: ergo pria sphera est tẽpus Qui quidẽ paralogismus primo peccat in equiuoco equiuoce em̃ sunt corporalia in sphera & in tẽpore: in illa em̃ sunt tanquã in loco: in hoc vero: tanquã in mẽsura durationis. Secundo quia cõcludebat in secũda figura ex puris affirmatiuis: vbi mediũ nõ distribuitur. Et ꝙ illa opinio esset manifeste stulta; patet, vt ait Themistius: quia sphera vniuersi est ens permanens: tempus vero: ens successiuum.

Postquam autem videtur maximè motus esse ac mutatio quędam, tempus hoc considerandum erit. Vniuscuiusq; igitur mutatio & motus: in ipso quod transmutatur est solum, vbi fuerit ipsum quod mouetur & transmutatur: tempus autem, similiter & vbique, & apud omnia est. Textus. xcv

¶In tex. 95. refellit tertiã opinionẽ. si modo tñ cuiuspiã fuerit. s. tẽpus idẽ esse qđ motꝰ. Differt opinio hec a prima ꝙ illa ponebat tẽpus solũ esse motũ primi mobilis: hec vero motũ in gñere: vt vniuscuiusque rei motus esset tẽpus. Qđ aũt tẽpus sit motꝰ, quãuis sit falsum, est tñ vero simile & ideo prius duabꝰ rõnibus probat ꝙ non est motꝰ, ac deinde tertia ꝙ non est sine motu. Prima est. Motꝰ vniuscuiusq; est subiectiue in ipso qđ mouet, aut in eodẽ loco. S. Tho. interpretat primã particulã alludere ad motũ alterationis & augmentationis, secũdã vero ad motũ localẽ in loco: nõ ꝙ motꝰ localis non sit subiectiue in mobile perinde vt alij motus: sed ꝙ motꝰ localis dicitur motus in loco. vel forte vt Themisti. & Philopo. aiũt particula disiũctiua accipit pro copulatiua: vt sepe fit Grece. Vt sit sensus ꝙ motꝰ in eo qđ mouet & non alibi. Tẽpus vero nõ est in rebus que mouẽtur: qꝛ vnum & idẽ vniformiter est in omnibus: eosdem enim numero annos ego habeo & quicunque natus est qñ ego: & eandem numero horam legimus qui hora tertia legimus: ergo tempus non est idem quod motus.

Amplius autem, mutatio quidẽ omnis velocior aut tardior est. tempus autem non est. tardum enim & velox tempore diffiniuntur. Velox enim est quod in pauco, multum mouetur. Tardum autem, quod in multo, parum. Tẽpus autem non definitur tempore neque quo quantum quid est. neque Textus. xcvj

quo

quo quale. Quod igitur non est motus manifestum est. Nihil autem referat nobis dicere in præsentia, motum aut mutationem.

¶ In text. denique. 69. & postremo addit secundam rationem. Omnis motus est velox, aut tardus: atque adeo magis, aut minus tardus: non solum in his inferioribus, sed etiam cęlorum aliud alio velocius mouetur, tempus autem nec tardum dicitur nec velox: ergo motus non est tempus. ¶ Probat minorem quia tardum inquit & velox tempore diffiniuntur. velociter enim id mouetur, quod paruo tempore longum spacium percurrit: tarde vero quod longo tempore transit paruum: ergo tempus vniforme est idem vbique alias non esset mensura velocitatis & tarditatis. Et hoc est quod subdit [scilicet quod tempus quantum sit aut quale nõ diffinitur tempore] non. n. dicimus dies vernos longiores esse hyemalibus, quia maiori tempore durant: quinimo idem est prorsus esse maiores dies & esse maiora tempora. Nec diffinimus Maium esse mensem meliorem Februario, quia est melius tẽpus, esset enim idem per idem diffinire. Si ergo quantitas & velocitas motus diffinitur tempore, non autem quantitas temporis recte concluditur tempus non esse idem quod motus, et ibi (vt solet) secat Commentator textum. 67. Ait vero Aristo. quod ea ratione qua tẽpus nõ est motus, neque est mutatio: qualis est generatio.

## QVO DEFINITVR quid sit tempus.

## CAPVT. XI.

Textus. xcvij.

AT vero, neque sine mutatione. cum enim ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam, aut latet nos mutari: non videtur nobis fuisse tempus, sicuti neque ijs qui in Sardo fabulose dicuntur dormire apud Heroas: cum fuerint experrecti. Copulant enim primum nunc posteriori nunc, & faciunt vnum remouentes propter insensibilitatem medium. Vt igitur, si non esset alterum nunc sed vnum & idem, non esset tempus: sic & quando latet alterum esse, non videtur quod medium est esse tempus. Si igitur vt non putemus esse tempus, nunc accidit nobis, cùm non diffinimus vllam mutationem sed in vno & indiuisibili videtur anima manere, cùm autem senserimus, ac diffiniuerimus, tunc dicimus fuisse tempus: manifestum est quod non est sine motu ac mutatione tempus.

¶ In capite. 11. textibus vndecim distributo, pręmissa iam recitatione contrariarum opinionũ diffinire primum intendit, quidnam sit tempus ac deinde quid sit nunc temporis. Et ideo in has duas partes capitulum secatur. At quia motus & tẽpus res sunt affinitate cõiunctę, & probauerat motum non esse tempus, pręmittit subinde quasi prooemium dicendorum: nec tempus esse sine motu, nec motum rursus sine tempore: idque ostẽdit hac ratione. Tempus non cognoscimus, nisi per cognitionem motus: ergo tempus non est sine motu: nã sicut res se habent ad cognitionem, ita se habent ad esse. 2. meta. tex. 4. Añs manifestat exemplo dormientium: cum. n. quispiam in tenebris profundo prolixoque somno captus nullum percipit motum fit vt postmodum excitatus coniungat instãs, quo expergiscitur, instanti, quo dormire ceperat & ideo nullum cognoscit transisse tempus: aut non quantum transiuit. Et hoc est quod ait (cum ipsi nihil mutamur secundum intelligentiam). i. quamuis nos semper in rei veritate mutemur, si tamen nõ intelligimus mutari motu aliquo, nõ percipimus tempus: sed tamen quamprimum sentimus motũ statim cognoscimus tempus. ¶ Adducit exemplũ fabulę apud Sardos. Refert Simpli. cum capta fuit a Grecis Sardus insula inuenta illic fuisse cadauera nouem filiorum Herculis, balsamo alijsque aromatibus sic condita vt non mortuorum sed dormientium prorsus imaginem exhiberent: hos incolę heroes dormientes appellabant colebantque vt deos. Horumque meminisse hic (ait) Phi. Philosop. vero commemorat ad huiusmodi Heroes in more fuisse deferri infirmos sanitatis causa: qui cum dęmonum incantationibus tres, aut quatuor dies sopore velut dormiẽtes attoniti essent, postea excitati putabant nullum prorsus tempus transisse sed eadẽ hora cepisse & finisse somnum. Alij nescio quos homines fabulabantur tredecim millia annorum dormisse. Est bonum argumẽtum. Nã si propterea quod non percipimus motum non percipimus tempus, signum est quod si in rei veritate non esset motus non esset tempus. Dormientium fabulę.

Quod igitur neque motus neque sine motu tempus est manifestum est. Accipiendum est autem, quoniam quęrimus quid est tempus, hinc incipientibus: quidnam ipsius motus sit simul enim motum sentimus, & tempus. Etenim si sint tenebræ, & nihil per corpus patiamur motus autem quidam in anima insit: confestim simul videtur quoddam fuisse & tẽpus. At verò & cum tẽpus videtur fuisse aliquod, simul & motus quidam fuisse videtur. Quare aut motus, aut aliquid: est tempus. Cùm igitur non sit motus, necesse est

motus

motus aliquid esse ipsum.

¶ Postquam constitutum est tempus & motũ subiecto esse coniũcta, vt neutrum sine altero esse valeat, prosequitur inuestigare: quidnam tempus sit ipsius motus. Et intentio eius est, ꝙ tempus sit numerus motus secundum prius & posterius: & intelligitur de regularissimo motu primi mobilis. Repetit autem in hoc tex. 98. amplius explicare affinitatem temporis & motus. Cum.n. dixerat tẽpus non cognosci, nisi per motum subdit, ꝙ non est necessaria cognitio motus corporei ad cognoscendum tempus: sed satis est si cognoscamus nostrarum successionem mentalium cogitationum. Si enim quis in tenebris corpore quietissimus nullum in se, aut extra se corporeum motum experiens aliquid meditetur successione meditationis percipit tempus transisse. ¶ Nec solum tẽpus per motum cognoscimus, verum & econuerso per tempus venimus in cognitionem motus. Quemadmodum.n. qui aliqua dulci contemplatione, aut studio delectatur, eo ꝙ non sentit laborem motus, nõ cognoscit quantum tempus studuit, ita ecõtrario infirmi qui grauiter ferunt motum febris, putant maius tẽpus trãsisse, quam transiuit & ideo neutri bene iudicant tempus per motum: sed vtrique econtrario per tempus cognoscunt, quantum motũ passi sunt: vt cum hora sonat qui dulciter studet intelligit plus studuisse, quã putarat: & febricitãs minorẽ motũ febris transisse, quam crediderat. Cõcludit ergo, ꝙ si adeo sunt coniũcta tempus & motus, fit vt tempus vel sit motus, vel aliquid eius: & cum non sit motus, sequitur vt sit eius aliquid: puta aut pars eius, aut accidens, aut quiduis aliud.

Textus. xcix, Cum autem quod mouetur, moueatur ex quodam in quoddam, & omnis magnitudo continua sit, sequitur magnitudinem, motus. Quia enim magnitudo cõtinua est, & motus est cõtinuus. Quia vero motus & tempus, quantus enim motus est tantum & tempus semper videtur fuisse. ¶ Prius autem & posterius, in loco primum sunt. hic quidem: positione. Quoniam autem in magnitudine est prius & posterius: necesse est & in motu esse prius & posterius proportionaliter iis quæ sunt ibi. At verò & in tempore est prius & posterius, prpoterea quod alterum sequitur semper alterum ipsorum. ¶ Est autem prius & posterius ipsorum, in motu. Id quidem quod est, motus est esse tamen ipsi, alterum est, & non est motus.

¶ Postquam constitutum est, tempus esse, aliquid ipsius motus ad rem propius accedens Ph. ostensurus tempus esse numerum motus secundum prius & posterius, prænotat, qua ratione in tempore sit prius & posterius. Et quia tempus non haberet prius & posterius, nisi esset quantitas continua (numerus.n. decem hominum, aut lapidum non dicit alium alio esse priorem, aut posteriorem) manifestat, quomodo tempus sit quantitas cõtinua. Tria .n. sunt continuorum genera. s. magnitudo, motus & tempus. Atqui vt continuitas magnitudinis causa est continuitatis motus, ita continuitas motus causa est continuitatis temporis. exempli gratia. Motus non est nisi transitus ab vno termino in alium: [quod quamuis verum habeat in motu etiam alterationis & augmentationis, oculatius tamen inspicitur in motu locali) & ideo motus sequitur magnitudinem: nẽpe vt ex eo ꝙ mobile prius attingit priorẽ partẽ spacii [.s. sibi propinquiorem] quã posteriorẽ illi continuã, motus ipse habet partes continuas [qr vero motus ].s. est cõtinuus [& tẽpus].s. est cõtinuũ. Nam quantus est motus, tñ est tempus. Loquitur enim semper de motu regulari primi mobilis, vbi quanta est portio motus, tñ est tempus. Nam de his inferioribus iam dixerat tex. 96. ꝙ motus velocior breuiori tempore pertransit tñ spacium quãtum motus tardus in maiori tẽpore. Est certe deductio pulchra vt non aliunde sit actio cõtinua, nisi qr magnitudo est continua & qr actio est continua: aggregatũ ex priori & posteriori in quo ratio tẽporis consistit, sit etiam cõtinuũ. ¶ Post hęc cõfestim explicat differentiam inter rationes prioris & posterioris horum trium. Ait enĩ ꝙ prius & posterius in loco per quẽ mobile mouet est secundum positionẽ & situm partiũ. In magnitudine enim quam habes ante pedes iacẽtem, prius & posterius accipitur respectu tui, vt qđ est tibi ꝓpinquius, sit prius: ꝙ vero magis distat sit posterius: sicut dextrum est, quod habes ad dexteram: & sinistrum, quod habes ad sinistram. In motu vero quia nõ est ens permanẽs, nõ est per se prius & posterius positione: sed proportionabiliter. i. per respectum ad magnitudinẽ vt illa pars motus sit prior, qua transitur prima pars magnitudinis: illaq; posterior, qua transit posterior. At vero in tempore erit prius & posterius, propterea quia alterum sequitur alterum. i. quia tempus insequitur motũ & econuerso. ¶ Subiungit tandem verbum attentione dignum ad intelligentiam temporis dicens ꝙ prius & posterius ipsorum. s. motus & temporis est quidem in motu (: Nam id quidem quod est motus est ). i. prius & posterius ipsius motus non est res distincta a motu, sed eadem res, quę est motus (esse autem ipsi, alterum est.) Diffinitio autem alia est motus, & alia prioris & posterioris: etenim queadmodum prius & posterius in magnitudine, non est res distincta a magnitudine, sed situs partium magnitudinis nihilominus alia est diffinitio magnitudinis & alia situs, quę sunt distincta prędicamenta, ita prius & posterius in motu: idem est realiter cum motu: nam sunt partes eius: differũt tñ diffinitione: quia motus est actus entis in potentia. in qua diffinitione non fit mẽtio prioris, aut posterioris pręteriti ve, aut futuri: tẽpus autẽ essentialiter est duratio illa & mora motus. Tẽpus nõ ẽ alia numero res a motu.

At vero & tempus quidem cognoscimus: cum diffiniuerimus motum, prius ac posterius diffinientes. atque tunc dicimus fuisse tempus quando prioris & posterioris in motu, sensum ceperimus Text. c.

mus. Determinamus autem aliud & aliud existimando ipsa, & medium quippiam inter ipsa alterum. cùm enim extrema altera à medio intellexerimus, duoque dixerit anima, ipsa nunc, hoc quidem prius, illud vero posterius: tunc & hoc dicimus esse tempus. Quod enim determinatur ipso nunc: tempus esse videtur & supponatur.

¶Subsequenter in hoc tex. 100. differentiam aperit inter tempus & motum: dicēs, q tempus sequitur motum, non inquantum motus est actus entis in potentia (.i. actio quędam incepta quę nondum venit ad terminum) sed inquantum in motu sunt signabilia duo, nunc, aliud prius & aliud posterius. s. pręteritum & pręsens. Quod demonstrat hoc signo, quia tunc cognoscimus esse tempus, qn̄ rationem prioris & posterioris percipimus in motu, alias minime. vt superiori dormientium exemplo ostensum est. At vero quia paulo antea determinauerat tēpus esse quantitatem cōtinuam, partes vero quantitatis continuę non sunt duo in actu (quia non sunt actu separatę) subdit q prius & posterius in tempore, quanuis sint continua: tamen anima per operationem intellectus facit illa esse duo. Non q tempus sit ens rationis solum habens esse per operationē intellectus [est enim ens reale] sed numerat vt duo illa quę sunt partes eiusdem continui. Tunc igitur cum numerat illa duo & medium sentit inter illa, congnoscit tempus. Id. n. [inquit] qd determinatur & itercipitur iter duo nūc, est tēpus: vt confestim vberius patebit.

Text.cj. Quando igitur tanquā vnum, ipsum nunc sentimus: & non aut prius & posterius in motu. aut vt idem quidem nō autem prioris & posterioris cuiusdam: non videtur tempus fuisse vllum quoniam neque motus. Cùm autē prius & posterius est: tunc dicimus tempus. Hoc enim est tempus: numerus motus secundum prius & posterius. Nunc ergo motus, tempus est: sed quatenus numerum habet motus.

¶In tex. denique. 101. concludit diffinitionem temporis ea quę dicta sunt explicatius declarando. Quod. n. affirmatiue dixerat, tunc nos cognoscere tempus, quando duo, nunc, terminantia aliquā successionem percipimus. subdit negatiue quando & quomodo tempus non sentimus. Est tamen textus hic amphibologicus. S. Tho. exponit sic, q non nisi vno modo cognoscimus tempus. s. cognoscendo duo: nunc: terminantia aliquam successionem. Et ideo existimat q excludantur duo modi a ratione temporis. s. quando percipimus duo nūc tanquam vnum non percipiendo medium motum inter illa, vt est in exemplo dormientium: aut quando cognoscimus vnum nunc, pręsens tanquam finem prioris temporis & initium futuri: tunc [inquit] non cognoscimus tempus. Et hęc expositio consona est textui supra proximo. Nihilominus contextui huius literę: nescio an magis congruat alius sensus Themistij & Philoponi: nempe q dupliciter cognoscimus tempus. s. aut cognoscendo duo nūc tanquā extrema vnius successionis, aut cognoscēdo vnū nūc tanq terminū prioris, & initium posterioris. Nam etiam isto modo cognoscimus tempus, vt pote pręteritum & futurum. Et ita intelligēda esset tunc litera. s. q si non cognoscamus, vel medium inter duo, nunc vel vnum, nunc, tanquam continuatiuum prioris & posterioris, non cognoscimus tempus, si tamen cognoscamus: vel mēdium inter duo, nunc, vel duo extrema eiusdem nunc cognoscimus tempus. Sed si sentiamus solū nunc pręsens absolute non considerando q est terminus pręteriti & initium futuri, non cognoscimus tempus. Est ergo tempus numerus motus secundum prius & posterius. Diffinitio hęc amplius explicatur. q. 4. interim autem satis est si exemplo intelligatur. Numerus. n. dierum, aut horarum, aut morarum quaruncunque (quibus pro indiuisibili mensura vtimur) per quas durat successio motus, est tempus. Diffinitio temporis.

Signum autem est plus enim & minus discernimus numero motum autē plurem & minorem, tempore. Numerus itaque quidam tempus est. Tex.cij.

¶Quoniam autem numerus est duplex (etenim quod numeramus ac numerabile, numerum dicimus & quo numeramus) tempus est quod numeratur non quo numeramus. est autē alterum quo numeramus: & quod numeratur.

¶Duę sunt particule huius text. 102. in prima, signo quodam a posteriori probat tempus esse numerum: nam cum numerus sit quantitas discreta tempus vero sit continua, dubium esse poterat. Ratio est hęc. Id quod certificamur de quantitate alicuius rei est numerus [metimur. n. quantum sit stadium numero passuum: aut pedum: & pānum metimur vlnis] tēpus autem est id quo metimur motum (dicimus. n. tot horas orasse quēpiam, aut scripsisse: aut tot vixisse annos) ergo tempus est numerus. In secunda particula explicat quisnam numerus sit tempus. Est. n. duplex numerus. s. materialis & numeratus, vt decem homines, aut decē lapides quę sunt de pręidicamento substantię: numerus vero formalis quo numeramus est aggregatum ex vnitatibus: vt intellectu abstrahitur ab hoc & illo subiecto. Et hoc modo est de pręidicamento quantitatis: hoc. n. modo eiusdem rationis est denarius lapidum & hominum. Unde numerus numerās & numeratus sola ratione differunt, sunt enim eędem vnitates. i. quantitates rerum consideratę, aut concretę in subiecto, aut abstractę per intellectum ab hoc & illo subiecto. Dicit ergo q tempus non est numerus formalis quo numeramus: alias sequeretur q numerus quaruncumq rerum etiam permanentium vt lapidum esset tempus: quia numerus formalis, quo, eiusdem rationis est omnibus rebus. Est ergo tempus numerus numeratus, puta partes illę prior & posterior Numerus duplex.

in

in successione motus. Unde quẽadmodum decem vlnę panni sunt vna res continua, sed sunt decem vnitates quibus mẽsuratur, ita numerus prioris & posterioris est tempus quatenus horis, aut diebus metimur motum. An vero tempus sit res distincta a motu necne, quęstione id quinta disputamus.

Textus. ciij. Et vt motus semper alius est & alius sic & tempus. Tempus autem simul omne, idem est. nam ipsum nunc idem est, secundum id quod est, esse autem ipsi, alterum est.

¶ Postquam diffinitum est: quid sit tempus: procedit in hac secunda parte textus, vt ostendat, quęnam res sit nunc temporis, seu instans temporis. Quod pro eodem semper accipito. Utrum videlicet vnum idemque numero fluat per omne tempus an diuersa sibi succedant, hoc.n. in dubium reuocauerat supra tex. 90. Proponit ergo in hoc tex. 103 conclusionem hãc. Nunc tẽporis est idem secundũ rem fluens per omne tempus, ratione tñ differt & est plura, secũdum ꝙ idẽ consideratur secũdũ successionem motus tanquam alterum & alterũ: puta vt pręteritum, presens, aut futurum. Ait ergo, ꝙ vt motus est semper alius & alius [est.n. successio mobilis aliter & aliter se habẽtis respectu loci] ita & tempus, quia realiter idem est ꝙ motus: semper est aliud & aliud. Attamen tempus omne simul.i. secundum omnes suas partes est eadem res, quia est realiter idem nunc.s. eadem existentia mobilis (Esse autem ipsi alterum) .i. ipsum autem numeratione & diffinitione differt a successione temporis: hoc autem non immoramur explicare: quandoquidem Aristo. se ipse continuo explicat.

Textus. ciiij. ¶ Ipsum autem nunc, tempus metimur quatenus prius est atque posterius. Ipsum autem nunc, est quidem vt idem est verò vt non idem. Quatenus enim in alio & alio est diuersum est. hoc autem: est esse ipsi nunc. quatenus vero est id quod est, ipsum nunc, idem est. sequitur enim (vt dictum est) magnitudinem motus. hunc autem, tempus, vt diximus & similiter igitur punctum: id quod fertur quo motum cognoscimus & prius in ipso & posterius. hoc autem secundum id quidem quod est: idem est. punctum enim, aut lapis, aut aliquid eiusmodi: est. ratione autem aliud est. sicut Sophistæ accipiunt esse diuersum: Coriscum in Lycio esse, & Coriscum in foro. & hoc igitur, ex eo quia alibi & alibi est diuersum est. ¶ Ipsum autem nunc, sequitur id quod fertur, vt tempus motum. eo enim quod fertur cognoscimus prius & posterius in motu. quatenus autem numerabile est prius & posterius: ipsum nunc est. Quare in his, id quidem quod est nunc, est idẽ. prius enim aut posterius est quod in motu est. ipsum autem esse alterum. Quatenus enim numerabile est prius & posterius, ipsum nunc est. & motum maxime, hoc est. etenim motus est: per id quod mouetur. & latio per id quod fertur. Hoc aliquid enim est id quod fertur, motus autem, non. Est igitur vt idem ipsum nunc dictum semper, est autem, vt non idem. etenim similiter & quod fertur.

¶ Subsequenter textu. 104. manifestam facit conclusionem. Ad euidentiam tamen huius textus qui lubricus ac difficilis est, notandum est ꝙ siue quantitas, & punctum distinguatur a re quanta siue non imaginandum est, ꝙ si punctum trahatur per aliquam planiciem, vestigium illius est linea: & ideo ad imaginationem ex pũcto eodem numero indiuisibili fit magnitudo. Et quia continuitas motus resultat ex continuitate magnitudinis, per quam res mouetur, ex priori & posteriori in magnitudine cognoscimus prius & posterius in motu. Demus ergo, vt id quod mouetur & fingitur esse punctum, sit lapis. Cognoscimus tunc prius & posterius in motu propterea quod eadem res aliter & aliter se habet in diuersis partibus spacij, vt existentia mobilis in priori parte spacij sit prius in motu, existentia vero in posteriori parte sit posterius. Illud autem prius & posterius in successione motus est tempus. Et ideo naturam ipsius, nunc, explicat Aristoteles per similitudinem ad punctum: quod sicut punctum vnum fluens facit magnitudinem, ita ad imaginationem vnum nunc, puta vna eademque existentia mobilis quatenus fluens secundum prius & posterius, facit tempus. Quocirca quemadmodum motus sola ratione prędicamentali differt a mobili, vt libro. 3. quęstione. 2. dicebamus, ita tempus sola ratione differt a motu primi mobilis, vt hic quęstione. 4. opinamur. ¶ Litera vero fere syllabatim est enarranda. (ipsum autem nunc, tempus metitur: quatenus prius est atque posterius) Hoc videtur contradicere ei quod dixerat textu. 89. scilicet nũc non esse partem temporis, quoniã nõ est eius mensura. Nulla est tamen contradictio: vt enim pũctum, quia est indiuisibile, in se consideratum non est pars lineę, nihilominus ex fluxu ipsius resultat linea, ita instans indiuisibile non est

pars temporis:nihilominus ex fluxu illius imaginatur relinqui tempus. Et ideo licet simpliciter consideratum non sit mensura tēporis,tñ consideratum vt fluens secundum prius & posterius est mensura temporis. Et quanto per maius spacium decucurrit primum mobile maius fuerit tempus. Ob idq; subdit q (ipsum nunc est quodammodo idem in toto tempore, quodammodo diuersum. Quatenus.n.in alio est).i.quatenus existentia mobilis est in alio & alio loco sunt plura nunc diuersa ratione.Et[hoc est esse ipsi nunc].i.ratio & quiditas ipsius nunc in hoc consistit, q aliter & aliter se habeat mobile:nam si nullus esset motus,sed esset solus deus,qui est immobilis, nullum esset tempus,nec nunc temporis:sed ęternitas (quatenus vero &c.).i.si ipsum instans cōsideretur quatenus est res quędam, est vnum & idem in toto tempore: nam est vna existentia eiusdem primi mobilis.Ad cuius intelligentiam subdit q motus sequitur magnitudinem:motum autē sequitur tempus.i. tempus est prius & posterius in motu,prius autem & posterius in motu consequitur ex hoc q mobile aliter & aliter se habet in priori & posteriori parte magnitudinis:nam [similiter ]inquit vt punctum (aut lapis) quod fertur per magnitudinem est id per quod cognoscimus motum ,ita idem est per quod cognoscimus tempus]. Nempe vt sicut vnum & idem mobile realiter manens consideratur vt diuersa secundum q aliter & aliter se habet in magnitudine,ita instātia ipsa sunt realiter idem.s.eadem existentia considerata vt prius est in vna parte durationis postea in alia. ¶Subdit exemplum de Corisco.Arguūt enim sophistę,esse in foro aliud est q esse in Lycio.(gymnasiū erat Ari.) sed Coriscus q est nunc in foro alius est a corisco quiesit in Lycio. Si enim concluditur q est alius in re,male concludunt:bene tamen inferunt q sit alius ratione.

¶Subiungit[ipsum autem nunc,sequitur &c.Arguit a commutata proportione ] Sicut mobile se habet ad motum;ita nunc, se habet ad tempus ( nā sicut mobile aliter & aliter se habens secundū priorē & posteriorē partē in spacio facit motum ,ita & nunc aliter taliter se habens secundū prius & posterius durationis facit tempus ) ergo sicut se habet tempus ad motum ita se habet nunc ad mobile periñde acsi diceres sicut sex ad tria ita quatuor ad duo ergo sicut sex ad quatuor,ita tria ad duo:sed mobile vnum idem secundum rem aliter : & aliter se habens est motus:ergo & nunc vnum & idem secundum rem.s.vna existentia mobilis ratione differens vt numeratur tanquam ratione plura secundum prius & posterius est tempus. Cōcluditur ergo q in his.s.in motu & in tempore , id quidem qd est nunc & mobile vna res est esse autem est alterū .i.differunt ratione nunc & pręteritum & nunc pręsens:sicut mobile in priori parte spacij & idem in posteriori. ¶Illic autem (quatenus enim)quia dixerat per mobile nos cognoscere motum,sicut per nunc cognoscimus tempus:& mensura notior esse debeat mensurato,ait q mobile cū sit hoc aliquid .s.quędam substantia notior est quam motus qui est quoddā eius accidens minimę entitatis vt pote quod non est nisi in fieri : & ideo per mobile aliter se habens in partibus spacij cognoscimus motum. Et pariter per nunc quod notius est quam tempus.s.per existētiam mobilis prius in vna parte quā in alia cognoscimus tempus.Et ita tandem concludit q quēadmodum mobile est quodāmodo idem.s.re diuersum tamen ratione,ita & nunc.

Manifestum est autem , quod & si tēpus non sit:ipsum nunc non erit:& si ipsum nunc non sit,tempus non erit. Vt enim simul sunt,id quod fertur,& latio sic & numerus eius quod fertur,& mutationis.¶Tempus enim est, loci mutationis numerus. ipsum autem nunc est vt quod fertur.vt vnitas,numeri . & continuum tempus est, ipso nunc: & diuiditur secundum ipsum nunc,sequitur autem hoc:loci mutationē , & id quod fertur.Etenim motus & loci mutatio vna est. ipso quod fertur, quia vnum :& non secundum id quod est(etenim deficeret)sed ratione. Et disterminat priorem & posteriorem motum hoc.Sequitur autem & hoc quodammodo: pūctū etenim pūctum,& continuat quodammodo lōgitudinem , & disterminat.est enim huius quidem , principium, illius vero,finis. Tex.cv.

¶Ex his quę modo dicta sunt,infert proprietates quinq; ipsius, nunc. Prima est q quoticscunque est aliquod instās,tunc verum est dicere, q est tempus:& ratio est quia nunc & tempus dicuntur ad cōuertentiam : sicut mobile & motus. Et enim sequitur, motus est ergo mobile mouetur: & ecōuerso,mobile inquantum mobile est : ergo motus est, (nam ratio mobilis exercetur in motu ) ita sequit, tempus est : ergo nunc temporis est coniungens pręteritum cum futuro : & econuerso sequitur instans est ergo tempus est : nam nunc cōnotat continuationem durationis pręteriti cum futuro : et ideo existentia Dei vbi nō est pręteritum & futurū nō est nunc tēporis,sed ęternitas:vt.q.4.latius explicamus.Deinde comparat tempus motui locali eo q omnium sit motuum manifestissimus. ¶Unde in quatuor comparantur nunc temporis & mobile.Primum est:q nunc se habet in tempore , sicut mobile in motu.vt iam supra dictum est : nam sicut fluxus mobilis est motus , ita fluxus instātis est tēpus.Secundū est:q nunc se habet vt vnitas numeri : nam licet prius & posterius in motu( quę sunt tempus)sint continua , numerantur autē per modum plurium:quoniam vnum, nunc, puta existentia in hac parte spacij habet se sicut vna vnitas & existentia in alia parte,sicut alia vnitas. Tertiū est: q partes temporis continuantur ipso nunc:& pręterea quarto diuiduntur etiam ipso nunc:quēadmodum & partes motus continuantur & diuidū tur quodammodo ratione mobilis. Si enim non esset vnum numero mobile,quod mouetur ,non esset idem motus:vt si vsque ad certū punctum moueretur.a.& inde moueretur.b.non esset idem motus in.a.& in.b.& pariter si idem instans non coniungeret pręteritum cum futuro , non esset vnum tēpus.Et rursus quēadmodū idem mobile existēs in hoc pūcto spacij disterminat,& seiungit pręteritam

Comparatio ipsius nūc ad mobile.

tam & futuram partes motus, ita & idem, nunc, discernit elapsum tempus à futuro. Quatenus ergo est finis vnius, & principiũ alterius, habet vtrunque .s. ꝙ distinguat inter preteritũ, & futurũ: & rursus ex ambobus & faciat vnum tempus continuũ. Queadmodum punctum medium magnitudinis vtrũq; facit .s. distinguit inter medietatem priorē, & posteriorem, & copulat ambas. Ait autem, ꝙ loci mutatio est vna ab vnitate mobilis: quia scilicet mobile est vnum. Non (inquit) eo ꝙ est vnũ sc̃dm rem; sed secundum rationem, id est, inquantũ vnum ea ratiõe, qua mouetur. Etenim si quod mouetur, deficeret id est cessaret, & postea inciperet moueri nõ esset idem motus, quia non maneret idem .i. sub eadem ratione mobilis, licet maneret eadem substantia. Alludit ad graue proiectum sursum, quod in puncto reflectionis quiescit: & ideo ascensus, & descensus non sunt idem motus.

Textus. cvj. Sed cùm sic quidē accipiat aliquis, tanquam duobus vtens vno: necesse est stare, si erit principiũ & finis, idem punctus. ipsum autē nunc: ex eo quia mouetur id quod fertur, semper alterum est. ¶ Quare tempus numerus est, non vt ipsius puncti, quia & principium & finis est. sed vt vltima ipsius lineę magis, & non vt partes, & propter id quod dictum est. medio enim puncto, tãq̃ duobus vtimur. Quare, vt quiescat, accidit.

¶ Cum hactenus perseuerauerit in cõparatione, nũc, tēporis ad punctũ magnitudinis, manifestat iam modo quomodo teneat comparatio, quomodo que non teneat. Punctum eñ considerat vt principium & finis quatenus cõtinuat partes eiusdem lineę: & in hoc assimilatur ei nunc. Potest etiam considerari tanꝙ finis vnius motus, & initiũ alterius discontinui, tãquam actu intersecans duos motus per quietē: vt si graue proijciatur sursum, ascendet vsq; ad certũ punctũ, & inde recidet. In quo puncto reflectionis (ait) necesse est mobile stare .i. quiescere: nam in illo puncto est primum non esse ascensus, & vltimum nõ esse descensus. Et neq; in hoc est dissimilitudo inter punctũ, nunc: quia pariter in eodem, nunc temporis interciditur motus. Sed vult dicere Arist. ꝙ quando dicimus tempus esse numerũ motus, intelligitur numerus eiusdē motus cõtinui, quia tēpus est adeo continuum, vt naturaliter intercidi non possit: vt .s. imaginetur idē nunc fluens, quod prius fuit initium diei, aut horę, & postea est finis eiusdem. Et hac (inquit) ratione ipsum nunc, quatenus facit tempus, non est cõparandum ad punctum, quatenus est principium & finis diuersorum motuum discõtinuorum, sed ad duo puncta distincta, quę sunt extrema eiusdem lineę: nempe vt ex ductu talis puncti resultat vna continua linea. ¶ Subijcit autem obiter, ꝙ puncta extrema eiusdem lineę non sunt partes lineę, sicut nec nunc sunt partes temporis.

Textus. cvij. Et insuper manifestum est, ꝙ neque pars est ipsum nunc, temporis, neque diuisio, motus: sicut neque puncta ipsius, lineæ. lineæ eñ duæ: partes vnius sunt. Quatenus igitur terminus est ipm nũc: non est tempus, sed accidit. Quatenus verò numerat, numerus, termini enim illius solùm sunt: cuius sunt termini. Numerus autem horum equorum, denarius scilicet: & alibi est. Quod igitur tēpus numerus motus est secũdum prius & posterius, & continuum (nam continui est) manifestum est.

¶ In textu. deniq;. 107. & postremo huius capitis, explicatius manifestat qđ dixerat: videlicet, nunc temporis non esse partem temporis. At enim (inquit) punctum non est pars lineę, nec diuisio motus .i. illud quod secernit pręcedētem partē actionis cum sequente (quod appellant, mutatum esse) est pars motus; ita neq; instans est pars tēporis: sed continuet partes tēporis, tanquã finis vnius, & initium alterius. At vero quia numerus est mensura omnium, quę numerantur ab illo (sicut vna vlna lignea est mensura omnium, quę illa mensurantur) instans autem tēporis, cum sit terminus temporis, est subiectiue in ipso tēpore, quod est in primo mobili, videtur quod non possit esse mēsura horum motuum inferiorum. Ad hanc dubitationem respondet hic: ꝙ quatenus instans est terminus durationis, aut continuatiuum partium eius, non est tempus, sed est accidens temporis: sicuti punctum est accidens lineę. Quatenus autē numerat (id est quatenus duratione & successione motus illius primi mobilis metimur durationem motuum inferiorum) illa duratio, & successio est numerus. Et ratio est: quia termini esse non possunt, nisi in illo subiecto, cuius sunt termini, numerus autem in ratione mensurę, est in rebus mensuratis, quibus anima applicat talem numerum, ad sumendum iudicium quantitatis earum. Denarius (inquit) horum equorum hic & alibi est. Idem enim numerus formaliter de genere quantitatis est, quo numeramus equos, & lapides, & corpora vniuersa. ¶ Quod si quis dubitet, ꝙ nunc indiuisibile nullatenus sit numerus & mensura, sed duratio ipsa motus. Respondetur, ꝙ illam durationem causaliter appellat nunc fluens & numerans: quia fingitur resultare ex eodem nunc fluente, sicut linea ex ductu puncti. Ex dictis ergo concludit definitionem temporis, quam text. 101. designauerat. Sequitur consequenter caput. 12.

## DE TEMPORE QVOmodo quorũq; sit mensura. CAPVT. XII.

Textus. cxx. MINIMVS autem numerus: quidã simpliciter quidē est vt dualitas. quidam aũt numerꝰ: est quidē, vt est, est aũt vt nõ est. Vt lineæ minus numerus, multitudine quidem: est duæ, aut vna. magnitudine aũt, non est

non est minimus; semper enim diuiditur omnis linea. Quare similiter & tempus. minimum enim secundum numerum: est vnum, aut duo: secundum autē magnitudinem: non est.

¶ Post constitutas temporis, instantisq; definitiones, in hoc. 12. capite, qđ tredecim text. habet, prosequitur docere duo. s. quō tempus sit mensura, et quorum sit mensura. Et hac ratiōe duo sunt huius capitis membra. In priori explicat quinq; asserta de tempore. Primum in hoc text. 108. Quia mensura, vt habet. 10. meta. text. 2. est, aut indiuisibile, aut quo vtimur tanquā indiuisibili (vnus enim. v. g. modus est prima ratio mēsurę, aut vna vlna &c.) proponit q̄ minimus numerus (si accipiamus numerū simpliciter pro quātitate discreta, vt abstrahit ab hoc & illo subiecto) est dualitas, aut vnitas, quę nō est numerus, sed principium numeri. [Quidam aūt numerus]. i. Si vero accipiatur numerus materialiter pro rebus numeratis, siue sint res actu diuisę, siue partes continui, tunc quodammodo datur minimus numerus, quodāmodo vero nō. Datur enim minimus multitudine, non autē magnitudine. Ut in numero partiū lineę minim⁹ numerus multitudine est binarius duarum medietatum, aut vna pars in genere, quę est principiū numeri, vt vna medietas, vna tertia &c. Attamen magnitudine nulla est minima: nam oīs pars lineę est diuisibilis. Minimā intellige nō dari simpliciter, quantū est ex parte quantitatis. Nam minimum physicum per se subsistens bene est dabile. Eodem modo in numero partiū temporis, qđ est quantitas continua, multitudine quidem dabitur minimus numerus. Nam diuisio temporis est scđm rationem, prout cogitatione diuiditur in dies, vel horas, vel menses &c. Ideoq; minimus numerus erit binarius, vel vnitas mensium, dierum, aut horarum. Sed tamē magnitudine nulla dabitur tam parua pars temporis, quin possit signari minor.

Textus cix. Manifestum autem est: & propter quid velox quidem & tardum non dicitur, multum autem, & paucum, & longum, & breue. Quatenus enim continuum est, longū & breue dicitur. Quatenus autem numerus, multum & paucum: velox autem & tardum, non est. non enim numerus, quo numeramus, velox & tardus vllus.

¶ Scđo in tex. 109. explicat de tēpore, cur nō dicat velox, aut tardū: dr̄ tn̄ longū & breue multū & paucum. Ait enī: q̄ cū tēpus & sit in rei veritate quantitas cōtinua, & pręterea distinguatur per operationem intellectus, vt numerus dierū, vel horarū &c. ratione prioris dicitur longū & breue, quę sunt accidentia quātitatis continuę: atq; ratione posterioris dicitur multū & paucum, quę sunt accidentia quantitatis discretę. Velox autē, aut tardū non dicitur. Nam velox & tardum nō censetur, nisi illud, qđ numeratur aliqua mensura. Dicitur enim velox motus, quo in paruo tempore percurritur magnum spatiū. Tempus autem non mensuratur, sed est aliorum mensura. Et ideo non est velox, vel tardum. Alias si vt motus, ita tempus esset velox et tardum, non esset idem tempus, quo motu veloci, & motu tardo transirentur inęqualia spacia: atq; adeo, nec iudicare possemus velocitatē, aut tarditatem motus per tempus. Quam ob causam tēpus nō est subiectiue, nisi in regulatissimo motu primi mobilis.

Et idem etiam vbiq; simul est. Prius autem & posterius, non idem. quia & mutatio praesens quidem, vna est. facta vero & futura, altera. Tempus autem, numerus est, non quo numeramus, sed qui numeratur. Hoc autem accidit secundùm prius & posterius: semper alterum. ipsa enim nunc altera sunt. Et autem numerus vnus quidē & idem: centum equorum, & centum hominum quorum autē numerus est, altera sunt: equi scilicet ab hominibus. Tex. cx.

¶ Tertio explicat hoc tex. 110. quonā modo tēpus decurrens sit idem, & quomodo sint diuersa tempora. Ait enim, q̄ mutatio pręsens [id est tempus, cuius nunc est instans continuatiuum, vt dies pręsens, mensis pręsens &c.] est vnum cōtinuum, sicut vnum lignum, aut vnus homo. Hoc tamē quod dicimus: prius & posterius, seu pręteritū & futurum, sunt altera, id est, sunt duę partes distinctę. Sed quia posset quis obijcere, q̄ quemadmodum numerus denarius in genere quantitatis est idem, quo numeramus decem equos, aut decē lapides, ideoque cum tempus sit numerus, idem tēpus est pręteritum & futurum. Respondet, q̄ tempus non est vt numerus formalis abstractus per intellectum, quo numeramus, sed est numerus numeratus, qui accipitur secundum prius & posterius. Quę quidē partes sunt diuersę: quia instantia initiatiuum et terminatiuum pręteritę partis alia sunt ab instantibus futurę. Et quia quanuis numerus formalis, quo numeramus, est idem centum equorum & centum hominū: nihilominus numeri numerati sunt diuersi, puta equi & homines: fit, vt prius & posterius etiam sint diuersa. Nomine numeri formalis non intelligas animam numerantem, sed obiectiuam illam rationē numeri per intellectum abstractam ab his & illis rebus numeratis.

Amplius autem, vt cōtingit motum esse eundem & vnum iterum & iterum, sic & tempus contingit, vt annum, aut autūnum. Textus cxj.

¶ Quarto in textu. 111. explicat quomodo tempus quodammodo idem redeat, quodammodo vero nō idem. Etenim vt motus, ita & tempus redit idē in specie, non tamen idem numero. Quemadmodum enim anno elapso sol motus sub zodiaco ab vno certo signo [. v. g. ab initio arietis] quoadusq; rediret ad idem punctum, fecit vnum annū, ita modo incipiens ab eodem puncto, rediensque in idem sicut facit eundem motum in specie, facit et annum

specie

Quatuor anni tem pora.

specie eũdem, numero vero diuersum. Et parimo
do vt anno preterito fecit quatuor tempora, ver,
estatem, autũnum, & hyemem: facturus est isto an
no eadem tẽpora, portionibus motus, per eadẽ si-
gna zodiaci distinctis, nempe ab initio Arietis vs
que ad initiũ Cancri describitur ver: & inde vsq;
ad initium libre, estas: indeq; vsq; ad initium Ca-
pricorni autumnus: & inde vsq; ad Arietẽ hyems,
vt in tractactu sphere est videre.

Textus. cxij.

Non solũ autem motum tẽpore me
timur: sed & motu tempus, propterea
quod à se inuicẽ definiunt. tẽpus enim
definit motũ, cùm sit numerus ipsius.
motus autem, tempus. Et dicimus mul
tum, aut paucum tempus, motu metiẽ-
tes: sicuti numerabili numerũ. vt equo
vno, quorũ numerum? numero enim
equorum multitudinẽ cognoscimus.
Rursus autem in vno equo, ipsorum
equorum numerum. similiter autem,
& in tempore, & motu. tempore enim
motũ: motu autẽ, tempus mẽsuramus.

Tẽpus mẽsurat motu

¶ Quintã deniq; demõstrat in hoc tex. 112. ppriẽ-
tatem tẽporis, per cõparationẽ ad motũ. Ait enĩ,
q non solum tẽpore metimur motum, sed vicissim
motum metitur tẽpus. Cum enim dum ab aliquo
loco proficiscimur audimus horologium, & dũ ve
nimus ad alium locum audiuimus aliud, tunc tẽ-
pore horarum metimur, & iudicamus motum: nẽ-
pe quot milliaria ambulando dimensi sumus. Et
vice versa, si neutro loco audimus horologium, sci
mus autem quot milliaribus distent, peracto iti
nere, per quantitatẽ motus iudicamus quantum
temporis itinerãdo trãsegimus. Et ratio (inquit)
est, q cum tẽpus & motus se habeant vt accidens
& subiectum, alterum per alterum mutuo diffi-
niuntur. Diffinitur enim tempus q sit mensura
motus vellocitas autẽ & tarditas motus diffini-
tur tempore. Subiungit exemplum, q licet tem-
pus sit mensura motus, nihilominus tempus mo
tu metiri possumus (sicuti numerabili (inquit) nu-
merum &c.] vt enim quot sunt equi, quos videm⁹,
numero cognoscimus, cõputando illos: & vice ver
sa si quis ignoraret numerum denarium, ostensis
decem equis per equos ipsos cognosceret nume-
rum denarium: ita contingit in tempore, & motu.
Accipe lucidius exemplũ. Vas vt puta, amphora,
aut modius, est mensura vini, aut tritici, quibus
metitur quantũ vinum sit in magno dolio, quan-
tum ve sit in horreo tritici. Nihilominus econuer
so videntes vas, cuius capacitatem ignoramus, re
plẽtes illud vino, per vinum metimur, iudicamus
que quantum sit vas.

Textus. cxiij.

Et hoc rationabiliter accidit. Sequi-
tur enim magnitudinẽ, motus: motũ
autem tẽpus. ex eo, quia quanta, & cõ
tinua, & discreta sunt. propterea enim
q magnitudo est huiusmodi, motus
hec patitur. propter autem motum, tẽ
pus. Atq; mensuramus & magnitudi-
nem, motu: & motum, magnitudine.
multã enim dicimus esse viam, si am-
bulatio multa est, & hanc, multam: si
via multa sit. & tẽpus, si motus: & mo-
tum si tempus.

¶ Adiungit in hoc tex. 113. rationem scdam, cur cõ
tingat tẽpus per motũ cognoscere, sicuti ecõuer-
so. Nam vt motus (inquit) sequit magnitudinem,
ita & tempus sequitur motum. Magnitudinẽ au-
tem, quanta sit, metimur motu: & quãtus rursum
motus sit, iudicamus per magnitudinem. Ut viã
esse longam cognoscimus, q multum ambulaui-
mus: & ambulationem econuerso cognoscimus es-
se longam per viam, quam transiuimus longam.
Eadem ergo ratione & tẽpore motum & motu me
timur tempus.

Textus. cxiiij.

Quoniam autẽ tempus est mensura
motus ipsiusque moueri, metitur autẽ
hoc, motum determinando quẽdam
motum, qui mensurabit totũ, sicut lon
gitudinem cubitus determinando ali-
quam magnitudinem, que remetietur
totam, & est motum in tẽpore esse mẽ
surari tẽpore & ipsum, & esse ipsius, si
mul enim motũ & esse motus mensu-
rat, & hoc est ipsum in tẽpore esse mẽ
surari ipsius esse.

Dupliciter aliqua mensurant tpe.

¶ In hoc tex. 114. diuiditur secundum membrum
huius capitis, quo comparat Ph. tempus ad ea,
que tempore mensurãt. ¶ Ubi adnotandum est,
q dupliciter aliqua mensurant tempore. Quedã
enim sunt, que tempore mesurant, non solũ quã
tum ad suam existentiã, & durationem, sed etiam
quãtũ ad id, qd sunt scdm suã essentiã & quiditatẽ.
Quedam vero, que mẽsurant, non quo ad quidi-
tatẽ, sed solũ quo ad durationem. Nam alia sunt,
que neutro modo mensurant tẽpore, vt Deus, et
intelligentie, vt. q. 4. ostendimus. Primi generis
est motus. De quo inquit hic, q tempus est men-
sura motus, ipsiusq; moueri. i. & quiditatis motus,
& duratõis eius. Cuius ratio est, q quiditas & es-
sentia motus, est esse ens successiuũ: est enĩ actus
entis in potentia. Subiungit autẽ quomodo tem-
pus metitur motũ: nam determinando (inquit)
vnam particulam motus, que aliquoties sumpta
reddat totũ. Mensura enim (vt habetur. 10. meta.
tex. 2.) debet esse eiusdem rationis cum mensura-
to. Et idcirco vna hora temporis metitur vigesi-
mam quartam partem motus vnius diei, que vi-
cies quater multiplicata, facit motum totius cir-
culi diurni. Et ita triginta dies faciunt mensem.
&c. Sicuti cubitus (. v. g.) est mensura pãni, vel sta
dij: quia metitur vnam partem aliquotam, que ali
quoties sumpta, facit totum. Unde subinfert, q
motum esse in tempore nihil aliud est quam men-
surari tempore non solũ quantũ ad existentiam, &
durationem, sed quantũ ad quiditatem, cũ sit ens
successiuum. Considerandum est hic, q cũ tempus
sit in motu tanq accidens in subiecto, posset quis
censere motum nullo modo esse in tẽpore: & hac de
causa operepretium fuit exponere quomodo etiã
motus sit in tempore: siquidem concedimus le-

 ctionem

ctionem esse in tali die, & tali hora: & ędificari basilicam in decem annis.

Textus. cxvj. Manifestũ est, ꝙ & alijs, hoc est, ipsũ in tpe esse mensurari ipsorũ esse à tpe. In tẽpore enim esse, duorum est alterũ. vnũ quidem: esse tunc, quando tẽpus est, alterum autem: vt quædã dicimus, quòd in numero sunt. hoc autem significat, aut vt partem numeri, & passionẽ, & omnino qđ numeri alqd est aut qđ est ipsius numerus. Quoniam autẽ numerus tempus est: ipsum quidẽ nũc & prius & quæcunque sunt huiusmodi sic in tempore sunt, vt in numero vnitas & impar, &. par hæc enim. numeri aliquid: illa verò, temporis aliquid, sunt. Res autem vt in numero: ita in tẽpore sunt. si autẽ hoc est, continentur à numero sicut & ea q̃ sunt in loco à loco.

Dupliciter, esse in tempore. ¶ Alia sunt entia, quę non mesurant̃ tẽpore quãtum ad id, qđ sunt scđm suam quiditatẽ: nempe cũ secundũ suam essentiã nõ sint entia successiua, sed permanentia: vt homo, lapis, & similia. Nihil enim mensurant̃ nisi quãtitas: quantus autem sit homo nõ mensurat̃ tempore: sicut quãtus est motus: sed palmo, aut cubito. Et hęc (inquit) esse in tempore est, ꝙ eorũ esse. s. existentię & duratio, mensuret̃ tẽpore. Animaduertẽdum est hic ingenium Aristo. Intendit enim ꝙ tempus primo & per se est mensura motus: aliorũ autem, rõne motus. i. inquantum sunt mobilia. Unde q² quiditas hominis, aut lapidis non est successio, existentia autem & duratio illorum consistit in successione & motu, ratiõe illius sunt in tempore. ¶ Ad cuius euidentiam distinguit, ꝙ dupliciter aliquid dicitur esse in tempore. Uno modo, ꝙ est simul cũ tempore: alio modo, sicut pars in toto, aut accidens in subiecto, aut mensuratum in mensura. Primum membrum relinquit pro textu sequenti, & de secũdo, ponit tria exempla in numero: eo ꝙ tempus est quidam numerus. In numero em̃ est aliquid: aut sicut pars in toto, vt vnitas est in binario, & binarius in quaternario: aut sicut passio in subiecto, vt par & impar: aut sicut id, quod non est aliquid numeri, sed numerus est aliquid eius, vt elementa sunt in numero quaternario: q² numerus ille est eorum mẽsura. Unde q² tẽpus (inquit) est numerus his tribus modis cõtingit aliquid esse in tẽpore. At nũc & prius & posterius & pręteritũ & futurum sunt in tempore, sicut vnitas & impar & par sunt in numero. Boetius vertit: superfluum & par: sed nõ est ita Gręce. Res autem (inquit vt homines, equi. &c. sunt in tempore sicut in numero: videlicet, q² non sunt aliquid temporis, sed tempus est eorum mensura. Ex quibus colligit conclusionem, ꝙ esse isto vltimo modo proprie in tempore, est contineri tẽpore: sicuti esse in loco, est contineri loco. Ratio enim mensurę est, continere, & cõprehẽdere mensuratum. Ideoq; vt locus (quia est mensura locati) continet locatum, tempus itidem, quia mensura est temporalium rerum, continet eas, comprehenditq;.

Textus. cxvj. Manifestum autem est & quòd non est, in tempore esse, esse quando tempus est: sicut neq; in motu esse neq; in loco, quando motus est & locus est. Si enim erit id quod est in aliquo sic: omnes res in quolibet erunt, & cælum in milio. quando enim milium est, & cælum est. sed hoc quidem accidit: illud autem necesse est consequi, & id quod est in tempore, esse quoddam tempus quãdo & illud est & id quod est in motu, esse tunc motum.

¶ Reuertitur in hoc textu. 116. ad primum membrum superioris diuisionis dicẽs, ꝙ ea sunt simul cum tempore: quę sunt quidem quando est tẽpus non tamen sunt in tempore, id est non mensurãtur tempore. Non enim (inquit) sufficit aliqua simul esse quando est tempus, vt sint in tempore. Sicuti nec sufficit aliqua esse simul quando est motus, aut quãdo est locus, vt vere sit in motu, aut in loco. Nam spiritualia sunt simul cum motu & loco corporali, & tamen non sunt in illis tanquam in mensuris. Alias sequeretur (inquit) ꝙ omnes res essent in quolibet: vt cęlum esset in grano milij, siquidem quando est vnum, est alterum. Requirit ergo, vt aliquid sit in tempore, ꝙ sit simul cum tẽpore, non per accidens, sed per se, & necessario ex natura rei: accidit enim deum esse quando est tẽpus, quippe cum eius natura tempore non depẽdeat. Generabilia vero cũcta, & corruptibilia sunt in tempore, eo ꝙ ex necessitate sunt simul cum illo: sane cum ab illo pendeãt rõne motus, in quo eorum esse consistit.

Textus. cxvij. Quoniam autẽ est in numero, esse in tẽpore: accipitur aliquod maius tẽpus omni eo, quod est in tẽpore. Quapropter necesse est omnia ea, quæ in tẽpore sunt: contineri à tempore, sicut & alia, quæcunq; in aliquo sunt. vt ea, quæ in loco sunt, à loco. Et pati itaq; aliquid à tempore, sicut & dicere consueuimus, quod tabefacit tempus, & senescunt omnia tempore, & obliuiscuntur propter tempus: sed non didicit, nec nouum factum est. nec pulchrum. corruptionis enim causa per se magis est: tempus numerus enim ipsius motus est. motus autem expellit id, qđ in est. Quare manifestũ est, ꝙ ea, q̃ semper sunt, quatenus semp sunt, nõ sunt in tempore, nõ em̃ continentur à

tur à tẽpore: neq; mensuratur esse ipsorum à tempore. Signum aũt huius est, ꝙ neque patiuntur quicquã à tempore: tanquam non existentia in tempore.

Entia quę sunt in tpe. ¶Constituto quidnam sit esse in tempore, cõfestim tex. hoc. 117. monstrare aggreditur quęnam entia sunt in tempore, quę vero minime. Et primo ostendit ꝙ sempiterna, vt sunt cęli, nõ sunt in tempore. Vtiturq; hac rõne. Ea, quę sunt ĩ tempore, necesse est quoddammodo minora esse, ⁊ superari ab illo, veluti his, quę sunt in numero, semper est dari maiorem numerum: ⁊ his, quę sunt in loco, est dabile maius corpus: atq; adeo ea, quę sunt in tẽpore, necesse a tempore contineri, ⁊ aliquid a tempore patientia autem sempiterna, quatenus semper sunt, nec minora sunt tempore, nec ab illo cõtinent̃, aut patiuntur: ergo nõ sunt in tempore. Maiorem mẽbratim per singulas particulas probat. In rebus, quę numerantur, quibuscunq; rebus numeratis, adhuc est maiorem numerum mente concipere: et locato necesse est esse corpus maius continens: ergo similiter durationem cuiuscunque rei temporarię superare debet tempus. Et hinc fit, vt quemadmodum res locatę a loco, ⁊ numeratę a numero, ita ⁊ temporales a tempore continuantur. Quod autem temporalia a tempore patiantur, exemplo indicat trium passionum. Tempore enim res tabefiunt (.i. putrefiunt, aut marcescunt) ⁊ senescunt: ⁊ homines rerum obliuiscuntur. Primo affectu designat res inanimatas, scdo res oẽs animatas, ⁊ tertio hoies. Et ne quis obĳciat rtes alias e regione perfectiones, quę rebus a tempore obuenire videtur: puta scientiam, cõtra obliuionẽ (quę maior est in sene, quam in iuuene) ⁊ nouitatem contra senectutem: nam tẽpus vernum videtur esse causa germinationis, ac floriditatis arborũ: ⁊ pulchritudinẽ contra tabem: cum enĩ pulchriores sint adolescentes quam infantes, ⁊ pueri, vr tẽpus esse in causa. Huic dubitationi occurrit Phil. dicens, ꝙ tẽpus est quidem per se causa corruptionis, q2 se solo ex natura sua est directe illius causa, non aũt perfectionis est per se causa directe, sed cõcomitanter. At causa scientię nõ est certe tẽpus, sed magister, ⁊ ingeniũ, ⁊ experiẽtia, quę sunt in tpe. Et in hoc sensu vulgo fertur, tẽpus multa docere. Et pariter generationis ⁊ augmẽti rerũ ⁊ pulchritudinis, nõ tempus, sed sol cum causis secundis, quę sunt in tẽpore, sunt directe in causa. At vero tempus eo ipso, ꝙ est mensura motus, facit res elongari a suis principĳs, ⁊ per hunc modum est per se causa corruptionis: non obstante, ꝙ sint etiã alię corruptionis causę, quas Arist. non negat. Quod aũt cęli: et intelligentię non cõtineantur a tempore, patet, q2 sunt perpetui: ⁊ eadem rõne, qua sunt incorruptibiles, nihil alterantur, patiunturve a tẽpore. ¶Cõtra hanc tñ sententiam Arist. offert se argũ, ꝙ motus cęli, quanuis sit perpetuus, nihilominus est in tempore, vtpote cum sit eius mẽsura: imo tempus ꝓprie est accidens illius regulatissimi motus. Respondetur, qd̃ Arist. ipse rñdet: dicens sempiterna non esse in tempore quatenus semper sunt. i. quantũ ad eorũ esse ⁊ durationem. Cui non obstat eorũ accidens. s. motum cęlorũ esse in tempore: nã quanuis ex natura sua sit perpetuus, vt tempus, nihilominus quia sua essentia consistit in successiõe prioris ⁊ posterioris, põt numerari per horas, ⁊ dies ⁊c. Qua de causa deus nullatenus est in tempore, neque intelligentię, vt quęst. 4. videre est.

Quoniam autem tempus, mensura motus est: erit & quietis mensura secundum accidẽs. omnis enim quies, in tempore est. non enim vt quod est in motu, necesse est moueri: sic & quod in tempore, non enim tempus, motus est; sed numerus motus, in numero autem motus potest esse & quiescens. non enĩ omne immobile, quiescit: sed priuatũ motu, aptum autem natura moueri, sicut dictum est in prioribus. Esse autem in numero, est esse quendam numerũ rei: & mensurari esse ipsius, numero in quo est. Quare si est in tempore, à tempore. Mensurabit autem tẽpus id, quod mouetur, & quod quiescit: quatenus hoc quidẽ mouetur, illud verò quiescit. motum enim ipsorum mensurabit: & quietem quanta quædam sit. Textus. cxviij.

Tẽpus est mensura quietis. ¶Cum hactenus semper dixerit tempus esse mensuram motus, nulla quietis mẽtione facta, eadem tamẽ videat̃ esse mensura oppositorum (veluti eadem potentia, qua percipimus lucem, sentimus et tenebras) subiungit in hoc tex. 118. ꝙ tẽpus mensura est, non solũ motus, sed etiam quietis: motus quidem per se, quietis autẽ per accidens rõne motus. At q2 mensurari tẽpore est esse in tempore, et quies cũ non sit in motu appareat non esse in tempore: respondet huic obiectioni, dicens, ꝙ quãuis quies non sit in motu (q2 qd̃ quiescit, nõ mouetur) nihilominus est in tẽpore: q2 tempus non est motus, sed mensura ⁊ numerus motus. In numero autem ⁊ mensura motus non solũ est id, quod mouetur sed per accidens id, quod quiescit. Eodem enim tempore, quo metimur vigiliã, metimur somnum: ⁊ quo metimur motũ febris, metimur ⁊ eius cessationem. ¶Claritatis autem maioris gratia exponit quidnam proprie dicatur quiescens. Quies enim, inquit, non solam dicit negationem motus sed priuationem. Quare solum illud dicit̃ quiescere, qd̃ cũ nõ mouet̃, est tamen aptum natũ moueri: vt in prioribus, inquit, dictum est: nempe libro. 3. tert. 16. vbi dixerat illud esse mobile, cuius immobilitas dicit̃ quies. Quocirca ĩtelligẽtię, vt nõ sunt physicę mobiles, ita nec proprie dicunt̃ quiescere, sed sunt immobiles negatiue. Ad propositum ergo. Quemadmodũ aliqua esse in numero est, ꝙ sit aliquis eorum numerus ⁊ mensura, ita esse in tempore, est tẽpore mẽsurari. Igitur cũ quies sit in tẽpore (dicimus enĩ hominem dormisse, ⁊ ęgrotum quieuisse in tanto tempore) fit vt ⁊ quies mensuretur tempore. ¶Concludit ex dictis, ꝙ tam ea, quę quiescunt quã ea, quę mouent̃, mensurantur tempore: illa quidem, quantum moueantur: hęc vero, quãtũ quiescant. Quare tẽpus est per se mensura motus, ratione cuius est mensura quietis. Ut tempus nocturnũ cum per se sit mensura motus, quẽ sol facit sub terra, ratione illius est mensura somni quietisque hominum a laboribus suis.

Textus. cxix. Quare, quod mouetur, non simpliciter erit mensurabile à tempore, quatenus quantum quoddam: sed quatenus motus ipsius, quantus est. Quare quæcunq; neque mouentur, neq; quiescũt, non sunt in tempore. Esse enim in tempore, est mensurari tempore. Tempus autem, motus, & quietis mensura est.

¶ Tex. hic. 119. velut repetitio est. aut conclusio superiorum. Infert nanq; duo corollaria. Primũ est, ꝙ mobile non mensurat simpliciter tempore scdm quantitatẽ mobilis, sed scdm quantitatem & durationem motus. Non enim tempore mẽsuratur quiditas, aut quãtitas, aut qualitas hominis, sed mẽsuratur quantus sit eorum motus, aut quies, aut existẽtia, & duratio. ¶ Secundũ corollarium est, ꝙ ea, quę neq; mouentur physice, neq; proinde quiescunt (quales sunt intelligentię) non sunt in tempore: quia tempus non est mensura, nisi motus duntaxat, aut quietis.

Textus. cxx. Manifestum igitur est, ꝙ neque omne quod non est, erit in tẽpore: vt quæcunq; non possunt aliter esse, vt diametrum esse lateri cõmensurabilem. omnino enim si mensura quidem est motus, tempus per se, aliorum autem secundũ accidens: manifestum est, ꝙ quorũ esse mensurat, his omnibus erit esse in quiete, aut motu. Quæcunq; igitur corruptibilia & generabilia sunt, & omnino quæ aliquando quidem sunt, aliquãdo verò nõ, necesse est in tempore esse. est enim tẽpus quoddam maius, quod excedet esse ipsorum, & id quod mensurat substantiam. Eorum autẽ, quæ non sunt, quæcunq; quidem continet tempus, alia quidem erant, vt Homerus aliquando erat. alia verò erunt, vt futurorum aliquid. quæ ad vtrauis continet. & si ad ambo, vtraque & erant & erunt. Quæ autẽ haud quaquã continet, neq; erant, neque sunt, neque erunt. Sunt autem huiusmodi eorum, quæ non sunt: quorum opposita sunt semper, vt incõmensurabilem esse diametrum, semper est. & non erit hoc in tempore neque ergo commensurabilem esse. Quapropter semper non est: quoniam contrarium est ei, qđ semper est. Quorum autem contrarium non semper est, possunt & esse, & non esse, & est generatio & corruptio ipsorum.

¶ In tex. deniq; 120. qui postremus est huius capitis, postꝙ monstratum est sempiterna & necessaria non esse in tẽpore, cõcludit per alterũ extremũ, ꝙ neq; impossibilia sunt in tẽpore: vt diametrum esse cõmensurabilẽ costę. i. aliquã esse partẽ aliquotã vtriusq; cõmunem, vt. 1. poste. ca. 2. expositum est. Probatio. Tempus per se est mẽsura motus, aliorum aũt ratione motus: ergo quęcunq; sunt in tempore tanquã in mensura, debent esse mobilia: et si mensuratur quantũ ad suũ esse, & durationem, debet tempus eorũ esse & durationẽ excedere, vt retro super tex. 117. dicebamus: & per consequens debent esse generabilia & corruptibilia: impossibilia aũt nec generabilia sunt, nec corruptibilia, nec vtique mobilia, aut quiescentia: ergo illa non sunt in tempore. ¶ Cõclusio ergo principalis secundę partis huius capituli est, ꝙ solum generabilia & corruptibilia quantũ ad suũ esse sunt in tẽpore. Quorum aliqua fuerunt quę nec sunt, nec erunt, vt Homerus: aliqua erunt, quę nec sunt, nec fuerunt, vt antichristus: alia deniq;, quę & fuerunt, et futura sunt, vt illa quę modo extant. Quę autem impossibilia sunt, eo, inquit, non sunt in tempore, quia neque eorum contraria sunt in tempore. Animaduertendum est hic id, quod lib. 2. summularum de positione naturali dicebamus, expressam esse Aristot. sententiam: nempe veritates propositionũ vbi prędicatum est de essentia subiecti non incipere, aut desinere in tempore, sed esse perpetuas: vt, hominem esse animal rationale, diametrum esse incommensurabilem costę, re vera quanuis nullus fuisset mundus, ita esset in re. Ait ergo Aristote. ꝙ vt ita non sunt in tempore, sed semper ex necessitate, ita neq; eorum contraria sunt in tẽpore, qz nõ sunt facto possibilia. Alia vero, quorũ cõtraria non sunt semper sunt in tempore sicut sua contraria: vt antichristum non esse, lunam non eclipsari, hominẽ dormire, contingunt in tempore: quia eorum contraria non sunt semper. Conclusio

## DE SIGNIFICATV TEMPORALIUM ADUERBIORUM.
### CAPVT. XIII.

Textus. cxxj. IPSVM autem nunc est, cõtinuatio temporis, sicut dictum est. Cõtinuat enim tẽpus præteritum, & futurum: & omnino terminus temporis est, est enim, huius quidem principium, illius autem, finis. sed hoc: non vt in puncto manente manifestum est. diuidit autem potentia. & quatenus quidem huiusmodi: semper alterũ est ipsum nunc. quatenus autem copulat: semper idem est, vt in mathematicis lineis, non enim idem semper vnumq; punctum est: intellectu: diuidentium enim, aliud est,

Quoniam

Quatenus autem est vna, idem penitus est. Sic & ipsum nunc. aliud quidem temporis diuisio secundùm potentiam est, aliud autem, terminus vtrorumque. & vnio. est autem idem & secundum idem diuisio & vnio, esse autem, non est idem.

¶Post cõsiderationem temporis caput hoc.13. in text. octo distinctũ in significationibus temporalium aduerbiorũ explicandis fere expenditur. Ac

Nunc primo modo.

primũ huius aduerbij, nunc, duas distinguit significationes. Prima est, qua hactenus semper vsi sumus: nempe vt significat quid indiuisibile re, aut ratione, vt. q. 4. exponimus: cõtinuans partes tẽporis preteritam atqꝫ futuram, sane quod est finis vnius, principiũqꝫ alterius. Differt tñ a pũcto, qđ cõtinuat partes linee, qꝛ punctum est ens permanens vt linea ipsa: instans vero est semper fluens, nõ nisi indiuisibiliter durans. Subiungit Philo. ꝙ idem instans copulatiuũ partium est etiã diuisiuum in potentia. In quo differt scđo a puncto: nã punctum non solũ in potẽtia diuidit partes, quas actu copulat, sed cũ actu diuidunt, est etiã finis in actu, tanquã extremũ linee. At qꝛ tẽpus est ita cõtinuum vt naturaliter nõ sit actu diuisibile, nec (in via Aristo.) possit incipere, aut desinere, nunc temporis non põt esse finis tẽporis actu diuisi, sed diuidit in potentia, per hoc qđ consideratur vt finis vnius, ⁊ vt principium alterius. Et ideo subiũgit, ꝙ licet idem nunc sit continuatiuũ ⁊ diuisiuũ, hoc tamen est sub diuersis rationibus: nam quatenus diuidit (alterum est ipsum nunc). i. consideratur vt duo, puta vt finis vnius, ⁊ initium alterius. Sed quatenus copulat, cõsideratur vt vnum. s. vt vnus terminus communis vtriqꝫ. Quoniam vt libro. 5. videbimus, continua sunt, quorũ vltima sunt vnũ. Subdit exemplum in lineis mathematicis, vt considerantur indiuisibiles secundum latitudinem et profunditatem. Etenim quamuis mathematicus fingat diuisionem linee in certo puncto, tamen cũ actu fit diuisio, duo sunt actu puncta terminantia partes diuisas: cum autem partes sunt continue, vnum est punctum commune vtriqꝫ. Sic nunc, inquit, aliud quidem est temporis diuisio secundum potentiam. s. alia ratione diuidit, puta inquantum exercet vicem duorum (aliud autẽ terminus vtrorumqꝫ, ⁊ vnio). i. alia ratione vnit: puta inquantum est terminus cõis vtriusqꝫ partis. Unde concludit, ꝙ idem est realiter vnio ⁊ diuisio scilicet idẽ nunc (esse autem) id est ratio, non est eadem.

Textus. cxxij.

Ipsorum igitur nunc: hoc quidem sic dicitur, aliud autem cùm tempus quod est huius prope sit. vt veniet nunc quia hodie veniet, venit nunc quia hodie venit. Quæ verò in illio gesta sunt, fuerũt non nunc. neque diluuium, fuit nũc: & tamen continuum tempus est ad ipsa: sed quia non prope.

Nunc secũdo modo.

¶Altera significatio de ly, nunc, est quãdo non accipitur pro indiuisibili, vt dictũ est, sed pro eo tempore, quod huic nunc proximũ est, siue preterito, siue futuro. De eo enim qui hodie venit, aut venturus est dicimus, nunc venit. Ut de his, que Troie gesta sunt, aut de diluuio non dicimus nunc contigisse. Alludit ad diluuium Thessalicum, quod magnam partem Grecie inundauit. Greci ad designandum id, quod paulo post futurum est, speciali tempore futuro vtuntur.

Textus. cxxiij.

Ipsum autem olim, tempus est determinatum ad prius & posterius nunc. vt olim capta est Troia: & olim erit diluuium. oportet enim terminari ad ipsum nunc: erit ergo quantum aliquod ab hoc, tempus. & ad illud. & erat ad præteritum.

Olim.

¶Secundum aduerbium temporale est, olim, seu aliquando, vt Themistius legit. Quod quidem, inquit, significat tempus aliquod determinatum ad prius, aut posterius nunc. i. tempus quod intercipitur inter instans presens, ⁊ aliud nunc: siue preteritum, siue futurum. Quare qđ ab eterno esset, aut in eternum duraret, non diceretur olim fuisse factum, aut fore. Olim, etiã Latine accipitur tam pro futuro, quam pro preterito: vt olim capta est Troia, olim erit diluuium. Alterum designat diluuium, quod tunc hariolabant futurum. Itaqꝫ vnica est differentia inter nũc in secũda significatiõe, ⁊ olim, vt nũc sit illud, quod est presenti proximũ, olim vero, qđ est remotũ. Et ly, aliquando, etiã profecto Latine videtur signare aliquã distantiam a presenti. Est enim Grece aduerbiũ, pote, accẽtu in vltima: quod significat ⁊ olim, ⁊ aliquando. Pro quo Boetius legit, tote, quod est tunc: ⁊ ita peruertit totum tex. credẽs enim ꝙ solum accipiatur pro preterito, vbi est Grece, ad prius ⁊ posterius, omisit ly, posterius ⁊ vbi est, erit diluuium, de futuro, transtulit: erat diluuium. At vero, tunc, aliquo modo differt ab, olim: nam tunc semper exigit aliã particulam: vt tunc facta est redemptio, quando Christus passus est. Sed nihilominus accipit tam pro futuro quam pro preterito.

Textus. cxxiiij.

Si verò nullum tempus est quod non sit olim: omne erit tempus finitum. Deficiet ne igitur, an non: siquidem semper est motus? aliud igitur, aut idem sæpe est. manifestum est, ꝙ vt motus: sic & tempus est. si enim & vnus idem sit aliquando: erit tempus vnum & idem. sin vero non: non erit.

Dubitatio

¶Ex significatione proxima ipsius olim, qua dictum est significare tẽpus, quod hinc vsqꝫ ad certum instans determinatur ⁊ finitur, oritur dubitatio hec. Si nullum est tempus, quod non sit olim (siquidem olim dicitur de quocunqꝫ tempore preterito, ⁊ quocunqꝫ tempore futuro) et olim significat tempus finitum, tempus finitur: quod in opinione Aristo. falsum est, quippe qui censet esse perpetuum. Ob idqꝫ interrogat: deficiet ne tempus (id est, cessabit) an non? (siquidem motus semper est) acsi dicat. Nam cum motus primi mobilis sit perpetuus, videtur ⁊ tempus, quod eius mensura est, esse perpetuũ. Quod si tẽpus est perpetuũ, necesse est aut ꝙ aliud post aliud semper succedat, aut ꝙ semper idẽ fluat. Huic dubitationi vt respõdeat, presupponit manifestum esse, ꝙ vt motus, ita

 se ha-

se habet in hac re tẽpus. Nempe q̃ si vnus idemq́ motus est, quo semper primum mobile mouetur, vnum est & tempus: sin vero alius & alius pariter est & tempus.

Textus. cxxv. Quoniam autem ipsum nunc, finis & principiũ temporis est, sed non eiusdem, sed præteriti quidem finis principium autẽ futuri: vt habebit circulus in eodem quodammodo curuũ & concauum, sic & tempus semper in principio erit & fine, & ob hoc, videtur semper alterum: non enim eiusdem principium & finis: ipsum nunc. simul eñ, & secundum idem: opposita essent. & non deficiet itaq; tp̃s. semp eñ in principio est.

¶Supposito ergo eandẽ esse rõnem motus & temporis ꝓbat in hoc text. 125. q̃ vt motus primi mobilis, ita & tẽpus est quidem semper idem specie, aliud autem & aliud numero, vt text. 111. prædixerat. Cum enim vt in principio huius capitis iam dictum est, quodcũq; nunc est finis præteriti tẽporis & initium futuri, vt in circulo eadem linea est conuexa & concaua (respectu enim exterioris termini est conuexa, & respectu interioris, concaua) cõsequens est, vt præteritum tempus & futurũ sit alterũ & alterũ, nam idẽ nunc nõ põt esse finis & principiũ eiusdẽ numero tẽporis: alias idem scd̃m idẽ haberet rõnes oppositas. Ex diuersis ergo rõnib⁹ eiusdẽ nunc arguit, prius, & posterius, tẽpora esse numero distincta. Et hęc terminatio tẽporis sufficit ad rõnẽ significationis aduerbij olim. Attamẽ q̃ motus primi mobilis semper est cõtinuus (nam eodem puncto quo finitur vna circulatio, incipit alia) fit vt præteritum & futurũ idem sit specie tempus, atq; adeo partes eiusdem cõtinui. Ratio hęc Ar ist. fundatur in æternitate mũdi: q̃m in rei veritate tẽpus & incepit cũ motu cęli, & finietur: & per consequens nec primum instans fuit finis præteriti temporis, neq; vltimum, initium erit futuri.

Textus. cxxvj. Ipsum autem iam, propinquum præsenti nunc atomo: pars est futuri temporis. quando ambulabis? iam. quia prope est tempus: in quo futurum est. & præteriti temporis, id quod non procul est ab ipso nunc. quando ambulabis? iam ambulaui. Ilion autem iam captum est, non dicimus: quia procul valde est ab ipso nunc.

¶Tertium aduerbium est, iam. Cuius significatio eadem ferme est, quę ipsius nunc in secunda acceptione. Significat enim illud momentũ, quod præsenti est fere indiuisibiliter proximum. Vt quãdo ꝓficisceris? Iam proficiscar. Quando hoc facies? Iam feci. Sed Ilium non dicimus iam captũ, sed olim, quia procul est quando fuit captum. — *Iam.*

Textus. cxxvij. Ipsum autem nuper: propinquũ præsenti nunc, & pars præteriti est. quando venisti? nuper: si sit tẽpus propinquum præsenti nunc. Quondã autẽ, quod procul est. Repente aũt, quod in insensibili tempore propter paruitatẽ remotũ est.

¶Quartum aduerbium temporale est, nuper: quintumq́, repente, aut, subito. Quorum significationes exponit in textu hoc. 127. Ait enim, q̃ nuper idem est, quod paulo ante, seu propinque, vt sit medium inter, olim, & iam nunc. Non autem dicitur de futuro, sed de præterito. Huius contrarium est, quondã, quod significat id quod procul hinc fuit. Repẽte autem seu subito significat tempus imperceptibiliter hinc remotum, seu dimotum. Illud enim dicitur fieri repente, aut subito, quod tempore imperceptibili fit, vt repentinum fulgur, aut nutus oculi. — *Nuper.* — *Repente.*

Textus. cxxviij. ¶Mutatio aũt omnis: natura remotiua est. in tempore autem, omnia fiũt & corrũpũtur. Quapropter & alij quidẽ: sapientissimũ: dicebãt. Pythagore' aũt Paro indoctissimũ, quia obliuiscuntur & in hoc, dicens rectiùs. Manifestum itaq; est, q̃ corruptionis magis erit per se causa, quã generationis: sicut dictum est & prius. remotiuum enim: mutatio per se est. Generationis autem & ipsius esse: secundũ accidens. Signum autem sufficiens est: quia fit quidem nihil, nisi moueatur quodãmodo ipsum & agat. Corrumpitur autem: etiam cùm nihil mouetur. & hanc: dicere maximè consueuimus à tempore corruptionem. At verò neque hanc, tempus facit: sed accidit in tempore fieri, & hanc mutationẽ. Quod igitur tempus est, & quid est, & quot modis dicimus ipsum nũc, & quid ipsum olim, & nuper, & iam, & quondã, & repente: dictum est.

¶Textu hoc. 128. post interpretationem aduerbiorum temporalium ad id regreditur, vnde fuerat digressus. Dicebat enim text. 120. nec sempiterna nec impossibilia esse in tempore, sed generabilia, & corruptibilia, & ea, quę sunt motui subiecta. Dilucidat ergo nunc quomodo sint in tempore. Non enim sunt in illo tanquam in per se causa, sed tanquam in mensura. Arguit autem, q̃ sint in illo tanquam in causa. Omnis enim mutatio remotiua est: omnia autem mutantur fiuntq́ & corrumpuntur in tempore, ergo tempus est omnium causa. Loquitur hic de mutatione generaliter, vt cõprehendat & successiuum motum, & generationẽ, quę fit in instanti: nã gñratio rõne alterationis præcedentis est in tempore, vt. 1. de gñatione est videre. Hac ergo, inquit, de causa nõnulli philosophi appellabant tẽpus sapientissimũ, vtpote, q̃ oium esset causa. Sed Pythagoricus quidã Paro nomine dice- — *Tẽpus indoctissimũ.*

ne dicebat contra esse indoctissimū. Et is (inquit) rectius dicebat. Nam vt tex. 117. dictum est, tempus magis est causa corruptionis, quam generationis nam tēpus de per se remouet & elongat res a suis principijs. Et hoc est, quod dixerat (omnis mutatio remotiua est.) Generationis autem tempus, est causa per accidēs, eo quod agens quod est causa per se, non agit, nisi per motum cuius tempus est mensura. ¶ Subijcit signum, quo id confirmatur. Nam quantum ad sensum apparet, nihil experimur de nouo generari, nisi per applicationem alicuius agentis, a quo materia moueatur, & disponatur. Nunquam. n. nascuntur arbores, aut segetes aut animalia, nisi iacto semine, neque accenditur lignum, ni applicato igne. Multa tamen videmus corrumpi cuius causam non videt vulgus. Videmus enim multa senio confici & corrumpi & hęc quorum causa nos latet dicimus a solo tempore corrumpi. Quanquam (inquit) neque huiusmodi corruptionum tempus est per se causa. Intendit ergo. Aris. hanc conclusionem, quod licet tempus magis appareat corruptionis esse causa, quā generationis, neutrius tamen est per se causa, sed per accidens, quatenus est mensura motus. ¶ In calce demum concludit dictum esse quod tempus sit & quid sit &c. Sequitur statim cap. 14.

## DE QVIBVSDAM circa tempus dubitationibus. CAPVT. XIIII.

Textus. cxxix. HIS autem nobis sic determinatis: manifestum est, quod omnem mutationem, & omne, quod mouetur, necesse est moueri in tempore. velocius enim & tardius, secundum omnem est mutationem. in omnibus enim, sic videtur. Dico autem velocius moueri, quod priùs dum transmutatur ad subiectum secundum idem spatium, & regularem motum mouetur, vt in loci mutatione si vtraque secundum circunferentiam mouentur, aut vtraque secūdum rectā, similiter autem est, & in alijs.

¶ At verò prius in tempore est, prius enim & posterius dicimus: secundum eam, quę ad ipsum nunc est distantiam ipsum autem nunc, terminus præteriti & futuri est. Quare quoniam ipsa nunc in tempore sunt, & prius & posterius in tēpore erunt: in quo enim est ipsum nunc, & ipsius nunc distantia. è contrario autem dicitur prius & secundum præteritum tempus, & futurum. in pręterito enim prius dicimus, quod lōgius est ab ipso nunc, posterius autem, quod propius est. In futuro autem prius quidem, quod propinquius est, posterius autem quod longius est. Quare quoniā prius in tempore est, omnem autē motum sequitur ipsum prius: manifestum est, quod omnis mutatio & omnis motus, in tempore est.

¶ Capituli huius. 14. quod textibus sex concluditur, tres sunt particulę. Textus. n. hic. 129. superiori proximo adnectitur. Probat nanque hic philosophus omnem motum esse in tempore duabus [pręter supradictas] rationibus. Prima est. Quicquid mouetur, velocius aut tardius mouetur [aut saltem moueri potest] quam aliud: velocius autē, aut tardius moueri regulatur ac iudicatur tempore: ergo omnis motus est in tempore. Probat minorem: quia velocius mouetur illud, quod minori tempore mouetur ab eodem puncto in idem punctum: dummodo comparemus motum rectū, recto & circularem, circulari: & motus fiat per eandem lineam. Nam si vnum mobile moueatur per chordam ab. A. ad. B. & alterum per arcum semicirculi, licet quod mouetur per chordam citius veniat ad idem pū A B ctum, non tamen velocius mouetur, quam quod mouetur per arcum: imò si in eodem tempore quo vnum transit chordam, aliud transiret arcum, velocius moueretur per arcum. Quemadmodum suprema sphęra velocius mouetur, quam infima, licet ambę quolibet die faciūt circulū ab oriente in oriēs, quia suprema maiorē circulū describit. ¶ Secūda ratio. Motus quicunque habet prius & posterius prius autē & posterius nō est, nisi in tempore, imo sunt tempus ipsum: ergo motus est in tempore. Probatur minor. Prius & posterius nihil aliud sunt, quam distantię a nunc pręsenti, nunc autē non est nisi in tempore vt satis probatum est: ergo & prius & posterius sunt in tempore: nam vbicunque est terminus distantię est ipsa distantia: sicut in linea in eadem quantitate sunt partes distantes per puncta & puncta ipsa. At quia dixerat prius & posterius non esse nisi distātias a nūc pręsenti, manifestat quomodo aliter se habeant in pręterito & aliter in futuro. Quoniā in pręterito illud est prius, quod plus distat a pręsenti, illudque posterius, quod distat minus: in futuro vero econtrario, illud est prius quod pręsenti vicinius est, illudque posterius, quod magis est remotum.



Dignum autem consideratione est: & quomodo tandem se habet tempus ad animā. & propter quid in omnibus videtur esse tēpus, & in terra, & in mari & in cælo. An quia, ipsius motus passio quędam Textus. cxxx.

dam est, vel habitus, cùm numerus quidem tempus sit, hæc autem, mobilia omnia: in loco enim, omnia sunt. tempus autem & motus, simul sunt, & secundum potentiam & secundum actum.

¶ Secunda particula huius capitis in hoc textu. 130. & sequenti sita est. In qua soluit duas questiũculas de tempore. Prima est: quomodo tempus se habet ad animam: & hanc soluit textu sequenti. Altera est: cur tempus sit in omnibus rebus, vt terra, aqua & celo. Nomine terre intellige omnia terrestria, & cuncta, que nos experimur moueri: aeris autem, & sphere ignis, quorum motus non experimur, non fecit mentionem: quia nondum tractauit de eorum motu. Huic secunde questioni respõdet hic per modum interrogationis, vt moris eius est dicens: quod quia tempus passio quedam est, aut habitus ipsius motus, quippe cuius sit numerus & mensura: & hec omnia mobilia sunt, omnia sunt in tempore. Neque obstat quod supra dixerat tex. 117. sempiterna & per consequens celum non esse in tempore: quia intelligit illic quantum ad suum esse & durationem: hic vero quantum ad suum motum. Neque locus est hic disputandi, an terra moueatur secundum se totam: satis enim pro nunc est, quod omnia terrestria deorsum mouentur. Quod autem subiungit, tempus & motum simul esse secundum potentiam & actum. sunt qui existiment dictum esse propter primum mobile, quod vt dictum est tex. 45. non est secundum se totum in loco, sed secundum partes que sunt in loco in potentia puta vna in alia sibi continua. Attamen sensus hic falsus est. Nam vt illic diximus, quanuis partes celi non sint in loco, nisi in potentia, actu tamen & proprijssime mouentur in loco tã partes, quam totum secũdum partes atque adeo actu est illic tempus. Dixit ergo hoc propterea, quia sunt aliqua actu quiescentia, vt terra secundum se totam, aut lapis, aut animalia dum dormiunt: & ideo ne quis putaret illa non esse in tẽpore, quia non actu mouentur, dicit, quod eo modo, sunt in tempore, quo mouentur, vt si sunt in potentia vt moueantur localiter sunt in potentia vt secundum talem motum mensurentur tempore: & si sunt actu in motu quantum ad suum esse & durationem, aut viuere, eadem ratione actu sunt in tẽpore.

Textus. cxxxj. Vtrum autem cum non sit anima, esit tempus, an non dubitauerit aliquis. Cum enim imposibile sit numerãtem esse aliquem, imposibile est numerabile aliquod esse. Quare est manifestum, quod neque numerus est. numerus enim est, aut quod numeratur, aut ipsum numerabile. Si autem nihil aliud aptum natura est quàm anima numerare, & animæ intellectus imposibile est tempus esse, cùm non sit in anima, nisi hoc, quod aliquando existens tempus est, vt si contingit motum esse sine anima prius autem & posterius, in motu est, tẽpus autem, hæc sunt, quatenus numerabilia sunt.

¶ In textu hoc. 131. soluit primam questionem, que est hec: vtrum tempus ita quantum ad suam existẽtiam dependeat ab anima intellectiua, vt si nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Et arguit ad partem affirmatiuam: estque notandum argumentum, quod procedit a posse, ad esse. Si nulla esset possibilis potentia numerans, nullus esset possibilis numerus: quia numerus: dicit respectum ad numerantem (est enim numerus id, quod vel actu numeratur, vel in potentia est numerabile) ergo si de facto nulla esset potentia numerans, nullus esset numerus. Potentia aut numerans esse nequit, nisi intellectus, cuius est comparare mensura ad mensuratum, & congerere vnitates numeri: & tempus est numerus numeratus ergo si nullus esset intellectus, nullum esset tempus. Solutio Aristotelis videtur in hoc consistere, quod tempus (accipiẽdo formaliter vt dicit numerum) non esset, nisi intellectus esset: accipiẽdo autem materialiter pro re, que est tempus, potest esse sine anima: nam motus, qui est res, que est tempus, est sine anima. Ex hoc est, quod ait. [Nisi hoc quod aliquando existens tempus est, vt si contingit motum esse &c.] Idest conceditur tempus formaliter non esse sine anima, nisi materialiter hoc, idest illa res, que aliquando existit tempus: puta motus, qui subiecto est idem, quod tempus. Quod nos. q. 4. notamus ad probandum tempus & motum idem esse realiter. Quod tandem est dicere. Illa que sunt prius & posterius in motu, sunt sine intellectu: quod tamen sint numerabilia vt due hore due dies, habent ab anima. Hoc autem. q. 4. numerosius examinamus.

Vtrum tẽps dependeat ab anima.

Tempus & motus idẽ realiter.

Dubitauerit autem aliquis, & qualis motus numerus tempus sit, an qualiscunque. Etenim generatur in tempore, & corrumpitur, & augmentatur, & alteratur in tempore, & fertur. Quatenus igitur motus est, eatenus est vnius cuiusque motus, numerus. Quapropter ipsius motus simpliciter est numerus continui, sed non cuiusdam, sed est nunc motũ esse & aliud, quorum vtriusque motus erit numerus. Textus. cxxxij. ¶ Alterum igitur tempus erit: & simul duo equalia tẽpora erunt, an non? omne nanque tẽpus: vnum similiter & simul est, specie autem, & quæ non simul. ¶ Si enim sint hi canes, illi vero equi, vtrique autem septẽ idẽ numerus est. sic & motuum simul terminatorũ, idẽ tẽpus est. sed hic

quidem

velox fortaſsis, alius verò, non. & hic quidem, loci mutatio eſt, alius autem alteratio. tempus tamen idem eſt: ſiquidem & numerus æqualis ſit, & alterationis, & loci mutationis, & ſimul ſint. Atque propter hoc, motus quidem alteri, & ſeorſum ſunt. tempus autem, vbique eſt idem, quia numerus vnus, & idem vbique eſt, qui eſt æqualium & ſimul.

¶ Particula tertia huius capitis in hoc tex. 132. iacet & in duobus ſequentibus. Ubi philoſophus vt extremam huic rei manum imponat, inueſtigat ſubiectum in quo ſit tempus. Nam cum ſit numerus motus: motus autem ſint ſpecies multę (vt alteratio, augmentatio &c.) dubitatio eſt, ſit ne in quocunque motu ſuum proprium tempus, an ſit potius motuum vniuerſorum vnum tempus. Et arguit, quod in ſingulis motibus ſint tempora ſingula. Omnis generatio, & omnis denique motus eſt in tempore (verba enim illa, generatur &c. accipiuntur imperſonaliter) inquantum enim vnuſquiſque motus eſt motus, intantum habet numerum prioris & poſterioris (quod eſt habere annexū tempus) ergo tempus eſt numerus motus ſimpliciter. i. in genere: vt comprehendat omnem motū ſingularem, & non ſolum eſt particulariter numerus cuiuſdam motus, puta primi mobilis. Cum ergo ſit vnus motus, & alius motus. i. cum ſint plures motus, ſequitur vt ſint quoque plura tempora. ¶ Illic autem. (Alterum igitur &c.) arguit ad oppoſitum interroganter vt ſolet. Si enī (inquit) tempora multiplicentur ſecundum multiplicationem motuum, fit, vt ſimul ſint duo tempora ęqualia, puta duę horę, vna qua ego lego: & altera, qua alter ſimul legit in alio gymnaſio, & ſimul duo dies martis, & duo menſes octobris: quod eſt impoſſibile. Ait, ęqualia, quia multa tempora, quorum vnū eſt pars alterius, ſunt ſimul, vt puta, dies menſis &c. Quod autem ſit impoſſibile, probat: quia omne tempus quod ſimul & ſimiliter eſt, vnum eſt numero, vt hęc hora tertia, qua ego ſcribo eſt eadem numero qua quęcunque res mundi modo operatur aut eſt: & hęc dies eſt vnum numero tempus in toto orbe. Licet antipodis ſit nox. Et illa tempora ęqualia, quę non ſunt ſimul, non ſunt idem numero, ſed tamen ſunt idem ſpecie: vt annus pręſens, & annus pręteritus: ſi autem ſint inęqualia, vt menſis & annus, ſunt quodammodo diuerſę ſpecies ſicut bicubitum & tricubitum in genere quantitatis vt in. q. 4. explanamus. ¶ Affert exemplum ſimile in numero. Septem (inquit) canes in eodem penitus numero ſeptenario ſunt quo ſeptem equi, tametſi res ipſę numeratę ſpecie differant, eundem enim numerum dicimus eſſe elementorum qui eſt et primarum qualitatum, puta quaternarium. Licet illa ſubſtantia ſint, hę vero qualitates. Eodem igitur (inquit) modo vniuerſorum motuum, qui hodie fiunt in orbe, ab eodem nunc in idem nunc [ſcilicet ab ortu ſolis vſque ad occaſum] idem eſt tempus. Licet alius ſit motus alterationis, alius localis, alius velox, alius tardus. Et ita licet motus ſint alteri, ideſt, diuerſi numerus temporis vnus eſt ęqualium durationum quę ſunt ſimul.

Textus cxxxiiij.

Quoniam autem eſt loci mutatio, huius circularis, numeratur autem vnū quodque vno quodam congeneo, vnitates vnitate, equi vero equo ſic & tempus tempore quodam finito (menſuratur autem, ſicut diximus: & tempus motu, & motus tempore. hoc autem eſt, quia a determinato motu tempore menſuratur & ipſius motus quantitas, & temporis) ſi igitur primum menſura omnium congeneorum eſt: circulatio regularis, menſura maxime erit, numerus huius: notiſsimus eſt. Neque igitur alteratio, neque augmentatio, neque generatio: regulares ſunt, loci autem mutatio, eſt. ¶ Quapropter & videtur tempus eſſe ſphæræ motus: quia hoc menſurantur alij motus, & tempus hoc motu. ¶ Propter hoc autem: & qđ conſuetum eſt dici, accidit. dicūt enim circulum eſſe, humanas res: & aliorum motuum habētium naturalem, & generationem, & corruptionem. hoc autem eſt, quia hæc omnia tempore dijudicantur, & accipiunt finem, & principium, ac ſi ſecundum quandam circulationem ſit. etenim tempus ipſum, eſſe videtur circulus quidam. hoc autem rurſus videtur, quia huiuſmodi loci mutationis menſura eſt, & menſuratur ipſum ab huiuſmodi. Quare dicere rerum eas quæ fiunt, eſſe circulum. eſt dicere temporis eſſe quendam circulum. hoc autem eſt: quia menſuratur circulatione. Præter enim menſuram nihil aliud videtur eſſe menſuratum: quam multæ menſuræ, totum.

Unicū eſt tempus.

¶ Poſtquā ad vtrāque partē dubitationis diſputauit, in hoc ſequenti tex. 133. concludit tēpus vnicū eſſe omniū motuum, quod ſubiectiue eſt in primo mobili. Quam cōcluſionem tribus teſtimonijs corroborat. Primum hoc ſyllogiſmo. Unūquodque menſuratur

suratur mensura congenea.i.eiusdem secum ratio nis,& quę sit primum simplicissimumque ac notissimum sui generis: motus primi mobilis est eiusdem generis (puta eiusdem pręedicamenti) cum aliis omnibus motibus, estque omnium primus, simplicissimus atque notissimus: ergo ille est mensura aliorum omnium: rursus iam dictum est textu. 112. & motum tempore mensurari & vicissim tẽpus motu (& ratio, inquit est, quia quantitas tam motus, quam temporis mensuratur, & cognoscitur a motu, determinato tempore, idest, per motum cuius mensura est tempus) ergo prima omnium motuum mensura: atque adeo omnium tempus est numerus & mensura: illius primi motus. Maiorẽ primi syllogismi ex professo probat Phi. 10. meta. textu. 3. exẽplis plurimis: vt numerũ vnitate tanquam indiuisibile & simplicissima mensura metimur, vt equorum numerum vno equo multiplicato, & stadium pede & inter alia subdit illic: & motus omnes velocissimo motu primi mobilis. Quod enim ille motus sit omnium primus, manifestum est, cum sit omnium causa. Quod autem sit simplicissimus, patet quia numeri irregulares & difformes sunt veluti compositi ex dissimilibus partibus, motus vero cęli propter suam vniformitatem est simplicissimus. Et ideo habet se inter motus, sicut vnitas in numero. Et quod sit notissimus patet ex motu solis per quem iudicamus de duratione nostrarum operationum. Et ita cõcludit, quod neque alteratio, neque augmentatio, neque generatio erit tempus: quia nullus istorum motuum (eo quod sunt rerum corruptibilium) esse potest ita cõtinuus, aut ita vniformis, et regularis. Pręte rmisit (arbitror) nominare motum localẽ rectũ tanquam manifeste irregularem: si enim sit naturalis, velocior est in fine, quam in principio: si vero violentus, econuerso. Ille ergo solus motus cęli, quia est corporis incorruptibilis & ab intelligentia fatigari nescia, vniformissimus est. ¶ Secundo confirmat conclusionem testimonio eorum ipsorũ qui in hac parte errabant, dicentes tempus esse motum sphęrę. hac enim ratione id opinabantur quia per illum motum certi efficimur ac iudicamus de duratione nostrarum mutationum. Non tamen rem prorsus attingebant, vt intelligerent, non motum illum, sed numerum prioris & posterioris illius, esse tempus. ¶ Tertio eandem conclu-

Humana omnia i circulo. sionem manifestat sentẽtia illa, quę vulgo circũfertur: scilicet res omnes humanas, & in vniuersum generationes corruptionesque rerum omnium naturalium in circulo perpetuo esse: verbũ enim hoc inde dimanauit, q̄ omnia diiudicantur tempore: quod mensura est circularis motus: & ideo idẽ est dicere eas esse circulum, ac si diceretur, tẽpus earum esse circulum. Etenim pręter illam, inquit, primam mensuram, nihil aliud videtur esse mensuram, nihil aliud videtur esse mensuratum quam vnum resultans ex pluribus mensuris. Etenim vt vnus passus nihil aliud est quam pes quinquies multiplicatus, & vnum stadium nihil aliud quam 125. passus, ita vita decem annorum nihil aliud est quam decem circulationes continuę solis sub zodiaco.

Textus. cxxxiiij. Dicitur autem recte, & quod numerus quidem est idem ouium, & canũ si æqualis vterque sit. denarius autem, non idem neque decem eadem, sicut neque trianguli iidem: æqui laterus in quã, & scalenus. & tamen figura eadem est, qua ambo trianguli sunt idem enim dicitur cuius non differt differentia, sed non cuius differt, vt triangulus triangu li differentia differt (diuersi enim, trianguli sunt) figuræ autem, non, sed in vna & eadem diuisione. figura enim, talis quidem circulus est, talis vero, triangulus. Huius autem talis quidem est æquilaterus, talis verò scalenus, figura igitur eadem & hæc. triangulus enim est. triãgulus autem non idem est. Et numerus igitur eodem modo. non enim differt numeri differentia, numerus horũ, denarius autem nõ idem est. in quibus enim dicitur, differunt. hæc enim, canes, alia vero, equi sunt. Et de tempore quidem & ipso, & de iis, quæ circa ipsum, considerationi sunt propria dictum est.

¶ In textu hoc demum. 134. postremo huius libri quo apertius exponat id quod paulo ante dixerat, nempe eundem esse numerum decem ouium aut equorum, qui est decem canum, licet non sit itidem denarius, ponit documentum attentione certe et memoria dignum, vt apposite de identitate & diuersitate rerum congrueq; loquamur. Ait enim quod decem oues sunt idem numerus qui decem canes, non tamen idem denarius. Et ita sane loquimur dicentes longe alium esse hunc binarium, probis ac sapientibus duobus hominibus indicatis, quam illum, videlicet, quo improbos, aut ignaros designamus. Et ratio est, quia genus remotũ cum nota vnitatis vel identitatis pręedicatur de speciebus remotis, quę sunt sub genere inferiori: attamen genus proximum non pręedicatur cum tali signo vnitatis, aut identitatis de suis proximis speciebus. Subdit exemplum in mathematicis. De duobus triangulis, quorum alter est ęquilaterus, alter vero scalenus, idest, inęqualium omniũ laterum, affirmamus quod sunt eadem figura. Et ratio huius est, quia figura non diuiditur immediate per has differentias, ęquilaterus, & scalenus & ideo ratio figurę manet eadem in ambabus speciebus. Negamus tamen, quod sint idem trianguli, propterea quod triangulus immediate diuiditur in ęquilaterum & scalenum: atque adeo ratio trianguli non manet eadem in illis, vt contracta per illas differentias. Et hoc est, quod hic ait Aristo. (idẽ em̃ dicitur cuius nõ differentia, sed nõ cuius differt &c.) trianguli em̃ illi duo, triãguli differentiis differũt nõ aũt differẽtiis figurę, quę sunt circularis, aut triãgularis & cętera. Hinc sequitur ad maiorẽ explicationẽ: q̄ genus quodcunque pręedicabitur de individuis eiusdem speciei, quę

quę sub illo continentur. Nam duo equilateri non solum sunt eadem figura, sed idem etiam triangulus: non tamē sunt idem equilaterus, quia species materialiter diuiditur per diuersa indiuidua, sicut genus formaliter per suas differentias. Eodē modo possumus dicere, quod Petrus & Paulus sunt idem animal, nō tamen sunt idem homo, Petrus tamen & Brunellus non sunt idem animal, tametsi dici possunt idem corpus. Sermones isti fateor ꝙ nō sunt vsitati apud iuniores, sunt tamē vere philosophici, et apud antiquos celebrati, & merito ad vsus plurimos obseruandi. Eodem ergo modo motus omnes scilicet alteratio, generatio, & augmentatio, & motus localis eodem tempore conueniunt quod est omnium mensura: tametsi non sint idem motus.

Preterea, tpg. adnotamus quod sit, maxime vnius cuiusque, de [illegible] motu [illegible] [illegible] motu [illegible] maxima: probo antecedens: nam tpg. consideratur paulo plus vel minus [illegible] omnino sine [illegible] nec primi mobilis. [illegible] [illegible] qui [illegible] rationibus possumus [illegible] [illegible]

Finis quarti libri Physicorum.

# ❧ Reuerēdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super quintum Physicorū Aristotelis Commentaria.

## DE DIVISIONE motus in suas species.

## CAPVT. I.

Textus. j.

TRANSMVTATur autē quod transmutatur omne, hoc quidem secūdum accidens, vt cum dicimus musicū ambulare, quoniam cui accidit musicum esse hoc ambulat. hoc autem ex eo quia huius aliquid mutatur, simpliciter dicitur mutari: vt quæcunque dicuntur secundum partes. sanatur enim corpus, quia oculus aut thorax. hæc autem, partes sunt totius corporis. Est autem aliquid quod neque secundum accidens mouetur. neque ex eo, quia aliqua partium ipsius, sed ex eo quia ipsum mouetur primum, & hoc est secundum se ipsum mobile. Secundum alium autem motum alterum est, vt alterabile & alterationis, sanabile & calefactibile alterum.

¶In quatuor superioribus libris tractatū est de motu absolute, & de his, que ad eum pertinent, puta de principijs eius, & causis, de eiusque quiditate, atque adeo de loco qui est mensura mobilis, & de tempore, quod est mensura motus. In reliquis vero quatuor agitur de motu comparatiue, nēpe in hoc quinto comparatur ad suas partes subiectiuas, diuiditur enim ꝑ suas species: in sexto comparatur ad suas partes quantitatiuas: in reliquis vero duobus comparatur ad motorem. Liber autem iste, qui in sex capita diuiditur, & secundum Commentato. in textus. 63. [licet in calce adijciantur alij duo, qui nō sunt in greco] diuiditur in tria precipua membra. In duobus enim prioribus capitulis vsque ad textum. 20. enarrātur species motus, explicaturque ad que predicamenta sit per se motus: in duobus sequētibus vsque ad textū. 45. agitur de vnitate & diuersitate motus: in duobus reliquis capitulis de contrarietate motus. In capitu. 1. quod. 10. textus cōtinet duo facit Phi. In sex enim textibus prioribus distiguit diuersas acceptiones, & mutationis, & motus: in quatuor vero sequentibus distinguit species mutationis in genere antequam in sequenti cap. distinguat proprias species motus. Proponit ergo in hoc. 1. textu. distinctionem motus trimēbrem ex parte mobilis. Ait enim, ꝙ eorum, que trasmutantur, aliqua transmutantur per accidens: vt cum dicimus musicū ambulare: quia non est de ratione ambulātis vt sit musicus, sed accidit ei: animal vero est necessarium subiectum ambulationis. Eorum autem que per se mouentur, alia mouentur, non per se primo, sed ratione partis: vt cum homo sanatur secūdum oculum, aut secundum thoracē. i. pectus, simpliciter dicitur sanari: licet sanetur solum secūdū partem. Alia sunt, que mouentur neque secundū accidens, neque secundum partem, sed per se primo: vt cum equus ambulat, vel augetur, vel calefit. Et iste motus est, qui variatur secundum species. s. alterationis, augmentationis, aut motus localis. Subiungit autem [Secundum alium autē motum, alterum est vt alterabile). i. secundum ꝙ motus est alius, ita & subiectum est alterum: nam subiectum sortitur nomen & speciem a motu. Si enim motus differunt genere subalterno, ita & mobilia, vt quia alteratio est alia species subalterna quam augmentatio, & motus localis, alterabile est altera species quam augmentabile: & mobile localiter, altera. Vnde & celum est mobile localiter, licet non sit mobile alia specie motus. Et [Alterationis (inquit) sanabile: & calefactibile, alterum]. s. quia alteratio rursus diuiditur in alias species, puta sanationem & calefactionem, ita & sanabile est aliud a calefactibili. Hoc est dicere ꝙ alterabile idē est quod mobile motu alterationis, & sanabile est mobile motu sanationis: & augmentabile est mobile motu augmentationis. &c.

Partitio libri.

Est autem & in mouente, similiter: aliud enim secundum accidens mouet aliud vero secundum partem, ex eo quia partium huius aliqua, aliud vero, per se ipsum primum. vt medicus quidem sanat, manus vero percutit. Textus. ij.

¶Eadē ratione, quia diuisit mobilia, diuidit inter. hoc. 2. mouentia. Eorum enim, que mouent, aliud est mouens per accidens: vt musicus edificat, aut sanat: aliud vero per se, non primo, sed secundum partem: vt cum quis manu percutit: aliud vero, quod simpliciter per se primo mouet: vt cum medicus sanat: quod enim homo facit secundum intellectum, non secundum partem, sed secundum se totum facit.

Textus. iij.

Quoniam autem est quidẽ aliquid mouens primum, est autem aliquid ꝙ mouetur, ad hæc in quo tempus, & præter hæc ex quo, & in quod (omnis enim motus ex quodam, & in quiddam. alterum enim est quod primum mouetur & in quod mouetur, & ex quo. vt lignum, & calidum, & frigidum. horum autem, aliud quidem quod, aliud vero in quod, aliud autem ex quo) manifestum est igitur, quod motus in ligno est non in specie. neque enim mouet, neque mouetur species, aut locus. aut ipsum tantum.

¶Similem diuisionem. qua mobilia mouentiaq; diuisit, intendit facere ex parte terminorum, ad quos est motus. Premittit autem in hoc tex. 3. explicare quid est id, cui per se conuenit ratio motus ⁊ proprie moueri. Quinq; enim sunt (inquit) quę in motu est considerare: quę sunt, mouens, ⁊ subiectum, ꝙ mouetur, ⁊ tẽpus in quo fit motus, ⁊ pręterea terminus a quo, ⁊ termin⁹ ad quẽ. Inter quę duas facit cõparationes. Primo cõparat subiectũ ad vtrunq; terminũ, dicens id ꝙ mouetur alterũ esse, ⁊ a termino ad quẽ ⁊ a termino a quo. Et in calefactione ligni tria consideramus. s. frigidum, ⁊ calidum ⁊ lignum, quod successiue subijcitur vtrique qualitati, dum lignum ex frigido fit calidum. Non solũ ergo intelligit, ꝙ lignum distinguitur realiter a frigiditate, ⁊ caliditate (quia hoc nihil esset dicere) sed loquitur in concreto, ꝙ lignum in quantum lignum alterũ est, quam lignum inquantum frigidum, aut inquantum calidum. Et hoc est quod subdit [Manifestũ est, ꝙ motus in ligno est non in specie]. i. id quod proprie calefit, neq; est frigidum, neq; calidum sub tali ratione, sed lignum. Speciem. n. appellat formam, ⁊ eam, quę corrumpitur, ⁊ eam, quę acquiritur: vel subiectum sub tali forma. Docuit nanque li. 1. huius text. 61. ꝙ subiectum proprie enunciatur in recto: vt homo fit niger, sed terminus a quo proprias explicatur in ablatiuo, vt dicamus, ex albo fit nigrum, potiusquã album fit nigrum. Et ratio est, q2 subiectum manet sub termino ad quem, priuatio aũt [quę est terminus a quo] non manet. Cõcludit ergo, ꝙ neque species (. s. nec terminus a quo, nec terminus ad quẽ sub hac ratione) mouetur. Neq; locus in quo vel ad quem fit motus: vt lib. 4. huius tex. 41. determinatum est. Adde, ꝙ nec tempus mouetur [vt patet ex dictis in tract. de tempore] neq; mouens ipsum in quantum mouens: vt li. 3. tex. 16. ⁊. 17. cõstat. Ex quibus colligitur, ꝙ ex omnibus, quę requiruntur ad motum, solum subiectum mouetur atque adeo illud solũ, quatenus successiue est sub vtroque termino mouetur.

Textus. iiij.

Sed est mouens, & quod mouetur, atque in quod mouetur. Magis autem ab eo, in quod, quam ex quo mouetur denominatur mutatio. Qua propter & corruptio: in id, quod non est, mutatio est: quamuis & ex eo, quod est, mutetur, quod corrumpitur. Et generatio in id, qđ est: quãuis ex eo, quod nõ est.

¶In tex. 4. cum duos terminos statuisset motus, docet a quo illorum motus sortiatur denominationem: ⁊ speciem: dicens: ꝙ illam sortitur, n. n a termino a quo, sed a termino ad quem. Cum. n. ex frigido fit calidũ: licet terminus a quo sit frigiditas non tamen ille motus dicitur frigefactio, sed calefactio: ⁊ econuerso cum ex calido fit frigidum, non dicitur calefactio, sed frigefactio: et cum ex semine fit animal, licet corrumpatur illic semen, nõ tñ dicitur simpliciter corruptio, sed generatio. Corruptio autem (inquit) denominatur a termino a quo. Et illa dicetur corruptio, cum addito. s. corruptio seminis: ⁊ cum ex frigido fit calidũ, dr̃ corruptio accidẽtalis. s. frigidi, aut frigoris: ⁊ cum ex ligno gñatur ignis, dicitur corruptio ligni ⁊ gñatio ignis: q2 corruptio vnius, est generatio alteri⁹ At vero qñ corrũpitur viuens, ⁊ vel mistum aliud per defectũ, licet generetur forma cadaueris, aut alia imperfectior, tñ simpliciter denominabitur corruptio: vt cũ animal moritur, aut arbor arescit quia forma non generatur, nisi via corruptionis.

Quid igitur motus sit, dictum est prius. Species autem, & passiones, & locus, ad quæ mouentur ea, quæ mouentur, immobilia sunt. vt scientia, & calor. Text. v.
Attamen dubitauit aliquis, si passiones motus sunt. albedo autem passio est. erit enim ad motum, mutatio. sed forta tassis non est albedo, motus: sed dealbatio. ¶Est autem & in illis & quod est secundum accidens: & quod est secundum partẽ atque secundum aliud. & ꝙ primo est, & nõ secũdũ aliud. vt quod fit album: in id quod intelligitur, mutatur secundum accidens. colori enim accidit: intelligi. in colorẽ aũt: quia albũ, pars est coloris. & in europam: quia pars Europæ, Athenæ sunt, In albũ aũt colorẽ per se. Quomodo igitr̃ per se mouetr̃, & quomodo secundũ accidens, & quomodo secundũ accidens. & quomodo secundũ aliud aliquid, & quomodo idem primũ & in mouente est, & in eo qđ mouetr̃: manifestum est & quod motus non est in specie: sed in eo quod mouetur & mobili secundum actum.

¶Duas particulas habet tex. hic. 5. In prima insinuat quandã dubitationẽ. q̃ ex proxime dictis suboritur. Ait igitur, ꝙ quid sit motus. dictũ est pus. Est eñi via, ⁊ acq̃sitio tr̃i, vt li. 3. dictũ est. Spẽs ⁊ passiones: puta formę ⁊ qualitates ⁊ loc⁹ (vt mõdicebat) sunt res immobiles, ad quas mobilia mouent. Dubitatio ergo est. Cũ mot⁹ (vt nomẽ pręsefert)

fert)idē sit ꝙ passio quędā:⁊ albedo itidē videat esse passio(est em̄ accidēs quo res patitur) sequit̄ ꝙ ⁊ albedo erit motus:⁊ cū ad albedinē sit mot⁹ (nā dealbatio est motus ad albedinem) sequitur,ꝙ ad motum sit motus:quod infra tex.12.probabitur esse impossibile:alias idē esset via,⁊ terminus. Respondet,ꝙ fortasse albedo non motus, sed dealbatio. Fortasse(inquit)non quia dubitet,sed quia ille est modus eius propter grauitatem respondendi:aut quia nondum de hoc disputauit. Quo fit vt aliter motus,quam forma,sit dicendus passio. Nam forma(vt albedo) de se non dicit, quod sit in fieri: dealbatio vero significat albedinem vt est in fieri,⁊ ideo alia est ratio formę,⁊ alia motus. vt libro.2.q.2.dictum est.¶ In secunda parte textus.(Est autem ⁊c.)explicat similem diuisionem conuenire terminis motus, illis, qui assignatę sunt mobilibus ⁊ mouentibus. Dicitur enim mobile moueri in aliquid:tanquam in terminum:⁊ secundum accidens,secundum partem ⁊ perse primo. Exemplum primi,vt si nigrum quod forte non intelligebatur:mutetur in album,quod tunc intelligitur,perse mutatur in album,per accidens vero mutatur in id,quod intelligitur:quia accidit (inquit)albo intelligi. Ponit,vt coniicio, hoc exemplum:quia color est quidem per se obiectū sensus, non tamen sub illa ratione est obiectū intellectus, sed in quantum ens,cui accidit esse album.Exemplum secundi. Si quis a Thebis proficiscatur Athenas,per se quidem mouetur Athenas: mouetur autem in Europam ratione partis. Nā Athenę partes sunt Europę. Non subdit tertium exemplum de perse primo:quia in his duobus est expressum. Eadem exempla sunt de termino a quo. Sicut quod mouetur a nigro,mouetur ab eo: quod non intelligitur,ad id, quod mouetur. A thebis mouetur quodammodo ab Europa ratione partis Sed posuit ea in termino ad quem:quia inde motus sortitur speciem.¶ Concludit ergo satis dictū esse,quomodo mobilia,mouentia,⁊ termini diuidātur per se,⁊ per accidens:⁊ pręterea quomodo ex omnibus,quę concurrunt ad motum,solum subiectum est id in quo est motus: atque adeo id duntaxat censetur proprie moueri.

Text.vj. Quæ igitur secundum accidens est, mutatio:dimittatur. est enim & in omnibus,& semper & omnium. Quæ vero non secundum accidens: non est in omnibus,sed in contrarijs, & medijs & in contradictione. Huius autem fides: ex inductione est. Ex medio autem, mutatur. vtitur enim ipso vt contrario ad vtrunque. Est enim quodammodo medium ipsum, extrema. Quapropter & hoc ad illa, & illa ad hoc, quodammodo dicuntur contraria, vt mese, grauis ad netem, & acuta ad hypaten. At quæ fuscum album ad nigrum, & nigrū ad album.

¶ Ex his differentiis mobilium ait in hoc text. 6. transiliendā esse ac prętereunda mouentia mobiliaque ac terminos per accidens motus. Nam scientia habet finitos pręscriptosque terminos,quibus clauditur:ea vero,quę fiunt per accidens,non sunt terminata,sed infinitis possunt modis contingere. Et hoc est quod ait.[Est enim ⁊ in omnibus [.s. terminis] ⁊ semper(.i. quotiescunque fit motus)⁊ omnium(puta mobilium.] Exempli gratia. Ex musico per accidens potest fieri album, ⁊ sapiens,⁊ magnum,⁊ quicunque alij termini, ⁊ isti termini possunt fieri per accidens ex quibuscunque alijs. Per se autem nihil fit, nisi ex suo cōtrario: quod lib.1.huius text.43. docuit. Phi. vt album perse fit ex nigro,⁊ calidum ex frigido. Subiungit autem,ꝙ medię qualitates,contrarietatem habēt quandam ad extrema. Album enim fit perse ex nō albo:puta ex nigro,aut medio colore colorato. Et hoc est,quod subdit.(Ut mese grauis est ad netem, ⁊ acuta ad hypaten.) Seruauit interpres voces gręcas. Mese enim idem est,quod media:⁊ cum absolute ponitur,accipitur pro media chorda lyrę. Nete est acutissimus sonus primę chordę:hypate vero est sonus grauis vltimę chordę. Ait ergo, ꝙ media quodammodo contrariatur vtrique extremo:nam est grauis respectu primę,⁊ acuta respectu vltimę. Sicuti fuscum est album respectu nigri,⁊ nigrum respectu albi.

Quoniam autem omnis transmutatio est ex quodam in quiddam (manifestat autem & nomen. post aliud enim aliquid:& aliud quidem prius significat, aliud autem posterius) mutabitur quod mutatur, quadrifariam. Aut enim ex subiecto in subiectum, aut ex non subiecto in non subiectum aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum. Dico autem subiectum: quod affirmatione monstratur. Tex.vij.

¶ Quare necesse est ex ijs, quæ dicta sūt tres esse mutatiōes: eam, quæ est ex subiecto in subiectum: & eam, quæ ex subiecto in non subiectum: & eam quæ ex non subiecto in subiectum, quæ enim ex non subiecto in non subiectum non est mutatio, propterea quod non est secūdum oppositionem. neque enim cōtraria neque cōtradictio est. ¶ Quę igitur ex nō subiecto est in subiectū mutatio secūda cōtradictionē, generatio est, alia quidē simpliciter simplex. alia vero quædā, cuiusdā. vt ea quę ex nō albo in album: generatio huius est. Ea vero, quæ ex eo, quod non est simpliciter in substantiam, generatio simpliciter est secundum quam simpliciter fieri, &

non

non aliquid fieri dicimus. Quæ vero ex subiecto in non subiectum: corruptio est, simpliciter quidem, quæ ex substantia ad ipsum, non esse est. quædam autem, ea quæ est in oppositam negationem: sicut dictum est & in generatione.

¶His præiactis fundamentis, adornat in hoc tex. 7.(vbi incipit. 2. pars huius capitis) distinguere species motus. At quia mutatio superius quid est quam motus (generatio enim & corruptio, vt text. proximo videbimus, non est motus, sed mutatio) distinguit prius mutationem in quatuor species, quę sumuntur ex combinatione terminorum. Ait ergo, q cum omnis transmutatio sit ex quodam in quiddam (nomen enim ipsum designat ordinem prioris a quo, & posterioris in quod est mutatio) fit vt quatuor modis contingat transmutatio.

Transmutatio quatuor modis.

¶Vbi adnotandum est quod quatuor isti modi nō distinguuntur ex parte rei: eadem enim mutatio cum ex albo fit nigrum est, etiam ex non nigro in non album, & ex non nigro in nigrum, & ex albo in non album: sed est distinctio ex modo significandi terminorum a quo, & ad quem. Et hoc est quod ait (dico autem subiectum &c.) id est non appello subiectum proprie id, quod subijcitur vtrique termino (nam illud, idem manet in omni transmutatione) sed subiectum dico terminum affirmatiue mōstratum. Et per oppositum non subiectum appellatur terminus negatus, quem. 1. periher. appellauerat nomen infinitum. ¶Ex his (inquit) quatuor modis tres priores sunt tantum per se species mutationis. Nam illa (inquit) quę fit ex non subiecto in non subiectum, non est per se mutatio: quia omnis per se mutatio, aut est ex contrarijs, vt cum ex albo fit nigrum: aut ex contradictorijs, vt cum ex non albo fit album: aut econuerso. Contradictionem appellat oppositionem, quę per negationem exprimitur. At vero inter duo extrema infinita non est contrarietas: possunt enim ambo eidem simul conuenire: lapis nanque est simul non sanus, & non ęger: quia cum nō habeat aptitudinem ad tales qualitates, nec est sanus nec ęger: sicut & angelus & est non albus, & simul non niger, & non medio colore coloratus. Et eadem ratione non opponuntur contradictorię, quia ex duobus contradictorijs semper vnum est verum, & alterum falsum. Potest tamen per accidens ex non albo fieri non nigrum, cum ex nigro fit album. ¶Sed contra hoc videtur q sicut per se album fit ex nigro, ita & non album per se fiat ex non nigro: quia albo per se conuenit vt sit non nigrum. Respondetur, q ad hoc, q ex hoc termino a quo per se fiat terminus ad quem, requiritur q simul repugnēt in esse simul eidem, & iam dictum est q nō album, & non nigrum, aut non medio colore coloratum simul conueniunt angelo. ¶Subsequenter inquit, q illa transmutatio, quę non est ex subiecto in subiectum, est mutatio secundum contradictionem: & dicitur generatio. Non appellat non subiectum, propterea, q nihil subijciatur tali formę (alias esset creatio) sed appellat nō subiectum, illud, quod significatur sub negatione formę. Et hęc inquit, generatio aut simpliciter est generatio aut (quędam, cuiusdam) id est, secundum quid. Generationem secundum quid appellat, mutationem accidentis in accidens. vt cum ex non albo fit album: quia illic non producitur ens simpliciter, id est, substantia, quę est ens actu: imo substantia, perfecta erat sub termino a quo, quę manet sub termino ad quem. Generatio vero simpliciter est illa q̃ fit ex non ente simpliciter, puta ex non substantia in actu vt cum ex aere generatur aqua, aut ex semine animal: vbi id, quod manet sub vtroque termino, est sola materia prima: quę nō est ens actu, sed ens in potentia. Et econtrario illa, quę fit ex subiecto in non subiectum, dicitur corruptio: aut simpliciter vt cum id, quod manet sub vtroque termino, est sola materia prima. vt quando aqua corrumpitur in aerē: quia generatio vnius, est corruptio alterius: aut secundum quid. vt cum ex albo fit nō album, manente eadē substantia. ¶Meminisse hic opus est illius quod lib. 1. huius super textum. 75. adnotauimus: nempe, q aliud est dicere in generatione substantię, q aqua fiat ex non ente simpliciter [vt negatio feratur in totum] & aliud, q fiat ex simpliciter non ente. Nam primus sensus est verus: quia aqua fit ex materia, quę non est ens simpliciter, sed ens in potentia: puta aqua in potentia, sed tamen falsum est, q materia sit simpliciter non ens, quia non est purum nihil. In summa, creatio fit simpliciter ex non ente, generatio vero, ex non ente simpliciter.

Textus. viij.

Si igitur id quod non est dicitur multipliciter, & neque id quod est secundùm compositionem, aut diuisionem contingit moueri, neque quod est secundùm potentiam, quod ei quod est simpliciter secundùm actum, oppositum est (quod enim est non album, aut non bonum: fieri potest vt moueatur secūdùm accidens. fuerit enim homo: non album. quod autem simpliciter nō hoc est: nullo modo. (impossibile enim est: quod non est moueri) si autem hoc: & generationem, motum esse impossibile erit. ¶Generatur enim: quod non est. nam & si quàm maximè secundùm accidens generatur: attamē est verum dicere, quòd est id quod non est de eo quod generatur simpliciter. similiter autem: & quiescere. Hęc igitur omnia accidunt difficilia: moueri ad id, quod non est. & si omne quod mouetur in loco est, quod autem non est in loco (essent enim: alicubi). ¶Neque ergo corruptio motus est, contrariæ enim motui: motus est aut quies. corruptio autem: generationi contrarium est.

¶Ex quatuor illis combinationibus terminorum excluserat a ratione mutationis, quando ambo pro-

proferuntur negatiue: subsequenter in hoc tex. 8. ex aliis tribus, quas dixit esse species mutationis intendit excipere duas a propria ratione motus: puta quando alterum extremorum est negatiuũ. Et est locus iste quanuis abditus, subtilis tamen ac physicus. Ubi prius considerandum est, ꝙ quãuis ex nõ albo fiat per se album, ⁊ ex non aëre per se aër, tanquam ex propria priuatione, ⁊ proprio termino a quo (vt libr. 1. super text. 43. expositum est) tñ in ratione subiecti, non albũ non fit albũ qꝛ nõ albũ nõ manet albũ. Et ad hoc propositũ ꝓbauerat text. 3. ꝙ solũ subiectũ est, qđ ꝓprie mouet̃. Intendit ergo hic probare, ꝙ mutatio ex termino negato in terminum affirmatum, aut econuerso, non est motus, sed mutatio: quod est dicere: generatio ⁊ corruptio simpliciter dictę. s. substantię nõ est motus. Et probatio est hęc, certe pulchra si bene intelligatur. Demus. v. g. ꝙ ex aëre fit aqua (illic enim ex non aqua) probatur ꝙ nihil ibi moueatur motu generationis. id qđ mouetur debet esse ens actu qđ maneat sub vtroqꝫ termino (nã solum subiectum proprie mouetur) sed illic nullũ est ens actu qđ maneat sub vtroqꝫ termino, ergo nihil mouetur generatiõis. ¶ Probat̃ minor: qꝛ nõ aqua, puta aër, quę est priuatio, ⁊ terminus a quo, non manet: aqua vero nõ erat sub termino a quo: materia autem [quę manet sub vtroqꝫ termino] non est ens in actu: sed solum in potentia vt lib. 1. expositũ est, ergo nihil illic mouetur. ¶ Sed quęris. Quid opus est, vt subiectum, quod mouetur, sit ens actu? Ratio est, ꝙ moueri, est accidẽs entium naturalium: accidens autem non habet ꝓprie ꝓ subiecto, nisi primã substantiã. Unde materia sicut non est ens naturale. vt lib. 2. q. 1. adnotauimus, ita nec ꝓprie mouetur. eadem proportione probatur corruptionem nõ esse motum. ¶ At vero vt hęc Aristo. lucidiora faciat, insinuat diuisionem nõ entis. Ait enĩ, ꝙ ens, ⁊ non ens vno mõ accipiuntur, vt. 6. Meta. tex. 4. scilicet ꝓ eo, quod est verum, vel falsum [sicut chimeram esse est non ens id est falsum: ⁊ chimeram non esse, est ens; qꝛ est verum] ⁊ isto modo nec ens, nec non ens mouentur: quia non dicũt aliquam existentiã, sed sunt entia ratiõis, quę solum habent esse obiectiue in intellectu. Et hęc vocat hic ens, ⁊ non ens secundum compositionem, ⁊ diuisionem. Secundo modo accipitur non ens ꝓ eo, quod est non ens simpliciter: puta pro materia, q̃ neqꝫ simpliciter est non ens. s. nihil: nec simpliciter est ens sed ens in potentia: cui opponitur (inquit) ens in actu. Et neqꝫ hoc ꝓprie mouetur, rõne iam dicta. Tertio modo accipitur nõ ens ꝓ eo qđ est nõ est secundum quid. s. accidentale: vt non album: non calidum ⁊c. Et hoc (inquit) mouetur quidem, nõ tamen sed ₰m accidens rõne subiecti. Lignum enim, cui accidit non album, mouetur cum fit album: ⁊ homo cui accidit non bonum, mouet̃ cum fit bonus. [Quod autem simpliciter non est hoc est, nullo modo]. i. materia prima, quę simpliciter non est prima substantia, nullo modo mouet̃: ⁊ per consequens non aqua aut non aër, aut non homo ⁊c. quę sunt priuationes accidentes materię, nec mouentur per se nec per accidens. Concludit ergo generationem simpliciter dictã non esse motum. ¶ At quia posset quis statim obiicere, ꝙ eadem ratione neque est mutatio: siquidem mutatio videtur etiam esse accidens subiecti. ¶ Respondet huic tacitę obiectioni, ꝙ generatio dicitur mutatio, eo ꝙ id, quod generatur, incipit esse simpliciter quod non erat simpliciter, sed tantum erat in potentia. Et hoc est q̃ maxime per accidens moueri. s. ratione partis: puta ratione materię: quę neqꝫ ipsa simpliciter mouetur, vt dictum est. Et quia non est aliud nomen, quo hanc inceptionem explicaremus, dicitur mutatio. Itaqꝫ ad rationẽ motus requiritur, ꝙ id, quod mouetur, antea simpliciter fuerit: vt cum ex non albo fit albũ: ad mutationem autem satis est, ꝙ fuerit in potentia. Ratio ergo prima, quare materia mouetur quãdo de nouo acquirit formam, est quia materia ipsa de se non est, sed per formam, quam acquirit. Et eadem (inquit) ratione quando iam est sub forma, nõ quiescit simpliciter: nam quies non conuenit: nisi cui conuenit motus: quia contraria sunt circa idem. Addit rationem secundam, ꝙ materia non mouetur. Omne quod mouetur motu physico, est in loco [quia necesse est vt sit quantum] materia autem (quia simpliciter non est) non est in loco, nisi ratione totius: ergo non mouetur. ¶ Pari ratione infert, ꝙ nec corruptio simpliciter dicta. s. substantię, sit motus. Nam cõtrariorum eadem est ratio: corruptio autem contrariatur generationi: ergo si generatio non est motus neqꝫ corruptio. Animaduertenda est hic ratio, cur generatio, ⁊ corruptio non sit motus. Non enim ratio est [vt multi putãt] eo ꝙ introductio formę est in instãti: sed eo, ꝙ nullum ens actu subiicitur vtriqꝫ formę. Unde quando lignum incipit calefieri per vltimum non esse: ita ꝙ nunc nõ est calidum, sed immediate post hoc erit calidum, verus motus est. Et pariter quãdo aër illuminatur per primum sui esse, licet hic non sit tam proprie motus: quia non fit per expulsionem contrarii.

Generatio et corruptio nõ est motus.

Ens, ⁊ non ens dupliciter.

Quoniam autem omnis motus mutatio quædam est, mutationis autem tres quæ dictæ sunt, harum autem eæ, quæ sunt secundùm generationem & corruptionem non sunt motus, hæ autem sunt, quæ secundum contradictionem fiunt: necesse est eam, quæ ex subiecto est in subiectum mutationẽ, motum esse solùm. Subiecta autem, aut contraria sunt, aut media. etenim priuatio: ponatur contrarium. & monstrãtur affirmatione: nudum, & album & nigrum. Text. ix.

¶ Colligit ergo in tex. 9. Arist. ꝙ tamen est motus vbi est mutatio de subiecto in subiectum. i. quando ambo tẽri motus explicantur affirmatiue. Nam subm̃ hic appellat subm̃ ipsum ea rõne q̃ prius est sub vno t̃ro, ⁊ postea sub alio: vt cum ex albo fit nigrum. Collectio est hęc. Tres sunt tm̃ mutationis spẽs (vt tex. 7. probatũ est) ⁊ ex his illę duę q̃ dantur per contradictionem (puta quando vnum extremum exprimitur affirmatiue, ⁊ alterum negatiue) non sunt motus: nam si sit generatio simpliciter vt cum ex non aqua aut corruptio simpliciter vt cum ex aere fit non aër simpliciter non est motus: si autem sit generatio secundum quid: vt cum ex non albo fit non album, non est motus nisi per accidens, ratione subiecti, puta ligni aut hominis quę proprie mouentur fit: ergo vt proprie tantummodo sit motus inter duo subiecta. i. inter terminos positiuos. Subiecta autẽ [inquit]

inter

inter quę proprie est motus, aut sunt contraria, aut media, medium vero quatenus priuatio est vtriusqꝫ extremi, accipitur vt vtriusqꝫ contrarium. Quemadmodum enim nudum [quę est priuatio vestiti] quodammodo est contrarium illi, ita fuscum ⁊ rubeum contrarium est tam albi, q̃ nigri. vt textus. 6. dictum est. Motus ergo proprie est, cũ substantia, quę est ens in actu, mouetur ex vno termino positiuo in aliud positiuũ, vt cum ex albo, aut medio colore colorato mouetur in nigrum.

Text. x. Si igitur prædicamenta diuisa sunt substantia, & qualitate, & vbi, & quando, & ad aliquid, & quantitate, & ipso agere, & pati. Necesse est tres esse motus: eum, qui quãtitatis, & eum, qui qualitatis: & eum, qui secundũ locum est.

¶Concludit demum in hac particula, vbi Cõmentator signat textum decimum, cõclusionem totius huius capitis, puta, tantum esse tres species motus, scilicet, ad quantitatem, ad qualitatem, ⁊ ad vbi. Et facit huius syllogismum. Motus vt tex. 4. dictum est speciem sortitur a termino: ergo quot sunt species terminorum, ad quos est per se motꝰ, tot sunt species motus: sed tantum hęc tria sunt prędicamenta, ad quę est per se motus: ergo tantum sunt tres species motus, scilicet, augmentatio, qua acquiritur quantitas, ⁊ alteratio, qua acquiritur qualitas, ⁊ motus localis, quo acquiritur locus. ¶In memoriam hic reuocandum est, quod Aristo. libr. 3. text. 4. ⁊ nos quęstione prima exposuimus, scilicet, ꝙ si motus accipiatur materialiter pro forma, quę nondum peruenit ad perfectũ, reductiue ponitur in eodem prędicamento cum suo termino, vt motus alterationis reductiue, in prędicamento qualitatis, licet nõ directe, quia nõ est qualitas: ⁊ motus augmentationis in prędicamento quantitatis: ⁊ motus localis in prędicamento vbi. Si autem accipiatur formaliter, vt dicit solum productionem, vel acquisitionẽ, quę est via ad terminum (qui consideratur, vel tanq̃ procedẽs ab agente, vel tanq̃ receptus in passo) ponitͬ in prędicamẽto actiõis, vel passionis. Et ppterea ex prędicamentis, ad quę est per se motus, venatͬ species motus. Secundo notandũ est hic, ꝙ in numeratione prędicamentorum missa fecit duo, puta situs, ⁊ habere: nam cum ista quodammodo includant relationem, ea ratione, qua ad relationẽ non est per se motus, intelligit nec esse per se motum ad ista prędicamenta. Quod nos quęstione secunda adnotamus, aduersus eos, qui putant ad relationem extrinsecus aduenientẽ esse per se motũ. ¶Sequitur consequenter caput secundum.

## AD QVAE PRAEDICAMENTA SIT PER SE MOTUS.

## CAPVT. II.

SECVNDVM substantiam autẽ nõ est motus: propterea, quòd nullum est entium substantia contrarium. ¶Neque ei quod ad aliquid. Contingit enim: altero mutationem patiente, verè dici alterum nihil mutationis subire. quare: secundùm accidens motus horum est. Neque agentis, aut patientis: neque omnis mouentis, & eius, qui mouetur: quia non est ipsius motus: nec generationis, generatio, neque omnino mutatio mutationis.

¶In capite secundo, quod, prętер hoc fragmentũ superioris textus, decẽ alios comprehendit, intendit, ꝙ ad hęc tria tantum pręfata prędicamẽta est per se motus. Unde duo sunt membra huius capitis. In hoc enim fragmento, ⁊ septem textibus sequentibus probat negatiuam exponentem, scilicet, ꝙ ad quinqꝫ alia prędicamenta non est per se motus: nam situs, ⁊ habere, iam dictum est similiter excludi, vt prędicamẽtum relationis. In textu vero. 8. ⁊ duobus sequẽtibus probat affirmatiuã, scilicet, ꝙ ad tria prędicamenta sit per se motus. Incipit ergo a substantia, dicens, ꝙ ad substantiã non est per se motus: quia nihil est contrariũ substantię. Ubi cõsiderandũ est, ꝙ cũ potuisset adducere rationem nuper factam tex. 8. q: videlicet, generatio, per quam producitur substantia, non est motus (eo ꝙ non subijciatur ei aliquod ens simpliciter, manens sub vtroqꝫ termino) maluit tamen rationem alterã adiungere: nempe, ꝙ omnis motus est a contrario in contrariũ, vt text. 9. dicebamus: substantię autem nihil est contrariũ, vt in prędicamento substãtię dictũ est. Explicandũ hic fuisset, quomodo substantię nihil est contrariũ, nisi in prędicamento substãtię id tetigissemus, ⁊ lib. 1. huiꝰ. q. 5. copiose disertum a nobis esset. ¶Subdit secundo, ꝙ neqꝫ ad relationem est per se motus. Cuius probatio est hęc. Ad illud non est per se motus, quod potest in subiecto aliquo de nouo reperiri absqꝫ eo, ꝙ subiectum ipsum moueatur: relatio autem potest de nouo incipere esse in subiecto absqꝫ eo, ꝙ subiectum moueatur. i. aliquid noui acquirat: ergo ad relationem non est per se motus. Locus est hic manifestus, vbi Aristotel. docet relationem non esse numero distinctam a fundamento, quę est etiã hic. S. Thom. expressa sententia, vt. q. 1. copiosius repetimus. ¶Tertio subiungit, ꝙ nec ad actionem, aut passionem est per se motus: ⁊ per consequens nec ad agentem, aut patientẽ. Quod est dicere. Sicut per motum non per se acquiritur actio, aut passio: neque acquiritur tanquam terminus motus, vt res sit agens, aut patiens. Quia id motum [inquit] non est per se motus: neqꝫ ad generationem est generatio: nec omnino ad aliquã mutationem, mutatio. Iam deinceps semper distinguit inter generationem, ⁊ motum, eo, ꝙ iam monstrauit eorum differentiam.

Relationẽ distinguit numero a subiecto.

Primùm enim dupliciter contingit motus esse motum: aut vt subiecti, vt homo mouetur, quia ex albo in nigrũ mutatur. An ne sic & ipse motus: aut calefit, aut frigesit, aut locum mutat, aut augetur, aut diminuitur: hoc autẽ, impossibile est. Non enim subiectorũ aliquid: est mutatio.

¶ Prosequitur ergo probare motus ipsius nõ esse motum. Et primum in hoc textu. 11. distinguit duplicem sensum. Dupliciter enim vnus motus est alterius motus: aut tanq̃ subiecti, sicut denigratio est hominis, qui nigrescit: aut tanq̃ termini, veluti denigratio est nigredinis productio. Primo, inquit, modo motus ipsius nõ est motus: alias motus moueretur: vt calefactio (.v.g.) calefieret, & frigefieret, & augeretur, & moueretur localiter: quod est impossibile: nam iam textu. 3. probatum est, ꝙ non mouetur, nisi subiectum, quod est prima substantia: motus autem non est subiectum, cum sit res alterius prędicamenti, q̃ substantia.

Tex. xij. Aut ex eo, quia aliquod aliud subiectum, ex mutatiõe mutatur in alteram speciem. vt homo ex ægritudine in sanitatem. Sed neq; hoc possibile est, nisi secundùm accidẽs. hic enim motus: ex alia specie in aliam mutatio est. & generatio etiam atque corruptio: similiter. verùm hæ quidem in opposita sic: motus autẽ non similiter. Simul igitur mutatur ex sanitate in ægritudinem: & ex hac ipsa mutatione, in aliam. Manifestum autem, quòd cum æger fuerit, mutatus erit in quamlibet contingit enim: quiescere. ¶ Et amplius: non ad quãuis semper, & illa, ex quodam in quoddam alterum erit. Quare & opposita erit sanatio: sed ex eo quia accidit. vt si ex recordatione in obliuionem mutaretur: quoniam cui inest, illud mutatur, aliquando quidem in scientiam, aliquando verò in sanitatem.

¶ Subsequenter textu. 12. aggreditur impugnare secundum sensum, scilicet, ꝙ vnus motus sit alterius tanq̃ termini: idq; septem rationibus. Prima est hęc. Si vnus motus sit ad alium, necesse est, ꝙ sicut dealbatio est motus a nigredine in albedinem ita id, quod mouetur tali motu, moueatur ab vna mutatione in aliam, tanq̃ a termino a quo, ad terminum ad quem. Hoc autem est impossibile per se (licet secundum accidens contingere possit) ergo & antecedens. Ad probationem minoris supponit prius, ꝙ omnis motus, & mutatio habet certos, & pręscriptos terminos: licet aliter sit in generatione, aut corruptione (quę sunt mutationes) q̃ in motu. In illis enim termini opponũtur contradictorie, in motu autem opponuntur contrarie. Et hoc est, quod ait (hę quidem) scilicet generatio & corruptio) in opposita sic [id est, contradictorie] motus autem non similiter) sed contrarie. Exempli gratia: generatio aeris non est mutatio per se a quocunq; in quodcunq;, sed ex non aere in aerem: & pariter corruptio est mutatio ex aere in non aerem; siue corrumpatur in aquam, siue in terram. Et pariter motus (in quo ambo extrema debent esse positiua) vt dealbatio non est per se motus ex musico in calidum, sed determinate ex nigro, aut medio colore colorato in album. ¶ Hoc supposito, probat minorem dupliciter. Prima ratio est illic (simul igitur.) Si aliquid mouetur per se ab vna mutatione in aliam (v.g.) ab ęgrotatione ad dealbationem, necesse est vt ambę sint simul, scilicet, illa in via corruptionis, & hęc in via generationis, & ꝙ cessante ęgrotatione, restet motus dealbationis (sicut dum res mutatur ex frigida in calidam, necesse est, vt simul cum aliquo gradu frigiditatis sit aliquis gradus caloris, & cessante frigiditate, manet calor.) Hoc tamen non est necessarium, quia manifestũ est [inquit] ꝙ dum ęger fuerit, id est, cum terminatus fuerit motus ęgrotationis (mutatus erit in quamlibet) id est, ille homo iam acquisierit omnem formam: nec tunc mutetur, sed quiescat. Poterat Aristote. dupliciter probare falsitatem minoris. Primo, quia non est necesse dum est ęgrotatio, simul esse dealbationẽ aut aliam mutationẽ: sed efficacius ostendit hunc motum non terminari ad alium per hoc, ꝙ stat in fine vnius motus nullum subsequi continuo alium motum. ¶ Secunda probatio eiusdem minoris est illic. (Et amplius &c.) quę est hęc. Si aliquid moueatur per se ex vna mutatione in aliam, non erit in quamuis, sed illa erit a quodam in quiddam, idest, ex certo termino, in alium certum terminum: puta ex contrario in contrarium, vt in principio suppositũ est: ergo si est aliquis motus per se ab ęgrotatione in aliam mutationem, necesse est, ꝙ si ab ęgrotatione in sanationem, quod est impossibile: nam cum simul debent esse terminus a quo, & terminus ad quem, simul essent tunc ęgrotatio, & sanatio, quod repugnantiam inuoluit, cum sint motus ad terminos contrarios. ¶ Id autem, quod subiungit [sed ex eo quia accidit] non ordines cum verbis proxime pręcedentibus: sunt enim verba, quibus Aristotel. reuertitur ad id, quod prius proposuerat, scilicet, ꝙ motus non potest esse per se ab vna mutatione ad aliam, sed per accidens. Probata enim prima parte, concludit, ꝙ vnus motus potest terminari ad alium, non ad certum, sed per accidens ad quencunq;: vt cum quis ex vehementi attentiõe ad recordationem vnius, labitur in obliuionem alterius, aut in calefactionem, aut frigefactionem. &c. sicuti ex eodem motu, puta ex ambulatione, aliquãdo acquiritur scientia (quam deambulans meditatur) aliquando sanitas. &c.

Amplius autem in infinitum fiet abitio: si erit mutationis mutatio, & generationis generatio. Necesse igitur est esse primam, si vltima erit: vt si simplex generatio fiebat aliquando: & quod fit fiebat. Quare nondum erat quod fit simpliciter: sed aliquid quod fit & quod fit iam, & rursus fiebat hoc aliquando. quare nondum erat tunc: id quod fit. Quoniam autem infinitorum non est quicquam primum: non erit primum quare. neque contiguum. neque fieri igitur, neque moueri possibile est: neque mutari quicquam. Textus xiij.

¶ Secunda

¶Secunda ratio principalis in textu. 13. est huiusmodi. Si mutationis esset mutatio (v.g) si generationis esset generatio, sequeretur processus in infinitum in generationibus: consequens est impossibile, ergo & antecedens. Maior exemplo patet. Detur (v.g.) generatio, qua generatur. A. ignis. Si huius generationis fuit altera generatio, qua ista generabatur, eadē ratione fuit alia tertia prior, qua generabatur secūda, & alia prior qua generabatur tertia, & sic in infinitū. Quod aūt hoc sit impossibile, probat hoc mō. Si datur vltima generatio, qua (v.g.) generatur iste ignis, necesse est, vt detur etiā prima, vnde ista habet ortum. Probatur hec conditionalis. Si hec generatio simplex huius ignis actu modo sit per aliā generationem, ista generatio nondum est, quia quod fit, nondum est: si autē hec generatio nondum est, sequitur quod neque ipse ignis est; et hoc est quod ait, quod si generatio fiebat, et quod fit (puta ignis) fiebat, id nondum est. Rursum si secunda generatio fiebat per aliam generationem, illa secunda nondum est. Et ita consequenter arguitur de omnibus: cū ergo infinitorum a parte ante nō detur aliqua prima generatio (que vere sit completa) nunquam dabitur hec vltima generatio ignis completa: & per consequens (inquit) nihil cōtingit perfecte fieri aut perfecte moueri vsque ad quietem. Notandum est hic, quod Aristoteles nō negat processum in infinitum in generationibus per accidens: puta quod pater meus fuerit genitus ab auo et auus a proauo, et sic in infinitum, ponendo mundum ab eterno, vt ipse posuit, nā generatio qua me pater genuit, nō requirebat tūc per se simul concursum aui: quippe qui iam cessauerat, quādo genuit patrem. Quod autem actu hec generatio depēdeat de per se ab infinitis generationibus, que simul fiant, hoc est impossibile, quemadmodum est impossibile quod vnus effectus dependeat ex infinitis causis essentialiter subordinatis.

Amplius: eiusdem est, motus contrarius, & insuper quies, & generatio & coruptio. Quare id quod fit, cùm fit, id quod fit, tunc corrumpitur. neque enim quod mox fit: neque posterius esse enim oportet, quod corrumpitur. Textus xiiij.

¶Tertiam rationem subiungit in textu. 14. Ubi supponit, quod quicunque motus habet duo contraria (vt in post predicamentis dictū est) puta quietem tanquam terminum, et preterea motum contrarium, vt calefactioni contrariatur quodammodo frigefactum esse (quia non stant simul calefieri & frigefactum esse) et preterea contrariatur eifrigefactio. Et pariter generatiōi cōtrariatur quodammodo terminus a quo: et corruptio, vt text. 54. patebit. Tunc arguit. Si generationis est generatio, erit et corruptio. i. si generatio generatur, etiam & corrumpitur: quia contraria sunt circa idem: nihil autē corrumpitur, nisi quando est: et generatio non est nisi quādo fit: ergo simul dū fit, corrumpitur: quod est inconueniens. Hoc argumento vtitur Gregorius, et alij, ad probandū, quod entia sucessiua (vt motus, et tempus) non sint res distincte a subiecto: nam alias simul dum fierent, corrumperentur. Nihilominus Aristote. id non habet pro inconuenienti, nisi quādo aliquid generatur, aut corrumpitur tanquam terminus generationis, & corruptionis: quemadmodum contraria opinio dicebat generationē generari: nā tunc sequeretur, quod generatio alicuius esset eiusdem corruptio. Quod autē motus & tempus secundum suas proprias rationes habeāt esse tantummodo in transitu, siue distinguātur illo modo realiter, siue non, non reputat Aristoteles inconueniens.

Amplius, oportet materiā subesse & ei quod fit, & ei quod mutatur: que igitur erit? vt alterabile aut corpus, aut anima est: sic id, quod fit, motus, aut generatio. Tex. xv.

¶In textu. 15. subijcitur quarta ratio. Si generatio generatur, ita vt vna generatio sit terminus alterius, necesse est aliquam subesse materiam distinctam a materia ipsius geniti, vt si generatio ipsa ignis generatur [cum generatio formaliter distinguatur ab igne] necesse est dare materiam generationis distinctam a materia ignis: illa vero nulla potest signari: ergo generationis non est generatio.

Et rursus: aliquid in quod mouentur, oportet enim quod aliquid sit, huius ex hoc in hoc motus: & nō motus, aut generatio. Simul autē, & quo erit? nō enim erit disciplinatio disciplinatiōis gñratio. Quare neque generationis generatio: neque quedam cuiusdam. Textus xvj.

¶In textu. 16. subnectit alias duas ratiunculas. Est ergo quinta. Omnis motus, aut mutatio est ab hoc in hoc, tanquam a termino a quo ad terminū ad quem: huiusmodi autem termini debēt esse hoc aliquid (id est res aliqua, aut forme alicuius predicamenti: vt substantie in generatione simpliciter, aut qualitates, aut quantitates, aut loca) generatio autem, aut motus non est res, sed via, puta acquisitio, & deperditio rei: ergo generatio, vel mutatio non potest esse terminus alterius generationis, aut motus. ¶Sexta ratio est. Sicut se habet genus ad genus, ita species ad speciem: vt si mutationis in genere est mutatio, & generationis generatio eadem ratione in specie disciplinationis erit disciplinatio. Quod est dicere. Similis denominationis erunt mutatio ipsa: ad quam est motus, & motus ipse, qui ad illā terminatur: vt si ad calefactionem est per se motus, ille erit calefatio: & si ad dealbationē est motus, ille erit dealbatio. At vero non est ita, quia disciplinatio non est generatio disciplinationis, sed scientie: nec calefactio est generatio calefactionis, sed caloris: ergo mutationis non est mutatio.

Amplius: si tres species motus sunt harum aliquam necesse est esse subiectam naturam, & ea in quæ mouētur, vt necesse est, loci mutationem alterari, aut ferri. Omninò autem quoniam Textus xvij.

mouetur omne quod mouetur, tripliciter, aut quia secundum accidēs, aut quia pars aliqua, aut quia per se secundum accidens, solùm continget mutari mutationē. vt si is, qui sanatur, currat aut discat. Eam autem, quę secundum accidens, dimisimus olim.

¶Septima deniq;, ac postrema ratio in text. 17. est hęc si mutationis est mutatio, cum tres sint species motus, fit vt illarum quęlibet sit aliarū subiectum: vt loci mutatio alteretur, ⁊ augeatur ⁊ alteratio augeatur, ⁊ mutetur localiter, ⁊ augmentatio mutetur localiter, ⁊ alteretur: quod absurdum est. ¶Ex dictis ergo concludit, motus ipsius non esse per se motum: id est vnum motū nō terminari ad alium tanquā ad terminum: sed per accidēs, ratione subiecti, aut ratione partis nihil vetat: vt cū ille, qui hactenus cucurrit, modo incipit sanari, aut discere: aut qui hacten[9] mouit linguam, modo incipit mouere manū ⁊c. At tamen motus ille, qui est secundum accidens, ab huiusmodi consideratione est relinquendus, vt tex. 6. dixerat.

Textus viij. Quoniam autem neque substãtiæ, neq; ipsius ad aliquid neque ipsius facere & pati: relinquitur secūdum qualitatē, & quantitatem, & vbi, motum esse solum. in vnoquoq; enim horum est contrarietas. Motus igitur secundum qualitatem, alteratio fit. hoc em̄ inditum est, commune nomen. Dico autem qualitatem: non quæ in substãtia (etenim differentia, qualitas est) sed quæ passiua est, secundum quam dicitur pati: aut impassibile esse. Qui verò secundum quantitatem est: secundū commune quidem innominatus est: secundū autem vtrunque, augmētatio & diminutio. Is quidem, qui est in perfectam magnitudinem: augmētatio. qui verò ex hac, diminutio. Qui autem secundum locum: & secundū proprium, & secundùm commune, innominatus est, vocetur autem latio, nomine communi. quanuis dicantur ferri hæc sola propriè, cùm enim in se ipsis sit mutantibus locū, stare & quæcunque ipsa non se ipsa mouent secundùm locum.

¶Postquam hactenus in prima parte huius capitis probauit partem negatiuā, s. ꝙ in aliis prędicamentis non est motus, in secunda nunc parte ostendit affirmatiuam, ꝙ in tribus est motus: puta in quantitate, ⁊ qualitate, ⁊ vbi. Colligit ergo hoc modo. Cum neq; ad substãtiam, neq; ad relationem, neque ad agere, ⁊ pati, sit motus, fit vt tantum sit ad quantitatem, qualitatem, ⁊ vbi in quibus est cōtrarietas, quę requiritur ad motum. De tempore nanq; nihil opus fuit specialem considerationem habere: eo ꝙ, cum sit mensura motus, ea ratione, qua ad motū non est motus, fit: vt neque ad tempus sit per se motus. Situs autem, ⁊ habere, nomine ipsius ad aliquid cōprehenduntur, licet non sit relatiua secundum esse, sed solùm secundum dici, vt quęstione prima explicamus. Hac de causa motus ponitur inter post prędicamenta: quia est communis pluribus prędicamentis. ¶Accōmodat ergo Phi. suum cuiq; mutationi proprium nomen, dicens, ꝙ motus ad qualitatem, communi ac simplici nomine appellatur alteratio: siue sit acquisitio, siue deperditio qualitatis: quia nulla deperditur sine alterius acquisitione. Addit vero, ꝙ non accipitur hic nomen qualitatis vt in Prędicabilibus cap. de differentia dictum est: differentiam substantię prędicare in quale: et in Prędicamento substantię dictum est, secundas substantias significare quale quid (idest, formam substãtialē) sed pro qualitate passiua, quę est de tertia specie qualitatis, vt sunt calor, ⁊ color, atque adeo primę qualitates, ⁊ secundę, quę ex illis constant. Hęc enim potissimum dicuntur qualitates: quia disponunt ad corruptionem, et introductionem formarum substantialium: ⁊ per consequens per has subiecta dicuntur pati, ⁊ alterari a dispositione naturali. Nam secundum qualitates aliarum specierum non ita proprie subiectum dicitur pati, aut alterari: quia pati non solum dicit recipere, sed vinci, ⁊ superari ab agente, ⁊ trahi via corruptionis. Motus vero ad quantitatem, non habet vnum commune nomen simplex, quo significetur acquisitio, aut deperditio, sed sub disiūctione dicitur augmentatio, vel diminuitio. ¶Motus autem localis, neque habet [inquit] proprium nomen simplex, vt alteratio: neque commune, adęquate omni motui locali: sed appellabitur [inquit] latio. Quod nomen secundum propriam significationem non est commune ad omne genus motus localis, sed solum significat motum violētum de loco ad locū. Ferri enim idem pollet, quod ab extrinseco traduci in alium locum. ¶Adnotanda est hic egregia ratio S. Thom. cur motus isti non habeant similiter nomina. Ait enim, ꝙ quia qualitates contrariantur positiue secundum propriam rationem sui generis, et nunquā vna deperditur, nisi per acquisitionem alterius contrarię, potuit quicunque motus vel a qualitate, vel ad qualitatē appellari alteratio. In quātitate vero non est contrarietas specifica secundùm propriam rationem quantitatis [quantitas enim maior, quę acquiritur per augmentuum, ⁊ minor quę acquiritur per decrementum, eiusdē speciei quantitatis sunt: sed differunt quodam modo priuatiue penes abundantiam ⁊ defectū: et ideo non potuit hęc differentia vnico nomine explicari, sed vnus motus dicitur augmentum, ⁊ ali[9] decremētū. At vero in motu locali nō est cōtrarietas inter terminos: puta inter locū a quo ⁊ locū ad quē secūdū gen[9] quātitatis, in qua specie ponitur locus, aut secundum genus vbi, sed per respectum ad motum: quia scilicet sunt duo termini

termini maxime distantes in tali motu, atque adeo terminantes motum: & ideo non est inuentũ nomen simplex ad significandum ascensum, vel descensum, vel circularem motum: nisi vel complexe dicas, motus localis, seu motus ad locum, aut incomplexe, latio.

Textus xix. Quæ autem est in eadem specie: mutatio in magis & minus: alteratio est. Quæ enim ex contrario est in contrarium: motus est, aut simpliciter aut aliquo modo. in minus enim cùm ierit in contrarium dicetur mutari. in magis autem, vt ex contrario in seipsum. differt enim nihil secundum quid mutari, aut simpliciter. verum aliquo modo oportebit contraria esse. Magis autem & minus est, ex eo, quia plus, aut minus cõtrarij inest, & non.

Recipere magis & minus. ¶ Constitutis nominibus specierum motus in textu. hoc. 19. docet quomodo nullus illorum recipit magis & minus, nisi motus alterationis. Rñdet aliquam recipere magis & minus (vt in prędicamentis cap. de substãtia & cap. de qualitate exposuimus) cognoscitur a posteriori per hoc, quod nomen eius prędicetur cum his aduerbijs. Petrus autem non est magis aut minus animal, aut homo quàm Paulus, sed perfectior: nec magis quantus sed maior: nec magis motus localiter, sed velocius: est autem magis aut minus calidus, vel albus, &c. Sed tamen a priori, rationem cur qualitas, potius quàm res alterius predicamenti, suscipiat magis & minus, satis arbitrior nos exposuisse lib. primo huius, quęstione quinta: nempe, quia in hoc solo prędicamento proprie requiritur ratio contrarietatis: contrarietas autem est habitudo duorum extremorum per oppositum maxime distantium, inter quę est latitudo quędam diuisibilis secundum gradus. Exempli gratia: calor summus contrariatur summę frigiditati, et ideo vtraque qualitas habet gradus intensionis: atque adeo ambę se compatiuntur in gradibus remissis in eodem subiecto, vnde vicissim se expellunt, eo quod per intensionem vnius, remittitur alia. At non est hic locus hęc tractandi. Ait vero Aristot. quod alteratio aliquando fit simpliciter, puta quando ex vno extremo in aliud simpliciter mutatur: vt ex summe frigido in summe calidum, aut ex albo in nigrum. Et hęc non dicitur mutatio secundum magis & minus, sed simpliciter mutatio in aliam speciem. Alia est mutatio a contrario in contrarium aliquo modo: id est secundum quid, puta, cum ex summe albo fit minus album. [Nã minus (inquit) album in contrarium tendit, puta in nigrum] et cum minus album mutatur in magis album, quodammodo mutatur a suo contrario scilicet nigro in seipsum, scilicet album. Et harum alterationum prima dicitur remissio, secunda dicitur intensio.

Tex. xx. Quod igitur hi tres soli motus sint ex his manifestum est. immobile autem est: & quod omninò non potest moueri: sicut sonus est inuisibilis. Et quod in multo tempore vix mouetur: aut quod tardè incipit, quod dicitur ægrè mobile. Et quod aptum ñatura est, potestque moueri: non mouetur autem tunc cùm aptum natura est, & vbi, & quomodo quod quidẽ immobilium solùm quiescere voco. contraria enim: quies motui est. Quare priuatio erit: susceptiui. Quid igitur est motus, & quid quies, & quot mutationes: & quales motus: manifestum est ex dictis.

¶ In textu hoc. 20. ac postremo huius cap. Philosophus postquam concludit tres esse species motus, adijcit ostendere, quę res proprie dicatur quiescere. Et quia quiescere idem prima fronte videtur, quod rem immobilem esse, distinguit tripliciter contingere, vt res aliqua dicatur immobilis. Vno modo negatiue, id est quę nullam habet aptitudinem vt quouis motu moueatur, vt Deus. Intelligentię vero dicuntur etiam immobiles physice, licet spiritualiter moueãtur. Et huiusmodi immobilia non dicuntur quiescere: quia quies opponitur priuatiue motui: & ideo non quiescunt, nisi quę sunt apta moueri: sicut non sunt cęca, nisi quę sunt apta videre. Alio mõ aliquid dicitur immobile, quia cum difficultate mouetur: aut tunc quando mouetur (vt leuissima stupa cum cadit) aut quia difficile est vt loco dimoueatur, vt immane saxum. Tertio modo aliquid dicitur immobile, quia est aptum natum moueri, & eo tempore, quo aptũ est moueri, non mouetur. Et hoc dicitur quiescere. Vt trabes, quę a supposita columna detinetur sursum. Adde, quod quies est duplex: alia naturalis, vt quando res est in suo naturali: alia violenta, vt quies trabis in tecto. ¶ Concludit igitur Aristot. satis dictum esse quid nã sit motus, quid quies, quot mutationes. &c. quę est prima pars huius libri. Sequitur ergo hic quęstio prima & secunda.

Immobile

## ¶ DE VNITATE ET DIuersitate motus.

## CAPVT. III.

Textus xxj. POST hæc autem dicamus: quid est simul, & separatim & quid est tangere, & quid est inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodq; horum inesse aptum natura sit.

¶Secunda pars huius libri (vt diximus in principio) est de vnitate & diuersitate motus, que duobus subsequētibus capitulis cōtinetur. In hoc. n. 3. capit. per. 10. textus distributo, premittit nōnullas definitiones ad propositū necessarias, & in sequenti rē prosequitur intētā, ꝓponit ergo in hoc text. 21. septem terminos exponere. s. quid sit aliqua esse simul & quid esse separata, quid etiam se tāgere, quid esse inter. i. esse medium, quidq; consequēter se habere: quid dēniq; sit aliqua esse cōtigua quid etiam esse continua.

Textus xxij. Simul igitur dicuntur hæc esse secundùm locū, quæcunque in vno loco sunt primo. Separatim autem: quæcūq; sunt in altero. ¶Tangere autē quorum extrema sūt simul. Inter verò: in quod prius aptum natura est peruenire id, quod mutatur, quàm in quod vltimum mutatur, secūdùm naturam continuè mutationē patiēs. In paucissimis autem est inter: tribus. vltimum enim est mutationis contrarium.

*angeli qui nō dependent a loco*


Simul eē. ¶In textu. 22. exponit quatuor eorum terminos qui propositi sunt. Ait enim, ꝙ ea dicuntur simul esse secundum locum, queq; sunt in eodem loco proprio. Ait simul secundum locum ad differētiam eorum que sunt simul tempore. Etenim vt ea sunt simul tempore, que sunt in eodem tempore ita illa sunt simul loco que sunt in eodem loco. Nō tamē satis est esse in eodem loco cōmuni: alias Roma Parisij & Salmantica essent simul, cum sint in eodem orbe, sed requiritur ꝙ sint in eodem loco, quem dicunt adequatum. Quo fit, vt duo corpora simul esse nequeant naturaliter. Per contrarium extremum ea sunt separata, que sunt in diuersis locis. ¶Hinc collegit ea se tangere, quorum vltima sunt simul. Ultima vero esse simul est, ꝙ extrema sint in eodem pūcto eiusdem loci. At meminisse opus est ꝙ extremum linee est punctum, extremum vero superficiei est linea: et extremū corporis est superficies. Si ergo in area duas deducas lineas quarum altera incipiat, vbi altera desinit, postrema puncta sunt simul: eo ꝙ ambobus idem respondet punctū in area: nā cum pūctū additum puncto nō reddat maius, possunt duo eidē respondere puncto. Proportionabiliter due superficies se tangunt, quando linee extreme correspondent eidem linee loci, vt si in eadem area extēdas duas papyros vnam contiguā alteri. Ac duo deniq; corpora se tāgunt, quando extreme superficies respondent eidem linee circunstantis loci, vt si manus iungas, videbis internas superficies eidem linee circunstantis aeris in circulum respondere. ¶Subsequēter exponitur quartus terminus. esse inter: id est esse medium, dicens illud esse medium in quo id quod continue mouetur, aptum est prius peruenire, ꝙ in vltimum. Exempli gratia. Ignis est medium inter lunā & aerem: quia quod continue descenderet a concauo Lune prius transiret per ignem ꝙ per aerem. Definitio est a posteriori. Ait vero [patiens secūdum naturam continue mutationem] id est mobile, quod suapte natura mouetur continuo motu: quia si esset Angelus, qui non dependet a loco, posset ab extremo ad extremum mutari sine medio: sicut cogitationem ego possum de celo ad terram mutare, non cogitando de medio. Ait aptum natum & non ait, mouetur, quia oī motu cessante ignis nilominus mediat inter celum & aerem. Subiungit, quod medium in paucissimis: nam licet inter duo extrema multa esse possint media [vt inter celum et terram sunt tria elementa] tamen ad rationem medij satis est, ꝙ sint duo extrema, & vnum medium. Ad cuius expositionem subdit, ꝙ extrema sunt duo contraria, vt album & nigrum, amarum et dulce, inter que intersunt media plurima. Tria sunt paucissima, non simpliciter (quia duo sunt pauciora, vt habetur. 10. meta. 20.) sed sunt eorum paucissima, in quibus potest esse medium.

Continuè autē mouetur: quod nihil aut paucissimū intermittit rei: nō tēporis. nihil enim prohibet intermissè, & statim etiam post hypatē sonuisse netē, sed rei in qua mouetur hoc autē: & in ijs quæ sunt secundùm locum, & in alijs mutationibus manifestum est. Textus xxiij.

¶Quoniā in definitione medij positū est, cōtinue moueri, exponit in hoc tex. 23. quidnam sit continue moueri. dicens illud mobile continue moueri, quod nihil, aut paucissimum intermittit rei. i. spatij, per quod mouetur [non temporis] id est tēporis vero nihil prorsus intermittit: quia vt motus sit continuus, nihil penitus licet temporis intermittit: nam si momentum intermittatur, intercidit tempus, vt capite sequenti palam fiet. Nihil tamē obstat cōtinuitati motus, & si paucissimum rei, id est spatij intermittatur. ¶Probat exemplo Musice. Cum enim citharedus post hypaten, id est infimam et grauissimam chordam cōtinuo tangit neten. i. primā acutissimā sonus fit continuus, tametsi medie chorde non tangantur, quia tempus inter vnum & alterum tactum nullū intercipitur. Et idem (inquit) cōtingit in motu locali & alijs mutationibus: vt enim tangens primam & vltimam chordam facit continuum sonum ita qui per lapides, qui in transitu torrentis propinque eriguntur transit facit continuum motū, licet pedem non figat in medio spatio inter lapidem & lapidem. Huc tendit doctrina hec Aristote. vt admoneat, ad continuitatem motuum non esse necessariam vnitatem spatij dum tamen sit vnitas, & mobilis, & temporis, vt capite sequenti per amplius patebit.

Contrarium autem secundùm locū est quod secundùm rectam distat plurimùm. minima enim, finita est: mēsura autem finitum est. Textus xxiiij.

¶Dixerat extrema cuiuscunque motus contraria esse, in motu autem locali maxime progressiuo, non per se notum est, quomodo loci a quo, et ad quem sint contrarij. Et ideo hoc explicat in textu hoc. 24. dicens, quod ille locus dicitur contrarius termino a quo, qui plurimum distat secundum

cundum rectam lineam. Ultimum quidem, non simpliciter, sed per respectum ad talem motum, vt si sit motus animalis, tum sumitur vltimum respectu intentionis, qua dirigit motum. vt dum ego a domo vado in scholis, schole sunt extremum huius motus: ecclesia vero cathedralis, que est in itinere, est medium. Subnectit vero, ꝙ huiusmodi maxima distantia sumenda est secundum lineam rectam: eo ꝙ mensura debet esse finitum quid, id est certum ⁊ determinatum, ⁊ inuariabile: minima vero linea (qualis est recta) finita est id est certa, ⁊ inuariabilis. Exempli gratia. Distantia inter duo puncta .a.⁊.b. iudicanda est secundum lineam rectam ab vno in aliud: que quidem esse non potest, nisi vna, circulares vero, q̄ protrahuntur per modũ arcus, nõ sunt certa mensura, q̄a ille possunt maiores ⁊ maiores esse in infinitum, secundum ꝙ alius sẽper circulus potest super aliũ A  B describi.

Textus xxv.

Consequẽter autem est: inter quod post prĩcipiũ solũ existẽs aut positione aut natura, aut alio aliquo sic determinatum. nihil est eorũ, quæ sunt in eodẽ genere. & id, ad quod cõsequenter est. dico autẽ: vt ad lineã linea vel lineæ. aut ad vnitatẽ vnitas vel lineæ. aut ad domũ domus. Aliud autẽ nihil ꝓhibet esse inter. Cõsequenter eñ ad aliq̄d est cõsequẽter, & posteriꝰ aliq̄d est. nõ eñ vnum cõsequenter est ad duo, neq; noua luna ad secundam cõsequenter est, sed hæc ad illa.

¶ In text. 25. prosequitur exponere quintum terminum. s. quid sit aliqua consequenter se habere dicens, ꝙ ea se consequenter habent, inter que nihil mediat eiusdem generis. vt in phalange militum illi se consequenter habent, inter quos non mediat alius miles: nihil tamen obstat, si mediet aliquis lapis. Sed tamen tertius miles non consequenter se habet ad primum, eo ꝙ intercedit secundus. Et ista consequenter se habentia, aut sumuntur secundum prius ⁊ posterius positione secundum locum, vt in exemplo posito: ⁊ si domus plurime in eadem linea consequenter sint extructe aut natura, vt binarius consequenter se habet ad vnitatem, ⁊ ternarius ad binarium ⁊c. Aut alio (aliquit) quouis modo. vt in oratione post exordium consequenter se habet narratio, inter que nihil mediat in genere orationis: et post narrationem consequitur diuisio ⁊c. vt est apud Cicero. libr. 1. ad Heren. Ordinetur ergo sic litera. Cõsequenter est illud, inter quod, cum existat post aliquod principium (quod est principium aliquorum positione aut natura ⁊c.) ⁊ id ad quod consequenter est nihil mediat eiusdem generis.
Et subdit exempla, vt si plures lineas describas, aut plures vnitates ⁊c. Ait vero, ꝙ nihil prohibet aliud medium intercedere. vt si inter quaslibet duas lineas designes punctum nihilominus linee consequenter se habebunt. At si vis impares numeros consequenter recensere, tunc vnitas, ternarius, quinarius ⁊c. consequenter se habent: quia inter ternarium, ⁊ quinarium nullus mediat impar. Subnectit expositionem illius, qđ dixerat [existens post principium solũ] nã primus homo non consequenter se habet ad secundum, nec vnitas ad dualitatem, sed secundus homo ad primum: ⁊ dualitas ad vnitatem. Id eñ quod consequenter se habet, posterius est ad illud cui consequenter se habet. Neque noua luna id est Calende [que prima dies est lune] consequẽter se habet ad secundam: sed secunda ad primam se habet consequenter: sicut domus ad domum secundum locum. Consequenter se habens latine etiam dicitur deinceps, iuxta illud Liuij libr. primo. Duo deinceps reges ciuitatem auxerũt, id est alter post alterum.

Contiguum autẽ est quod cùm consequenter est, tãgit. Quoniã autẽ omnis mutatio in oppositis est, opposita autẽ sunt, & cõtraria, & quæ secundùm cõtradictionẽ sunt, cõtradictionis autẽ nihil est mediũ, manifestũ est, quòd in cõtrarijs erit id quod est inter. ¶ Cõtinuũ quidẽ est. dico autẽ esse cõtinuũ: cùm idem fiat & vnus, vtriusque terminus quibus tãgũt, & vt significat nomẽ contineantur. Hoc autem esse non potest, si duo sint vltima. Textus xxvj.

¶ In textu. 26. exponit duos alios terminos puta, contiguum, ⁊ continuũ. Boetius pro, contiguum, vertit habitum. Non tamen attingit intentionem Philoso. Grece nanq̧ exomenon, quod significat ⁊ id quod habetur, ⁊ id quod alteri heret, quod est esse contiguum. In qua significatiõe accipitur hic. Uertisset autem significantius adhibitum, vt Themist. quod idem pollet, quod, contiguum. Contiguum ergo est alteri, id, quod consequenter se habet illi tangitq̧ illud. Quid autem sit tangere, iam supra exposuerat. vna sphera celestis se habet ad aliam. ¶ Reuerti deinceps videtur ad explicandum: quare extrema, inter que est medium, debeant esse quodammodo contraria: qđ tex. 22. insinuauerat. Ait enim, ꝙ cum omnis motus sit inter duo opposita, oppositio vero extremorum mutationis [vt supra dictum est] aut est contradictionis aut contrarietatis, contradictionis autem nullum est medium: inter album enim et non album, non est dare medium [sicut neque inter esse album, ⁊ non esse album] colligitur vt nullum sit medium, nisi inter ea, que quodãmodo sunt contraria. Quodãmodo inquã, quia nõ solum inter album ⁊ nigrum; sed inter duo etiã loca ⁊ inter maiorem ⁊ minorem quãtitatẽ est medium. In numeris vero, ⁊ in speciebus substantie, quia perfectio horum consistit in indiuisibili, sicut non est contrarietas sufficiẽs ad motũ ita neq̧ medium: qđ possit pertransiri per motum vt. q. 1. dictum est. Inter est tñ media species, vt ternariꝰ inter binarium, ⁊ quaternariũ ⁊ equus inter canẽ ⁊ hominem. ¶ Continuum deniq̧, inquit, est, quod

contiguũ quoddã est, id est, contiguo ratione proximum. Ea enim sunt continua, quorũ terminus vnus & idem est, in quo illa contineantur. vt nomen, inquit, sonat. Contineri enim, idem significat, quod a se inuicem simul teneri. Quod esse, inquit, non potest, si sint duo termini in actu. Exempli gratia. Duo ligna in actu sunt, quę actu sunt terminata & diuisa: & per consequens habẽt duos terminos, puta duas superficies distinctas: atque adeo tunc sunt contigua, cum superficies illę extremę sunt simul. vt text. 22. exponebamus. Duę autem medietates eiusdem ligni sunt continuę, quia, vbi se tangunt, non habent duas superficies in actu, sed vna est vtriq; cõmunis.

Textus xxvij.

Hoc autem determinato, manifestum est, ꝙ in ijs est continuum, ex quibus vnum quid aptum natura est fieri secundum contactum. & vt demum fit continuum, vnum, sic & totum, vnum erit, vt aut clauo, aut glutine, aut tactu, aut insertu.

¶ Infert in hoc text. 27. corolarium, quo res lucidior sit. Sequitur enĩ, inquit, non ex quibuscunq; posse fieri continuum, sed ex illis tantum, que suapte natura apta sunt fieri secundum contactum. i. coniungi. vt celum, & ignis, licet sint contigua fieri tamen continua non sunt apta: sicuti neque ignis, & aer. Et eo, inquit, modo, quo ex duobus fit vnum cõtinuum, fit & vnum totum. Vbi adnotandum est, vt ait hic Cõmen. triplicem esse continuationem, alio enim est artificialis, vt duo ligna clauo, aut glutine: & duo lapides in pariete cęmento calcis & arenę continentur. i. simul tenentur. Et hec, vt inquit Them. non est propria continuatio. Nisi forsan tempore longo cęmentũ vertatur in lapidem: tunc enim ex duobus lapidibus fit vere vnus. vt in ponte apud Alcantarã ego vidi: & ferrum ignitum arena conspersum forte vere continuatur alteri. Alia est continuatio naturalis, vt quando arbor arbori inseritur. De quo est hic duplex [vt coniicio] exemplum Arist. Fit enim insertio, aut tactu, & appositione, quę latine dicitur, occultatio: aut insitiõe. Ex his autem dubium est, an fiat vera continuatio, veluti caro ossi per neruum continuatur. Tertia est continuatio mathematica: vt partes linee continuãtur puncto: partes vero superficiei, linea, & partes vtriq; corporis, superficie.

Continuatio triplex.

Textus xxxiij.

Manifestum autem est: & quod primum est id, quod consequenter est. quod enim tangit, necesse est consequenter esse. quod autem consequenter est: non omne, tangere. ¶ Quapropter & in prioribus ratione: consequenter est, vt in numeris. tactus autem, non est. ¶ Et siquidem continuum est: necesse est tangere. Si vero tangit, nondum continuum est. non enim necesse est vnum esse ipsorum extrema: si simul sint. sed si vnum sunt, necesse est simul esse. Quare vltima consitio, secundum generationem est. necesse est enim tangere, si consita erunt extrema. Ea verò, quæ tangunt, non omnia consita sunt. In quibus autem non est tactus, manifestum est, quòd neq; est consitio in his,

¶ Consequenter in text. 28. comparat prefatos inuicem terminos. ¶ Primo, consequenter (inquit) se habere prius natura est, quã se tangere: consequenter enim se habere solum dicit ordinem, licet intersit spatium, & distantia: tangere, vero supra, consequenter se habere, addit, vt vltima sine medio sint simul. Quocirca omnia contigua consequenter se habent: non tamen quecunq; consequenter se habent, contigua sunt. ¶ Ex hoc infert, ꝙ consequenter se habere, quia vtilius est, & prius ꝙ̃ se tangere, inuenitur in ijs, quę sunt priora secundum rationem, vt puta, in numeris. Numeri enim consequenter se habent, sed non se tangunt. Tactus nanq; proprie conuenit quãtitati continuę. Ratio autem numeri est prior, ꝙ̃ ratio quantitatis continuę, quia est simplicior vt. 1. post. super text. 41. exposuim⁹: quia numerus abstrahit a continuitate. Quę quodammodo se habet vt materia intelligibilis, vt habetur. 7. meta. text. 35. Quoniam continuatio est condictio rerum materialium, & ideo in angelis reperitur numerus, non autem continuitas. ¶ Secũdo comparat contiguum ad continuum, dicens, ꝙ quemadmodum consequenter se habere superius est, ꝙ̃ se tangere, ita & se tangere, ꝙ̃ continuum esse. Quecunq; enim continua, necesse est vt se tangant: non tamen quęcunq; se tangunt, continua esse possunt. Non enim quoruncunq; se tangentium necesse est extrema esse vnum, sed satis est extrema esse simul, vt patet in cęlo & igne, & in equo & sella. At quoruncunque extrema sunt vnum necesse est a fortiori vt sint simul. ¶ Probat exemplo rami, qui arbori inseritur. Vt enim coalescat & continuetur arbori: necesse est vt tangat arborem. Non tamen si tangat, statim sequitur, vt recipiat humorem, & coalescat, quia non quęcunq; arbor apta est cuiuis conseri.

Textus xxxix.

Quare si est punctum, & vnitas, qualia dicunt separata: non possibile est vnitatem, & punctum, esse idem, his enim inest tangere, vnitatibus autem: esse consequenter, & inter hęc quidem contingit esse aliquid: omnis enim linea, inter puncta est. inter illas autem: non est necesse. nihil enim: est inter dualitatem, & vnitatem. Quid igitur est simul, & separatim, & quid tangere, & quid inter, & quid consequenter, & quid contiguum, & quid continuum, & quibus vnumquodque horũ in est, dictum est.

Textus xxxx.

¶ In tex

¶In textu.29 elucidationis maioris gratia infert corollariũ, ꝙ si punctum, & vnitas res essent a corporibus separatę (vt erat in opinioe Pythagoricorum) pũctum & vnitas non esset res eadẽ. Quod duplici ratione ex pręcedentibus probat. Primo quia his.s. punctis, contingit se tangere. Vt patet in duobus punctis extremis duarum linearum, quę sibi essent contiguę: vnitatibus vero, licet contingat consequenter se habere, nõ tamen se tangere. Ternarius enim in ratione numeri, vt abstrahit ab hoc, & ab illo corpore, nõ tãgit binarium. ¶Secunda ratio est, ꝙ inter duo puncta, [imo inter quęuis continuatiua] intercedit medium: puta linea. Inter vnitates autẽ non est necesse aliquod esse medium, vt patet inter vnitatem & binarium. In textu demum, 30. nihil aliud fit, ꝙ dictorum epilogus. Sequitur statim caput quartum.

## DE VNITATE ET diuersitate motus.

## CAP. IIII.

Textus xxx.

VNVS autem motus: dicitur multipliciter. vnum enim multipliciter dicim⁹. Genere igitur vnus est: secundum figuras prædicamenti. Loci enim mutatio: omni loci mutationi, genere vnus est. alteratio autem: à loci mutatione diuersus genere est. Specie autem vnus est. cùm genere sit vnus, & in indiuidua specie, sit. vt coloris quidem sunt differentiæ. Igitur alius specie: denigratio & dealbatio. omnis igitur dealbatio, omni dealbationi idem secũdũ speciẽ erit. & oĩs denigratio, denigrationi. albedini autem, non ampliùs. Quapropter specie vnus est. dealbatio, dealbationi omni. Si autem sunt quædam, quæ & genera simul & species sunt, manifestum est, ꝙ specie quodammodo vnus erit, simpliciter autem vnus specie non. vt disciplinatio: si scientia species quidem est existimationis, genus autem scientiarum.

Textus xxxj.

¶Post definitiones terminorũ, septem, quę erãt pręcognitu necessarię, in cap. hoc. 4. [qđ quindecim tex. habet] pergit exponere vnitatẽ ac diuersitatẽ motus. Vnde in hoc text. 31. distinguit motũ tripliciter esse vnũ, veluti res alias vniuersas nẽpe genere, specie, & numero, vt. 5. meta. tex. 12. peramplius docet. Genere vnus est motus, qui est eiusdem pręclicamenti. vt motus omnis localis est vnus genere, quia spectat ad pręclicamentum vbi: & motus omnis alterationis est itidem vnus ad pręclicamentum pertinens qualitatis: & motus omnis augmentationis itidem vnus, quia pertinet ad pręclicamentum quantitatis. Ac denique generatio vnũ est mutationis genus, quia omnis attinet ad pręclicamentum substantię. Dictum enim est. 3. huius text. 4. ꝙ omnis motus, materialiter sumptus in eo est pręclicamento, in quo eius terminus. ¶Specie autem simpliciter vnus sunt motus, quicunque sunt in eadem specie indiuidua. i. quorum termini sunt eiusdẽ speciei specialissimę: nam motus a termino sortitur speciem. vt quia coloris multę sunt species, omnes dealbatione sunt eiusdem speciei: dealbatio vero alterius speciei est, ꝙ denigratio. ¶Subiungit autem, ꝙ sicut inter summũ genus, & infimam speciem sunt media quędam, quę sunt genera & species subalternę, ita & motus contingit aliquãdo esse eiusdem speciei subalternę licet nõ specialissimę. vt omnis disciplinatio, qua acquiritur aliqua sciẽtia est eiusdem speciei subalternę: quamuis alterius speciei specialissimę sit disciplinatio Theologię, ꝙ Medicinę, aut Dialecticę, aut Grãmaticę.

Motus vnus tripliciter.

Textus xxxij.

Dubitabit aũt aliquis, si vnus specie motus sit: cùm ex eodem, idem in idem mutetur vt vnum punctum: ex hoc loco, in hunc locum iterum atq; iterum. Si autem hoc est: erit circulatio, rectæ lationi eadẽ, & volutio ambulationi. ¶An determinatum est, si id in quo est, alterum est specie: ꝙ diuersus motus est? circulare autem: à recto alterum specie est. Genere igitur & specie motus vnus sic: est.

Textus xxxiij.

¶Mouet in text. 32. dubitationem quę ex dictis suboriri videtur: an videlicet omnes motus, qui sunt ab eodem in eundem terminum sint eiusdẽ speciei. Et arguitur pro parte affirmatiua. Motus sortitur speciẽ a termino ad quẽ, si ergo termini sunt eiusdem speciei, motus sunt eiusdẽ speciei. Pro parte vero negatiua est argumentũ, ꝙ tunc sequeretur motũ rectum ac circularẽ esse eiusdem speciei nam ab. a. ad. b potest esse motus rectus per chordam, & circularis per arcũ. ¶Respondet in text. 33. negatiue, scilicet ꝙ quando id in quo fit motus. i. spatium non est idem, nõ sunt eiusdem speciei.

Textus xxxiiij.

Simpliciter autem vnus motus est: qui substãtia vn⁹ & numero est. Quis autem huiusmodi sit: manifestum erit diuidentibus. tria enim sunt numero circa quæ dicimus motum vnum: quod & in quo, & quando dico autem quod: quoniam necesse est esse aliquod quod mouetur, vt hominem, aut aurum, & in aliquo hoc moueri: vt in loco,

vt in loco, aut in paſsione, & quando: in tempore enim omne mouetur.

¶ In tex.34. exponere aggreditur conditiões requiſitas, vt motus ſit vnus numero, qui ſolus dicitur ſimpliciter vnus: quoniam eſt vnus ſecundum ſubſtantiam. ſ. ſubſiſtentiam, quę proprie eſt

Tria ĩ motu.

in indiuiduo. Ad cuius euidentiam conſiderat tria eſſe in motu, puta ſubiectum quod mouetur & id, in quo mouetur, quod eſt, & terminꝰ ad quẽ (quem apellat paſſionem) & prӕterea (ſi ſit motus localis) ſpatium, ſeu linea, per quam mouetur: nam ex vtroq; (vt modo dicebamus) ſortitur ſpeciem: & tertio conſideratur, quando ſcilicet tẽpus, quod eſt menſura motus.

Textus. xxxv.

Horum autem, genere quidem aut ſpecie eſſe vnum eſt in re, in qua mouetur. Contiguum autem: erat in tempore. Simpliciter autem vnum eſſe, in omnibus his eſt, etenim in quo eſt vnũ oportet eſſe & indiuiſibile, vt ſpeciem. Et rurſus ipſum quando: vt tempus vnum & non intermittere. Et qđ mouetur, vnum eſſe nõ ſecundum accidens: vt album nigreſcere & Coriſcum ambulare. vnũ autẽ eſt: & Coriſcus album ſed ſecũdum accidens. neque cõmune. erit enim ſimul duos homines ſanari ſecundum eãdem ſanationem, vt ophthalmiæ. ſed non vnus hic eſt, ſed ſpecie vnus eſt.

¶ Conſequenter in hoc text.35. edocet opus eſſe ad vnitatem motus, vt horum vnumquodq; ſit vnum atque idem numero. Adnotat veruntamen prius, ꝙ tam id, in quo fit motus. ſ. terminus et ſpatium, q̃z ſubiectum, recipit diſtinctionem, ꝙ poteſt eſſe vnum, aut genere, aut ſpecie, tempus vero non eſt huiuſmodi diſtinctionis capax, quia tempus totius mundi, eſt vnum numero. Et ideo ad vnitatem motus non requiritur, niſi ꝙ tempus ſit contiguum, et non interpoletur. Et forſan, contiguum, accipit pro continuo. Subdit ergo, ꝙ vnitas motus cõſiſtit in vnitate horũ triũ, ſcilicet, et eius, in quo fit motus, & temporis, et ſubiecti. Et primo ſubiectũ debet [inquit] eſſe omnino vnum: non ſecundum accidens, neque vnum commune: ſed vnum per ſe, & ſingulare. vt ſi Coriſcus albus eodem ſimul tempore ambulet & nigreſiat, non erunt illi vnus motus: non ſolum quia locus, & nigredo non ſunt idem terminus, ſed quia neque eſt idem per ſe ſubiectum. Nam quanuis Coriſcus & album eadem res ſint, tamẽ de per ſe Coriſcus non nigreſit ſed album: neq; de per ſe albũ ambulat, ſed Coriſcus. Rurſus, ſi eodem ſimul tempore Socrates et Callias ab eadem ęgritudine (puta ophthalmia] ſanentur, licet tempus ſit idem numero, non tamen eſt idẽ numero motus, propter defectũ vnitatis ſubiecti: nam Socrates, & Callias, quanquam ſint quodammodo idem ſubiectum commune (eo modo quo plures homines ſunt in ſpecie vnus homo) nõ tamen ſunt vnum numero. Et inde prouenit vt neque termini ſint vnum numero.

Socratem autem ſecundum eandẽ quidem alterationem alterari ſpecie, in alio autem tempore & iterum in alio, ſiquidem cõtingit corruptum iterum vnũ fieri numero: erit & hic motus vnus, ſi verò non: idem quidẽ erit, vnus autem non. Textus. xxxvj.

¶ In tex.36. mouet dubitationem vnam ex parte ſubiecti. Nẽpe cum Socrates hodie ſanatur ab ophthalmia, qua perdita, iterato cras eãdem in ſpecie ſanitatẽ recuperat, vtrum idem eſt numero ſubiectum vtriuſq;. Mox explicat rationẽ dubitandi Si (inquit) contingit corruptum iterum vnum fieri numero, erit vnus ſimpliciter motus, ſi vero non idem numero redit, erit quidem idẽ motus. ſ. in ſpecie, vnus autem ſimpliciter. ſ. numero non erit. Sunt qui hoc, quod eſt corruptũ redire, referant ad terminum. ſ. ſanitatem: inter quos eſt S. Th. At vero, Themiſti. refert ad ſubiectum. Quod veriſimilius eſt: nam de termino ſtatim mouet ſimilẽ dubitationem. Et quantum exiſtimo, quia dixerat ad vnitatẽ motus requiri vnitatẽ ſubiecti per ſe & ſingulariter, ſubijcit dubitationem ex opinione antiquorum, puta Heracliti, & Cratyli, quos .4. met. tex. 22. opinatos eſſe (inquit) omnia eſſe in continuo motu: & per cõſequens Socratem, qui modo ſanatur, & qui hinc ad horam ſanatur, non eſſe eundem: ſed iã priorẽ eſſe corruptum, & alterum ſuccedere.

Habet autem dubitationẽ huic ſimilem: & vtrùm vna ſanitas, & omnino habitus, & paſsiones ſubſtãtia ſint in corporibus? moueri nanque videntur habentia, & fluere. Si igitur eandẽ & vna ſit mane & nunc ſanitas: cur nõ etiam cum intermiſſam acceperit iterum ſanitatem, & hæc & illa vna numero erit? Textus. xxxvij.

¶ Subijcit in text.37. dubitationem ſuperiori ſimilem ex parte termini, an videlicet vna eadẽq; numero ſanitas duret per tempus in homine ſano. Similiter eñ arguerẽt illi philoſophi nõ eſſe eãdem ſanitatem ſero, quę erat mane: q2 omnia ſunt in cõtinuo fluxu. Qđ ſi quis dixerit cõtra eãdem eſſe ſanitatem (vt eſt in rei veritate) tunc ſequitur. Videtur, ꝙ ſi meridie interrumpatur ſanitas, & ſero rurſus recuperatur, eadem erit ſanitas numero & per conſequens idem erit numero motus, quo quis mane ſanatur, & quo interciſa ſanitate, iterum ſero ſanatur.

Eadem enim ratio eſt. verùm tantum intereſt, ꝙ ſi duo idem hoc ſunt: ſicut numero vnus, & habitus eſſe neceſſe eſt: vnus enim numero actus: vnius numero eſt. Si verò habitus vnus eſt: fortaſsis alicui nõ videbitur vnus & actus eſſe, cùm enim ceſſauerat ambulans Textus. xxxviij.

bulans, nō amplius est ambulatio. rursus autē ambulante: erit. Si igitur vnus & idem est: continget vnum & idem & corrumpi & esse sæpe. Hæ igitur dubitationes: extra præsentem sunt considerationem.

Textus. xxxviij.

¶ Ex duabus propositis dubitationibus, primam, que est ex parte subiecti, non curat hic soluere. Non enim est hic locus disputandi, an omnia sint in continuo fluxu: sed hac reiecta opinione, supponit eundem esse Socratem sero, qui fuit mane ⁊ eundem fore cras, qui fuit heri. vt. 4. meta. decernit. ¶ Ad secundam vero dubitationem, quando terminus interciditur, respondet, ꝙ quanuis eadem sit aliquo modo ratio de vnitate motus, ⁊ de vnitate habitus (.s. forme vel loci, qui est terminus ad quem) interest tamen inter motum, ⁊ talem terminum, ꝙ ab vnitate motus ad vnitatem termini valet consequentia: non tamen conuertitur vt valeat ab vnitate termini ad vnitatem motus. Et hoc est, quod ait, ꝙ si duo (.s. motus illi, quo quis sanatur mane ⁊ sanatur sero) idem hoc sunt, sicut numero vnus. i. si sunt idem numero motus, consequitur, vt ⁊ habitus. s. forma acquisita, sit etiam vna: quia vnitas motus vnitatem infert termini. Quocirca si eadem si continua sanatio non interrupta per totum diem, sicut erit vna numero sanatio, ita erit vna numero sanitas: si vero interrumpatur, sicut erunt due sanitates, ita ⁊ duo sanationis motus. Subdit autem, ꝙ non conuertitur, vt vnitas habitus. s. termini, inferat vnitatem termini. Quod probat in motu locali. Si enim quis moueatur ad locum, a. ⁊ cessante motu alia hora rursus moueatur ad eundem locum, idem erit numero subiectum ⁊ terminus, non tamen erit idem numero motus: quia deficit vnitas temporis. Ait vero (fortassis non videbitur. ⁊c.) non quia dubitet, sed quia ille est sibi peculiaris modus loquendi. Probat ergo, ꝙ secundus non erit idem motus numero cum primo: alias (inquit) idem corruptum numero rediret: nam motus prior, vbi cessauerat, corruptus est. Potest aliter exemplum designari. vt si cum quis mouetur ad. a. locum, tantisper pausetur in via, ⁊ iterum progrediatur, licet tunc idem sit terminus principaliter intentus, tamen non est idem motus propter interruptionem. Ob idq; sunt duo termini. s. ille, vbi fit pausa, ⁊ deinde postremus.

Textus. xxxix.

Quoniam autem continuus omnis motus est: & simpliciter quidem vnum & continuum esse necesse est, si omnis quidem diuisibilis est, & si continuus: vnus. non enim fiet omnis, continuus omni: sicut neque aliud vllum cuiuis quoduis, sed quorum vnū sunt vltima, vltima autem: aliquorum quidem non sunt, aliquorum autem sunt, sed specie differētia & æquiuoca. quo modo nanq; tanget, aut vnum fiet: vltimum lineæ & ambulationis?.

¶ In reliquis his septem textibus perseuerat dilucidius explicare, quemadmodum ad vnitatem motus exigitur, vt trium vnūquodq; predictorum sit simpliciter vnum. Atqui syllogismus in virtute est hic. Idem est motū esse vnum, ⁊ esse continuū: sed ad continuitatē motus necessaria est, ⁊ subiecti, ⁊ tēporis, ⁊ termini vnitas: ergo eadem est necessaria ad motus vnitatē. Maiorem probat, annuēdo ad multiplicem acceptionē vnius. Dupliciter enī aliquid est vnū: aut qꝛ non est diuisibile in plura, vt angelus: aut qꝛ est vnum continuum: motus autem non est vnus primo modo, cum sit diuisibilis: est ergo vnus secundo modo. Et hoc est: qđ concludit, dicens (si continuus, vnus) qđ est dicere. Idem est motū vnum esse, qđ continuum esse. Hoc supposito, subdit quid requiratur, vt motus sit continuus. Ait ergo, ꝙ cum continua sint, quorum vltima, sunt vnum, duplici de causa due res continue esse non possunt: nempe aut qꝛ non habent vltima, vt duo angeli: aut quia licet habeant vltima, sunt tamen specie differentia, ⁊ diuersarum rationum. At linea, ⁊ ambulatio non possunt esse continua, quia sunt diuersorum generum: sicut neq; qualitas ⁊ relatio, aut relatio ⁊ quantitas.

Contigui igitur erunt: & qui neque idē specie, neque idē genere sunt. Postquam enim cucurrit aliquis, statim febricitare potest, & veluti lampas ex successione: loci mutatio est cōtigua cōtinua autē non. Ponitur enim continuū, quorum vltima vnum sunt. Quare contigui & consequenter sunt: quia tempus continuum est. Continuum autem est: quia motus continui sunt. hoc autē est, cum vnum vltimum fuerit amborum. Tex. xl.

¶ Subijcit in text. 40. exempla: dicens, ꝙ motus speciei differentes contigui esse possunt, seu coherentes ⁊ adhibiti alter alteri: continui vero, minime. vt cum quis velociter cucurrit, potest consequenter febricitare: nunꝙ tamen erunt motus continui: quia non potest idem terminus vtriq; esse communis. Et pariter cum lampas ex successione mouetur. Exemplum hoc Themist. ait alludere ad cerealia, que erant Cereris sacra. vbi lampadem accensam vnusquisque proximo tradebat in circulum. Et quia in illo puncto, quo quis ab alio accipiebat, fieri nequibat, quominus tantisper cessaret motus lampadis, ait, ꝙ lationes ille nō faciebāt vnū cōtinuū motum. Alij referūt ad illā impressionē meteorologicam, que dicitur lāccea cadēs, vbi flāma nō cadit continua, sed interpolatim inflammando grossiores partes exhalationis. At reuera neuter istorū vr̄ esse sensus exempli. Tū, qꝛ Arist. intendit exemplū ponere in motibus diuersarū specierū: tū etiā, qꝛ isti motus, nec continui sunt, nec cōtigui: siquidem interpolantur. S. Tho. intelligit de motu olei sursum per lychnum, quo nutritur flāma lapidis, qui est contiguus flāme lāpadis. Forsan (nisi fallor) significantius intelligeret exēplū de motu locali cōfricatiōis duorum lapidum, quo accenditur flamma: aut de percussione silicis, qua accendit ignis: tunc enī motus localis est contiguus inflammationi, non tamen continuus.

tinuos. Dicuntur autẽ contigui [vt subdit Phy. quia tempus, quo alter ſuccedit alteri, non interpolatur, ſed eſt continuum: quippe cum in eodem inſtanti, quo vnus deſinit eſſe, alter incipit. Non tamen ſunt continui: quia cum differant ſpecie, non continuantur per vnum terminum communem.

Tex. xlj. Quapropter neceſſe eſt: eundẽ ſpecie eſſe, & vnius, & in vno tempore, ſimpliciter continuum motum & vnum. Tempore quidem: vt non immobilitas interſit, in intermittente enim, quieſcere neceſſe eſt. Multi igitur, & non vnus motus eſt: inter quos quies eſt. Quare ſi aliquis motus ſtatu intercipitur: neque vnus eſt, neque continuus, intercipitur autem: ſi in medio tempus eſt. Eius verò, qui ſpecie non vnus eſt: non, & ſi non intermittitur tempus: tempus enim: vnum eſt, ſpecie autem motus alius eſt. Motum enim vnum: neceſſe eſt & ſpecie vnum eſſe. hunc autem ſimpliciter vnum eſſe: non eſt neceſſe. Quis igitur motus ſimpliciter vnus eſt: dictum eſt.

¶ Concludit ergo tex. 41. trium vnitates requiſitas eſſe ad continuitatem, atq; adeo ad vnitatem motus. Primo enim requiritur vnitas termini, ⁊ ſpatij ſpecifica: alias motus non erunt eiuſdem ſpeciei: ⁊ per conſequens nec poterunt eſſe continui. Secundo vnitas ſubiecti. Et tertio vnitas temporis. Temporis, vt non immobilitas, id eſt, quies interſit. Dum motus enim quiete interrũpitur, non eſt continuus: ⁊ per conſequens neq; vnus. Quod autem requiratur vnitas ſpeciei in terminis ⁊ partibus motus, patet: quia ſi motus differant ſpecie, licet vno tempore continuo fiant, ita vt eodem inſtanti, quo vnus deſinit, alter incipiat, non erit motus vnus. ¶ Et inde concludit, ꝙ ſi motus eſt vnus numero, neceſſe eſt vt ſint omnes partes eiuſdem ſpeciei, non tamen econtrario ſi motus eſt eiuſdẽ ſpeciei alteri, erit proinde idẽ numero. ¶ Quod ſi interroges cur nõ dixit requiſitam eſſe vnitatem termini numero, ſed ſpecie, poſtquã requiritur vt terminus ſit vnus numero. Reſpondetur ꝙ ſi termini, ſeu partes motus (quod idem eſt] ſunt eiuſdem ſpeciei, erunt etiam idem numero ſi motus non interrũpatur. Et ideo ſi vnitas temporis, ⁊ vnitas ſpecifica termini cõcurrãt, terminus erit vnus numero. De vnitate ſubiecti iam ſupra dixerat.

Textus. xlij. Amplius autem dicitur vnus & perfectus ſiue ſecundùm genus, ſiue ſecundum ſpeciem, ſiue ſecundùm ſubſtantiam ſit: ſicut & in alijs perfectum & totum ipſius vnius eſt, eſt autem quando, & ſi imperfectus ſit vnus dicitur: ſi ſolùm ſit continuus.

¶ Conſtituto iam in quo conſiſtat ratio vnitatis motus vt ſimpliciter ⁊ abſolute dicat vnus, ſubijcit duos alios modos, quibus motus dicitur vnus. Qui, vt probe adnotat S. Thom. potius exprimunt quandam formam vnitatis, q̃ vnitatem. Ait ergo, ꝙ vnum alio modo idem eſt, quod perfectum: eo ꝙ vnum idem eſt, qđ totum (idem enĩ eſt plures partes facere vnũ, qđ faceret totum) totum autem idẽ eſt, qđ perfectum, cui nihil deeſt. Ac proinde, vt perfectũ recipit magis ⁊ minus, ita ⁊ vnũ. Siue ſecundũ [inquit] genus, ſiue ſecundum ſpeciẽ, ſiue ſecundũ ſubſtantiã. i. numerum. Exẽpla Commentatoris ſunt. At inter motus, localis eſt genus perfectius, atq; adeo ille eſt magis vnus, quam alij motus. In hoc vero genere, circularis eſt perfectior ſpecies, q̃ motus rectus. Sed in hac ſpecie, motus cęli eſt pręcipuum indiuiduum. Et hoc dicit, contingit in motibus, ſicut in rebus cęteris. Homo enĩ vno modo dicitur vnus, quia perfectus eſt omnibus ſuis membris: ⁊ pariter domus eſt vna, quia eſt abſoluta ⁊ conſummata: nihilominus dr̃ vnꝰ homo, licet ſit mancus, aut oculis orbus, propter continuitatem partium. Eodem modo in motu vnitas, quę prouenit ex continuitate motus, ſufficit, vt dicatur ſimpliciter vnus: nihilominus tamen qui perfectior eſt, magis vnus eſt. Huius rationem affert Themiſt. quia propius accedit ad finem: ⁊ vnitas motus ſumitur a fine. Imperfectum autem videtur habere rationem partis: partes vero ad pluralitatem vergunt.

Vnũ multipliciter.

Textus xliij. Ampliùs autẽ, aliter præter dictos, dicitur motus vnus, regularis: irregularis enim: eſt quidem vt non videatur vnus, ſed magis regularis vt rectus. irregularis enĩ: diuiſibilis eſt. Videtur autem differre: ſicut magis & minus. eſt autem in omni motu: quod regulariter eſt, aut non. Etenim alterabitur regulariter: & feretur ſuper regulare, vt circulũ, aut rectam. & circa augmẽtationem ſimiliter, & diminutionem.

¶ In tex. 43. ſubſequitur ſecũdus modus, quo primus amplius dilucidat. Ait enim tertio modo dici motũ vnũ, eo ꝙ eſt regularis. Irregularis. n. etſi ſit vnus rõne cõtinuitatis, non tñ eſt vnus tanquã indiuiſibilis. Etenĩ vt inter ſubſtantias vno mõ dicit ſubſtãtia vna, q̃ eſt vnũ continuũ, ⁊ alio modo, q̃ eſt indiuiſibilis, vt angelus (⁊ hęc eſt maior vnitas) ita motus irregularis non eſt tã vnus, eo ꝙ eſt diuiſibilis in partes difformes diuerſarum velocitatũ: regularis aũt eſt magis vnus propter ęqualitatẽ ⁊ vniformitatẽ partiũ. Vñ regularis, ⁊ irregularis dr̃ vnus ſecũdũ magis ⁊ minus. Subijcit exempla motus regularis in omni ſpecie motus. Contingit enim aliquid regulariter alterari: ⁊ item ferri localiter ſuper ſpatium regulare ſecũdũ lineã, vel circularẽ, vel rectam. Et qñ ſpatium eſt vniforme, ſi virtus motiua perſeueret ęqualis, motus erit vniformis. Ob idq; motus primi mobilis, vt eſt omnium regulariſſimus, eſt ⁊ maxime vnꝰ. Atq; adeo, vt indiuiſibilis vnitas ẽ regula, ⁊

mensura

mensura aliorum motuum.

Textus xliiij.

Irregularitatis autem differentia est aliquando quidem, in quo mouetur: impossibile est enim regularẽ esse motũ: non super regulari magnitudine vt motus reflexæ, aut spirę aut alius magnitudinis, quorum quæuis ad quamuis partem minime accommodatur. aliquando autem: neque in vbi neque in quando, neq; in eo ad quod, sed in ipso modo. velocitate enim. & tarditate, aliquando determinatur. cuius enim eadem est velocitas, regularis est. cuius autem non irregularis. ¶Quapropter neque species motus, neque differentiæ sunt: velocitas & tarditas. quia omnes sequuntur differentes secundùm speciem. ¶Quare, neque grauitas, neque leuitas, quæ ad idem est, vt terræ, ad seipsam: aut ignis, ad seipsum.

¶Subsequenter tex. 44. duas reddit causas difformitatis in motu, primam ex parte spatij, & alteram ipsius mobilis. Vbi adnotandum est, quod difformitas spatij duplex est, quę causa esse potest difformitatis motus. Prima ex difformitate resistentię. vt quia est difformiter grossum & subtile: per partes. n. subtiliores velocius mobile mouetur, quam per eas, quę magis sunt crassę. De qua hic Ph. non meminit, sed tanquam per se notam prętermittit. Alia est difformitas figurę. ¶Vbi secundo notandum est, quod linea, aut perfecte circularis, aut perfecte recta est vniformis propterea quod singulę partes, & inter se, & cum toto sunt eiusdem rationis. Lineę vero aliter quomodocũque variatę, & scilicet aut reflexę causantes angulos, aut orbiculares ad modum serpentis (quę latine dicuntur spirę) sunt difformes, propterea, quod pars ad partem minime accommodatur: quia. s. nec partes primę figurę procedunt omnes in rectum, vt incipiunt: nec partes secũdę procedũt perfecte in circulum. Vnde quod moueretur per primam lineam, nec perfecte ascenderet, nec esset motus compositus ex ascensu & descensu: & quod moueretur per secũdam, non moueretur perfecte circulariter. Secundo modo (inquit) contingit irregularitas in motu, neque in vbi: neque in quando, neque in eo ad quod, idest neque ratione loci, si est localis, neque ratione temporis: quia tempus cum sit vnum & inuariabile, nõ potest esse difforme: neq; ratione termini, puta, qualitatis, aut quantitatis, quę acquiritur. Boetius vertit (in quo) & propterea S. Tho. dicit referri posse ad subiectum. idest neque ratione subiecti. Sed tamen Grece non est, nisi, eis o. i. in quod, quod dicit terminum. Et presertim quia hic non intendit Phi. excludere irregularitatem, quę est ex parte subiecti, vt quam primum patebit. Sed ait difformitatem contingere in ipso modo. s. ipsius motus quia. s. non est vniformis velocitate & tarditate secundum omnes partes. vt descensus naturalis lapidis, licet per idem medium descendat, velocior est in fine, quam in principio: motus vero violentus ecõtrario est velocior in principio, quam in fine. Quę quidem diuersitas quodammodo est ex parte subiecti: idcirco quod in naturali, impetus intenditur, & in violento, remittitur. Ob idque, vt Commentator hic admonet, quatuor de causis difformitas velocitatis tarditatisque motus vsu venire potest. s. ratione spatij difformiter resistentis: aut ratione motoris, sicut in motibus liberis: vt cum tonsor rotam, vt vult, circum mouet: aut ratione termini ad quem vt qualitas spiritualis velocius producit, quam corporalis, & calor velocius, quam frigus: aut ratione virtutis intrinsecę ipsius mobilis, vt grauius volocius descenderet (etiam per vacuum) quam leuius. Sed hic modus ad secundum reducitur. ¶Infert tandem ex dictis duo corollaria. Primum est, quod velocitas, & tarditas non sunt duę differentię, idest species essentiales motus. Probatur Differentię essentiales non possunt eidem speciei simul conuenire [vt homo non est simul rationalis & irrationalis) sed velocitas & tarditas cuicunque speciei motus conueniunt (scilicet alterationi, motui locali, tam circulari, quam recto) ergo non sunt species essentiales, sed accidentia potius motibus omnibus communia. ¶Secundum corollarium. Neque grauitas & leuitas idem sunt quod tarditas & velocitas: ratio est hęc. Grauitas non conuenit nisi motui deorsum, vt cum pars terrę mouetur ad ipsam. s. ad totum elementum: leuitas vero non conuenit nisi motui sursum, vt cum pars ignis mouetur ad ipsum scilicet ad elementum ignis: velocitas vero & tarditas sunt accidentia vtrique cõmunia. Etenim tam motus deorsum, quam motus sursum potest esse & velox & tardus.



Quatuor causę velocitatis.

Textus xlv.

Vnus igitur irregularis est: qua est continuus. minus autem: quod reflexa acciditlationi. Id autem quod est minus: commistio semper contrarij: est. ¶Si autem omnem, vnum cõtingit & regularẽ esse & non, nõ erunt, & ipsi qui nõ secundũ speciem cõtigui sunt, vnus & continuus. Quomodo enim erit regularis: motus ex alteratione cõpositus, & loci mutatione? oporteret enim accõmodari.

¶Colligit ergo ex superioribus duas conclusiones. Prima est quod motus vno modo dicitur vnus, quia est continuus, etiam si sit irregularis, est tamen ille minus vnus, quam ille, qui est regularis. Quemadmodum ille, qui est per lineam reflexam vt supra dictum est. Etenim vt linea non recta, sed angulos constituens, quodãmodo videtur ab vnitate declinare in pluritatem ab eo quod vbi facit angulum videtur quodãmodo frangi, ita & motus, qui per illã fit, minus est vnus, & hoc est quod subdit. s. quod si minus est vnus, habet aliquid admixtum contrarij, puta, pluralitatis. Quanuis si in angulis non

lis non quiescat mobile, simpliciter est vnus motus. vt. q. 3. adnotauimus. ¶Secunda conclusio est quam supra intenderat. s. φ duo motus differentes specie, non possunt esse vnus, & continuus cuius ratio est hęc. Omnis motus, qui est simpliciter vnus, potest esse & regularis, & irregularis: sed aggregatum ex motibus diuersarum specierum, nec regulare esse potest, nec irregulare: ergo nec potest esse vnus.

## DE CONTRARIETATE motus. CAPVT. V.

Textus. xlvj. AMPLIVS autem determinādum est: qualis motus est cōtrarius motui. & de quiete autem eodem modo. Diuidendum est autem primò: vtrum contrarius motus sit qui est ex eodem ei qui est in idem. vt qui est ex sanitate ei qui est in sanitatem. vt & generatio & corruptio videtur. Aut qui est ex cōtrarijs. vt qui est ex sanitate: ei qui est ex ægritudine. Aut qui est in contraria vt qui est in sanitatem: ei qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario. ei qui est in contrarium. vt qui est ex sanitate: ei qui est in ægritudinem. Aut qui est ex contrario in contrarium: ei qui est ex contrario in contrarium. vt qui est ex sanitate in ægritudinem, ei qui est ex ægritudine in sanitatem. necesse est. n. aut vnum aliquem horum esse modorum, aut plures, non enim est aliter opponere.

¶Vnus modus diuersitatis [vt habetur. 10. meta. tex. 13.] est contrarietas. & ideo post sermonem de diuersitate motuum, congrue subsequitur de eorum contrarietate dicere. In hoc ergo capite quinto (quod septem continet text.) agit Ph. de contrarietate motuum, & in sequenti de contrarietate quietum. Initium dicendi sumit in hoc text. 46. ex quinque modis & rationibus, quibus potest contrarietas motuū describi: vt tribus eorum reiectis, duos amplectatur. Etenim cum contrarietas motus definiri nequeat, nisi ex habitudine terminorum, quinque possunt fieri eorum combinationes. Aut enim contrarij motus definiuntur respectu eiusdem termini, vt terminus, ex quo vnus procedit, sit ille, in quem alter tendit. vt motui, qui est a sanitate, contrarius sit ille qui est ad sanitatem. Quemadmodum generatio contraria esse videtur corruptioni, corruptio enim est ab eo, quod est esse, generatio vero ad id quod esse. Aut definiuntur respectu contrariorum terminorum ex quibus. vt motus qui est ex sanitate, contrarius sit ei: qui est ex ęgritudine. Aut respectu cōtrariorum terminorum ad quos. vt motui qui est in sanitatem, is contrarius sit, qui est in ęgritudinē. Aut per hoc, φ terminus a quo vnius, contrarius sit termino ad quem alterius. vt ille qui est ex sanitate, sit contrarius illi, qui est in ęgritudinem. Aut denique quinto definiuntur respectu amborum terminorum, qui sint vtriusque contraria vt ille, qui est ex sanitate in ęgritudinem illi sit contrarius, qui est ex ęgritudine in sanitatem. Necesse enim est, inquit, aliquo istorum modorum definiri motus contrarios: quia esse nō potest alia terminorum consideratio.

Quibus modis contrarietas.

Est autem, qui ex contrario: ei qui est in contrarium, non contrarius. vt qui ex sanitate: ei qui est in ægritudinem. idem enim, & vnus est. esse tamen non idem est ipsis. sicut non idem est ex sanitate mutari, & in ægritudinem. Textus. xlvij.

¶Excludit tres horum modos, veluti ad definiendum motuum contrarietatem ineptos. Atque primo quartum, in quo nihil est penitus apparentię. Motus enim, quorum terminus a quo vnius, & terminus ad quem alterius, sunt contrarij, vnus idemque realiter motus sunt: tantum abest, vt sint contrarij: sed sola ratione differunt. vt motus qui est ex sanitate, idem est prorsus, qui est in ęgritudinem: vt enim supra dictum est, motus omnis est a cōtrario in contrarium, sed sola ratione differunt. quia est corruptio vnius & generatio alterius.

Neque qui est ex contrario: ei qui est ex contrario. simul enim accidit: ex contrario, & in contrarium, aut in medium. verum de hoc quidem posterius dicemus. ¶Sed magis, in contrarium mutari, videbitur causa esse contrarietatis, quam ex contrario. hic enim, demutatio à contrarietate: ille verò, acceptio. ¶Atque dicitur vnusquisque, eo in quod mutatur magis: quam eo ex quo. vt sanatio, qui in sanitatem. ægrotatio autem: qui in ægritudinem. ¶Relinquitur igitur: qui est in contraria: & qui ad contraria ex contrarijs: forsitan igitur accidit, eos qui in contraria, & ex contrarijs, esse. sed ipsum esse: fortè nō idem: dico autem qui est in sanitatem, ei qui est ex ægritudine: & qui ex sanitate, ei qui est in ægritudinem. Textus. xlviij.

¶In text. deinceps. 48. excludit secundum modum

bus rationibus. ¶ Prima est. Motus, qui a contrariis terminis proficiscunt, tendunt nonnunquam in eundem terminũ ad quem: nam motus ex albo, non semper terminatur in nigrum, sed in medio colore coloratum, puta, in rubeum: ⁊ pariter motus, qui est ex nigro, potest terminari in rubrum. Motus autem, qui sunt ad eandem formam, nõ videntur esse contrarii. Transmittit tamen exactam huius examinationem vsq; ad textum. 52. ¶ Secunda ratio est hęc. Contrarietas motus penes illos terminos potius, qui acquiruntur, pensanda est, ꝙ penes eos, qui perduntur, ⁊ deseruntur (nam forma quę non est, non dat esse rei, sed forma, quę est) termini vero a quibus deperdunt, ⁊ termini ad quos acquirunt: ergo. ¶ Tertia fere est eadem. Penes eos terminos accipienda est contrarietas motuũ, a quibus motus sumit speciem: ⁊ nomen: sed [vt text. 4. Phy. pręfatus est] a termino ad quem motus denominat (est enim sanatio motus ad sanitatem) ergo a terminis, ad quos sumit contrarietas motuũ. ¶ His duobus modis exclusis, relinquitur [inquit] aut ille modus, qui est in contraria (puta tertius) aut ille, qui est ex contrariis in contraria, scilicet quintus. Primus nanq;, qui sumitur solũ per respectũ ad vnũ terminũ, prętermittitur. modo vsque ad textum. 51. Subdit autem, ꝙ hi forsitan duo modi, puta tertius, ⁊ quintus, idẽ re sunt: nam motus, qui sunt inter terminos contrarios, sunt etiam ex contrariis. Omnis enim motus in sanitatem est ex ęgritudine. Secus est de mutatione, vt statim videbitur. Et ideo dixit, forsitan, quia arguendo procedit. Differunt autem ratione, vt dictum est, quia sanatio est generatio sanitatis, et corruptio ęgritudinis.

Textus xlix. Quoniam autem differt mutatio, à motu (quæ enim est ex quodam subiecto in quoddã subiectum mutatio: est motus) qui est ex contrario in contrarium, ei qui ex contrario est in contrarium, motus contrarius est, vt qui est ex sanitate, in ægritudinem: ei qui est ex ægritudine, in sanitatem.

¶ His velut fundamentis pręiactis, ad rem in hoc tex. 49. descendens, distinguit aliter esse censendã contrarietatem motuũ, ⁊ aliter mutationũ. Pulcherrimũ enim ordinem philosophi speculanti cõtinuo apparebit nihil superflue dixisse. Cum ergo distinxerit tex. 7. inter mutationem ⁊ motũ, ꝙ illa sit inter terminum affirmatũ ⁊ negatũ contradictorios, hic vero inter duos positiuos contrarios, infert modo contrarietatem motuũ censendã esse ex parte vtriusq; termini. vt motus, qui est ex contrario in contrarium, contrarius sit ei, qui ecõuerso habet terminos contrarios. vt motus ex sanitate in ęgritudinem contrarius sit ei, qui est ex ęgritudine in sanitatem.

Text. l. Manifestum est autem, & ex inductione: qualia videntur contraria esse. ægrotare enim, ipsi sanari: & discere: ipsi decipi non per se ipsum. in contraria enim: vt enim scientiam, sic & deceptionem: est & per seipsum consequi, & per aliud. Et ea quæ sursum latio: ei quæ est deorsum. contraria enim hæc sunt: in longitudine. Et quæ à dextra: ei quæ est ad sinistram. contraria enim hæc sunt: in latitudinem. Et quæ in ante: ei quæ in retro. contraria enim hæc sunt: in profunditate.

¶ Probat in textu. 50. pręfatam sententiam inductione. vt ęgrotatio eo est contrarius motus sanationi, ꝙ terminus a quo vnius, est contrarius termino a quo alterius: ⁊ terminus ad quem, termino ad quem. Conuertuntur enim termini. Et pari ratione discere, contrarium est huic, quod est decipi. Vbi notandum est, ꝙ scientia fit, aut per studium sine doctore, ⁊ hęc dicitur inuentio: aut accipitur a doctore: ⁊ hęc dicitur disciplina. Et pariter error, siue ignorantia, aut fit ab intrinseco per amissionem scientię, ⁊ hęc dicitur obliuio, quę contrariatur inuentioni: aut fit ab alio, hęc dicitur deceptio, quę contraria est disciplinę. Et hoc est, qđ ait, discere, contrarium esse ipsi decipi, non per se ipsum, sed per alium. Simili modo ascensus localis contrarius est descensui, quia huiusmodi termini sunt contrarii scđm dimensionem, quę est longitudo: ⁊ motus a dextra ad sinistram, est cõtrarius motui a sinistra ad dextram secundum latitudinẽ: ⁊ motus ab ante ad retro, contrariatur illi secundum profunditatem, qui est a retro ad ante. Accipiuntur nanq; dimensiones istę ⁊ contrarietates respectu hominis: cuius longitudo sumitur a capite ad pedes, latitudo vero a dextra ad sinistram, ⁊ profunditas a pectore ad dorsum.

Quæ autem est in contrarium solũ: non est motus, sed mutatio, vt fieri album: non ex aliquo. Quibus autem nõ est contrarium: mutatio, quæ est ex ipso, ei quæ est in ipsum, contraria est. Quapropter generatio corruptioni cõtraria est: & abiectio acceptioni. hæ autem, mutationes quidem sunt, motus autem, non. Text. lj.

¶ Subsequenter in tex. 51. subdit differentiã mutationis a motu, dicens. Quod in his quę simpliciter sunt contraria (vt sunt qualitates) generatio secundum quid cõtrariatur alteri generationi solũ ratione terminorum ad quos iuxta tertium modũ supra positum: q2 termini a quibus non sunt positiui, sed negatiui, vt generatio albi, ex non albo, cõtrariatur generationi nigri ex non nigro, ratione albedinis ⁊ nigredinis: q2 non album ⁊ non nigrũ nihil dicunt positiuum. In his autem (inquit) quę proprie non habent contrarium (quales sunt substantię) contrarietas sumitur iuxta primum modũ respectu eiusdem termini, qui est terminus a quo vnius mutationis, ⁊ terminus a quo alterius. vt corruptio aeris contrariatur generationi eiusdẽ: q2 corruptio est perditio ipsius esse, generatio vero, eiusdem acquisitio. Terminus enim ad quẽ corruptionis, non exprimitur positiue, sicut nec terminus a quo generationis. Hę autem mutationes [inquit] sunt: non autem motus.

Tex.lij. Qui autem ad medium motus sunt, quibuscunq; contrariorum aliquid est medium: tanquã in contraria quodammodo ponendi sunt. Nam vt contrario vtitur medio ipse motus: ad vtrauis fiat mutatio. vt ex fusco quidem, in album: tanquam ex nigro. & ex albo, in fuscũ: tanquam in nigrum. ex nigro autem, in fuscum: tanquam in album. fuscum em̃. medium ad vtrunque dicitur quodammodo extremorum, sicut dictum est priùs. Motus igitur motui contrarius est sic, qui ex contrario in contrarium est, ei qui ex contrario in contrarium.

¶ Post contrarietatem motuũ, qui sunt inter terminos extreme cõtrarios, determinat in hoc text. 52. de cõtrarietate motuũ, qui sunt ab vno contrario ad mediũ, aut econuerso. Ait enim motus huiusmodi cõsiderandos esse secundum eorum rationem, qui sunt ab vno cõtrario in aliud cõtrarium extremum, vt sicut motus ab albo in nigrum contrarius est ei, qui est a nigro in album: ita ⁊ motus ab albo in rubeum contrarius est ei, qui est a rubeo in album: nam fuscũ est quodãmodo nigrum, atq; adeo contrarium quodammodo albo. Dixit [quibuscũq; contrariorum aliquid est mediũ]. Nã sunt aliqua extrema, quorũ non est mediũ. vt sanitas ⁊ ęgritudo: ⁊ non aër, ⁊ aër. ¶ Hoc quidẽ exemplum de albo ⁊ rubeo manifestũ est, sed restat dubium. Utrum motũ ab albo in rubeũ, ⁊ motum a nigro in rubeũ intelligat hic Phi. esse cõtrarios: non posset quispiam credere partem negatiuam, propter primam rationem, quã supra tex. 48. fecere. Ubi arguebat contrarietatem motuum non attendi penes terminos a quibus, eo ꝙ nonnunquã tendũt in eundem terminum. s. medium. Respõdetur nihilominus non solũ hic intelligere Aristot. motum ab albo in rubeum contrariũ esse illi, qui est a rubeo in album, sed illi etiã, qui est nigro in rubeum. Et hoc est, quod ait, motũ, qui est a cõtrario in medium, accipiendum esse, ac si sit a contrario in contrarium, nam medium est contrariũ vtriusq; extremi. vult. n. dicere, ꝙ sicut totus motus, qui est ab albo in nigrum transiens per rubeũ contrarius est toti, qui est a nigro trãsiẽs per rubeũ in album, ita ⁊ quęlibet pars vnius (vt ab albo ad rubeum) contrariatꝰ cuilibet alteriꝰ, vt a nigro in rubeum. Sicut ascensus ignis a terra vsq; ad mediam regionem aëris cõtrarius est descensui a cõcauo lunę vsq; eandem mediam regionem.

¶ Sed quid respõdendũ tunc ad rationem factam tex. 48. Respõsio certe, quã Phi. hic prętẽdit est, ꝙ licet motus ab albo in rubeũ, ⁊ a nigro in rubeũ sint cõtrarij, nõ tamẽ propter contrarietatem solũ terminorũ a quibus, sed ꝑpter cõtrarietatem terminorum ad quem. Rubeum. n. est quodammodo nigrum cõtrarium albo, ⁊ quodammodo albũ contrarium nigro: ⁊ ideo vtimur eo vt duobus contrarijs. Atq; adeo motus ab albo ĩ rubeũ, est ab albo quodãmodo in nigrũ: ⁊ motus a nigro in rubeũ, est a nigro quodãmõ in albũ: ⁊ ꝑpterea sunt cõtrarij. Et eadẽ rõne motꝰ ex rubeo in albũ est quodammodo ex nigro, ⁊ motus ex rubeo in nigrũ est quodammodo ex albo. Latius. q. 3. ⁊. 4.

## DE CONTRARIETATE inter quietes.

### CAPVT. VI.

QVoniam autem motui non solum videtur motus esse cõtrarius, sed & quies: hoc determinandum est. simpliciter enim, contrarium est motus, motui. Opponitur autem, & quies. priuatio enim est. est autem, vt & priuatio contraria dicatur. Qualis autem quali, vt ei qui est secundùm locum, ea quæ est secundum locum? Sed hoc quidem, nunc dicitur simpliciter. Vtrum em̃ ei quæ est hic, quieti, is qui est ex hoc, aut qui est in hoc motus opponitur. Textus liij.

¶ Quoniam oppositorũ eadem est disciplina, ⁊ priuatio opponitur motui, operęprętiũ est post contrarietatem motuum, de contrarietate quietũ dicere, quę est, vel ad motũ, vel inter se. Unde in hoc capite decem textus habente duo agit. In tribus enim prioribus textibus agit de huiusmodi cõtrarietate, ⁊ in septem sequẽtibus dissoluit dubia nõnulla. Proponit ergo in tex. hoc. 53. ꝙ cum motui nõ solũ sit contrarius alius motus, sed etiã quies (vt in post prędi. cap. de motu etiam dixerat) determinandũ est de cõtrarietate quietis ad motũ, vel ad aliam quietẽ. At nõ est [inquit] tam ꝑprie contrarietas inter motũ ⁊ quietẽ, quã inter motum ⁊ motum. Contrarietas. n. simpliciter nõ est, nisi inter duo positiua: ⁊ idcirco, vt termini motuũ, ita ⁊ motus ipsi simpliciter sunt contrarij: quies vero opponitur priuatiue motui. (Est. n. quies cessatio motus] priuatiue autẽ opposita sunt quodãmodo contraria quinimo vt. 10. meta. tex. 15. habetur, est prima cõtrarietas diuidens vnũquodq; genus. vnde in omnibus contrarijs [vt. q. 1. dicebamus] imperfectius se habet tanquã priuatio perfectioris. vt nigrum est priuatio albi. ¶ Attamen licet simpliciter ⁊ vniuersaliter assertum sit, motum est cõtrarium quieti, quęstio tamẽ, inquit, est cui quieti quisq; motus contrariatur: an videlicet illi, q̃ erat sub termino a quo, an illi potius, quę est sub termino ad quem. Utrũ videlicet motus calefactionis contrarius sit quieti: quę est frigidum esse, an illi, quę est calidum esse. Hoc enim in post prędicamentis non determinauerat. Quęstio

Manifestum est igitur, ꝙ quia in duobus motus subiectis est, huic quidẽ qui ex hoc est in contrarium, ea quæ est in hoc quies, huic autẽ qui est ex contrario in hoc, ea quæ in cõtrario. simul autem & inuicẽ, cõtrariæ hæ sunt. Etenim incõueniẽs est, si motus quidẽ cõtrarij sunt, Textus liiij.

sunt, quietes autem oppositæ nõ sunt. sunt autem hæ: quæ in cõtrarijs. vt quę est in sanitate: ei quæ est in ægritudine, quieti. motui autem: qui ex sanitate in ægritudinem. ¶Et enim, qui est ex ægritudine in sanitatem: irrationabile est. Is enim motus qui ad ipsum est, in quo stat: quietatio magis est, qua accidit simul fieri cum motu. necesse autem est: aut hanc, aut illam esse. non enim ea quidem, quæ est in albedine, quies: contraria est ei, quæ est in sanitate.

¶Respõdet in tex. 54. ad propositam quęstionẽ. Primo de cõtrarietate motus ad quietẽ: dicens quod cũ motus omnis in duobus subiectis sit idest inter duos positiuos terminos (quos tex. 7. appellauit subiecta) huic motui, qui est ex hoc in cõtrarium: (vt ex albo in nigrũ) cõtrariatur ea quies, quę est in hoc, id est, in albo [huic aũt, qui est ex cõtrario in hoc] scilicet ex nigro in album, cõtrariatur illa quies, quę est in cõtrario, puta, in nigro. Itaque motus cõtrariatur quieti, quę est in termino a quo, nõ autẽ illi, quę est in termino ad quẽ. Mox respondet de contrarietate quietum, dicẽs quod illę duę quietes sub cõtrarijs terminis (vt album esse, et nigrum esse) sunt inuicem contrarię. Quod hoc syllogismo probat. Quietes cõtrarię motibus cõtrarijs sunt inter se cõtrarię (vt patet a permutata proportione: nã si sicut se habet hic motus ad hanc quietem se habet alter motus ad alteram quietem, sicut se habet motus ad motũ, ita se habet quies ad quietem) motus autẽ ab albo in nigrum cõtrariatur quieti sub albedine, et motus a nigro ad album contrariatur quiet sub nigredine: ergo sicut mot⁹ sunt cõtrarij: ita et quietes. Cõcludit ergo, quod quies, quę est in sanitate, habet duo contraria. Contrariatur enim quieti, quę est in ęgritudine, et motui, qui est ex sanitate in ęgritudinẽ. ¶Deinde illic [ei enim etc.] probat, quod motus cõtrariatur quieti, quę est in termino a quo, et non ei, quę est in termino ad quem. Irrationabile enim inquit est, vt quies in sanitate contrarietur motui ex ęgritudine in sanitatem. Ratio est hęc. Motus, qui est ad ipsum, in quo stat, id est, ad terminũ in quo mobile post motũ quiescit quietatio est, id est, pfectio, seu pgressio ad quietẽ et acquisitio quietis (simul enim acquiritur mot⁹ et quies in termino) ergo motus nõ opponitur tali quieti. Et enim mediũ nõ opponitur fini, qui per mediũ acquiritur, ita nec motus termino: siquidem motũ fieri, idẽ est, quod terminũ fieri. ¶Cõsequẽter illic [aut hanc etc.] infert, quod motus contrariatur quieti, quę in termino a quo, hoc syllogismo. Omni motui cõtrariatur aliqua quies: et nõ quies alterius speciei (quies enim in albedine nõ contrariatur quieti in sanitate: et per cõsequens nec motui ad sanitatem) ergo quies, quę contrariatur motui, vel est illa, quę est sub termino a quo, vel illa, quę est sub termino ad quẽ eiusdẽ motus: at non est illa quę est sub termino ad quẽ: ergo est illa, quę est sub termino a quo. In post prędicamentis, vbi Aristo. nõ determinauit, nisi in genere, quod quies cõtrariatur motui, subiecimus exẽpla de quiete in termino ad quem: hęc tamen, quam hic determinat Ph. rei veritas est.

Motus cõtrarij quieti.

Quibus autem non sunt contraria: horum mutatio quidem est opposita, ea quæ est ex ipso, ei quæ est in ipsum. motus autem: non est. vt ea quæ est ente: ei quę est in ens. ¶Et quies quidem, horum nõ est. immutabilitas autẽ est. & siquidem aliquid erit subiectum, nõ ens ea quæ in ente est mutabilitas, ei quæ est in non ente contraria erit. ¶Si verò non est aliquid id quod non est: dubitabit aliquis cui contraria sit ea quæ est in ente immutabilitas, & an quies sit, si autem hoc est: aut non omnis quies motui est contraria, aut generatio & corruptio, motus sunt. Manifestum est igitur, quòd quies quidẽ non dicenda est. si non & hæ, motus. simile autem aliquid est: & immutabilitas. contraria autem est: aut nulli, aut ei quæ est in nõ ente, corruptioni, hæc enim: ex ipsa est. generatio aũt, in ipsam.

¶Post cõtrarietatem quietum, vbi est vera ratio motus inter duos positiuos terminos, procedit ad cõtrarietatem quietũ, vbi sola est ratio mutationis inter terminos negatũ et affirmatũ. Repetẽs id, quod supra determinatũ est. s. quod in terminis, qui nõ sunt cõtrarij, sed cõtradictorij, cõtrarietas mutationis sumitur respectu eiusdẽ termini, vt mutatio ex aere (scilicet corruptio) contraria est mutationi, quę est in aere scilicet generationi. Huiusmodi aũt mutationes (inquit) nõ sunt mot⁹. Et inde subdit, quod nec pprie termini earũ sunt quietes sed immutabilitates. s. nõ mutationes: nã quies pprie dicit cessationẽ a motu, in quo est successio. ¶Est verũtamẽ notãdũ, quod terminus negatiuus, aut supponit subiectum, quod est ens actu (vt in mutationibus accidentalibus) et tũc non mutatio in ente est contraria non mutationi in non ente. vt albũ contrariatur non albo. Et hoc est, quod ait [siquidem aliquid subiectũ, non ens]. i. si non ens supponit subiectum in actu. Aut supponit solum ens tantum in potentia. Et hoc est, quod ait [si vero non est subiectum id quod nõ est]. i. si vero nõ ens non supponit ens in actu, sed ens in potentia (puta materiam) (vt in generatione substantiali tunc erit dubium duplex. s. illa non mutatio in ente [puta aer] cuinam mutationi erit contraria: vtrũ termino negato. s. non aeri: et vtrum illa nõ mutatio erit quies. Et ratio dubitandi est, quia non albũ, cũ supponat ens in actu, illud põt intelligi quiescere sub aliquo accidente: priuatio vero aeris, cũ solum sit materia prima, sicut illa non mouetur [vt supra dictum est] fit, vt nec quiescat. Et ideo arguit, neque illam, qua materia est sub forma, neque illã qua est sub priuatione, proprie esse quietẽ: quia alias, aut non omnis quies esset cõtraria motui, aut generatio et

corruptio esset motus. Cōcludit ergo circa secundum dubiū, ꝙ illa nō est quies, sed aliquid quieti simile, puta, immutabilitas, seu nō mutatio. Mox respondet ad primū dubium, ꝙ illa quies, seu nō mutatio, qua materia est sub forma, aut nulli est cōtraria, aut cōtrariatur illi corruptioni, quę est sub nō ente, puta, priuationi illius. Sūma rei est hec, ꝙ in huiusmodi mutationibus, nec ꝓprie cōtrarietas est, nec quies. Est tamē eo modo, quo generatio aeris contrariatur corruptioni eiusdem, vt quies, seu immutabilitas materię sub forma aeris, contrariatur quieti eiusdem sub priuatione aeris.

Tex.lvj. Dubitabit autem aliquis, quare in mutatione quidem secundum locum, sunt & secundū naturam & præter naturam, & quietes & motus: in alijs autē non. vt alteratio. hæc quidem secundum naturam, illa verò præter naturā. nihil enim magis sanatio quàm ægrotatio, secundū naturam, aut præter naturam: aut dealbatio quā denigratio. Similiter autem est: & in augmentatione & diminutione. neq; enim hæ sunt inuicem contrarię: vt secundum naturam & præter naturam. neq; augmentatio: augmentationi. & in generatione & corruptione: eadem ratio est. neque enim generatio quidem secundū naturam, corrupto autem præter naturam. senescere enim, secundum naturam est. Neq; generationem videmus, aliam quidē secundum naturam, aliam verò præter naturam.

¶ In reliqua parte huius capitis dissoluit Phil. dubia tria, quę ex dictis suboriunt. Primum proponit in hoc tex. 56. ¶ Ubi hoc considerandū est, ꝙ intentio est transferre sermonem ad aliud genus contrarietatis motuū, quę est inter motū naturalem, & motū contra naturam. At qꝛ hęc cōtrarietas euidentius apparet in motu locali, proponit dubiū. Cur vt in motu locali, nō ita ī alijs speciebus motus datur motus naturalis, & motꝰ cōtra naturam? Sed intelligenda est quomodo sub hac forma. Utrum sicut in motu locali, ita in alijs speciebus reperiat huiusmodi cōtrarietas, tā inter motus, quā inter quietes? In motu eñ locali motus naturalis terrę est ad cētrū, vbi etiam est quies naturalis: motus vero cōtra naturā est sursum, vbi cū terra violenter retinetur, est quies cōtra naturam. In alteratione vero arguit ad partem negatiuā, ꝙ nullus sit motus contra naturā: nā vt sanatio est naturalis, ita & egrotatio: & vt de albatio, ita & denigratio. Motus enim naturalis est, qui est a principio intrinseco, aut ab extrinseco cōferente vim passo. Et vt sanatio, ita & egrotatio est a principio intriseco. Et pariter vt frigefactio aquę est naturalis, ita & calefactio: qꝛ passum ratione materię confert vim. vt lib. 2. q. 1. dicebamus. Et idem (inquit) est de augmentatione. vt enim augmentatio, ita & diminutio est naturalis a principio intrinseco. Nec vna augmētatio opponitur hoc modo alteri, vt vna sit naturalis, & alia cōtra naturā. Et vt generatio, ita & corruptio est naturalis: nam sicut adolescere, ita & senescere est secundū naturam. Quod si quis arguat. 2. de cęlo tex. 37. oppositum haberi, scilicet, ꝙ senescere est contra naturam, respondet, ꝙ illic loquebat Ph. de natura particulari, qua vnaquęq; res appetit se conseruare in esse: nihilominus senectus est ab intriseco ex actione & repassioē calidi & humidi.

Contrariŭ motus naturalis, et contra naturam.

At si est, quòd violentia sit, præter naturam: & corruptio corruptioni cōtraria erit, ea quę est violentia vt q̄ pręter naturam est, ei quæ secundum naturam. Sunt igitur & generatiōes quædam violentæ, & non facto determinatæ: quibus contrariæ sunt eæ quę secū dum naturam. Et augmentationis sūt violentiæ & diminutiones. vt augmētationes eorum: qui velociter propter alimentū pubescunt. & frumenta, quę citò adolescūt: & non sunt constricta. In alteratione autem quo pacto: an similiter. Tex.lvij

¶ Post argumētationem a parte negatiua, respōdet Ph. hoc genus cōtrarietatis inter motū naturalem & contra naturā, seu violentum, reperiri in omnibus speciebus motuum, & mutationum. Corruptio enim naturalis (vt cū homo senio moritur) cōtraria est corruptioni violentę: vt qua homo suspenditur. Est enim illa corruptio violenta: quia est a principis extrinseco, passo non cōferente vim: ad hūc sensum, ꝙ non procedit secundum cursum naturę a principio intrinseco. Sūt etiam generationes alię naturales, & alię violentę: nempe, quę nō fato, id est, ordine a natura pręstituto determinatę sunt, videlicet, cum arte accelerant generationes fructuū, vt ante tempus pręcoquūtur. Imo & ranarum generationes arte nonūquā fiunt, dum applicant actiua passiuis. Similiter & augmētationes sunt itidem violentę, naturalibꝰ contrarię. vt cum homines propter delicatissimū alimentum, & delicias vitę, citius quā cursu naturali adolescunt: & frumenta propter excessiuū humorem plus nimio crescunt [non cōstricta]. i. non mittētia sub terrā solidas radices, seu fibras: atq; adeo nō habentia solida grana.

In alteratione autē quo pacto, an similiter? Erunt enim aliæ quidem violentæ, aliæ verò naturales, vt qui liberantur, alij non incriticis diebus, alij autem in criticis. Illi quidem, pręter naturā alterātur. hi verò scd̄m naturā. Textus lviij.

Erunt

Erunt ergo corruptiones contrariæ adinuicē: non generationi ſolùm. Et quid prohibet? eſt enim: ſi hæc quidem ſuauis, illa verò triſtis fuerit. Quare non ſimpliciter corruptioni corruptio cōtraria eſt, ſed quatenus ipſarum hæc quidem huiuſmodi, alia verò talis eſt.

¶In tex. 58. idem dicit accidere in alteratione. Aliæ enim ſunt naturales alterationes, aliæ vero violentæ. At ex his, qui ab ægritudine liberantur, alij ſanantur in diebus criticis. Critici dies idē ſunt, qui iudiciales: puta quibus ſumitur iudiciū infirmitatis. Et in illis ſolēt naturaliter morbi terminari. Quando ergo in alijs diebus inſperato infirmi liberant, dicuntur ſanationes quodāmodo violentæ. ¶Ex his infert corollarium, ꝙ corruptio non ſolū eſt generationi contraria, ſed etiam corruptioni: vt naturalis, violentæ. At qr poſſet quiſpiam obijcere, vnum vni tantum contrarium eſſe, reſpondet nihil vetare, vnum pluribus eſſe cōtrarium, non ſolum vbi vnum eſt naturale, ⁊ aliud violētum, ſed vbi ambo ſunt naturalia. At corruptio (inquit) ſuauis, corruptiōi triſti contraria eſt. Corruptionem ſuauem exponit S. Thomas eam eſſe, qua imperfectum corrumpitur, perfectumq; generatur. vt cum aer corrumpitur in ignem: ſed triſtis (inquit) eſt illa, qua econuerſo ignis conuerteretur in aerem. Vel forſan Ariſto. loquitur de corruptionibus accidentalibus. vt corruptio ægritudinis dicatur ſuauis: corruptio vero ſanationis triſtis. Quinimo corruptio temperati caloris opponitur hoc modo corruptioni caloris immodici. Colligit ergo, ꝙ corruptio ſimpliciter, ideſt, ea ratione, qua eſt corruptio, non opponitur alteri corruptioni, ſed generationi. Corruptio autem talis, id eſt, quatenus habet talem qualitatem (puta, ꝙ eſt naturalis, aut ſuauis) opponitur corruptioni habenti contrariam qualitatem, vt pote, violentæ, ⁊ triſti.

Textus. lix.

Omnino igitur contrarij motus & quietes: dicto modo ſūt, vt quæ eſt ſurſum: ei qui eſt deorſum: loci enim contrarietates hæ ſunt. fertur autem ea quidem quæ ſurſum eſt latione, natura: ignis. ea verò quæ deorſum: terra. & cōtrariæ: ipſorum lationes ſunt. ignis autem, ſurſum quidem natura: deorſum autem præter naturam. Et contrarius quidem motus, qui eſt ſecundū naturā ipſius: ei qui eſt præter naturam.

¶Proſequitur in hoc text. 59. eandem contrarietatem in motu locali commonſtrare: cōcludens, ꝙ omnino. i. vniuerſaliter in omni ſpecie motus dicta contrarietas inuenitur. De cæteris nāq; iam dictum eſt: de motu vero locali oculatius patet. Ea namq; latio, quæ ſurſum eſt, cōtraria eſt ei, quæ eſt deorſum: propterea ꝙ locorum ipſorum ſurſum ⁊ deorſum cōtrarietas, eſt ex natura rei (vt libr. 4. dictum eſt) propter contrarias cōſeruatiuas qualitates. Ignis autem naturali latione fertur ſurſum, terra vero deorſum: ecōuerſo ignis deorſum, fertur præter naturam: terra vero, ſurſum. Quo fit, vt inter motus ignis ſurſum ⁊ deorſum, ſit contrarietas naturalis, ⁊ violenti motus. Et proportionabiliter inter ſimiles motus terræ.

Et quietes etiam: ſimiliter. Quæ nāque ſurſum, quies, ei qui eſt de ſurſum in deorſum motui contraria eſt. Eſt autem terræ, illa quidem quies præter naturam: motus autem hic: ſecundum naturam. Quare motui, quies contraria eſt, quæ eſt præter naturam, ei qui eſt ſecundùm naturam eiuſdem. etenim motus eiuſdem: contrarius ſic eſt. Alter enim ſecundùm naturam ipſorum erit: qui ſurſum, aut qui deorſum. alter autem, præter naturam. Textus. lx.

¶Quod monſtrauit in motibus, proſequitur hic ⁊ in quietibus oſtendere: dicens, ꝙ quies ſurſum, contraria eſt quieti, quæ eſt deorſum. Atq; adeo illa, quæ eſt ſurſum, eſt terræ præter naturam, ⁊ per cōſequens eſt contraria motui deorſum, qui terræ eſt naturalis. Iam enim text. 54. dictum eſt motū quēcunq; contrarium eſſe quieti, quæ eſt in termino a quo. Et rationem ſubiūgit, qr motus ſurſum, contrarius eſt motui deorſum. Cum enim motus ſortiatur ſpeciem a termino ad quē, ſi motus ſurſum cōtrariatur motui deorſum, quies ſurſum cōtrariatur motui deorſum: ⁊ cui vnus motus ⁊ terminus eſt naturalis, alter erit præter naturam.

Habet autem dubitationem, ſi eſt omnis quietis quæ non ſemper eſt, generatio, & hæc eſt ipſum ſtare. Eius igitur quod præter naturam quieſcit, vt terræ ſurſum, erit generatio. cùm ergo ferebatur ſurſum violentia, ſtabat. ſed quod ſtat, ſemper videtur ferri velocius, quod autem violentia, contra. nō factum ergo quieſcens, erit quieſcens. Amplius videtur ipſum ſtare propriè dici, aut omnino eſſe in eo quod eſt ſecūdum naturam, in ſuum locum ferri, aut accidere ſimul. Textus. lxj.

¶In text. 61. mouet ſecundam dubitationem. Hic tamen textus in multis Græcis codicibus non eſt. Neq; Them. eum legit. Quæſtio tamen eſt, vtrum cuiuſcunq; quietis ſit generatio. Et eſt dubium propter quietem violentam. Et arguit ad partem affirmatiuam. Cuiuſcunq; rei, quæ eſt, ⁊ non ſemper fuit, datur generatio: quies omnis non ſemper eſt (nam quies eſt rem ſtare, id eſt, a motu ceſſare) ergo cuiuſlibet quietis eſt generatio. Ad partem vero negatiuam arguit. Si cuiuſcunque quietis eſt generatio, cū quies violenta terræ ſurſum ſit quies, illius etiam erit generatio: conſe-

quens tamen esse falsum, duplici probat ratione. Et prima quidem obscura est. Sed notandũ est, ꝙ cum motus sit via ad quietem, motũ esse, est quietem acquiri. Arguit ergo, ꝙ si aliqua est generatio quietis terrę sursum, maxime esset motus, quo terra sursum violenter mouetur. Et hoc est, quod ait [cum ergo ferebat͂ sursum violentia (idest, violenter stabat) id est, generabat͂ status, ⁊ quies: hoc autem videtur falsum: q͛ quod stat (.i. quietis gratia mouetur) velocius moue͂t in fine, quã in principio (vt in motibus naturalibus est videre) quod autem violenter mouetur, tardius est in fine. Arbitror responsionem quęstionis esse negatiuam, videlicet, ꝙ quietis violẽtę non est per se generatio, sed per accidẽs graue retinetur sursum ab aliquo prohibente descensum. Si vero quies accipiatur pro cessatione motus, causa quare motus violẽtus cessat nulla est per se positiua, sed quia cessat causa motiua scilicet, quia finitur impetus autem motus violentus sursum non sit ꝑ se causa illius quietis sursum, patet, quia ille motus per se non ordinatur ad illam quietem, nec illa proprie est quies illius mobilis, postquam quanto propius ad illam accedit, segnius mouetur. Cuius contrarium accidit motui naturali, qui est ad veram quietem.

¶ Et hoc euidentius fit secunda ratione, quę est hęc. Stare, seu quiescere, tunc solum contingit, quando res est in suo loco naturali, aut quãdo ad illum accedit: accedere enim ad locum, est accedere ad quietem: ergo nec quies violenta est proprie quies: neq; ad illam est per se motus, seu generatio. Inseruit ergo hanc dubitationem, eo ꝙ dixerat quietem violentam contrariam esse quieti naturali: nempe vt ostenderet, non tam proprie illã, quam hanc, esse quietem.

Textus. lxij. Habet autem dubitationem, si contraria est quies quæ est hic, ei qui hinc est motui. cùm enim mouetur ex hoc, aut etiam abijcit: adhuc videtur habere id quod abijcitur. Quare si hæc quies, contraria est ei, qui hinc est in contrarium motui: simul erunt contraria.

¶ An aliquo modo quiescit: si ad hunc manet? omnino autem eius quod mouetur: aliud quidem ibi, aliud autem est in quod mutatur. Quapropter & magis motus motui contrarius est: quam quies. ¶ Et de motu quidem & quiete, quomodo vtrunque vnum est, & quæ quibus contraria sunt, dictum est.

¶ Dubitationem deniq; tertiam dissoluit in text. hoc. 62. Dubitatio est circa id, quod text. 54. dictũ est: videlicet motum cõtrarium esse quieti, quę est sub termino a quo. Si enim (inquit) quies (.v.g.) sub frigiditate contraria est motui calefactionis, quo albedo abijcitur ⁊ corrumpitur, sequitur contraria esse simul. Nam simul sunt, ⁊ motus calefactionis, ⁊ albedo sub gradu remisso. Respõdet nullum esse inconueniens, vt simul dũ est motus, quo receditur a termino, sit etiam quodãmodo quies: dum terminus a quo manet sub gradu remisso: nam id, quod mouetur [aliud quidem est ibi id est, partim est in termino a quo [aliud autem in quod mutatur] id est, partim est in termino ad quem. Hinc infert maiorem esse contrarietatem inter motus contrarios, quam inter motũ ⁊ quietem: eo ꝙ motus cõtrarij sub nullo gradu possunt esse simul: quia repugnat eandem formam, seu terminum simul acquiri, ⁊ deperdi. Concludit ergo Philo. satis dictum esse de motu ⁊ quiete. vbi Cõmen. notat tex. 63.

Dubitauerit autem fortasse quispiã, & de ipso stare. Si & quies aliqua contraria his motibus, qui præter naturam sunt, fit. Si igitur non fit, absurdum erit: quiescit enim quipiam violentia. Quare aliquod quiescẽs non sempiternum sine generatione erit. Sed patet id fore. Nam quemadmodum aliquid præter naturam mouetur, ita etiam præter naturam aliquid quiescit. Textus. lxiij.

¶ Duo isti textus nec sunt, nisi rarissime, in codicibus Gręcis: neq; (vt Commen. fatetur) in omnibus Arabicis: nec sunt, qui credant esse Aristote. sed vel Eudemi, vel Theophrasti, quia certe nec materia nec dictio grauitatem refert Arist. Neq; Argy. nec Vata. nec boni traductores transferunt. Nos vero aliunde fragmentum hoc desumpsimus: quia apud Boetiũ deprauatum est. Text. ergo iste. 6. repetitio ferme, atq; adeo inutilis, est superioris tex. 61. qui forsan neq; est Aristo. Dubitatio enim inquit est. Vtrum quies contrariã motibus violentis, illam pręter naturã, vbi cessat motus violentus. Quod certe verbum non est Aristotelicum. Docuit enim supra, ꝙ quies cõtraria motui, non est illa, quę est in termino ad quem, sed illa quę est in termino a quo. Vnde quies potius naturalis terrę in cẽtro contrariatur motui eius violento sursum, quam quies violenta sursum. Vtcunq; tamen sit, de hac violenta quęrit, an per se generetur. Et arguit ad partem affirmatiuam, vt supra. Cum enim detur aliqua quies violenta, ⁊ illa non fuit sempiterna, sequitur vt sit facta: alias daretur aliquid, quod est, ⁊ non fuit semper, ⁊ tamen non est factum. Commen. putat, ꝙ aliter hic respondet Aristot. quam in textu. 61. videlicet, ꝙ illic negauerit quietem illam fieri, hic autem dicat aliquo modo fieri scilicet a principio extrinseco. At vero merito de hoc Commenta. ab omnibus reprehenditur; nam eadem est vtrobiq; respõsio. Nempe, ꝙ talis quies non fit per se, sed per accidens, deficiente impetu, quo res violenter mouebatur. Et hoc est quod ait (sed patet id fore) id est, talem quietem fieri. (Nam quemadmodum est motus pręter naturam, ita ⁊ quies) id est, quẽadmodũ motus talis fit a principio extrinseco impellente, ita ⁊ cessante impetu, fit per accidens illa quies.

Cùm autem aliquibus motus secundùm naturam præter naturamve insit.

veluti

veluti igni is motus qui eſt ſurſum ſecundùm naturam ineſt. is autem qui deorſum præter naturam, nunquid hic ſit illi contrarius, nam ille qui eſt terræ? Hęc enim ſecundùm naturam deorſum fertur, an ambos illi contrarios eſſe patet. non tamen ſimili modo. Nã hic contrarius eſt illi vt ſecundùm naturam. ille verò vt ſecundùm naturam exiſtẽs ei, qui præter naturam exiſtit. & in quietibus ſimiliter.

¶ In tex. 65. mouet ſecundam dubitationem circa ea, quę ſupra dicta ſunt. Dictum enim eſt motus contrariari ratione terminorum ad quos, & cũ aliquibus rebus [imo omnibus elementis, ratione elementorum mixtis] duplex inſit motus, ſcilicet naturalis & contra naturam, vt motus naturalis ignis, eſt ſurſum: pręter naturam vero, deorſum. Terrę contra, motus deorſum eſt naturalis, ſurſum vero violentus. Dubitatio eſt, motus naturalis ignis ſurſum vtri ſit cõtrarius: motui ne violento ignis, an naturali terrę? vterq; enim eſt deorſum. ¶ Solutio eſt, q vtriq; contrariatur, diſſimili tamen modo. Nam hic ſcilicet motus naturalis terrę, contrariatur, illi, ſcilicet motui naturali ignis, vt tanquã ambo ſecundum naturam cõtrariorum elementorum. Ille vero ſcilicet motus violentus ignis, contrariatur illi, ſcilicet naturali eiuſdem. vt id, quod eſt pręter naturam, contrariatur illi, quod eſt ſecundum naturam. ¶ Adiiciunt adhuc tex. alium hic nonnulli, qui repetitio eſt ad literam textus. 62. Et ideo nec Commẽ. eũ legit, neq; eſt proinde cur nos legamus.

## Finis quinti libri phyſicorum.

M 4 Reuerendi

# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super sextum Physicorum Aristotelis Commentaria.

## DE MOTVS MAGNItudinisq; continuatione, & diuisione.

## CAPVT. I.

Tex.j. SI autẽ est continuũ, & tangens, & consequenter, vt definitũ est prius (cõtinua quidẽ: quorum vltima sunt vnũ. tangẽtia verò, quorũ simul. cõsequenter autem: inter quæ nihil est eiusdem generis) impossibile est ex indiuisibilibus esse aliquid continuum. vt lineam, esse ex pũctis: si linea quidem continuũ est, punctum autem indiuisibile. neque enim vnum sunt vltima punctorum, nõ em̃ est, hoc quidem vltimum: illud verò alia quędam pars ipsius indiuisibilis. neque simul sunt vltima. non enim est vltimum vllum eius quod impers est. alterum est em̃ vltimum, & id, cuius est vltimum.

¶Postea quã motus species [quę sunt velut eius partes subiectiuę] superiori lib. explicatę sunt, atque adeo expositũ sit, vnitatem numeralẽ motus in eius cõtinuatione consistere, cõtinuo subsequitur hoc lib. sexto de motus continuatione dicere, seu de motu in ordine ad eius ptes quãtitatiuas. Bene enim adnotauit Adastrus, vt in prooemio dicebamus, quotuor priores libros Grece de principijs inscribi, quatuor vero reliquos de motu.

¶Secant hunc librum interpretes in capita decẽ Commenta. vero in textus nonaginta quatuor. Partitio libri. Possumus eum tamen maioris claritatis gratia in sex membra distribuere. Duo nãq; priora capita in hoc versant, q̃ nullum continuũ ex indiuisibilibus cõponit, sed omne continuũ [atq; adeo omnis motus] est diuisibile in semper diuisibilia. Duo sequenter proxima tractant de diuisione motus. Et duo subsequentia de ordine partium motus. Septimum vero caput est de ratione finiti & infiniti in motu. Atq; octauum de diuisione quietis. In duobus deniq; postremis diluit Ph. dubia quędam Zenonis aliorũq; id genus antiquorum.

¶In primo ergo tex. huius capitis (qđ vsq; ad decimum tex. protẽdit) statuitur pręcipua cõclusio. Impossibile est cõtinuũ ex indiuisibilibus esse cõpositum. Quam duabus rationibus, ex bina definitione cõtinui sumptis, facit manifestã. Prima aũt ratione non solum demõstrat indiuisibilia nõ posse esse cõtinua, sed (ad maiorẽ cõfirmationẽ) neque esse posse, aut cõtigua, aut cõsequenter se habentia. Cõtinuum nõ cõponit ex indiui. Et ideo ꝓponit. (Si aũt est continuũ &c. impossibile est ex indiuisibilibus &c. vt lineã esse ex punctis) supposito [vt res habet] q̃ linea sit de genere continuorum, punctum vero sit res indiuisibilis. Probatur sequela quo ad duas partes, scilicet q̃ puncta neq; cõtinua, neq; tangentia. i. contigua esse possint. Continua sunt, quorũ vltima sunt vnum: contigua vero quorum vltima sunt simul: puncti autẽ nihil est vltimum: nam qđ impers est id est, partibus carens, non habet vltimũ (vltimum enim dicitur respectu partis, quę non est vltima) ergo pũcta, neque cõtinua esse possunt, neq; contigua. Deinceps est quando nihil eiusdem generis intermediat, inter duas res, quae sunt eiusdem naturae

Tex.ij. Amplius, necesse est, autem continua esse puncta, aut tangentia se inuicem, ex quibus est continuum. eadem autem ratio est, & in omnibus indiuisibilibus continua quidem non erunt, propter dictam rationem. tanget autẽ omne, aut totum totum, aut pars partem, aut totum pars. Quoniam autem impers est ipsum indiuisibile, necesse est totum tangere totum. totum autem totum tangens, non erit continuum. continuum enim habet, hanc quidem aliam, illam verò aliam partem. & diuiditur, in sic diuersas, & loco separatas. ¶At verò neque consequenter erit punctus ad punctum aut ipsum nunc ad nunc ipsum vt ex his fit longitudo, aut tempus. consequenter enim sunt, inter quę nihil est eiusdẽ generis. inter autem puncta, semper est linea, & inter ipsa nunc, tempus.

¶Duas particulas habet hic tex. 2. In priori confirmat secunda ratione puncta non posse esse contigua. Et eadẽ [inquit] ratio est de omnibus indiuisibilibus. Si continuũ (inquit) fit ex punctis

necesse est, vt puncta sint continua, aut contigua, seu tāgētia. Imo sequit esse cōtinua. Sed forte particula disiūctiua accipit pcopulatiua, vt moris est apud Ari. vt sit sensus necesse est esse cōtinua ⁊ a fortiori, tangētia. Quod aūt non possint esse cōtinua iā ostēsum est, sed quod nec possint se tāgere, cōfirmat. Illa, que se tangunt, aut tangunt se secū dum se tota, aut secundum partes: punctum quia est indiuisibile non potest aliud tangere secundū partem. Si vero se tangant secundū tota: nō possunt continuum conficere: nam cuiusuis continui monstrare est partes loco semotas, quę non se tangunt. vt duę extremę tertię. Duo ergo secundum se tota, tangere, se nequeūt, nisi penetratiue se haberet quęcunque pars vnius cum quacunque alterius. Magnum argumētū sumitur ex his duab⁹ rationibus, ꝙ punctum secundum Ph. distinguatur a linea, ⁊ linea a superficie. Quod ⁊ in subsequentibus apparet. ¶In secunda particula ostendit ꝙ neqꝫ puncta possunt se consequenter habere quemadmodum neque duo instantia in tempore. Etenim ea sunt cōsequenter se habētia, inter quę nihil mediat eiusdem generis: sed inter quęcunqꝫ duo puncta mediat linea, ⁊ inter quęcunqꝫ duo, nunc, mediat tempus: ergo illa non sunt consequēter se habentia. Quod siquis arguat, lineam non esse eiusdem generis cum puncto, quia linea est quantitas, punctum vero non nisi principiū quantitatis: ⁊ ideo nihil prohibet, quominus pūcta cōsequenter se habeant: veluti homines: inter quos mediat lapis. Respondetur, ꝙ punctum, ⁊ linea sunt eiusdem generis: quia punctum est principiū de genere quantitatis. Sed preterea respōdetur ꝙ cum inter quęcunque duo puncta intercedat linea habens infinita pūcta inter quęcunqꝫ duo mediat punctum: ⁊ per consequens nulla sunt consequenter se habentia

Tex. iij. ¶Amplius autē diuideretur in diuisibilia: ex quibus est vtrunque, in ipsa diuiditur. sed nullum est continuorum: in impertia diuisibile. ¶Nullum autem aliud genus, potest esse inter puncta, & inter ipsa nūc. si enim erit: manifestum est, quod aut diuisibile, aut in indiuisibilia erit, & si diuisibile aut indiuisibile aut in semper diuisibilia. hoc autem: est continuum. ¶Manifestum autē est. quod & omne continuum est diuisibile in semper diuisibilia. Si enim in indiuisibilia diuidetur, erit indiuisibile indiuisibile tangēs. vnū enim est vltimum cōtinuorū & tangunt.

¶In text. hoc. 3. tres sunt particulę. Est nanque diuisio Commentatoris confusa, ⁊ quę congruentior, atqꝫ lucidior esse posset. Primo ergo subiicitur tertia ratio principalis ad principalem conclusionem ex secunda definitione continui. Est. n. continuum diuisibile in semper diuisibilia. Si vero continuum componeretur ex indiuisibilibus, cum omne compositum resoluatur in ea, ex quibus componitur, diuideretur continuum in indiuisibilia: atque adeo in non semper diuisibilia: contra eius definitionem.

¶In secunda particula explicat amplius id, quod text. superiori dixerat scilicet inter quęcūque duo puncta mediam esse lineam, ⁊ inter quęcunque duo instantia, medium esse tempus. Ratio est hec. Duo puncta non possunt se tangere vt dictum est si ergo sunt duo necesse est, vt situ distent, ⁊ per cōsequens aliquod sit inter ea medium. Hinc incipit ratio text. [si enim erit]. i. si inter quęcunque duo puncta est aliquod medium, aut erit diuisibile, aut indiuisibile: quod non sit indiuisibile, tanquā notū pretermittit: nā indiuisibile mediū impedire nō valet ne extrema se tangāt: quia non pōt facere vt si distent. Si autē est diuisibile, aut diuidit in nō semper diuisibilia: ⁊ hoc nō: quia diuisibile nō constat ex indiuisibilibus: aut est diuisibile in semper diuisibilia: ⁊ hoc est esse continuum. Continuum autem inter duo puncta esse non potest: nisi linea que est indiuisibilis latitudine ⁊ profunditate: atque adeo ad imaginationem fit ex ductu puncti. Eadem analogia comprobatur inter quęcunque duo instantia interesse tempus. ¶In tertia particula patefacit hoc toties assertum, quod continuum sit diuisibile in semper diuisibilia. Nam dato opposito, sequitur, quod aliqua eius pars sit indiuisibilis: ⁊ cum omnes partes se tangant in eodē vltimo, sequitur, quod indiuisibile habet vltimum quo tangit aliud indiuisibile. Quod monstratum est repugnantiam inuoluere.

Eiusdem autem rationis est, & magnitudinem & tempus & motum, ex indiuisibilibus componi. & diuidi in indiuisibilia aut nullum. Tex. iiij.

¶Cum monstrauerit conclusionem scilicet continuum, neque componi ex indiuisibilibus, neque diuidi in indiuisibilia exemplo magnitudinis, vbi res oculatius patet, progreditur eam ostendere in motu, ⁊ tempore: quę sunt etiam de genere continuorum. Et ideo (ait) in hoc tex. 4. eiusdem rationis esse, aut omnia tria componi ex indiuisibilibus, diuidique in indiuisibilia, aut nullum eorum.

Manifestum est autem ex his. si enim magnitudo ex indiuisibilibus componitur: & motus qui huius est, ex ęqualibus motibus erit indiuisibilibus. Vt si magnitudo. A B C. ex ipsis. A, B, C. sit in diuisibilibus: motus in quo. D E F. quo motum est ipsum. P. super lineam. A B C. vnamquamque partem habet indiuisibilem. Textus v.

¶Confert primo magnitudinē cum motu. tex. 10. vtrūqꝫ tēpore. Et in hoc text. 5. solum pponit conclusionē cum suo exēplo. s. ꝙ si magnitudo cōponat ex indiuisibilibus, cōsequitur, vt ⁊ motus constet etiā ex indiuisibilibus: vt si magnitudo componatur

tur ex A B C. partibus indiuisibilibus, mot⁹ quo Θ. mouetur super lineam. A B C. constat etiã ex partibus. D E F. itidem indiuisibilibus.

Tex. vj. Si igitur præsente motu necesse est moueri quippiam, & si mouetur quippiam necesse est ad esse motum, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Per A igitur, motum est ipsum. P. quo. D. motum est motu, per. B. vero, quo ipsum. E. & per ipsum. C. similiter quo. F.

¶Ante probationẽ conclusionis præmittit duas suppositiones. ¶Prima in hoc tex. 6. est, φ nihil mouetur nisi tunc quando mouetur, præsentem habeat motum: & quandocunque res habet præsentem motum in actu, tunc mouetur. Veluti nihil est album, nisi actu habeat albedinem: & quicquid actu habet albedinem, mouetur. Tunc enim (inquit) si magnitudo est ex indiuisibilibus, & moueri ipsum erit ex indiuisibilibus. Exempli gratia. ¶Per A. partem magnitudinis mouebitur. Θ. mobile, parte motus, quæ est. D. indiuisibili & per. B. mouebitur parte, quæ est. F. Nam si motus debet esse præsens quandocunque res mouetur, cuiusque parti spatij sua respondet pars motus.

Tex. vij. Si igitur necesse est id quod mouetur alicundè aliquo, non simul moueri & motum esse quo mouebatur quando mouebatur (vt si Thebas quis it, impossibile est simul ire Thebas, & iuisse Thebas) per. A. igitur impers, motum est ipsum. P. quatenus. D. motus aderat. Quare, si posterius quidẽ transibit quam transibat, diuisibile vtique erit. cùm enim transibat, neque quiescebat, neque transibat, sed in medio erat. Si autem simul transit & transibit, id quod proficiscitur cum proficiscitur profectum eo erit & motum, quo mouetur.

¶In tex. 7. præmissa suppositione secunda, exorditur probationem. Suppositio est, φ rem moueri ad certum terminum, prius est, quam motã esse. Vt si quis it Thebas, impossibile est simul ire, & iuisse. i. peruenisse. Nã licet motus & terminus ad quem non sint propriè contraria [vt lib. 5. tex. 54. dicebamus) repugnat tamen, sicut imperfectum & perfectum. Aggreditur ergo probare intentam conclusionem. Si. Θ. mouetur per partem. A. ea parte motus, quæ est. D. tũc aut prius erit. Θ. trãsire per. A. quam transiuisse: iuxta secundam suppositionem: & hoc dato, sequitur, φ pars spatij. A. erat diuisibilis: nam cum verum erat dicere, per tempus imperfectum, quod Θ. transibat per. A. neque quiescebat ne transierat. i. nec erat in termino a quo, nec in termino ad quem, sed in medio xtrema vero & medium esse nequeunt, nisi in re diuisibili. Si autem non prius. Θ. mouebatur per A. quam motum erat, sequitur contra secundam suppositionẽ, quod id quod proficiscitur. i. incipit moueri, simul cum incipit, profectum erit eo quo mouetur. i. erit in via ad terminum: & motum erit. i. erit iam in termino. Summa rationis est, φ cũ motus idem sit: quod transitus ab extremo in extremum per medium, fieri nequit per indiuisibile.

Si vero per totũ. A B C moueatur aliquid, & mot⁹, quo mouetur est. D E F. per ipsum autem. A. impers, nihil, mouetur sed motum est: erit vtique motus, non ex motibus, sed ex momẽtis. ¶Et moueri aliquid non motum. A. enim, transibit non transiens. Quare erit aliquid transisse nunquam transiens. Hoc enim transibit, non transiens hoc. Textus viij.

¶Infert ergo in text. 8. intentam conclusionem atque adeo primum trium inconuenientium, quæ illam subsequuntur. Syllogismus est hic conditionalis hypotheticus ex tribus præmissis. Si detur ergo, quod aliquid, puta. Θ. mouetur per totum. A B C. & motus, quo mouetur est D E F. & per indiuisibile nihil mouetur (vt iam modo ostẽdebatur) sed motũ est, sequit vt motus D E F. nõ constet ex motibus, sed ex mutatis esse, quæ sunt indiuisibilia, vt partes ipsæ magnitudinis. Nam si D E F. essent motus, cum præsente motu (vt asserebat prima suppositio) necesse sit aliquid moueri. Θ. moueretur per singulas partes spatij: quod cum sint indiuisibiles, est impossibile. ¶Ex hac cõclusione infert tria inconuenientia. Et quia primum infert complexiue & copulatim cum ipsa cõclusione, non secuit hic commen. tex. 9. Dato ergo, φ motus componatur non ex motibus, sed ex mutatis esse, sequitur aliquid moueri non motum. i. aliquid, quod nunquam mouebatur, peruenisse ad terminum, esseque mutatum. Nam sequitur φ Θ transibit per. A. nõ transiens. i. φ mutatum est in finem ipsius. A. cum tamen nunquam fuerit verum, quod transibat ipsum. A. quæ secum repugnantia sunt.

Si igitur necesse est aut quiescere, aut moueri, omne, quiescit sane in vno quoque eorum, quæ sunt A B C. Quare erit aliquid, quod continue quiescit simul, & mouetur, per totum enim A B C. mouebatur, & quiescebat secundum quãlibet partem, quare & per totum. ¶Et si indiuisibilia quidẽ. D E F motus sunt, motu præsenti, contingit vtique non moueri, sed quiescere, sin vero non sunt motus, motum non ex motibus esse. Tex. ix.

¶In

¶In tex.9.infert duo alia impossibilia ex conclusione. Secundum ergo est, quod sequeretur aliqđ mobile per totum aliquod spatium simul & moueri & quiescere. Dictũ.n.est. B.mobile moueri per totum spatium. A B C. Et pariter probatum est per nullam illarum moueri cum sint singulę indiuisibiles: & cum omne mobile semper, aut quiescat aut moueatur, colligitur, vt in singulis quiescat: quod autem in singulis partibus spatij quiescit, in toto quiescit. Quo fit, vt simul & in toto quiescat, & per totum moueatur. ¶Tertium inconueniens est [vt alij volunt] licet mihi potius videatur conclusionis intente repetitio. Aut partes illę motus D E F. singulę sunt motus, aut non si: sic, cum motu pręsente necesse sit (vt suppositum est) mobile moueri, mouebitur mobile in singulis partibus indiuisibilibus spatij: quod probatum est impossibile. Si verò illę partes non sunt motus, sed mutata esse indiuisibilia, sequitur proposita conclusio ꝙ si magnitudo componitur ex indiuisibilibus, idem accidit motui.

Textus x. Perinde autem necesse est atque longitudo motusque indiuisibile esse tempus, componique ex ipsis nunc, & his quidem indiuisibilibus. si enim omnis diuisibilis est, in minori autem tempore æquè velox transiuit minus diuisibile erit & tempus: si autem tempus diuisibile est, in quo fertur aliquid per A. & A. erit diuisibile.

¶Idem quod probauit de motu, subiungit probare de tempore: nempe, quod si spatium, & motus non sunt diuisibilia in semper diuisibilia, eadem sit ratio de tempore. Et re vera aptius hic text. positus esset in initio sequentis capitis, quam in calce huius: eo quod totum sequens caput versatur in demonstrationibus huius conclusionis. Proponit ergo primo conclusionem: dicens, ꝙ si longitudo [.s. spatium] motusque indiuisibilis sunt .i. ex indiuisibilibus componunt necesse est & tempus indiuisibile esse .i. ex instantibus indiuisibilibus componi. Pro eodem. n. accipit, quod longitudo motus, aut tempus sint res indiuisibiles, & quod compouantur ex indiuisibilibus: nam si pars est indiuisibilis, totum est indiuisibile. Facit tres demonstrationes. Prima sumitur ex motu ęque veloci: secunda ex proportione duorum mobilium inequalis velocitatis, tertia ex more loquendi philosophorum. Illatio prima est huiusmodi. Si motus est diuisibilis, ille, qui in vna hora transit aliquod spatium, si sit ęque velox, in minori tempore pertransibit minus spatium, & per consequens tempus erit diuisibile, siquidem habet maius, et minus. Et si tempus est diuisibile, quo mobile mouetur per. A. spatium. A. erit pariter diuisibile. hinc sequitur intenta conclusio ex opposito consequentis ad oppositum antecedentis, scilicet quod si neque spatium, neque motus sunt diuisibilia, nec tempus erit diuisibile. Sequitur continuo caput.2.

# DE TEMPORIS AC magnitudinis cõtinuatiõe & diuisione.

## CAPVT. II.

QVoniam autẽ omnis magnitudo in magnitudines diuisibilis est (ostensum enim est, quod impossibile est ex indiuiduis aliquod continuum esse. magnitudo autem omnis: continua est) necesse est velocius in æquali tempore maius, & in minori æquale, & in minori plus transire. sicut definiunt quidam ipsum velocius. Sit.n. ipsum in quo A. eo in quo. B. velocius. quoniam igitur velocius est id, quod prius mutatur: in quo tẽpore ipsum. A. mutatum est ab ipso. C. in ipsum. D. veluti in tempore. F G. in hoc ipsum. B. nondum erit iuxta ipsum. D. sed circa erit. Quare in æquali tempore plus transit ipsum velocius. Textus xj.




Caput secundũ, quod tredecim textibus distributũ est per septẽ quidẽ priores text. versatur in demonstrationibus prędicte cõclusionis: in reliquis vero tractat de rationẽ finiti & infiniti magnitudinis, & temporis: secũda ergo demonstratio sumitur ex proportione duorũ mobiliũ. Sed prius (supposito ex dictis ꝙ omnis magnitudo est diuisibilis) iacitur trimẽbre hoc fundamẽtũ. Ex duobus mobilibus inequalis velocitatis, velocius in tempore ęquali maius pertrãsibit spatiũ: & in minori ęquale, & in minori plus. Hęc eñ (inquit) est definitio huius qđ est esse velocius. Ait, sicut quidã definiunt non quia ambigat sed quia non est definitio. nisi a posteriori & ab effectu. Subijcit exemplũ primi. Si ipsum (inquit) in quo .i. ipsum. A. velocius sit eo, in quo. B. i. ipso. B. & A. in vna hora (quę sit. A E.) mouetur per spatium. A C. vsque ad. D. ipsum. B. in eodẽ tpe non pertinget vsq; ad. D. sed erit citra. Fundamentum trimẽbre.

At verò & in minori, plus illo. In quo eñ ipsum. A. fuit iuxta ipsum. D. ipsum. B. tardius existẽs erit iuxta. E. ergo, quoniã ipsum. A. iuxta ipsum. D. fuit toto in tempore. FG. iuxta ipsum. H. erit in minori, isto. & sit in tẽpore F K. ipsum igitꝰ CH: ꝙ trãsiuit ipsum. A. maius est ipso. CE. tẽpus aũt qđ est, FK. minus est toto FG. Quare in minore transiuit maius. Textus xij.




¶Subiũgit in hoc text.12. exẽplum tertij mẽbri.s. ꝙ velocius in minori tẽpore pertrãsit maius spatiũ. Detur enim, ꝙ. A. mobile in tempore. F H. [qđ sit vna hora] pertranseat totã longitudinem. C D. in quo tempore. B. in duplo tardius motum pertranseat medietatem.s. C E. Tunc arguitur. Si A. in tempore. F H. pertransit totam lineam. C D. in minori tẽpore, quod sit. F K. (.s. in tribus quar-

tis

tis hore)transiuit tres quartas lineę.s.A.C.vsque ad.H.quod spatium maius est, quam C E.quod B.transibit in vna hora.Atque adeo.A.in minori tempore maius pertransiuit spacium.

Textus. xiij. Manifestum est autem ex his : & quod ipsum velocius in minori tempore transiuit æquale. Quoniam enim maiorem lineam in minori transit, quam id, quod tardius est, ipsum autem secundum seipsum acceptum in pluri tempore maiorẽ minori, vt eam quæ est L M. ea quæ est.LO. maius vtique erit tempus.QR.in quo.L M.transit, quam tempus. QS.in quo lineam. LO.Quare si tempus.QR.minus erit tempore QY. in quo id, quod tardius est, trãsit lineam. L O.& tẽpus.QS.minus est eo, in quo. QY.nam tẽpore.QR minus est. quod autem minore minus est, & ipsum minꝰ est. Quare in minori, mouebitur per æquale.




¶Adijcit tandem in textu.13. exemplum secundi membri scilicet ꝙ velocius mobile in minori tempore transiuit ęquale.Et re vera(sine aliquo negotio)si.A.in minori tempore pertransit maius spatium quam.B.in minori, a fortiori poterit pertransire ęquale. Addit veruntamen duas alias rationes.Prima supponit duo, que iam modo probata sunt, scilicet ꝙ velocius mobile in minori tempore pertransit maius spacium quam tardius in maiori:& preteres, ꝙ idem mobile in maiori tempore plus transit, quam in minori. Quibus suppositis, formatur sic argumentum.Si.A.mouetur per totam lineam.L M.in tempore.Q R.detur(per primam suppositionem)ꝙ.B.in tempore maiori(quod sit.Q Y.)pertrãseat minorem lineam scilicet.L O. Tunc sic.Si.A.in tempore. Q R. transit lineam. L M.in tempore minori qđ est.Q S.[per secũdam suppositionem]transiuit.L O.Et cum Q S. tempus sit minus, quã Q R.a fortiori erit minus quã. Q Y.qđ erat maius. quam. Q R.& per consequẽs A.in minori tempore trãsit ęquale spatiũ illi quod. B.transit in maiori.

Textus. xiiij. Amplius autem , si omne necesse quidem est aut in æquali tempore, aut in minori, aut in pluri moueri, & id quidem quod in pluri tardius est , quod autem in æquali ęque velox, velocius autem neque æque velox est , neque tardius. neque vtique in æquali neque in pluri mouetur ipsum velocius. Relinquitur igitur, in minori. Quare, necesse est æqualem magnitudinem in minori tempore transire, id quod velocius est.

¶In textu.14.adiungit ad idem exemplum secundam rationem hanc.Datis duobus mobilibus, que per ęqualia spatia mouentur aut mouentur in tẽpore ęquali, aut vnum in minori, quam alterum, aut in maiori:id autem quod mouetur in maiori, est tardius mobile:& id quod mouetur in ęquali, est ęque velox:sed.A.neq; est tardius mobile, quã B.neque ęque velox, sed velocius:ergo neq; mouetur per ęquale spatium in maiori tempore, neque in ęquali:atque adeo sequitur vt moueatur in minori.

Quoniam autem omnis quidem motus in tempore est, & in omni tempore possibile est moueri, omne autem quod mouetur, potest & velocius moueri, & tardius : in omni tempore erit ipsum velocius moueri, & tardius. His autem existentibus necesse est, & tempus continuum esse. Dico autem continuum, id quod est diuisibile in semper diuisibilia. Tali enim supposito continuo:necesse est continuum esse tempus. Textus. xv.

¶In textu.15.ex supradicto fundamento, quod tribus exemplis explicitum est, colligit Ph. conclusionem, ꝙ quemadmodum magnitudo & motus, ita & tempus est continuum.i.diuisibile in semper diuisibilia.Hęc.n.(inquit) supponenda est esse definitio continui. Syllogizatur conclusionem hoc modo.Motus fieri non potest, nisi in tempore: qđ est mensura motus, vt libr. 4. probatum est (& eadem ratione econuerso in omni tempore potest esse motus ) sed omnis motus potest esse velocior & tardior, ergo velocius & tardius reperitur in tempore tanquam in mensura.Et cum mensura(vt habetur.10.meta tex.2.)sit eiusdem generis cum mẽsurato(non enim pannum metimur modio, sed vlna, quę est quantitas continua vt pannus)sit, vt si motus est quantitas continua, sit etiam & tempus.
¶Sed est hic argumentũ duplex. Primum. Si ex sola continuitate motus sequitur continuitas temporis, eo ꝙ est eius mensura, quid opus fuit interserere illam pręmissam de velocitate? Alterum est ꝙ non in omni motu inuenitur velocius & tardius, vt patet in motibus celorum. Ad primum respondetur, quod solum claritatis gratia facta est mentio velocitatis. Nam maior & minor velocitas definitur per minus & maius tempus: minus autem & maius perspicacius ostendunt rem esse diuisibilem, vt tex.sequenti oculatius patebit.
¶Ad secundum respondetur primo , quod licet motus eiusdem orbis non sit velocior & tardior, tamen motus superioris orbis velocior est motu inferiori. Ad rem tamen propinquius aliter respondet S.Tho.nempe quod Ph.loquitur de motu secundum generalem rationem motus: rationi autem motus nihil repugnat esse velociorem, aut tardiorem:sed in particulari ratione subiecti naturę cęli repugnat vt sit eius motus difformis. Quẽadmodum quantitati in genere non repugnat diuidi in semper diuisibilia, & quodcunque recipere crementum licet cuilibet rei naturali,

prescri-

præscriptus sit terminus augmenti, & decrementi.

Textus. xvj.

Quoniam enim ostensum est, quod velocius in minori tempore transibit æquale: si id quidem in quo. A. velocius, id autem in quo. B. tardius, & sit motum in quod tardius est per magnitudinem id qua. CD. in tempore. FG. manifestum est igitur, quod velocius in minori quam hoc mobeuitur per eandem magnitudinem. & sit motum in tempore. FH. Rursus autem quoniam hic quod velocius est in tempore. F. H. transibit totam lineam. C D ipsum tardius in eodem tempore minorem transibit. Sit igitur in qua. C K. Quoniã autem ipsum tardius ꝙ est. B. in tempore. F. H. ipsam. C. K. transiuit: id quod velocius est, in minori transibit. Quare iterum diuidetur tempus. F. H. hoc autem diuisio: & magnitudo C K. diuidetur secundum eandem rationem: si vero magnitudo, & tempus. Et semper hoc erit: accipientibus post velocius tardius, & post tardius velocius, & eo qnod demonstratum est vtẽtibus. diuidet enim id quod est velocius: tempus. tardius autem longitudinem si igitur, semper quidem verum est conuerti, conuerso autem semper fit diuisio, manifestum est, quod omne tempus continuum est. Simul autem manifestum est, quod & magnitudo omnis continua est, eisdem enim & æqualibus diuisionibus & tempus & magnitudo diuiditur.




¶ In tex. hoc. 16. ingeniose sane demonstrat, ꝙ nõ solum tempus est diuisibile, quemadmodũ & magnitudo, & mot⁹, sed ꝙ diuisio magnitudinis, & diuisio tẽporis mutuo se consequãtur. vt velocitas motus sit in causa diuisionis tẽporis: tarditas vero, diuisionis magnitudiuis. Supposito enim, inquit, exẽplo, tertio loco exposito. s. ꝙ velocius in minori tempore equale transit spatium illi, quod tardius transit in maiori: sit. B. tardius mobile, quod trãsit magnitudinem. C. D. in tẽpore. F. H. manifestum est, quod. A. mobile velocius trãsibit eandem magnitudinem in tempore minori, puta F. H. Attende quonã modo velocitas, magnitudine indiuisa, diuidit tempus. Rursus si. A. trãsit totam lineam. C. D. in tempore. F. H. tũc. B. quia sit tardius in eodem tempore transibit minorem lineam, scilicet. C. k. Et tunc aduerte quemadmodum tarditas, tempore indiuiso, diuidit magnitudinem. Rursus si. B. in tempore. F. H. transit lineam. C. k. in minori tempore. A. velocius mobile transibit eandem lineam: & per cõsequens, non diuisa magnitudine, tempus. F. H. diuidetur. Quod si. A. in tempore minori quam F. H. transit. C, k. tunc. B. in eodem tempore transibit minorem lineam. Et semper (inquit) ita continget accipiẽdo post velocius tardius, & post tardius velocius. Utentibus nanque simili demonstratione, compertum fiet, quomodo velocitas diuidit tempus, tarditas vero, magnitudinem spatij. Quod si ita se (inquit) conuersim habent magnitudo & tempus, manifestum est, quod omne tempus est continuum: & simul manifestũ est, quod omnis magnitudo est continua. Eisdem enim diuisionibus, vt dictum est, tempus & magnitudo diuiduntur in semper diuisibilia per velocitatem & tarditatem motus: cõtinuum autem iam dictum est, idem esse, quod diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Commen. in illis verbis [simul autem] intercidit text. decimum septimum. Ineptissime tamen, non aduertens eandem esse cõplexam conclusionem, quæ simul ex eisdem præmissis infertur, & tempus esse continuum, & magnitudinem esse continuam.

Textus. xvij.

Amplius autem & ex consuetis rationibus dici, manifestum est: quod si tempus continuum est, quòd & magnitudo, siquidem in dimidio tempore dimidium transit, & simpliciter in minori minus. eædem nãq; diuisiones erunt temporis & magnitudinis.

¶ In particula ista text. 17. [vbi aptior fuisset textus distinctio] probat tertia ratione principalem conclusionem ex modo loquendi consueto. Nam quicquid vniformi motu in aliquo tempore peragit certum spatium, in dimidio tempore trãsit dimidium spatium: & in tertia parte temporis, tertiam partem spatij: & in quarta, quartã: & ita proportionabiliter ad diuisionem temporis sequitur diuisio magnitudinis et econuerso. Et per consequens si vnum est diuisibile, est pariter & alterum.

Textus. xviij.

Et si alterutrum infinitum est: & alterum, & vt alterũ. vt si extremis quidem infinitum est tempus: & longitudo extremis. si verò diuisione: & diuisione longitudo. si autem vtrisq; tempus: vtrisq; & magnitudo.

¶ Stabilita iam satis conclusione prima. s. ꝙ eodem modo, quo magnitudo est & tempus diuisibile, in quatuor textibus subsequentibus ostendit eandem esse vtriusque rationem de infinitate. Est enim infiniti duplex genus, aut quia caret extremis punctis, s, quia est quantum non terminatũ: & hoc appellat hic infinitum extremis: alio modo accipitur infinitum diuisione, quia. s. est diuisibile in semper diuisibilia sine termino: quod nuncupatur infinitum in potentia. Quemadmodum

Duplex infinitum.

quodcunque continuum est infinitum. Ait ergo, quod si magnitudo est infinita, & tẽpus est infinitum & econuerso. Et eo modo, quo vnum est infinitum, est & alterum. vt si vnum est infinitum carens extremis erit & alterum. Nam per infinitã lineam non potest quippiam moueri, nisi tempore infinito: & quicquid mouetur tempore infinito mouetur per infinitam lineam: aut rectam, si recte mouetur: aut infinitis circulationib⁹, si mouetur circulariter.

Qua propter Zenonis ratio falsum accipit, non esse possibile infinita pertransire, aut tangere infinita secundum vnumquodque finito in tempore. dupliciter enim dicitur & longitudo, & tempus, infinitum, & omnino omne continuum, aut secundum diuisionem, aut extremis. Infinita igitur secundum quantitatem, non contingit tangere in tempore finito. quæ vero sunt infinita secundum diuisionem cõtingit. etenim: ipsum tempus sic infinitum est. Quare in infinito & non finito, accidit transire infinitum, & tangere infinita, infinitis non finitis. Neque ergo infinitum, potest in tempore finito trãsire, nec in infinito, finitum: Sed si tempus quidem infinitum sit, & magnitudo erit infinita & si magnitudo & tempus.

¶ Ex distinctione posita infiniti respondet sophistico cuidam Zenonis argumento, quo probare contendebat nullum continuum quantuncũque paruum [si modo infinita instantia contineat, infinitasque partes) posse pertransiri minori tempore, quam infinito. Nam si infinita (inquit) sunt instãtia in pedali, necesse est vt mobile singula tãgat: quod cum sint infinita, fieri nõ potest nisi in tempore infinito. Respondet Ph. ꝙ dupliciter [vt dictum est] aliquid est infinitũ scilicet aut diuisione, aut quia caret extremis. Illud infinitum quod caret extremis tangit totum, ac pertrãsiri nõ potest in tempore finito: sed illa, quę diuisione sunt infinita transiri possunt tempore finito. Nã vt in magnitudine finita infinita sunt puncta. ita in tempore finito sunt infinita instantia. Solutio quidem vera quam dabit lib. 8. non est hęc sed ꝙ in magnitudine finita non sunt infinita puncta & partes in actu, sed solum in potentia: & ideo non numerantur sigillatim per motũ: sicut nec instãtia temporis. Hic tamen solum respondet ad hominem: quoniã sicut arguebat Zeno infinita pũcta esse in magnitudine finita, aduertere debuisset & etiã in tẽpore finito esse eodem modo infinita instantia: atque adeo non esse maiorem magnitudinem, quam est tempus. Et ideo concludit, ꝙ infinitum [scilicet magnitudine] accidit transire non tempore finito, sed infinito: infinita vero pũcta, quę sunt in potentia accidit tangere, non instãtibus finitis, sed infinitis, quę sunt pariter in potentia in tempore. Ac denique in calce textus statuit conclusionem, quod neque infinitum spatium potest mobile trãsire tempore finito neque econuerso, per spatium finitum potest moueri tẽpore infinito: sed [vt in principio propositum est) si tempus est infinitum, magnitudo erit infinita: & conuersim si magnitudo est infinita, & tempus est infinitum.

Sit enim magnitudo finita in quo A B. tempus autem infinitum in quo C. Accipitur igitur temporis aliquid finitum in quo C. D. in hoc transibit aliquid magnitudinis. & sic quod transitum est in quo. A E. hoc autem, aut mensurabit id in quo. A B. aut deficiet aut excedet, differt enim dihil, si enim semper æqualem ei quæ est. A E magnitudinem, in æquali tempore trãsibit, hoc autem mensurat totum finitum erit omne tempus, in quo transibit. in æqualia enim diuidetur, sicut & magnitudo.




¶ Demonstrat dictam conclusionem: & primo primam partem duabus rationibus, videlicet, quod si tempus est infinitum, magnitudo est infinita. Nam detur oppositum, quod per magnitudinem finitam moueri quippiam potest in tempore infinito. Et sit illa magnitudo. A. B. in cuius trãsitu consumitur tempus. C. infinitum. Tunc signata vna partes illiu tẽporis infiniti [quę sit. C D.) manifestum est, ꝙ in illa parte trãsitur vna pars totius linee: quę pars sit A E. Quo dato, sic arguitur. Aut illa pars. A E. mensurabit totam lineã A B. aut d eficiet, aut excedet. Partem mensurare totum, est esse partem aliqnotam, quẽ aliquoties sumpta reddit adequate totum. vt binarius sexies facit duodecim: & ternarius quater: & qua ternarius ter. Pars deficiens est, quę aliquoties sumpta non adequat totum: & excedens est illa, quę aliquoties sumpta, superat totũ. Unde eadẽ pars est deficiens & excedens: vt ternarius respectu octonarij est deficiens, quia bis sumptus, nõ attingit octo, & ter sumptus, excedit. Ait vero, ꝙ nihil refert quomodo se habeat illa pars. Si eñ aliquoties sumpta reddit totũ adequate, pariter pars tẽporis. C. D. toties sumpta adequabit totum tempus, quo pertransitur tota linea. A B. & per consequens si linea est finita, tempus est finitum. Si vero. A E. non sit pars aliquota, aliquoties sumpta excedet totam lineã: vnde eadem ratione pars temporis. C. D. superabit totum tempus, quo pertrãsitur tota linea. Et per cõsequẽs repugnat, ꝙ per lineam finitam aliquid moueatur tempore infinito.

Amplius autem, si non omnem magnitudinem in infinito tẽpore transibit, sed contingit aliquam & in finito transire, vt eã, quæ est. A E. hæc autem mẽsurabit totam: & æqualem in æquali transibit

li tranſibit. quare finitum erit & tẽpus. Quod autem non in infinito tranſibit eam, quę eſt. A E. manifeſtum eſt ſi accipiatur altera ex parte finitũ tẽpus. Si. n. in minori, partẽ trãſibit: in hanc neceſſe eſt finitã eſſe, altero quidem termino exiſtente.

¶ In tex. 21. adhibet demonſtrationem ſecundam nihil differentẽ a prima, ſed repetit eam, vt reſpondeat cuidam obiectioni, qua quis poſſet eam inficiari. ¶ Demonſtratio eſt hęc. Quanuis ita per impoſſibile daretur, quod aliqua magnitudo finita tranſiretur tempore infinito, negari tamen non poteſt, quin aliqua magnitudo finita tranſeatur tẽpore finito, vt experientia cõpertum eſt: & in motibus naturalibus, & in voluntarijs. Quod ſi dederis illam (. v. g.) eſſe A E. partem totius magnitudinis, iam monſtratum eſt, quod quemadmodum illa aliquoties ſumpta reddit, aut ſuperat totam magnitudinem: ita tempus finitum, qua illa tranſitur, adęquat, aut ſuperat totum tempus, quo tota magnitudo. A. B. tranſitur: & per conſequens totum tempus eſt finitum ſicuti magnitudo. At vero ſi proteruus quiſpiam dixerit, quod mobile tranſiens tempore infinito totam lineam. A, B. non tranſit partem. A E. tempore finito, ſed ſimiliter infinito: hoc (inquit) manifeſte eſt falſum, ſi accipiatur ex altera parte tempus finitum, ideſt ſi verſus aliud extremum ſignetur quęuis particula quantuncunque parua, quę tranſeatur tempore finito. Quod neceſſe eſt dare: nam (vt modo dicebamus) experientia compertum eſt tempore finito aliquam magnitudinem finitam poſſe tranſiri. Hoc enim dato, arguitur ſic. Si mobile in minori parte temporis tranſit partem magnitudinis, quam totam magnitudinem (quod per ſe notum eſt) & tempus, quo tranſit reliquam partem magnitudinis verſus aliud extremũ, ſcilicet partem. E, B. eſt finitum: fit, vt tempus, quo tranſitur pars. A E. ſit finitum. Nam ſicut illa minor pars magnitudinis habet proportionem finitam ad maiorem, ita & pars temporis, quo illa tranſitur, habet proportionem finitam ad aliam partem temporis. Ordinetur ergo ſic illata illa concluſio. [Hanc (ſcilicet partem temporis, qua tranſitur pars magnitudinis. A E.) neceſſe eſt eſſe finitam, altero termino exiſtente] ideſt cum altera pars temporis, qua tranſitur. E, B. habeat terminum, ideſt ſit finita.

Textus. xxij. Eadem autem demonſtratio eſt, etiam ſi longitudo quidem infinita ſit, tempus autem finitum. ¶ Manifeſtum eſt igitur ex dictis: quod neque linea neque planum, neq; omnino continuorum vllum erit indiuiduum: non ſolùm propter id, quod nunc dictũ eſt: ſed & quia accidet diuidi indiuidium.

¶ Simili, inquit, demonſtratione cõſtare poteſt ſecunda pars concluſionis: nempe, ꝙ ſi magnitudo eſt infinita, tempus ad eius tranſitum requiſitum ſit infinitum. Nam detur oppoſitum conſequentis cum antecedente. ſ. ꝙ ſpatium infinitũ peragatur tempore finito: & ſignetur vna quęuis pars finita illius magnitudinis infinitę: illa [certũ eſt] tranſibitur aliqua parte illius temporis: & cum pars illa tẽporis finiti aliquoties ſumpta, aut adęquat, aut ſuperat totum tẽpus: & in ſimilibus partibus temporis ſimiles partes magnitudinis tranſeuntur, ſequitur, ꝙ pars etiam illa magnitudinis aliquoties ſumpta, aut adęquabit: aut excedet totã magnitudinem illo tempore pertranſitam: & per conſequens ex finitate temporis, ſequitur finitas magnitudinis. Concludit ergo concluſionem principaliter intentam in his duobus capitulis, ꝙ neque linea, neque ſuperficies, neque continuorum vllum. ſ. corpus, aut motus, aut tẽpus eſt indiuiſibile: non ſolum propter rationes factas, quibus impoſſibile eſſe monſtratum eſt vt continuum componatur ex indiuiſibilibus, ſed propter nouã, quę textu ſequenti ſubiungitur: nempe, quia tunc ſequeretur contradictio hęc, ꝙ indiuiſibile eſſet diuiſibile.

Quoniam enim in omni tẽpore velocius & tardius eſt, velocius autẽ plus tranſit in æquali tempore, contingit autem & duplam & hemioliam tranſire longitudinem (erit enim hæc ratio velocis) feratur igitur id qđ velocius eſt per hemioliam in eodem tempore, & diuidantur magnitudines, eæ quidem, quæ velociores ſunt, in quo. A, B. B, C. D. in tres impartibiles, quę verò ſunt tardioris in duas, in quibus. E, F. F, G. Itaque, & tẽpus diuidetur in tria impartibilia, æqualem enim: in æquali tempore tranſibit. Diuidatur igitur tẽpus: in K, L. L, M. M, N. Rurſus autem quoniã tardius delatum eſt per. E, F. F, G. igitur & tempus diuidetur in duas partes. diuidetur ergo id, quod impartibile eſt: & quod impers eſt, non in impartibili tranſibit, ſed in pluri. Manifeſtum eſt ergo, quod nullum continuorum eſt impers. Textus. xxiij.

Demõſtrat ergo tandẽ in hoc text. 23. id, qđ in calce ſuperioris dixerat: nẽpe ꝙ ſi continuũ aliquod (aut aliqua eius pars) eſſet indiuiſibile, tunc indiuiſibile diuideret. Supponantur. n. duo ex ſupradictis. ſ. q; in eodẽ tẽpore poteſt dari vnus motus velocior, alter vero tardior: item, ꝙ velociori motu in eodẽ tempore plus pertranſitur, q̃ tardiori. Et pręterea tertio ſupponitur, ꝙ vno motu poteſt in eodẽ tẽpore pertrãſiri magnitudo maior, quam alio motu, aut ſcđm duplã proportionem, aut ſcđm hemioliam. i. ſcđm ſeſquialterã (qualis eſt trium ad duo.) Et tunc qualis ratio, id eſt proportio fuerit inter magnitudines pertranſitas, talis eſt et inter velocitates motuum. Detur ergo, ꝙ. A. mobile in ſeſquialtero velocius, quã. B. mouetur per latitudinem conſtantem ex tribus partibus [ſecũdum opinionem (indiuiſibilibus: quę ſunt. A, B. B, C. C, D. & manifeſtum eſt, ꝙ tempus illius motus itidem

tus itidem diuidetur in tres partes indiuisibiles puta. K, L. L, M. M, N. Rursus cum. B. mobile sit in subsequi altero minus velox, in eodē tempore pertransibit magnitudinem ex duabus partibus indiuisibilibus. s. E, F. F, B. & per cōsequens partem. E. F. transibit in medietate temporis. s. in vna parte cum dimidia illarum trium, in quas diuisum fuerat, & aliam partem magnitudinis in alia parte cum dimidia temporis. Unde manifeste colligitur, quod illa media pars temporis. L, M. quę asserebatur indiuisibilis, diuiditur in duas partes. Quę est contradictio. Sequitur hic quęstio prima.

## QVOD NVNC TEMPOris sit indiuisibile in quo nihil mouetur

## CAPVT. III.

Textus. xxiiij. Necesse est autem, & ipsum nunc, quod non secundum alterum, sed per se, & primũ dicitur, indiuisibile esse, & & in omni tēpore tale inesse. Est enim vltimũ quoddam præteriti, cuius versus hæc, nihil futuri est: & rursus futuri: cui⁹ versus illa, nihil est præteriti: quod vtiq; diximus vtrorumq; esse terminũ.

Textus. xxv. ¶Hoc autē si demōstretur, ꝙ huiusmodi est per se & idem, simul manifestum erit & ꝙ indiuisibile est.

¶Prefixa in superioribus conclusione, ꝙ, vt aliorum quodcunq; continuorum, ita & motus est diuisibilis in semper diuisibilia, in duobus sequentibus capitulis [quod secundũ membrũ libri huius est) agere intendit de diuisione motus. In hoc em̄ tertio [quod nouem textibus cōcluditur] pręmittit suppositiones tres ad rem necessarias, & in sequenti ad rem in particulari descendit.

Tres suppositiones. Conclusio pri. Nunc est indiuisibile. ¶Suppositio ergo prima in hoc tex. 24. est, quod id temporis, quod nunc per se primo est, non est nisi indiuisibile: & in quocunq; tempore est huiusmodi indiuisibile. Ubi adnotādum est, ꝙ modo nō solum est instans pręsens, sed & hora, & dies, & mensis, & annus, sunt pręsentes. Differt tñ, ꝙ hora non est nunc per se primo pręsens: quia nō est pręsens secundum se totam, sed secundũ instans, quo pars eius pręterita continuatur cum futura. Et pariter dies, & mensis & annus. Instans vero est pręsens per se primo. quia est nunc: non ratione alterius, sed per se totum. Eo modo, quo indiuisibile dicitur totum, idest ꝙ nihil illius est, nisi modo. Hoc autem probat hac ratione. Necesse est enim [inquit] signare vltimum terminum totius temporis pręteriti, vltra quem nulla sit pars reliqua temporis versus nos. Et ęqua ratione necesse est signare terminum vltimum tēporis futuri, vltra quem nulla versus nos sit pars illius temporis. Quem quidem terminũ necesse est vtriusq; temporis esse vnum atq; pręsentem: nam & pręteritũ tempus, & futurum huc terminatur. ¶Unde subiungit in tex. 25. ꝙ si demonstretur aliquid esse huiusmodi, quod per se primo sit modo terminus vtriusq; differentię temporis, manifestum erit illud esse indiuisibile.

Necesse est igitur idem esse, ipsum nunc: quod vltimũ vtrorunq; temporũ est. si enim alterum est: consequenter non erit alterum alteri, propterea ꝙ cōtinuum nō est ex impertibus, si autem seorsum est vtrũq;: inter ea erit tempus. Omne enim cōtinuũ huiusmodi est: vt aliquid sit vniuocũ inter fines. At verò si tempus mediũ est: diuisibile erit: omne enim tēpus, ostēsum est, ꝙ diuisibile sit. Quare: diuisibile erit ipsum nunc. Si autem diuisibile est ipsum nũc: erit aliquid præteriti in futuro, & futuri in præterito, secundum quod enim diuidetur: hoc terminabit præteritum & futurum tempus. Textus. xxvj.

¶Prosequitur igitur in hoc text. 26. mōstrare terminum pręteriti & futuri temporis esse eundem: illaturus inde, esse indiuisibilem. Quod autem sit idem, probatur. Si enim sunt distincti termini alter pręteriti, & alter futuri, aut sunt consequenter se habentes, ita vt inter illos nihil medict sui generis (nam vt lib. 5. text. 25. visum est, hęc sunt consequenter se habētia) aut aliquid inter eos est medium. Si nullum est medium, sequitur continuum componi ex indiuisibilibus: quoniam essent tunc duo nunc immediate se tangentia in continuo: nã tempus pręteritum, & futurum continua sunt. Si vero aliquid mediat inter illos terminos, esse non potest, nisi tempus. quia cum tempus pręteritum, & futurum sint continua: & continua esse non possunt, nisi ea quę sunt eiusdem speciei, & vniuoca [vt lib. 5. text. 29. expositum est] interesse inter dictos terminos non potest, nisi tempus. Quod impossibile esse probatur hoc modo. Si tempus mediat, illud est diuisibile: nam iam probatum est omne tempus esse diuisibile: & cum quicquid intercipitur inter pręteritum in futurum sit nunc (nunc enim nihil aliud est, quam pręsens, qđ nec pręteritum nec futurum est) consequens est, vt ipsum, nunc, sit diuisibile. Id autem esse impossibile probat tribus rationibus. Prima est. Si nunc est diuisibile, sequitur, ꝙ aliquid pręteriti temporis est in futuro, & aliquid futuri est in pręterito: quod cōtradictio est. Sequela probatur: quia cũ, nunc, sit finis pręteriti temporis totum, nunc est in pręterito tanquã eius terminus: & cum sit etiã initium futuri, totum etiam est in futuro. Si vero, nunc, diuidatur, necesse est vna pars tota sit in pręterito, & alia tota sit in futuro: & sic aliquid futuri est in p̄terito, & aliqđ pręteriti est in futuro. ¶Sed percontaris. Nunquid hoc quoq; verũ est, esto, nunc, sit indiuisibile: est enim illud, nunc, aliquid vtriusq;: puta finis vnius & initiũ alterius: & per consequens est in vtroq;? Respondetur hoc verum esse, sed est in vtroq; tanquã pręsens terminus vtriusq;

vtriusq;: si vero esset diuisibile, inconueniẽs, quod sequitur est, ꝙ aliqua pars temporis futuri. s. termini eius, esset iam transacta in præteritum, ⁊ aliqua pars temporis præteriti esset adhuc futura.

Textus. xxvij. Simul autẽ, nec p se erit ipsum nunc: sed per alterum. Diuisio enim: non est ipsius, quod per se est. Ad hæc autem, ipsius nunc, hoc quidem præteritum erit, illud autem futurum: & nõ semper idẽ præteritum aut futurum. neque igitur ipsum nunc: idem. Multipliciter enim diuisibile est tempus.

¶Secunda, tertiaq; ratio est in hoc tex. 27. Secunda enĩ est hęc. Si nunc, esset diuisibile, non esset id, qđ per se primo est, nũc, nam si diuideretur, diuisio esset in partem præteritã, ⁊ partẽ futurã: ⁊ per consequens non scđm se totũ mediaret inter præteritum ⁊ futurũ, nunc, autẽ est id, qđ per se primo secũdum se totũ modo est, ita vt nihil illius sit præteritum, vel futurum, sed totum præsens. Repugnantia ergo est, vt sit per se primo, nũc, ⁊ tamen sit diuisibile. ¶Tertia ratio est huiusmodi. Si, nunc, est diuisibile, diuisio est (vt modo dicebamus) in partẽ præteritã, ⁊ partem futurã: præteritũ vero, ⁊ futurum non dicit rem semper. i. inuariabiliter vnam existentem: imo dicit fluxum, ⁊ varietatem quandam, quod autem intelligimus nomine, nunc, est quid simplicissimũ, ⁊ inuariabile, nihil habens præteriti, aut futuri, sed totum præsens.

Textus. xxviij. Quare si impossibile est hæc inesse ipsi nunc: necesse est idem esse, quod in vtroq; est, nunc. At verò si idem est: manifestum est, ꝙ & indiuisibile est. si enĩ diuisibile est: rursus accident eadẽ, quæ & prius.

¶Concludit ex dictis in hoc tex. 28. conclusionem in principio propositã, videlicet, ꝙ si ea incõueniẽtia, quę allata sunt impossibile est ipsi, nunc, accidere, consequens est, vt ipsum, nũc, sit vnum, quod sit ⁊ præteriti temporis finis, ⁊ initium futuri. Atque adeo si est vnũ, subsequitur, vt sit indiuisibile. Alias in eadem, quę recitata sunt, inconuenientia recidetur. Et hęc est prima suppositio huius capituli.

Textus. xxix. Quod igitur sit aliquid in tempore indiuisibile, quod dicimus esse ipsum nunc, manifestum est ex ijs, quæ dicta sunt. ¶Quod autem nihil in ipso nunc mouetur: ex his manifestum est. Si enĩ est: contingit & velocius moueri in ipso, & tardius. Sit igitur ipsum nunc, in quo. D. moueatur autem in ipso id, qđ velocius est, per lineam. A B. ergo qđ tardius est in eodem per minorem ea quæ est. A B. mouebitur, vt per. A C. Quoniam autem tardius in toto ipso nunc motum est per. A C. velocius in minori, quàm hoc mouebitur. quare diuidetur: ipsum nunc. sed erat indiuisibile. Non ergo est moueri: in ipso nunc.

¶Secunda suppositio est, ꝙ in ipso, nũc, temporis nihil potest moueri: ⁊ subinde neq; proprie quiescere. In hoc textu probat, id prius de motu, ⁊ postea in subsequentibus de quiete. Resumpta ergo superiori suppositione. s. ꝙ in ipso tempore sit aliquid indiuisibile, qđ dicitur, nunc, adducit scđam. s. ꝙ in illo nihil mouetur. Probatio est hęc. In quocunque tempore est motus, esse proinde potest et velocior ⁊ tardior, quę sunt accidentia motus: in ipso, nunc, esse nequit velocior motus ac tardior: ergo neq; simpliciter motus. Probatur minor. Si in ipso, nunc (quod vocetur. D.) esse potest motus velocior ⁊ tardior, sit, ꝙ velocius mobile pertranseat in eo lineam. A B. ⁊ mobile tardius in eodem lineam minorem. B C. Tunc si mobile tardius in ipso, nunc, transit lineam. B C. velocius pertransibit eandem in parte ipsius, nunc, ⁊ per consequẽs si in ipso, nunc est motus, ipsum, nunc, est diuisibile: sed probatum est esse indiuisibile: ergo moueri in illo quicquam, est impossibile. Scđa conclusio nihil in instanti mouetur.

At verò: neque quiescere. Quiescere enim dicebamus id, quod aptum est natura moueri, & non mouetur quando aptum natura est, & vbi, & quo pacto. Quare quoniam in ipso nunc nihil aptum est natura moueri, manifestum est, ꝙ neque quiescere. Textus. xxx.

¶Probat consequenter: ꝙ neq; in ipso, nũc, cõtingat aliquid quiescere, tribus rationibus. Prima est. Quiescere, cum sit priuatio motus, non est, nisi in eo, quod aptum natũ est moueri, ⁊ vbi aptum est moueri, ⁊ eo pacto, quo aptum est moueri, sicut lapis non est cęcus, quia non est aptus videre: neque canis ante nonũ diem, quia tunc nõ est aptus videre: neq; homo, quia caret visu aquilę, est cęcus: quia non est aptus illo pacto videre, sed nihil in ipso, nunc, est aptũ moueri, ergo neq; in ipso quiescit, sed in tempore.

Amplius si idem nunc in vtrisque tẽporibus est, contingit autem in hoc quidem moueri, in illo autem quiescere toto, id autem, quod in toto mouetur tempore, in quouis mouebitur eorum, quæ huius sunt, secundùm ꝙ aptum est natura moueri. & quiescens similiter quiescet: accidet idem simul quiescere & moueri: idem enim vltimum tẽporum vtrorumque: ipsum nunc est. Textus. xxxj.

¶Secunda ratio est huiusmodi. Si aliquid posset quiescere in instanti, eadẽ ratione (vt dictũ est) posset etiam in illo moueri. Quo dato, sequeretur, ꝙ simul posset in eodem, nũc, res moueri ⁊ quiescere. Probatur sequela. Idem, nũc, est quodammodo in

duobus tēporibus tanquā finis præteriti, & initiū futuri: & cōtingit nonnūquā aliquid in toto tēpore præterito moueri vsq; ad hoc instans, & hinc in toto futuro quiescere: id autem, qđ in toto tempore mouetur, in quocunq; illius tēpori mouetur: & p consequens qđ tpe præterito mouebatur, nunc mouetur: & eadem rōne qđ in toto tēpore hinc futuro quiescit, nunc quiescit: atque adeo idē simul mouetur, & quiescit. ¶ Notandum est hic tamē, q̄ hæc ratio non procedit, nisi ad hominem cōtra illum, qui cōcederet in instanti posse esse motum, & posse esse quietem: nam tunc motus præteritus terminaret intrinsece ad hoc instans per vltimū sui esse: & cū non sit maior ratio de vno quam de alio, arguit, q̄ deberet etiam quies futura terminari huc intrinsece per primum sui esse. At rei veritas est, quæ tā motus præteritus, quam quies futura terminatur extrinsece in instanti præsenti: quod est primū non esse motus, & vltimum non esse quietis. Et ideo nō valet consequentia, nunc res non mouetur: ergo nunc quiescit, nisi dicas in hoc tempore non mouetur. Sed de hoc quæstione secunda.

Textus. xxxij.

Amplius autem, quiescere quidem dicimus id, quod similiter se habet & ipsum & partes: nunc & prius. in ipso autem nunc, non est prius, quare neque quiescere. Necesse est ergo, & moueri id, quod mouetur, in tempore: & quiescere id, quod quiescit. ¶ Quod autem mutatur, omne diuisibile esse necesse est. Quoniam enim & quodam ī quoddam omnis mutatio est: & cùm quidem est in hoc, in quod mutatum est, nō amplius mutatur. cum autem est in eo, ex quo mutatur: & ipsum, & partes nō mutantur: quod enim similiter se habet, & ipsum, & partes, id non mutatur. necesse est igitur, hoc quidem aliquid eius, quod mutatur, in hoc est: aliud vero in altero. Neque enim in vtrisque: neque in neutro totum esse possibile est. dico autem in quod mutatur primum secundùm mutationem: vt ex albo fuscū, nō nigrum, non enim necesse est id, quod mutatur, in vtrouis esse extremorum. Manifestū igitur est, q̄ omne id, quod mutatur, erit diuisibile.


¶ Text. hic. 32. duas habet particulas. Prima continet rationem tertiam ad præfatam cōclusionem, quæ sic habet. Quiescere idem est, qđ nec nūc, nec immediate prius moueri, aut nec nunc, nec immediate post hoc [qđ. q. 2. examinabitur] sed in vno instanti, cū sit indiuisibile, nec datur prius, nec posterius: ergo in vno instanti non pōt esse quies. ¶ In secunda particula (vbi congruentius facta fuisset tex. diuisio) subiungitur tertia cōclusio huius capitis: nempe, q̄ omne, qđ mouetur, necesse est esse diuisibile, indiuisibile enim moueri non potest motu physico. Ratio est hæc. Omnis motus est a quodā in quendā terminū: ergo quādo aliquid mouetur, non est totū in termino a quo, nec totū in termino ad quem. Patet cōsequentia, q2 qđ similiter se habet scđm se & suas partes, non mouetur: cū moueri sit ab vno in aliud fluere: quando vero totū est in termino a quo vel in termino ad quē, totum & partes similiter se habent: ergo tunc non mouetur. Rursus. Id, qđ mouetur, nec est totum in termino a quo, nec in termino ad quē: ergo est partim ī termino a quo, & partim in termino ad quē: atq; adeo necesse est, vt habeat partes. ¶ At posset quis obijcere, q̄ stat id, qđ mouetur, non esse scđm partē in termino a quo, & secundum partem in termino ad quem. Vt dato spatio tripedali inter quatuor puncta. ABCD. & mobile pedale moueatur a prima pedalitate. AB. ad vltimā. CD. quādo fuerit ī media, quæ est. BC. nullam partē habet in termino a quo, nec in termino ad quem. Eadem ratione si aliquid moueatur ab albo in nigrum, quando fuerit fuscum, nullam partem habet sub albedine, nec aliquā sub nigredine. Huic rńdet Phil. q̄ intelligit de termino ad quem, in quem primum mouetur. i. qui proximus est termino a quo. vt si mouetur a prima pedalitate. AB. in secundam. BC. necesse est, durante toto tempore motus, partem mobilis esse in parte primæ pedalitatis spatij, & partem esse in parte alterius pedalitatis. Et pariter si proximus terminus succedens albo est fuscum, quandiu mouetur ad fuscum, necesse est, vt aliqua pars mobilis sit alba, & alia fusca. Nam quam primum totum fuerit fuscum, cessabit motus ad fuscum. Hæc autē q. secunda exactius disseruntur.

Tertia conclusio. Omne qđ mouetur, est diuisibile.

## DE DIVISIONE MOTVS. CAPVT. IIII.

Textus. xxxiij.

MOTVS autem est diuisibilis: dupliciter vno quidem modo, tempore: alio verò secundū motus partiū eius quod mouetur. Vt si ipsum. A C. mouetur totum: & A B. mouebitur, & B C. Sit igitur ipsius quidē. A B. motus. D E. ipsius aūt. B C. E F. motus, partium. necesse est igitur totū in quo. D F. ipsius. A C. esse motū. mouebit enim secundùm hunc: quippe cùm vtraque partium moueatur secundùm vtrūque. Nihil enim: mouetur secundū alterius motū. Quare totus motus: totius est magnitudinis motus.




¶ His præiactis quatuor conclusionibus in capite quarto, qđ septē textus cōtinet, descendit ad diuisionem motus. Proponens statim in hoc text. 33. q̄ dupliciter diuiditur motus. vno modo diuisione temporis in partē præteritā & futurā, & alio modo ad di-

Dupliciter diuidit motus.

ad diuisionem subiecti: secundum qđ vna pars mobilis alia parte motus mouetur, quã alia pars. Motus enim aut cõsideratur generaliter inquantum accidens, ⁊ secundum hoc, quia (vt iam modo dicebatur) omne quod mouetur, est diuisibile, motus extenditur per totũ mobile sicut albedo. Loquimur de illo acsi esset res distincta, sicut albedo. Nã licet non distinguatur, nisi sicut diximus. li.3. nihilominus diuiditur ad diuisionẽ subiecti. Alio modo consideratur secundũ pꝛopriã rationẽ motus, quę est res successiua: ⁊ sic diuiditur diuisione temporis, qua mobile pꝛioꝛi parte motus transit pꝛioꝛem partẽ spatij, ⁊ posterioꝛi transit posterioꝛem. ¶Sed est (vt bene notat. S.Tho.) adnotandũ, ꝙ diuisio motus scđm diuersas partes mobilis, tripliciter põt intelligi. Uno modo, ꝙ vna pars pꝛi⁹ moueatur quã alia: ⁊ hoc nõ est possibile, qñ totũ cõtinuum mouetur. vt si tripedale moueatur, eodẽ instanti, quo incipit moueri pꝛima pars, incipit moueri secunda. Quare isto modo non est diuisio motus secundum partes mobilis. Scđo modo põt intelligi scđm aliquod signum fixum in spatio: vt qñ sol oꝛitur per lineam oꝛizontis, pꝛius apparet pꝛima medietas solis, quã scđa. Et neq; de ista loquitur Aristo. qꝛ illa pertinet ad successionẽ tpis: sicut quando lignũ calefit, pꝛius recipit caloꝛẽ pars pꝛopinquioꝛ igni, quã remotioꝛ. Tertio ergo modo intelligitur diuisio motus, sicut alioꝛũ accidentium. Ut enim aliam partẽ albedinis habeo in facie, aliam in manu, ita ⁊ aliam partẽ motus habeo in facie, ⁊ aliam in manu. Demonstrat ergo pꝛimo diuisionẽ motus ad diuisionẽ mobilis tribus rationibus. Pꝛima est in hoc textu. Sit enim mobile bipedale. A B C. Si totũ mouetur, sequitur ⁊ ꝙ pꝛima pedalitas. A B. ⁊ secunda. B C. pariter moueãtur. Signetur ergo pars motus, quę subiectatur in parte. A B. ⁊ sit illa. D E. ⁊ pariter motus quę subiectatur in parte. B C. sit. E F. Et inde tunc sequitur, ꝙ totus motus, quo. A B C. mouetur, sit. D E F. si quidem partibus mobilis sigillatim respondẽt partes motus. Ergo sicut mobile. A B C. diuiditur in partes. A B. ⁊. B C. ita ⁊ motus in D E. ⁊. E F. ⁊ per consequens ad diuisionem mobilis sequitur diuisio motus.

Textus. xxxiiij. Amplius autem, si omnis quidẽ motus alicuius est, totus autem motus in quo. D F. neq; partium est alterius (partis enim vterque est) neque vllius alius. cuius enim totus, totius: & partes partium sunt. partes autẽ motus. D F. sunt partium. A B C. & non aliorum. pluriũ enim: non est vnus motus: & totus vtique erit magnitudinis. A B C.

¶Secunda ratio est hęc. Omnis motus, alicuius mobilis est motus: sed totus motus. D E F. esse nõ potest: nisi totius mobilis. A B C. Ergo respondetur ꝙ motus diuidit̃ ad diuisionẽ mobilis, vt vna pars motus respondeat vni parti mobilis, ⁊ alia alteri. Pꝛobat minoꝛẽ, qꝛ totus ille motus nõ est alterius partium, id est, neutra pars illius mobilis mutatur toto illo motu [partis enĩ vterq; est] id est, vtraq; pars motus est pars ptis mobilis. vt pars A B. moueat̃ solo motu. D E. ⁊ pars. B C. moueatur solo motu. D F. [neq; vllius alius]. Alius genitiuus est. vt sit sensus, ꝙ ille totalis motus non potest esse cuiuspiam alius mobilis: nam cuius mobilis est totus motus, illius partium sunt et motus partes. Cũ ergo partes totius motus. D E F. sint motus partium huius mobilis. A B C. non potest totalis motus esse alterius mobilis, quam huius. Quę erat minoꝛ pꝛobanda.

Amplius autem si est quidem totius motus alius vt in quo. G K. remouebuntur ab eo vtrarumque partium motus. hi autem, quales erunt motibus. D E, E F. vnus enim, vnius est motus. Quare si totus quidem diuidetur, qui est. G K. in partium motus, æqualis erit. G K. motui. D F. Si verò superest aliquid, vt I K. hic nullus erit motus. neq; enim totius, neque partium, propterea ꝙ vnius vnus est, neque alterius vllius. continuus em̃ motus, est continuorum quorundam. Similiter autem est, & si excedit secundum diuisionem. Quare si hoc imposibile est. necesse est eũdem esse & æqualem. Hæc igitur diuisio, secundum partium motus est, & necesse est cuiusuis partibilis, ipsam esse. Textus. xxxv.




¶In tex. 35. addit rationem tertiam, quę non tam pꝛocedit immediate ad conclusionẽ, quã ad candẽ minoꝛem rationis pꝛoximę. s. ꝙ totus motus. D E F. sit adęquatus motus totius mobilis. A B C. Si enim nõ ita est, inquit, detur alius motus, qui sit adęquatus eiusdẽ mobilis: ⁊ sit (.v.g.) H K. Tũc demãtur duę partes a. H K. quę sint motus partiũ A B. ⁊. B C. Duas quidem partes motus necesse est esse ęquales partibus. D E. ⁊. E F. siquidẽ istę (vt pꝛobatum est) sunt motus illarum partium mobilis. Tunc rursus, aut partes istę, quę demũtur. A H K. adęquãt totum. H K. ⁊ inde manifeste sequitur, ꝙ totus motus. H K. est ęqualis toti motui. D E F. quandoquidem partes adęquãtes totũ, sunt ęquales. Et per consequens sunt idem motus. Si vero illę partes nõ adęquant totum, sed deficiunt, ita vt supsit aliquid. v.g. I K. sequitur, ꝙ illa pars motus nullius mobilis erit motus: quia neq; toti⁹ illius mobilis, neq; partium, siquidẽ singulis partibus mobilis signatę sunt iam partes motus. Neque erit motus alterius mobilis: nam cum totus motus. H K. sit continuus, esse non põt, nisi vnius mobilis: cum iam pꝛobatũ sit, ad continuitatẽ motus necessariam esse vnitatem mobilis. Similiter si partes illę motus non adęquant totum. H K. sed excedunt, sequitur, ꝙ illa pars, in qua excedsit, nullius mobilis erit motus. Cum ergo hęc omnia impossibilia sunt, sequitur pꝛimum intentum, ꝙ ille totus motus. D E F. est adęquatus illius mobilis. A B C. ⁊ per consequens motus diuiditur ad diuisionem mobilis.

Alia autem, est secundùm tempus. Nam cum omnis motus in tempore sit, tempus autem omne diuisibile sit, in minori autem minor motus sit, ne- Textus. xxxvj.

cesse est omnem motum diuidi secundum tempus.

¶Transgreditur in hoc textu ad secundam diuisionem motus, dicens, ꝙ cum omnis motus sit in tempore, tempus autē omne sit diuisibile, ⁊ in minori tempore minor fiat motus, ⁊ in maiori maior, necessario sequitur, vt motus sit diuisibilis secundum tempus.

Textus. xxxvij. Quoniam autem omne, quod mouetur, in aliquo mouetur, & tempore quodam, & omnis eius, quod mouetur, est motus: necesse est easdem esse diuisiones, & temporis, & motus, & ipsius moueri, & eius qđ mouetur, & eius, in quo motus est. Verùm non omnium similiter: in quibus motus est. sed quantitatis quidem, secundùm se: qualitatis autem secundùm accidens. Accipiatur enim tempus, in quo mouetur, in quo. A. & motus. in quo. B. si igitur secundum totum motum, in toto tempore est motum: in dimidio, secũdum minorem. & rursus hoc diuiso: secundum minorem hoc, & semper sit. ¶Similiter autem & si motus diuisibilis sit: & tempus diuisibile. Si enim toto in toto: dimidio in dimidio. Et rursus minore: in minore.

Quinque diuisiones.

¶Postea quam manifestum fecit motũ diuidi dupliciter: ⁊ scđm diuisionem mobilis, ⁊ secundum diuisionem temporis, procedit in residua parte huius capitis enarrare quot sunt illa, quę cum motu simul diuiduntur. Ait enĩ, ꝙ cũ omne, qđ mouetur moueatur in aliquo tãquam in termino, puta, aut in loco, aut quantitate, aut qualitate: ⁊ secũdo moueatur in tempore: ⁊ tertio cuiuscunq; rei, quę mouetur, sit aliquis motus: necesse est quinque simul diuisiones coire. s. temporis, motus, ⁊ ipsius moueri, ⁊ mobilis idem, quod mouetur, ⁊ eius denique in quo mouetur, puta, termini. Veruntamen non omnia codē modo: sed ea istorum, quę sunt de genere quantitatis, mouentur per se: ea vero quę sunt de prędicamento qualitatis, vt terminus alterationis, diuiditur per accidens: nam diuisio per se competit quantitati: ⁊ ratione illius conuenit reliquis. Ostendit prius, ꝙ tempus, ⁊ motus simul diuidantur. Sit enim, inquit, tempus. A. in quo aliquid mobile mouetur: ⁊ motus, quo mouetur, sit. B. si toto. B. motu in toto tēpore. A. mouetur per aliquam magnitudinem, in medietate tēporis mouebitur medietate motus per medietatem magnitudinis. Et rursus hoc diuiso. s. in quarta parte tēporis mouebitur quarta pars motus per quartã magnitudinis. Similiter econuerso diuiso motu, diuiditur tempus. vt si totus motus durat per horam, medietas motus durat per dimidiatam horam: ⁊ quarta pars per quartam partem.

Textus. xxxviij. Eodem autem modo: & ipsum moueri diuidetur. Sit enĩ in quo. C. ipsum moueri. secundùm igitur dimidiũ motum, minus erit toto: & rursus secundùm dimidij dimidium & sic semper. Est autem & cũm quis designauerit, ipsum secundum vtrumque motum moueri, vt secundum. D F. & . E F. dicere: ꝙ totum erit secundũ totũ. si enim aliud: plura erunt moueri secundum eundem motũ, sicut determinauimus, & motu diuisibilem in partiũ motus, esse. accepto enim ipso moueri secũdùm vtrumque: continuum erit totum.

¶In tex. hoc. 38. ostendit, ꝙ pari etiam modo diuiduntur motus, ipsumq; moueri. Motus est accidens, quo mobile mouetur, eo modo, quo libr. 3. q. 2. explicitum est: moueri autem, est ipsum pati ab agente: quod sola ratione distinguitur a motu. vt motus alteratiõis est qualitas, pro vt est in fluxu, ⁊ in fieri in subiecto: ⁊ moueri est subiectum illam recipere. Quę quidem differunt, sicut pati, ⁊ passio. Quam distinctionem designauit Philo. supra text. 6. dicens, ꝙ necesse est res moueri motu pręsente. Tametsi Commen. text. 36. per hoc, quod est moueri, intelligat durationē motus. Quam eius discipuli proinde existimãt distingui realiter a motu. Qđ certe minime crediderim. Et forsan Phil. in his multiplicandis calculatorijs diuisionibus plus multo remoratus est, quam fuisset operępretium. Ait ergo, ꝙ si moueri sit ipsum. C. diuidetur secundum motum, vt dimidiatus motus respondeat medietati eius, qđ est moueri: ⁊ quarta pars motus quartę parti eius, quod est moueri: quia nõ tantum res mouetur secundum partē motus, quãtum secundum totum. Nam (vt modo dicebamus) secundum partem motus mouetur per totam magnitudinem, ⁊ secundum medietatem motus mouetur per medietatem magnitudinis. Et pariter secundum totum motum alteratiõis res acquirit totam intensionem qualitatis: ⁊ secundum medietatem acquirit medietatem. Et facit similem calculationem ei, quam fecerat text. 35. Detur motus (de quo illic loquebatur). DEF. qui est motus ipsius moueri. C. Si quis, inquit, assignauerit duabus partibus, ipsius moueri duas partes ipsius motus, puta. DE. ⁊. EF. necesse est eum dicere, ⁊ totum motum ęqualem esse toti moueri, nã alias si ipsum moueri excedit illas partes motus, dabitur aliquod moueri sine motu: ⁊ si partes motus excedunt ipsum moueri, dabitur motus sine moueri, vt illic arguebatur.

Similiter autem demonstrabitur & longitudo diuisibilis: & omnino omne illud, in quo est mutatio. ¶Verum quędam, secundum accidens: quoniã id, qđ mutatur, est diuisibile. vno enim diuiso, omnia diuidentur. ¶Et finita esse, aut infinita esse, aut infinita: similiter se habebit in oĩbus. sequutũ est autem maximè hoc, diuidi oĩa, & infinita esse, ab Textus. xxxix.

eo, quod

eo, quod mutatur, statim enim inest ei, quod mutatur diuisibile, & infinitum. Diuisibile igitur, ostensum est prius: infinitum autem, in sequentibus erit manifestum.

¶ In textu deniq;. 39. tres sunt particulę. Concludit enim primum, ꝙ eodem modo diuidetur longitudo, in qua fit motus localis, ad diuisionem motus, vt exemplis hactenus patefactum est. Et similiter omne illud, in quo fit motus, vt intensio qualitatis. De diuisione mobilis ⁊ motus, iam satis supra dictum est. ¶ Repetit verũtamen id secundo, ꝙ aliqua diuiduntur per se, ⁊ aliqua per accidens. Nam mobile, ⁊ spatium, ⁊ motus, ⁊ tempus, ⁊ quãtitas, quę est terminus augmentationis, quia omnia sunt de genere quantitatis, diuiduntur per se: tametsi diuisiones sitę pullulent ex diuisione mobilis, quod est subiectum ⁊ temporis, ⁊ motus. Nam diuiso subiecto, diuidũtur omnia, quę in ipso sunt. Qualitas vero, quę est terminus alterationis, quia non est de genere quantitatis, simpliciter diuiditur per accidens ad diuisionem motus alterationis. ¶ In tertia particula ait eadem ratione connexa hęc omnia esse, vt finita sint, aut infinita. Si eñ motus est infinitus in potentia, puta, diuisibilis in semper diuisibilia, similiter erunt ⁊ reliqua. Et si fuerit infinitus in actu, carens extremis, pariter ⁊ erunt reliqua: si vero fuerit finitus, ⁊ reliqua erunt finita, vt tex. 18. visum est ⁊ infra capite. 7. latius patebit. Et hoc est, quod ait. (Ei, quod mutatur) id est, omni mobili statim inest vt sit diuisibile, ⁊ subinde infinitum in potẽtia. Et ꝙ sit diuisibile, visum est text. 32. ꝙ autem sit infinitum monstrabitur infra.

## QVOD NON DATVR primum in motu.

## CAPVT. V.

Tex.xl. QVoniam autẽ omne, quod mutatur, ex quodã in quoddam mutatur: necesse est id, quod mutatum est, quando primum mutatum est, esse in quod mutatum est. quod enim mutatur, ab eo, ex quo mutatur, discedit, aut relinquit ipsum. & aut idem est mutari & relinquere aut relinquere sequitur mutari, reliquisse autem mutatum esse. similiter enim: vtrunq; se habet ad vtrunque.

¶ Constituto in duobus prioribus capitulis motũ, veluti omne continuum, esse in infinitum diuisibilem, expositisq; modis, quibus motus diuiditur, in duobus subsequentibus capitulis (quod tertium membrum est huius libri) ordinem explicare pergit partium motus. Unde in hoc quinto capite, quod decem textus complectitur, dixit an detur in motu primum esse. Et quia motus duo sunt termini. s. initium ⁊ finis, in sex prioribus textibus demonstrat, penes finem dari primum mutatum esse quod est primum non esse motus: ⁊ in quinq; reliquis, ꝙ penes initium non datur primum esse motus, sed vltimum non esse. Et in sexto cap. prosequitur ordinem partium eius. ¶ In tex. ergo hoc. 40. iacet velut fundamentum hanc cõclusionem, ꝙ cũ moueri sit procedere a quodam in quiddã, necesse est id, quod mutatum est, esse iam in termino ad quem. Ad cuius probationem supponit, ꝙ quicqd mutatur, quandiu mutatur, discedit a termino a quo, aut (quod idem est) relinquit ipsum. Aut eñ, inquit, idem est mutari, quod relinquere terminũ a quo, aut relinquere sequitur ipsum mutari. Relinquere, est nominatiuus, ⁊ mutari accusatiuus, relinquere enim ⁊ mutari, idem motus realiter sunt, ⁊ sola ratione differũt: nam mutari, est acquirere terminum ad quem, ⁊ relinquere, est discedere a termino a quo: prius autem natura est intẽsio in finem, quam discessio a termino a quo. Eo enim discedo ego ab hoc loco, quia tendo in alium. Et quemadmodum se habent mobile mutari, ⁊ relinquere terminum a quo, ita ⁊ mutatum esse, ⁊ terminum a quo relictum esse.

Quoniam ergo vna mutationum, secundùm contradictionem est: quando mutatum ex eo quod non est, in id qđ est, dereliquit id quod non est, erit igitur: in eo quod est. Omne enim necesse est aut esse, aut non esse. Manifestũ igitur est: ꝙ in mutatione secundùm contradictionem, quod mutatum est, erit ĩn quo mutatum est. si autem in hac: & in alijs. similiter eñ in vna: & in alijs. Tex.xlj.

¶ Ponit exemplum primum in mutatione, quę exprimitur contradictorię. Ut quando res, quę generatur, mutatur, inquit, de non esse, ad esse tunc relinquit non esse, ⁊ per consequens constituitur in esse: eo quod inter esse, ⁊ non esse, nullum est medium: sed quicquid desinit non esse, incipit esse. Quod si in hac mutatione, vbi nullum est mediũ, idem (. v. g. cum homo generatur) relinquere esse non hominem, ⁊ mutari in hoc, quod est, esse hominem, similiter erit ⁊ in quauis alia mutatione.

Amplius, & per se vnamquanq; accipientibus manifestum est: necesse est id quidem, quod est mutatum, ex quo mutatũ est, esse alicubi, aut in aliquo. Quoniam enim ex quo mutatũ est, reliquit, & necesse est esse alicubi: aut ĩ hoc, aut in alio erit. si igitur in alio, vt in ipso. C. quod in ipsum. B. mutatum est, rursus ex ipso mutatur in ipsum. B. non enim erat contiguum ipsi. B. mutatio enim cõtinua est. Quare quod mutatum est: quando mutatum est, mutatur in quod mutatum est. hoc autem, est impossibile: necesse est ergo quod mutatum est, esse in hoc, in quod mutatum est. Textus. xlij.

¶ Quoniam dixerat eandem esse rationem in mutatione cõtradictoria, ⁊ in alio quouis genere mutationis,

tationis, subdit exẽplum in motu locali, aut in quocunque alio, vbi est mediũ inter terminũ a quo, & terminum ad quem. Et ideo ait, quod in vnaquaque mutatione necesse est id, quod mutatum est, postquã reliquit terminũ a quo, esse alicubi alibi [si sit motus localis] aut in aliquo .i. sub aliquo gradu qualitatis, aut extensione quantitatis, si sit alteratio vel augmentatio. Detur. v. g. quod sit motus localis ab A. in. B. Et probat, quod quando mobile fuerit mutatum, necesse est vt sit in. B. Nam mobile iam tunc reliquit. A. ergo necesse est, quod sit in alio loco: ergo vel est in hoc .s. in. B. (qui positus est esse terminus ad quem) vel in alio, puta in. C. Si in hoc, intentũ. Si vero est in. C. sequitur, quod res dum mutata est, simul mouetur, quod est impossibile: nam prius est moueri, quã mutatũ esse, vt text. 7. habitũ est. Et quod sequatur, patet. Si est in. C. cum. C. non sit signũ contiguũ ipsi. B. [nam. C. necesse est esse vnũ punctũ spatij, per quod transitur antequam veniatur ad punctũ. B. & duo puncta non possunt esse immediata] sequitur, quod tunc adhuc mobile mouetur ad. B. & per cõsequens id, quod concessum, est mutatum esse ad. B. adhuc mutatur ad. B. Et cũ hoc sit impossibile, necesse est, vt id, quod mutatũ est i. B. iã sit in. B. Quinimo licet demonstratio procedat ad intellectum, tamen ad sensum euidentior est conclusio, quam demonstratio. Idem enim est mutatum esse in. B. quod esse in. B. & mutatum esse ad talem gradum qualitatis, quod esse sub illo.

Textus. xliij. Manifestum igitur est, quod & id, quod factum est, cum factum est, erit. & id, quod corruptum est, cum corruptum est, nõ erit. Nam & vniuersaliter dictum est, de omni mutatione: & maximè est manifestum in ea, quæ est secundum contradictionem. Quod igitur id, quod mutatum est, cùm mutatum est primum, in illo est: manifestum est.

¶ Tex. hic. 43. nihil aliud est, quam conclusio epiloguſque eorũ, quæ dicta sunt .s. quod manifestũ est, id, quod factũ est, tunc quando factũ est, esse: & id, quod corruptum est, tunc nõ esse. Nam quãuis in omni mutatione monstratũ sit id, quod mutatũ est, esse in termino ad quem, id tamen apertius est in mutatione contradictoria quippe vbi nullum est medium. Addit verũtamen, quod intelligitur, quando primum mutatum est. Nam tunc necesse est esse hic, vbi nõ erat immediate ante hac. Sed tamen hoc instanti transacto, potest hinc excedere.

Textus. xliiij. In quo autem primo nunc, primum mutatum est id, quod mutatum est: necesse est impartibile esse. dico autẽ primum: quod non propterea quod alterum aliquid ipsius primum sit, huiusmodi est. Sit igitur diuisibile ipsum. A C. & diuidantur secundùm. B. Si igitur in. A B. mutatum est, aut rursus in. B C. non vtique in primo quod est. A C. mutatum erit. si aũt in vtroque mutabatur (necesse est enim: aut mutatum esse, aut mutari in vtroque) & in toto vtique mutabatur. at erat mutatum. Eadem ratio autem est: & si in hoc quidem mutatur, in hoc autem mutatum est. erit enim aliquid: primo prius. quare non erit vtique diuisibile, illud primum: in quo mutatũ est.

¶ In tex. hoc. 44. manifestam facit hanc conclusionem, quod hoc temporis, in quo mobile per se primo mutatũ est, non est pars temporis, sed indiuisibile instans, quod est terminus temporis motus. Exponit id, quod ait, per se primo, .s. non ratione alterius. Cum enim ego hodie iui ad scholas, mutatus sum in hac die: non per se primo, sed ratione illius instãtis, quo primo verum dixi, nunc sum in scholis. Et quod illud sit indiuisibile, probatur. Detur. v. g. quod sit diuisibile, vt puta, sit tempus, in quo primum verum sit dicere, nunc primo mobile mutatum est in hunc locum, vel sub hac forma, vel sub hac quantitate. &c. A C. quod diuidatur in puncto medio. B. Tunc aut in ambabus partibus. A B. & B C. primo mutatũ est, aut in ambabus mouetur, aut in vna mouetur, & in altera primo mutatũ est. Quod in ambabus primo mutatũ sit, est repugnantia: nã tunc nõ est primo mutatũ in toto. A C. sed ratione prioris partis. Quinimo si in prima est iam mutatum, non est primo mutatũ in secunda. Si vero in ambabus mouetur, sequitur quod in toto. A C. mouetur [nã id, quod i quauis parte alicuius tẽporis mouetur, in toto tempore mouetur] & cùm positum sit in toto tempore mutatum esse, sequitur cõtradictio .s. simul moueri, & mutatum esse. Si vero dederis, quod in prima parte mutatur, & in secunda parte mutatũ est, vel econuerso, tunc inquit, dabitur prius primo. Nam clarũ est, quod tunc in toto. A C. nõ est mutatũ esse, nisi quia in vna parte prius verum est dicere, mutatum est: & cùm totum tempus concessum est esse primum mutari esse, dabitur prius primo. Primũ mutati esse, est indiuisibile.

Textus. xlv. Manifestum est igitur, quod & id, quod corruptum est, & quod genitum est, in impartibili illud quidem corruptũ, hoc autem genitum. ¶ Dicitur autem id, in quo primo mutatum est, dupliciter. Aliud quidem: in quo primo perfecta est mutatio: tunc enim verum est dicere, quod mutatum est. Aliud vero, in quo primo cœpit mutari.

¶ Duas particulas habet hic text. quæ certe ineptissime diuisus est. In priori resumit conclusionem superiorem, videlicet, quod tam id, quod corruptum est, quam id, quod genitũ est per se primo, incipit corruptũ esse, aut genitum esse per aliquod indiuisibile. Quinimo quicquid incipit esse per primũ esse, incipit esse per indiuisibile, quia nunc est, & non immediate ante hoc fuit, & eadem ratione quicquid desinit per primũ sui nõ esse, desinit per aliquod indiuisibile. Et hac intentione docuit Phil. id tẽporis, in quo mobile per se primo mutatũ est, esse indiuisibile. ¶ Deinde in secunda particula textus (vbi congruentior fuisset diuisio) inchoat secũdam partem capituli, dicens, quod id, in quo primo mobile mutatum est, dupliciter dicitur. Vno modo id,

do id, in quo primo perfecta est mutatio: quod est primū non esse motus, ⁊ primū mutati esse, seu primū huius, qđ est, esse in termino ad quē. Et aliud est illud, in quo res primo coepit moueri.

Textus. xlvj. Quod igitur circa finem mutationis primum dicitur, existit, & est. contingit enim perfici mutationem. & est mutationis finis, qui iam & ostensus est indiuisibilis esse, propterea quòd finis est. Quòd autem secūdum principium est: omnino non est. non enim est principium mutationis: neque id temporis, in quo primo mutabatur. Sit enim primū, in quo. A D. hoc igitur: indiuisibile quidem non est. accidet enim: contigua esse ipsa nunc. Amplius si in. C A. tempore toto quiescit (ponatur enim quiescens) & in. A. quiescet. Quare si impartibile est. A D. simul quiescit, & mutatum erit. nam in. A. quiescit. in. D. autē mutatum est.


¶ Postquam ergo de termino, qui est finis motus, hactenus dixit, transfert Phi. sermonē ad alium terminū, vnde incipit motus. Ait ergo de eo, quod est mutatū esse primo modo. s. circa finē, iam dictū esse, qđ illud existit, ⁊ est. s. primum, ⁊ indiuisibile, ꝓpterea, ꝙ finis est ipsius mot⁹. Quod est dicere. Illud primū instans mutati esse, est finis extrinsecus motus. i. primum non esse illius. Et hęc est prima principalium conclusionū huius capituli, (1. Conclus.) vt si v.g. aliquid moueatur ad locum. B. primū instans esse in. B. est primū non esse motus. Et si mouetur motu alterationis ad gradū. v.g. vt quatuor, tunc primū esse sub gradu vt quatuor, est primū nō esse motus ad talem gradum. Quia, inquit, illic perficitur mutatio. Et q2 est finis, idcirco est indiuisibile, vt iam modo text. 44. ꝓbatum est. ¶ At vero circa principiū motus subditur. 2. cōclusio. (2. Conclus. Non datur primum instans esse motus.) Impossibile est dari primū instans esse motus. Hanc cōclusionem demonstrat tribus rōnibus. Quarum prima sumitur ex parte temporis, hoc modo. Sit illud primum esse motus. A D. Designat illud sub duabus literis, quia est finis pręteriti temporis, in quo mobile quiescebat, ⁊ initium futuri. Tūc quęritur, sit ne illud indiuisibile, an diuisibile? Indiuisibile, inquit, esse non potest: propter duo inconuenientia: primū, ꝙ tunc duo instantia indiuisibilia essent cōtigua, ⁊ immediata. Inconueniens hoc deducit. S. Thom. hoc modo. Si in. A. B. est motus. A B. est tēpus, ⁊ per consequens cōstat ex duobus indiuisibilibus. Sed tamē deductionem hanc non possum plene intelligere: nam qui diceret. A B. esse vnū indiuisibile, negaret proinde esse tempus, ⁊ esse duo indiuisibilia. Et ideo The. exponit, ꝙ si est indiuisibile, in illo nō est motus. vt text. 29. ostēsum est. Non tamē explicat quomodo sequerentur duo instantia esse cōtigua. Sensus ergo vt cōijcio est, quē in commento. 31. annuebamus: nempe, ꝙ si detur motū futurū terminari intrinsece per primum instans esse indiuisibile, eadem rōne quies pręterita terminaretur intrinsece per vltimum instans: ⁊ sic duo instantia essent immediata. ¶ Et hoc amplius explicatur in secundo inconuenienti, quod subiungitur hoc. Cum. A D. sit terminus ⁊ pręteriti tēporis ⁊ futuri, detur, ꝙ illud mobile in toto tēpore in pręterito. C A. quieuerit. Tūnc si tempore pręterito quieuit, in quacūq; parte ⁊ instanti illius quiescit. Cōsequentia hęc reuera non tenet: q2 in instanti (vt illic probatum est) non pōt esse quies. Valet tamen ad hominem concesso, ꝙ in instanti potest esse motus, nam tunc eadem ratione, quā motus incipit intrinsece per primum instans, desinit ⁊ quies per vltimū. Si autē illud mobile in. A. quiescit, in eodem instāti simul quiescit ⁊ mouetur: nam cum. A D. sit indiuisibile, si in. A. quiescit in. A D. quiescit, ⁊ si in. D. mouetur, in. A D. mouetur.

Quoniam autem non est impers, necesse est diuisibile esse, & in quauis partium huius, mutatum esse. diuiso enim ipso. A D. si in neutra quidem mutatū est, neque in ipso toto. si verò in ambabus mutatur, & in toto. si autem in altera mutatum est, non in toto primo. quare necesse, in quauis mutatum esse. Manifestum igitur est, ꝙ nō est, in quo primo mutatum est. infinitè enim, diuisiones sunt. Textus. xlvij.

¶ In text. 47. (quem certe nihil fuerat opus a superiori detruncat) prosequit̃ aliam partem. s. ꝙ si A D. est per se primus motus, non potest esse diuisibile. si enim inquit. A D. est diuisibile, aut in neutra illarum partiū mobile mouet̃, ⁊ tunc sequitur, ꝙ neq; in toto moueatur, aut in altera mouetur, in altera vero non, ⁊ tunc sequit̃, ꝙ non per se primo mouetur in toto, sed ratiōe partis: sicuti quod mouetur in vna hora, non mouetur per se primo in toto die. Dandum ergo est tertium membrum, quod mouetur in ambabus partibus. Hoc tamen dato, sequitur, ꝙ in prima prius mouetur, quam in toto. velut quod mouetur per totum diem, prius mouetur in prima hora, quam in toto die. Et per consequens primum motus non erit totum. A D. sed A. At cum. A. sit etiā diuisibile (q2 in diuisibili non potest esse motus) prius mouetur in priori parte ipsius. A. quam in toto. A. Et cum illa diuisio procedat in infinitum (nam quacūq; prima data, adhuc medietas illius est prior) sequitur ꝙ non possit dari primum esse motus. ¶ Hinc elicitur illa regula, ꝙ Omne quod mouetur, antea mouebatur. (Omne qđ mouet̃, antea mouebatur.)

Textus. xlij. Neq; igitur eius, quod mutatum est, aliquid primum est, quod mutatum sit. Sit enim. E F. primum mutatum ipsius D F. omne enim quod mutatur, diuisibile esse demonstratum est. Tempus autem, in quo ipsum. E F. mutatum est, sit in quo. G H. si ergo in toto, ipsum. D F. mutatum est. in dimidio minus erit id, quod mutatum est, & prius ipso. D F. & rursus hoc aliud, & illo aliud:

& semper sic. Quare eius, quod mutatur, nihil erit primum quod mutatum est.




¶In tex. 48. sequitur secūda ratio, quę sumitur ex parte mobilis. Nempe, qua demonstrat, ꝙ quēadmodum in tempore non datur primū esse mot⁹, ita nec mobilis datur prima pars mota respectu alicuius signi fixi in spatio. Exempli gratia. Detur, ꝙ tota longitudo solis orientis per lineā orizontē sit. D F. & prima pars apparens super orizontem sit. E F. quę orta est in tempore. G H. argu. sic. Si pars. E F. orta est in tempore. G H. medietas illi⁹ partis versus. F. orta fuit immediate illius temporis: & per consequens. E F. non fuit prima pars orta. Eadem ratione nec medietas illius fuit prima: quia prius fuit orta medietas illius medietatis: & ita in infinitum procedente diuisione: ergo non datur prima pars mota.

Textus. xlix.

Quod igitur neque eius quod mutatur, neque in quo mutatur tempore primum quicquam sit: manifestum est ex ijs, quæ dicta sunt. Illud autem, quo mutatur, aut id secundum quod mutatur, non amplius similiter se habebit. tria nanque sunt, quæ esse dicuntur in mutatione: & quod mutatur, & in quo & secundùm quod mutatur. vt homo, & tempus, & album. homo igitur, & tempus: diuisibilia sunt. de albo autem, alia ratio est, verum secundum accidens quidem omnia diuisibilia sunt. cui em̄ accidit qualitas, aut albedo: illud diuisibile est. ¶Quoniam neque in ijs erit primum, quæ quidem secundùm se dicuntur diuisibilia, & non secundùm accidens: vt in magnitudinibus. Sit enim in quo. A B. magnitudo: & moueatur ex. B. in. C. primum. igitur, si indiuisibile quidem erit. B C. impers imperti erit contiguum. si verò diuisibile: erit aliquid, ipso. C. prius, in quod mutatū est, & illo rursus aliud, & semper sic, propterea nunquam deficit diuisio. Quare non erit primum, in quod mutatum est. Similiter autem est, & in quantitatis mutatione. etenim hæc: in continuo est manifestum igitur est, ꝙ in solo motu, qui secundum qualitatem est: cōtingit indiuisibile per se, esse.

¶Tandem in tex. 49. postremoq; huius capitis, id qđ de tempore, & mobili docuit, prosequitur et de spatio demonstrare: adeo de quocūq; termino motus: nempe ꝙ nō detur prima pars spatij pertransita, sed quacunq; data, alia sit prius transita, neq; detur primus gradus in intēsiōe, neq; prima pars quantitatis, in augmentatione. Ait ergo, ꝙ eius, qđ mutatur. s. mobilis, & eius, in quo mutatur. s. tēporis, iam ostensum est, non esse dabile primū. Sed antequā procedat ad spatium, vel terminum, quo mobile mutatur, repetit id, quod text. 37. & 39. pręmiserat. s. ꝙ non omnia, quę diuiduntur cum motu, diuiduntur per se. Tria enim, inquit, sunt in motu pręter ipsum motū. scilicet mobile, tempus & terminus, vt albedo in alteratione. Et quidē mobile motus & tempus, quia sunt de genere quantitatis, per se diuiduntur: qualitas vero, quę est terminus alterationis, non per se diuiditur, sed ad diuisionem quantitatis mobilis, vel motus, vel temporis. Litera est clara. ¶Ponit ergo conclusionem, ꝙ in ijs, quę secundum se diuiduntur, nō datur primum. Et probat de spatio, quod per se est diuisibile: nam de tempore, & de mobili, id iam ostenderat. ¶Probatur, ꝙ si aliquod mobile incipit moueri super aliquam lineam, non detur prima pars lineę pertransita. Sit enim mobile pedale. A B. qđ incipit moueri a puncto. B. & prima pars pertransita v. g. sit. B. C. & argu. sic. Aut. B C. spatium est diuisibile, aut indiuisibile: si indiuisibile, sequitur duo indiuisibilia contigua esse, & immediata: nam eadē ratione secunda pars spatij erit indiuisibilis, quę tamen primę est immediata. Si vero. B C. spatiū est diuisibile, in mediatate tēporis, quo mobile trāsit totum. B C. transit medietatem eius, & in quarta parte quartam partem: & ita in infinitum: quare non dabitur prima pars per transita. Et similiter, inquit, erit in motu augmentationis, cuius terminus est quātitas, quę est per se diuisibilis. Quacunq; enim quantitate data acquisita per augmentationem, prius acquiritur pars eius. Ubi hoc animaduertendum est, ꝙ Aristote. non admittit minimam quantitatem in augmentatione, sicut in generatione. ¶Concludit ergo, ꝙ in sola qualitate contingit per se indiuisibile. Non tamen negat, quin sit per accidens diuisibilis. Et hac ratione, nec dabitur minimum in qualitate. Siue secundū extensionem, siue secundum intensionem. Quando enim lignum applicatur igni, non dabitur minima pars, quę primo habet calorem, sed quacūq; data minor prius est calefacta: & quocūq; dato gradu intensiōis, ante illum fuit alius gradus. Quod nos tanquam verius approbauimus, & corroborauimus lib. 1. q. 4. & licet alij aliter senserint, est tamen in hoc loco sententia. S. Tho. Est autem hoc intelligendum, quando lignum applicatur in linea, vbi terminatur sphera actiuitatis ignis. Nā si totum sit intra flammā, simul disponitur magna pars eius, secundū superficiem. Licet forsan secundum profunditatem, quacūq; parte data, prius disponatur medietas eius superficiem versus.

Non datur minimū augmentatione.

## DE ORDINE PARtium motus.

## CAPVT. VI.

Textus. xlviij.

QVoniam autem omne quod mutatur, in tempore mutatur, dicitur autem in tempore mutari & vt in primo, & vt secundum alterum, vt in anno, quia in

quia in die mutatur: in quo primo tempore mutatur, id quod mutatur, in quauis huius parte mutari necesse est. manifestum est igitur & ex definitione, primum enim sic dicebamus.

¶Cum intentio Phi. in his duobus capitulis sit tradere ordinem partiũ motus, & in. 5. dictũ sit de initio & termino motus, et subsequitur in hoc. 6. (quod decem complectitur text.) vt dicat de ordine aliarum partium. Atqui in his duobus totum versatur. s. & ꝙ ante omne moueri, precedit mutatum esse: & ꝙ econuerso, ante quodlibet mutatum esse precedit quoqꝫ moueri. In quinqꝫ prioribus textibus, ostẽdit primum: & in reliquis, alterum. At primum omnium hoc tex. 50. premittit distinctionem necessariam. Videlicet, ꝙ dupliciter res aliqua mouetur in aliquo tempore. Aut non primo, sed ratione partis, quemadmodum quod mouetur vno tantum die, dicitur moueri in anno ratione illius diei, que est pars eius. Aut mouetur in tali tẽpore per se primo. Definit autem, ꝙ rem moueri in aliquo tempore per se primo, est moueri secũdum quancũqꝫ partem illius temporis. Id quod primo manifestat, ex definitiõe posita in principio lib. 5. Ubi dictum est id per se primo moueri, quod mouetur secundum se totum, & non solum ratione partis. Similiter enim sequitur vt id moueatur primo in aliquo tempore, quod mouetur secundum omnem partem illius temporis.

Textus. lj. Sed ex his manifestum est. Si enim in quo primo mouetur, id quod mouetur, in quo. A C. & diuidatur secundum B. omne enim tempus: diuisibile est. In tempore autem. A B. aut mouetur, aut non mouetur. & rursus: in tempore. B C. similiter. Si igitur in neutro mouetur, quiescet vtiq; in toto. moueri enim id, quod in nulla partium huius mouetur, impossibile est. si vero in altera sola mouetur, non vtiq; in primo mouetur, qđ est. A C. secũdũ enim alterũ, motus est. necesse est igitur, in quouis ipsius. A C. motum esse.




¶In tex. 51. id quod proxime sola definitione probauerat, ratione demõstrat. videlicet id, quod primo mouetur in aliquo tempore, moueri necesse sit in qualibet eius parte. Sit enim tempus quo mobile aliquod primo mouetur, & diuidatur in puncto. B. Tunc aut in parte. A B. mouetur, aut non mouetur, idemqꝫ interrogatur de parte. B C. si ergo neqꝫ in. A B. neqꝫ in. B C. mouetur, sequitur, ꝙ neqꝫ in toto. A C. moueatur. Si vero in altera sola mouetur, sequitur ꝙ non mouetur primo in toto. A C. sed solum mouetur primo in illa parte, per quam totam mouetur: & ratione illius, mouetur in toto. Igitur si in toto, primum mouetur, sit vt in vtraqꝫ parte moueatur.

Tex. lij. Hoc autem ostenso, manifestum est, ꝙ omẽ quod mouetur, necesse est motum esse prius. Si enim in. A C. tempore primo, per magnitudinẽ. D F. quippiam motum est: in dimidio, qđ æque velociter mouetur & simul incœpit, per dimidium erit motum. Si autem æque velox in eodem tempore motũ. Sit aliquid, & alterum necesse est per eandem motum esse magnitudinem. quare motum erit id, quod mouetur.

¶Supposito, ꝙ sermo sit hic de eo, qđ per se primo mouetur in aliquo tempore, demonstrare prosequitur, ꝙ ante omẽ moueri, sit mutatũ esse. Ubi adnotandũ est, ꝙ queadmodũ in linea, aut reuera sunt, aut cogitatione considerãda puncta, ita sunt & in motu mutata esse indiuisibilia. Unde queadmodũ linea, puncta cõtinuatiua non sunt actu, sed potẽtia, quãdo tamen actu diuiditur, punctũ terminatiuũ est actu: quia terminat diuisionem (sicut partes, quãdo sunt, actu cõtinue, sunt entia in potentia: quando vero sunt actu diuise, sunt entia in actu) ita & mutata esse continuantia motũ sunt in potẽtia, quãdo vero mutatum esse actu terminat motũ, tũc est in actu. Demõstratio ergo Arist. est, ꝙ queadmodũ in linea ante quãlibet partem, est punctũ, ita & in motu, ante quãlibet partẽ motus, est mutatũ esse. Sed quia mutatũ esse euidentius apparet, quãdo actu terminat & rũpit motum, demonstrationem format in duobus mobilibus. Si enim (inquit) aliqđ mobile in toto tẽpore. A C. mouetur per spatiũ. D F. necesse est vt mobile alterũ eque velox, & simul incipiens, dimidiato tempore moueatur per dimidiũ spatiũ. s. D E. & per consequens, in. E. erit mutatũ esse. Quod si illud eque velox erat actu mutatũ esse in. E. consequens est, vt & primũ mobile ante moueri per partem. E F. habuerit mutatũ esse in. E. Et eadem ratione antequã perueniret ad. E. fuit mutatum esse in alio priori puncto eiusdem spatij. Et ita consequenter ante quodlibet moueri erat mutatum esse.

Amplius autem si in toto tempore. A C. motum esse dicimus, aut omnino in quouis tempore, ex eo quia accepimus vltimum ipsius nunc (hoc enim est id, quod terminat: & medium ipsorum nunc, tempus est) & in alijs vtiq; similiter dicetur motum esse, dimidij autem vltimum: diuisio est. quare & in dimidio motum erit: & omnino in quauis partium. semper enim simul cum ipsa diuisione: tempus est terminatum ab ipsis nunc. Si igitur omne quidem tẽpus diuisibile est, quod autem est inter ipsa nunc, tempus est: omẽ quod mutatur, infinities mutatum erit. Tex. liij.

¶Demonstratio secunda est in text. 53. Que talis est. Propterea mobile dicitur mutatũ esse in toto tempore. A C. aut in quouis alio, quia peruentum

est ad nunc terminãs illud tempus:sed ante illud nunc terminans, fuerunt infinita nũc continuãtia partes temporis:ergo simili ratione, cũ ante quãlibet particulam ipsius temporis.A,E.præcesserit aliquod nunc, sequitur vt ante quamlibet particulam totius motus per.D F.spatiũ præcesserit mutatum esse. Nam quemadmodum nunc est diuisio temporis, id est quo discriminantur partes temporis, ita se habet & mutatum esse respectu partium motus. Colligit ergo Ph.q cum omne tempus quantuncunq; minimum sit diuisibile, & inter duo nunc semper mediat tempus, et cuilibet nunc correspondet in motu mutatum esse, atq; adeo inter quęcunq; mutata esse, mediat motus: sequitur vt quemadmodum ante quamlibet particulam temporis præcesserunt infinita nunc, ita ante quamlibet particulam motus, præcesserint infinita mutata esse. Et per consequens quicquid mouetur, infinities fuerit mutatum.

Textus. liiij. Amplius autem si id, quod continuè mutatur, & neq; corruptum est, neque cessauit à mutatione, aut mutari, aut mutatum esse, necesse est in quouis. in ipso autem nunc non est mutari: necesse est mutatum esse secundùm vnumquodque ipsorum nunc. Quare si ipsa nunc infinita sunt: omne quod mutatur, infinitè erit mutatum.

¶In tex.54.subsequitur tertia demonstratio, quę talis est. Omne quod continuo mouetur, quandiu nec corrumpitur nec cessat a motu, necesse est, vt in quolibet intrinseco illius temporis aut moueatur, aut mutatum sit:sed in indiuisibile nunc (vt tex.29.ostensum est) nihil propriè mouetur: ergo necesse est in quolibet nũc mobile esse mutatum. Et cum ante quamlibet partem temporis motus præcesserit nunc, sequitur vt ante quodlibet moueri præcesserit mutatum esse.

Textus. lv. Non solum autem id, quod mutatur, necesse est mutatum esse: sed etiam mutatũ necesse est mutari prius. Omne enim, quod ex quodam in quiddã mutatum est, in tempore mutatum est. Sit enim, in ipso nunc, ex. A. in. B. mutatũ. ergo in eodẽ quidem nunc in quo est, in ipso. A. non mutatũ est. Simul enim erit in ipso. A. & in ipso. B. quod enim mutatum est, quando mutatum est q non est in hoc: ostensum est prius. si verò in alio est: in medio est tempus. non enim contigua sunt: ipsa nunc.

¶Post demõstrationem illius, qd est, ante quodlibet moueri præcessisse mutatum esse, procedit philosophus, vt perinde demonstret ante quodlibet mutatum esse, præcessisse itidem moueri. Unde in hoc tex.55.proponit primam conclusionem, quod non solum ante omne moueri, est mutatum esse, verum & econuerso, ante omne mutatum esse, est etiam moueri. Ante cuius demonstrationem præiacit fundamentum hoc. Omne quod mutatur inter duos terminos: vt ab. A. in. B. mutatum est in tempore. Hic nõ accipitur mutatum esse [vt hactenus] pro termino motus, qui est in instãti: sed pro eo, quod est mutari. Et probatur fundamentum. Si mobile quippiam mutatur ab. A. in. B. sequitur vt in eo, nunc, quod est in. A. non sit mutatum in. B. alias in eodem nunc esset in. A. & in. B. quod supra ostensum est esse falsum tex.40. vbi demonstratum est, id quod mutatur, quando mutatũ est, nõ esse in termino a quo, sed in termino ad quem: ergo in alio nunc, est in termino a quo, & in alio in termino ad quem. Et cum inter quęcunque duo nũc mediet tempus, sequitur, vt omne, quod mutatur, mutetur in tẽpore. ¶Et loquitur hic Phi. de motu propriè, vt distinguitur a mutatione. Nã generatio, quę (v.g.) est mutatio de non esse aeris, ad esse aerem, si accipiatur pro inceptione ipsa, non fit in tempore. Quoniam [vt videbimus libr. 8.] generatio fit per primum esse: & quia nõ datur vltimum esse non aeris. s. vltimum esse aquę, vnde generatur aer nullum est medium tempus inter vltimum esse aquę, & primum esse aeris: sed idem instãs quod est primum esse aeris, est primum non esse priuationis aeris, puta aquę. Si autem accipiatur generatio pro toto motu alterationis præcedente in qua, qui terminatur ad esse aeris, ille fit quoq; in tempore.

Quoniam igitur in tempore mutatum est, tempus autem omne diuisibile: in dimidio aliud erit mutatum, & rursus illius dimidio aliud, & semper sic. quare mutaretur vtique prius. Textus. lvij.

¶Supposito hoc fundamento, sequitur prima demonstratio cõclusionis. Quę est hęc. Omne quod mutatur, mutatur in tempore: & tempus omne est diuisibile in semper diuisibilia, cuius partes continuantur per instantia: ergo omne illud, quod in aliquo certo tempore mutatum est, ante illud nunc terminans tale tempus, mutabatur: nam ante quodlibet nunc terminans tempus, in quo res mutata est, præcedit tempus, in quo mouebatur.

Amplius autem in magnitudine manifestius est quod dictũ est: propterea q cõtinuum est magnitudo, in qua mutatur id, quod mutatur. Sit enim mutatũ ex. C. in. D. ergo si indiuisibile quidem est ipsum. C, D. id quod impers est, imperti erit contiguum. Quoniam autem hoc impossibile est: necesse est magnitudinem esse id, quod est inter, & in infinita esse diuisibile. Quare: in illa mutatur prius necesse est ergo omne quod mutatum est, mutari prius. Textus. lvj.

¶Prima demonstratio sumpta est a diuisione temporis: altera vero hęc quę sequitur, sumitur ex diuisione

diuisione magnitudinis per quam fit motus: eo quod diuisio magnitudinis manifestior multo est quam temporis, vel motus. Moueatur ergo quippiam a. C. in. D. quę sunt extrema magnitudinis. Tunc aut magnitudo. C. D. est indiuisibilis, aut diuisibilis: indiuisibilis esse non potest: quia cum illa magnitudo sit, aut esse possit pars continui, tunc continuũ componeretur ex indiuisibilibus: atq; adeo duo indiuisibilia essent immediata. vt in principio huius libri demonstratum est. Si autem. C D. est magnitudo diuisibilis, necesse est vt habeat infinitas partes: et per consequens ante quodlibet pũctum, in quod mobile mutatum est, pręcedit magnitudo, per quam mouebatur.

Textus. lviij. Eadem enim demonstratio est: & in non continuis: vt & in contrarijs: & in contradictione. Accipiemus enim tempus, in quo mutatum est: & rursus, eadem dicimus. Quare necesse est id, ꝙ mutatũ est, mutari: & ꝙ mutatur, mutatum esse. & est, ipso quidem mutari, mutatum esse priùs: ipso autem mutatum esse, mutari: & nunquam accipietur primum. causa autem huius est: non esse impers imperti contiguum in infinitum enim diuisio fit: vt in ijs, quæ augentur, & diminuuntur lineis.

¶ Cum demonstrationes hactenus de solo motu locali fuerint constructę, ait primum in hoc text. 58. ęquo eas pede procedere in reliquis motuum mutationumq; generibus. s. alteratione (quam vocat motum in contrarijs) & in generatione, & corruptione (quas appellat mutationes secundũ contradictionem.) At vero ex duabus, quas fecerat demõstrationibus, priorem, quę ex diuisione temporis procedit, ait habere locum in alteratione, & generatione, & corruptione. Nam altera (quę de diuisione spatij sumebatur,) in solo motu locali verum habet: & applicari etiã potest, motui augmenti, aut decrementi. Ut enim ante quodlibet punctum spatij, in quod mobile mutatum est, pręcessit spatium per quod mutabatur, & ante quãlibet partem spatij, pręcesserat pũctum, in quo fuerat mutatum, ita & in augmento quantitatis, ante quemlibet terminum & punctum, acquirebatur quantitas: & ante quodlibet acquiri, pręcessit terminus ad quem res augmentata est. In intẽsione vero qualitatis nõ adeo oculis apertũ est quomodo ex parte rei acquisitę ante quodlibet mutatũ esse sit moueri, & ante quodlibet mutari mutatũ esse, & ideo euidẽtius iudicatur ex parte tẽporis. Oĩs eñ intẽsio, & remissio fit in tempore & ante quãlibet partẽ tẽporis pręcessit instãs, in qua res est mutata, & ante qdlibet instãs pręcessit tẽpus, in quo mutabat. Gñatio vero & corruptio, licet acceptis in pro inceptione & decissione substãtię, nõ fiant in tẽpore: tamẽ si accipiãtur pro motu alterationis, qui terminat ad desitionem (. v. g.) aquę & inceptionem aeris, in tẽpore fit. ¶ Colligit ergo sub epilogo, conclusionẽ intentam, videlicet, ꝙ quicquid mutatum est, prius mutatur. Et ratio [inquit] est, quia motus non componitur ex indiuisibilibus, quorum vnum sit alteri immediatũ: nã tũc daretur primũ moueri indiuisibile, ante qđ non pręcessisset mutatum esse. At vero cum motus sit de genere continuorũ, atq; adeo, quẽadmodum linea, ita sit diuisibilis, in semper diuisibilia, neq; dabitur in motu, primũ moueri, nec primũ mutatum esse: sicut neq; in linea diuisa per partes proportionales, versus initiũ, nec dabit prima pars, nec primum punctum continuatiuum.

Manifestum est igitur, ꝙ & id, quod factum est, necesse est fieri priùs: & qđ fit, factũ esse, quæcũq; diuisibilia & continua sunt. non tamen semper id quod fit: sed aliud aliquando, vt illius aliquid, sicuti fundamentũ domus. similiter autem: & in eo quod corrũpitur, & eo qđ corruptum est. statim enim inest ei, qđ fit, & quod corrũpitur, cũ sit continuũ: infinitũ quoddam, & non est: aut fieri non factum aliquid, aut factũ esse, quod non fit aliquid. similiter autẽ, & in ipso corrumpi, & in corruptum esse. semper enim est ipso corrumpi. corruptum esse prius. ipso autem corruptum esse. corrumpi. Manifestũ est igitur, quod & id, quod factũ est, necesse est fieri prius, & quod fit, factũ esse, omnis enim magnitudo, & omne tempus, semper diuisibilia sunt. Quare in quocunq; sit, non erit vtique vt primo. Textus. lix.

¶ In hoc tãdẽ text. 59. huius capitis postremo explicat eandẽ conclusionẽ, in generatione, & corruptione, vbi cuipiam videri poterat non habere verũ, propterea, ꝙ non fiunt in tẽpore. Ait nihilominus, ꝙ etiã in his id, quod factũ est, prius fiebat & id, quod fit, prius etiã aut secundũ partẽ, aut alio quouis modo factũ est. In his [inquit] quęcunq; diuisibilia sunt, & continua. Quod secundum Commentatorem appositũ est, ad excludendum intellectiones, quę non fiunt motu continuo: sed fieri possunt indiuisibiliter. Aut forsan [vt ait Sanctus Tho.] adiectum est, ad insinuãdũ, ꝙ motus alterationis, continuitur quodãmodo, cum generatione ad quam terminatur. ¶ Ubi adnotandũ est, quod alia est cõsideratio generationis substantię, in homogeneis, & alia in eterogeneis. In hõgeneis nã q; [cuius partes sunt eiusdẽ rationis] id qđ generatur, tẽpore, quo forma extendit per materiam, secundũ eandẽ rationẽ generatũ est secundum partem. vt cum forma ignis extenditur per materiam ligni, ante quemlibet ignem genitum, generabatur ignis: & ante quodlibet generari, erat ignis aliquis genitus.] Sed in eterogeneis vt. v. g. in animali] non semp id, qđ generatur, pręcessit scđm eandẽ rõnem, sed scđm partẽ alterius rationis. vt quando in animali, animantur pedes, prius fuit animatum cerebrum: & ante cerebrum fuit animatum cor. Et hoc est, quod insinuat exemplo dom9, cuius

cuius fundamētum pręiacitur parietibus. At vero, quia minimum vtriuſq; ſubſtantię producitur in inſtanti, ante illud mutatum eſſe, non pręcedit moueri ſecundum eandem formā. ſ. ſubſtātialem: ſed pręcedit alteratio, qua prior corrumpebatur ſubſtātia. Quę quidem alteratio quodāmodo continuatur cum generatione. Et ita verum quodam modo ſemper habet, ꝙ omne, quod factū eſt prius, aut ſecundum partem, aut ſecundū alterationem, fiebat, ⁊ omne quod fit, partim factum erat. Et pariter in corruptione, omne, quod corruptum eſt, corrumpebatur: ⁊ omne, quod corrumpitur, partim corruptum erat. Etenim alteratio ipſa, quia terminatur nō ſolum ad qualitatem, ſed etiam ad deciſſionem vnius ſubſtātię ⁊ generationem alterius, vocatur non ſolum alteratio, ſed ⁊ corruptio ⁊ generatio. Quādoquidem motus (vt lib. 5. text. 4. aſſertū eſt) a termino ad quem ſortitur nomen.

## DE FINITO ET INFINITO MOTUS.

## CAPVT. VII.

Textus. lx.

QVONIAM autem omne id, quod mouetur, & in tēpore mouetur, & in pluri maior magnitudo: in infinito tempore impoſſibile eſt per finitam moueri non eandem ſemper: & illius aliquid quod mouetur, ſed in toto totam. Quod igitur ſi quid moueatur æquæ velociter, neceſſe eſt finitum in finito moueri: manifeſtum eſt. accepta enim parte, quæ menſurabit totam lineam: in tot æqualibus temporibus, quot partes ſunt, per totam motum eſt. Quare, quoniam hæ finitæ ſunt, & quantitate vnaquæque, & numero omnes: & tempus vtiq; erit finitum. toties enim erit tantum, quantum partis tempus multiplicatum ſecū dum multitudinem partium.

¶ Caput hoc ſeptimum (quod per ſeptem textus protenditur, vt in libri partitione dicebamus) eſt quarta pars principalis huius libri. In quo agitur de finito ⁊ infinito, in motu. Repetit autem ex ſuperioribus in hoc text. 60. duo neceſſaria fundamenta. Primū eſt id, quod dixerat tex. 50. ⁊. 55. ſ. ꝙ omne quod mouetur: mouetur in tempore: nam (vt dictum eſt tex. 29.) in inſtanti fieri nequit motus. Alterum eſt id, quod aſſeruit tex. 11. ⁊ ſequentibus, videlicet, ꝙ idem mobile maiori tempore, maiorem magnitudinem pertranſit: ⁊ minori, minorem. Quibus ſuppoſitis, intendit in hoc capite demonſtrare hanc bimembrem concluſionem. Impoſſibile eſt, vt mobile aliquod in infinito tempore, finitam tranſeat magnitudinem, niſi eam infinities repetat (vt caueat a motu orbicularis cęli) ⁊ econuerſo impoſſibile eſt, vt in tempore finito, infinitam tranſeat magnitudinem. Vtranq; partem ſatis oſtenderat text. 20. ⁊ duobus ſequentibus: ſed eſt certe nimis in huiuſmodi diuiſionibus continui. Atqui in reſidua parte huius textus, demonſtrat priorem partem concluſionis, in motu vniformis velocitatis, hoc modo. Signetur magnitudo quęuis finita: ⁊ detur ad libitū, quod mobile in aliquo tempore pertranſeat vnam partem illius magnitudinis: quod quidem tēpus neceſſe eſt vt ſit finitum: quia ſi tota magnitudo tranſitur tempore infinito, pars tranſitur in minori, ⁊ per conſequens finito: quia vnum infinitum non eſt minus alio. Tunc arguitur ſic. In tanto tempore, tranſibitur alia tanta pars magnitudinis, ⁊ in alio ęquali tempore, alia ęqualis pars ⁊c (ſi motus ſit vniformis) cum ergo partes magnitudinis ſint finitę, ⁊ quantitate, ⁊ numero, ſequitur, quod ⁊ partes temporis ſint vtroq; modo finitę: ⁊ per conſequens, ſi magnitudo ſpatij eſt finita, tempus erit pariter finitum.

Sed & ſi non æquè velociter: refert nihil. Sit enim in quo. A C. ſpatium finitum, per quod motum ſit infinito tempore: & tempus infinitum, in quo, D F. Si igitur neceſſe eſt prius, per alterū altero motū eſſe: hoc manifeſtū eſt, quod temporis in priori & poſteriori, per alterum eſt motū. ſemper enim in pluri: per alterū erit motū. ſiue æquè velociter ſiue non æquè velociter mutetur, ſiue intendatur motus, ſiue remittatur, ſiue maneat: nihilominus. Accipiatur igitur ſpatij. A C. aliquid quod ſit. A B. quod menſurabit. A C. Hæc itaq; pars: infiniti in quodā abſoluta eſt tempore. in infinito enim nō eſt poſsibile. totum enim in infinito. Et rurſus, alteram ſi cepero, tantam quanta eſt. A B. neceſſe eſt in finito tēpore. totum em in infinito, & ſic accipiendo. Quoniam autem, infiniti quidem nulla pars eſt, quæ menſuret. impoſsibile enim eſt infinitum eſſe ex finitis æqualibus & inæqualibus propterea ꝙ menſurabuntur quæ finita ſunt. multitudine. & magnitudine, à quodam vno, ſiue æqualia ſint, ſiue inæqualia, definita autem magnitudine: nihilominus. ſpatiū autem finitum: quantis. A B. menſuratur, infinito tempore. A C. mouebitur. ¶ Similiter autem: & in quiete. Quare, neque fieri,

Textus. lxj.



fieri, neq; corrumpi, possibile est semper aliquid vnum, & idem.

¶In textu. 61. probat eandem priorem partem vniuersalius, siue mobile moueatur vniformi, siue difformi velocitate. Sit enim (inquit) A C. spatiū finitum, per quod mobile mouetur, tempore infinito, quod sit. D F. Tunc necessarium est (inquit) vt illud mobile prius transeat priorem partē spatij, puta. A B. quam posteriorem. B C. ex quo manifeste sequitur, ꝙ priorem partem debet transire in priori parte temporis. s. D E. & aliam, in posteriori: quia secundum successionem magnitudinis est successio & motus, & subinde temporis. Hinc rursus sequitur, ꝙ si mobile aliquam partem magnitudinis transit aliquo tempore: per maius tempus transibitur eadem pars & aliquid aliud. Et id quidem siue mobile moueatur velocius, semper atque velocius, vt in motu naturali: siue tardius, ac tardius, vt in motu violento: siue maneat in eadem velocitate. His suppositis, accipiatur aliqua pars spatij. A C. v. g. A B. quam necesse est mensurare totum spatium. A C. supponatur enim esse aliquotam. Atqui pars illa finito tempore pertransibitur, vt iam dictum est, postquam debet trāsiri in minori tempore, quam totum. Rursus, si aliam tandē partem accepero, necesse est etiam eadem ratione tempore finito pertransiri: siue minori, siue maiori, siue ęquali, secundum quod mobile per eam velocius, tardiusue moueatur quam per primam, aut ęque velociter. Et cum partes illius spatij sint & singulę finitę magnitudinis, & omnes finitę multitudine & numero, fit, vt omnes partes temporis consumpti, in toto motu sint, etiam numero & multitudine finitę: & singulę magnitudinis finitę: siue sint ęquales, siue inęquales Et cum nullę magnitudine & multitudine finitę partes possint metiri. i. complere, & haurire totum infinitum, sequitur, vt tempus illud non possit esse infinitum: & per consequens. A C. pertransibitur in tempore finito. Parentesim ita legito. Impossibile est infinitū esse, ex finitis, siue ęqualibus siue inęqualibus (. s. ex partibus tot numero, quot sunt signatę in spatio, siue sint illius ęquales, siue inęquales. Quia mensurentur tunc finitum. & infinitum, vno numero finito partium finitarum: nam spatium parte. A B. finita finities sumpta, mensuratur. Quęcunque vero eodem numero finito partium finitarum mensurātur, siue partes vnius sint ęquales partibus alterius, siue non, debent esse ambo finita. Et similiter (inquit) est in quiete. Nempe ꝙ si duorum quietes mensurentur eodem numero partium temporis, quietes erunt finitę. Unde infert non esse possibile vnum idē semper. i. tempore infinito, aut generari, aut corrumpi. Nam cum quicquid generatur, aut alteratur aut augetur sit finitum: necesse est & motū ipsum ac subinde motionis tempus, esse finitum.

Textus. lxij. Eadem autem ratio est, & quod neque in finito tempore per infinitum, possibile est moueri, aut quiescere, siue regulariter moueatur, siue irregulariter. accepta enim quadam parte, qua metietur totum tempus: in hac quantitate aliquam pertransibit ipsius magnitudinis, & non totam. in toto enim, totam. & rursus inæquali, aliam & in vnoquoque similiter, siue æqualis sit siue inæqualis ei quæ est à principio. refert autem nihil: dummodo sit finitum quoddam, vnaquæque manifestum eñ est, quod consumpto tempore, infinitum non consumitur: finita diuisione, & quantitate, & numero, ablatione facta. Quare non transibit in tempore finito: infinitum. nihilque refert magnitudinem: versus alteram, aut versus vtrãque partem, esse infinitam. eadē enim erit ratio.

¶In textu. 62. probat secundam partem eiusdem conclusionis. s. ꝙ neque econuerso possibile sit in tempore finito, magnitudinem infinitam pertransiri. Nam detur (. v. g.) magnitudo infinita. A C. quę percurritur tempore finito. D F. & signetur vna pars aliquota illius temporis, qua transitur vna quęuis pars magnitudinis, quā partem spatij necesse est esse finitam: nam si toto tempore trāsitur spatium infinitum, parte temporis transitur minus, et per consequens finitum. Perseuerat enim in hoc, quod vnum infinitum non est altero minus. Et tunc manifestum est alia ęquali parte temporis pertransiri vnam aliam partem magnitudinis, aut ęqualem, aut maiorem vel minorem, secundum quod motus fuerit vniformis, vel difformis. Unde cum partes temporis sint numero finitę, singulęq; finitę magnitudinis, fit, vt ita se habeant partes spatij, & per cōsequens totū spatium sit infinitum. Quia consumpto (inquit) tempore finito per numerationem partium finitarum, non consumitur infinitum spatium. Colligitur ergo qđ non potest tempore finito spatium infinitum pertransiri. Neque refert [inquit] sit ne infinitus simpliciter versus vtrunq; extremum, an versus vnū tantum, secundum quid.

His autem demonstratis, manifestum est, quod neque finitam magnitudinem, infinitum contingit transire infinito tempore, propter eandem causam. In parte enim tēporis, finitum, trāsibit. & in vnaquaque, similiter. quare in toto finitum. Textus. lxiij.

¶Hactenus de mobili finito loquutus est, quod demonstrauit neque tēpore infinito posse transire magnitudinē finitam: neq; finito, infinitā. Iā nunc sermonem transfert ad mobile infinitū. Atqui sin hoc tex. 63. ostendit, ꝙ neque infinitum mobile, finito tēpore, pōt magnitudinē finitā trāsire. Detur enim [. v. g.] spatium tripedale, & mobile finitum versus

versus occidentem, terminatum hic in principio illius spatij super quod incipiat moueri. Tunc si tempore vnius horę debeat totum mobile transire tripedalem magnitudinem, sequitur quod in quarta parte illius temporis transibit per illam magnitudinem, non totum mobile, sed finitum. i. pars finita illius. Mendum enim est in omnibus traductionibus, quibus legitur, finitam transiuit, sed debet legi, finitum. i. finita pars mobilis. Nam si toto tempore mobile infinite longum transit per aliquod signum in parte temporis minor moles est illa quę transit et per consequens finita. Atqui cum partes temporis sint finitę, et numero, et magnitudine, ita se habebunt partes mobilis: et per consequens mobile, quod tempore finito transit per magnitudinem finitam, esse non potest infinitum.

Textus. lxiiij. Quoniam autem finitum non transiuit infinitam in finito tempore: manifestum est, quod neque infinitum, finitam. si enim infinitum, finitam: necesse est & finitam, transire infinitum. nihil enim refert: vtrumuis esse id quod mouetur. vtroque enim modo, finitum transibit infinitum. Cum enim moueatur infinitum, in quo est. A. erit aliquid ipsius secundum. B. finitum, vt C D. & rursus aliud & aliud & semper sic. Quare similiter accidet infinitum motum esse per finitum, & finitum transisse infinitum. neque enim fortassis possibile est, aliter infinitum, moueri per finitum: quàm quod finitum transeat infinitum, aut latione vtendo, aut mouendo. quare, quoniam hoc impossibile est, non transibit infinitum finitum.

¶ In hoc tex. 64. adhibet ad eandem cōclusionem rationem secundam. Quę certe est bona: nisi huiusmodi diuisiones satietatem iam fecissent. Ait enim, quod si finitum mobile, non potest infinitam magnitudinem in tempore finito transire [vt probatum est] eadem prorsus ratione sequitur, quod neque infinitum mobile, poterit finitam magnitudinem eodem tempore transire. Nam ex contradictorio consequentis, sequitur contradictorium antecedentis. Fac enim duo esse ligna ab hoc puncto versus oriens protensa, quorum vnum, puta A. sit infinitum. B. vero sit pedale. Idem tūc pollet si quiescente, A. velut spatio. B. moueatur per illud versus orientem et si quiescente. B. moueatur. A. per ipsum versus occidentem. Et hoc est quod ait. (nihil enim refert, vtrumuis esse quod mouetur etc.) Cum enim mouetur infinitum, quod est. A. erit aliqua pars eius finita pedalis, sicut totum. B. quę sit. C D. et rursus alia et alia, quę sint semper ęquales. Quare quo tempore infinitum. A. transit per finitum. B. finitum etiam. B. transit per finitum. A. Quinimo non potest aliter infinitum transire per finitum, quam vt finitum trāseat per infinitum. Igitur si probatum est finitum mobile in tempore finito non posse transire infinitam magnitudinem, eadem ratione concluditur, quod neque infinitum mobile, potest in tempore finito, finitam transire magnitudinem.

At verò neque infinitum, infinito tempore transibit infinitum. si enim infinitum, & finitum. in est enim infinito, & finitum. Amplius autem & tempore accepto eadem erit demonstratio. Textus. lxv.

¶ Pari ferme ratione probat, quod neque infinitum mobile, potest infinitum spatium in tempore finito pertransire. Quia cum in infinito mobili, sit aliqua pars finita, sequitur, quod aliquod mobile finitum, moueretur per spatium infinitum, in tempore finito, quod iam modo esse impossibile demonstratum est. Neque rursus si tempus statuatur infinitum, poterit infinitum mobile transire finitum spatium. Nam tunc aliqua pars finita ipsius mobilis transiret finitum spatium in tēpore infinito cuius contrarium in initio huius capitis demonstrabatur.

Quoniam autem neque finitum infinitum transibit, neque infinitum finitum, neque infinitum in finito tempore mouetur, manifestum est quod neque motus erit infinitus, infinito tēpore. quid enim refert motum, aut magnitudinem, infinitum facere? necesse enim est vtrumuis & alterum, esse infinitum, omnis enim loci mutatio in loco est. Textus. lxvj.

¶ In text. itaque postremo concludit id quod dictum est de tempore, spatio, et mobili, censendū esse de motu. Nempe, quod si mobile finitum non potest infinitum spatium transire, neque mobile infinitum, finitum aut infinitum spatium in tempore finito, fit vt neque motus potest esse infinitus in tempore finito. Eadem enim est quantitas et magnitudinis, et spatij, per quam fit motus, et motus ipsius.

## DE DIVISIONE quietis.

## CAPVT. VIII.

QVoniam autem omne, aut mouetur, aut quiescit quod aptum natura est, quando aptum est, & vbi, & quo pacto necesse est omne, quod stat cū stat, moueri. si enim non mouetur quiescit. sed non contingit, vt ad quietem tēdat quiescens. Textus. lxvij.

¶ In

¶In capite octauo, quod quinta pars est huius libri, perque octo textus distribuit, post diuisionē motus, agitur de diuisione quietis. Quies autem (vt lib. 5. tex. 61. visum est) dupliciter accipitur. Vno modo proprie, vt opponitur motui violento. Quę est consistentia rei naturalis in suo loco naturali. Alio modo, pro cessatione motus quacunque, siue sit in loco naturali, siue extra. Quę dicitur statio. vt quando lapis proiectus sursum, sistitur in puncto reflectionis, vbi cessat impetus. De quo videbimus libro. 8. Et illud proprius dicitur quietari, aut sisti, quam consistere aut quiescere. In quinque ergo prioribus textibus agitur de huiusmodi statione: et in reliquis de quiete. Proponit ergo primo in hoc tex. 67. quod cum omne illud quod aptum natum est moueri, eo loco, et modo quo moueri aptum est, necesse sit semper aut moueri, aut quiescere, fit, vt id, quod stat idest sistitur, quando sistitur, moueatur. Nam alias tunc quiesceret quod est falsum, quia cum non sit in loco naturali, potius tendit ad quietem. Posset etiam dici statio, quando graue sursum retinetur ab aliquo prohibente motum: sed proprie hic videtur loqui, de quietatione in puncto reflexionis. Quę naturaliter semper durat per tempus: eo quod illic remissus impetus, licet nō sufficiat sursum mouere graue, potens est tamē id parumper retinere.

Textus. lxviiij. Hoc autem demonstrato, manifestum est, quod & in tempore stare necesse est. quod enim mouetur, in tempore mouetur. quod autem stat, ostensum est moueri. quare necesse est, in tēpore stare.

Textus. lxix. ¶Amplius autem, si velocius quidem & tardius in tempore dicimus: stare est velocius & tardius.

¶Probat dupliciter omnem stationem naturalis motus esse in tempore. Prima ratio in textu. 68. est hec. Omne quod stat, mouetur (quia remittit ad suum locum naturalem tendens ad quietem) ergo statio illa, et sistentia est in tempore.

¶Altera est in text. 69. Velocius et tardius, non est nisi in tempore: sed contingit rem stare velocius et tardius idest diutius, aut breuius morari secundum conditionem impetus retinentis, ergo statio est in tempore.

Textus. lxx. In quo autem tempore primo id quod stat, stat: in quouis huius necesse est stare. Diuiso enim tempore si in neutra quidem partium stat: neque in toto. quare non vtique stat id quod stat; sin vero in altero: non vtique in primo toto stat, secundum enim vtrumque in hoc stat: sicut dictum est, & in eo quod mouetur prius. vt autem id quod mouetur, nō est in quo primo mouetur, sic neque in quo stat, id quod stat. neque enī ipsius moueri neque ipsi⁹ stare aliquid est primum.

¶In textu. 70. id quod de motu in textu. 50. dixerat, de statione repetit. Nēpe, rē quę per se primo stat, et cessat in aliquo tempore, in qualibet parte illius temporis stare. Nā diuiso tempore in duas partes, si in neutra stat, neque toto tempore stat: si vero in altera stat, in altera vero mouetur, non stat per se primo in toto tēpore, sed ratione vnius partis. Mox ponit similem conclusionem de statione, illi, quam textu. 46. de motu statuerat: videlicet, quod sicut non datur primum mutatum esse, quod est dicere primum esse motus, ita neque datur primum esse stationis.

Textus. lxxj. Sit enim in quo primo stat: in quo A B. hoc igitur: impers quidem non contingit esse motus enim non est in imperti, propterea quod motum est aliquid ipsius. quod autem stat: demonstratum est moueri. At vero, si diuisibile est. in quauis partium ipsius stat. hoc enim ostensum est prius: quod in quo stat primo, in quauis, parte illius stat. Quoniam ergo tempus est, in quo primo stat. & non impartibile est, omne autem tempus, in infinita diuisibile: non erit in quo primo statur.

¶Demonstat conclusionem quemadmodum aliam de motu. Si enim datur primum quo mobile stat, sit illum. v. g. A B. Tunc aut. A B. est indiuisibile, aut diuisibile. Indiuisibile esse non potest: quia quod stat, iam modo probatum est moueri. eo quod remittitur ad locum naturalē. Motus autem in indiuisibili non potest. Si autem sit diuisibile, cum in illo debeat per se primo stare sequitur, quod in qualibet parte illjus temporis stat. Et quia tempus est diuisibile in semper diuisibilia, ante quodlibet tempus, in quo stat, iam steterat in parte illius. ¶Posset quis hic obijcere, quod datur primum instans esse stationis. Quod est primum non esse motus. Sed ad hoc iā iam respondet Philosophus.

Textus. lxxij. Neque igitur: quiescens, quando primum quieuit est. in imperti enim non quieuit: propterea quod non est motus in impartibili. In quo autem est ipsum quiescere: & ipsum moueri Tunc enim dicimus quiescere: quando & in quo aptum natura est moueri, non mouetur id, quod aptum natura est.

¶Post eam stationē, quę improprie est quies, prosequitur idē demonstrare de quiete. Nēpe q̄ non datur primum esse quietis. Et demonstratio est

huiusmodi

huiusmodi. Si daretur primum esse quietis, maxime esset illud instans, quod est primum non esse motus: sed tamen in instanti non est quies. vt textu. 30. & duobus sequentibus probatum est: nam cum quies sit priuatio motus, non est, nisi quando aptus natus est fieri motus: motus autem in instanti fieri nequit, ergo nec quies.

Textus. lxxiij. Amplius autem & tunc dicimus quiescere: cum similiter se habet nunc & prius. tanquam non vno quodam diiudicãtes, sed duobus minimis. Quare non erit in quo quiescit: impers.

¶ Si vero partibile est: tempus vtique erit, & in quauis ipsius partium quiescet. eodem enim modo demonstrabitur: quo & in prioribus. Quare nihil primum erit. hæc autem causa est: quia quiescit quidem, & mouetur omne, in tempore, tempus autem non est primum: neque magnitudo, neque omnino vllum continuum. omne enim in infinita partibile est.

¶ Sectio huius textus nõ est adeo apta. Probat primũ ratione secunda, quod in instanti nõ est quies. Quiescit enim illud quod similiter se habet similiter autẽ se habere dicit ordinẽ ad duo, vt. s. eodem modo se habeat nunc, sicut ante: duo autem in diuisibili esse non possunt: ergo in diuisibili non est quies. Reuertitur deinde ad propositam conclusionem. Si ergo primum esse quietis non consistit in indiuisibili, necesse est, vt primum illud sit tempus, in cuius omni parte mobile quiescat: temporis autem non est dabilis prima pars: ergo neque quietis est dabile primum. Causa ergo (inquit) cur neque in motu, neque in quiete, est dabile primum, est quod vtrunque fit in tẽpore: et temporis, sicut neque alicuius continui, nõ est dabilis prima pars.

Textus. lxxiiij. Quoniam autem omne quod mouetur in tempore mouetur, & ex quodam in quoddam mutatur: in quo tempore mouetur secundum se, & non quia in illius aliquo, impossibile est tunc secundum aliquid esse primum quod mouetur, quiescere enim: est in eodem esse, tempore aliquo & ipsum & partium vnamquanque. sic enim dicimus quiescere: quando in alio & alio nunc, verum sit dicere, quod in eodem & ipsum, & partes sunt, Si autem hoc est quiescere: non contingit id quod mutatur secundum aliquid esse totum secundum primum tempus: tempus enim omne, diuisibile est. Quare in alia & alia ipsius parte, verum erit dicere, quod in eodem sit; & ipsum & partes. ¶ Si vero non sic est, sed in vno solo nunc, est: non erit tempore vllo secũdum aliquid, sed secundum terminum temporis. in ipso autem nunc, est quidẽ semper secundum aliquid manens: non tamen quiescit: neque enim moueri, neque quiescere est in ipso nunc, sed non moueri quidem verum est in ipso nũc: & esse secundum aliquid. in tempore autem nõ contingit esse: secundũ quod quiescit, accideret enim id qđ ferť, quiescere.

¶ In calce denique huius capituli, vt se prępararet ad respondendum sophismatibus Zenonis, resumit prius duo illa toties repetita fundamenta, videlicet, quod omne, quod mouetur, in tempore mouetur & ex quodam in quoddam mutatur. Unde elicit tertium, quod impossibile est id, quod mouetur, eo tempore, quo mouetur per se primo. idest secundum quamlibet partem illius temporis. illo. s. tempore vel aliqua parte illius esse secũdum aliquid primum. i. manere penes aliquam partem spatij primo, & per se. Quod addit ad denotãdũ quod nihil prohibet esse in aliquo pũcto per aliquod instans. Et probatur. Quiescere aliquam rem est aliquo tempore esse in eodem (. s. loco, aut sub eodem gradu qualitatis, aut quantitatis) secũdum se, & quamlibet sui partem. Nam quiescere est, quod in alio & alio nunc res maneat in eodem loco, aut alio quouis termino. Addit secundũ vnamquanque partem: quia arbor dũ vento huc illuc pellitur, licet truncus sit fixus, non simpliciter quiescit. Et lignum per quod calor successiue extenditur, licet secundam partem non moueatur, non tamen simpliciter quiescit. Si ergo mobile per aliquod tempus maneret in eodem loco secundum quamlibet partem & mobilis, & temporis, & loci illic quiesceret: nam cum omne tempus sit diuisibile, habeatque plura nunc, in diuersis nunc esset in eodem loco. Subdit autem, quod si mobile solum per aliquod nunc sit in eodem loco, non inde sequitur, quod quiescat: sed id solum, quod in tali nunc, nõ moueatur. Nam iam satis ostensum est quod in diuisibili nunc, nec motus est, nec subinde quies. Hic locus strenue aduersus eos pugnat, qui credunt intensionem & augmentationẽ fieri per minima, vt postquam in instanti producitur minimum qualitatis tãtisper cesset motus quoad vsque aliud minimum producatur: & ita sequenter. Concedunt namque durãte tempore motus manere mobile per tempus sub eadem forma inuariatum. Sed de hoc. 1. de gene.

## QVO AD SOPHISMATA ZENONIS RESPONDETUR. CAPVT. IX.

Textus. lxxv. ZENO autem male ratiocinatur. Si enim semper (inquit) quiescit omne cũm mouetur cũ est secundum

ęquale

Textus. lxxvj.

æquale est autem semper id quod fertur in ipso nunc, secundum æquale: immobilem eam esse sagittam, quæ fertur. ¶ Hoc autem: falsum est. non enim componitur tempus ex ipsis nunc indiuisibilibus: sicut nec alia magnitudo vlla.

¶ Duo hęc postrema capita [sexta. s. pars huius libri] in hoc posita sunt, vt respondeat antiquis philosophis de successione ⁊ diuisione motus. In hoc enim cap. 9. (quod vndecim habet textus) respondetur Zenoni, ⁊ in sequenti, respondetur Democrito ⁊ Heraclito. ¶ Proponit ergo in hoc text. 75. paralogismum Zenonis, quo falso ⁊ cōtra experiētiam colligebat, sagittam, dum volat non moueri. Quicquid est [inquit] in loco sibi ęquale, aut mouetur tunc, aut quiescit: sagitta in quolibet momento temporis, est in loco sibi ęquali: ergo in illo nūc aut mouet, aut quiescit: sed iudicio sensus non mouetur ergo quiescit: si aūt in quodlibet nunc quiescit, in toto tempore quiescit. ¶ Solutio subditur in tex. 76. Et potuisset quidem statim argumentū repellere negādo quicquid est in loco moueri, aut quiescere, si tantum sit in illo per instās, vt iam modo dicebat: at quia satis fuisset Zenoni, si consideretur, ꝙ in nullo instanti sagitta mouetur: nam inde argueret, ꝙ neq; in toto tempore mouetur, aliter restinguit vim argumenti: negando. s. hanc cōsequentiam. Nam vt inferatur mobile in aliquo tempore non moueri, assumendum est, ꝙ in nulla parte talis temporis mouet: momenta vero non sunt partes, ex quibus tempus constat: Et ideo nō sequitur, in nullo nūc huius temporis fit motus: ergo neq; in hoc tempore.

Textus. lxxvij.

Quatuor autem sunt rationes de motu, Zenonis, ingerentes difficultatem soluentibus. Prima quidem est, ea quæ de ipso nō moueri est: propterea quòd prius ad medium oportet peruenire id quod fertur: quàm ad finem. de qua diuisimus in prioribus rationibus.

¶ In tex. 77. serie ⁊ ordine rationes quatuor Zenonis exorditur quę difficultatem solebant soluentibus igerere. ¶ Prima est hęc. Quicquid mouetur per aliquod spatium, prius venire debet ad punctum medium quam ad extremum: ⁊ priusquā pertranseat medietatem, debet transire primam quartam, ⁊ prius primam octauam ⁊c. ergo si continuū diuidatur in semper diuisibilia (vt erat sententia Aristot) infinitę erunt huiusmodi partes in continuo: infinita autem, pertansiri non possunt: ergo mobile nunquā pertransibit spatium quantuncunque paruum. ¶ Ad hanc rationem dicit se supra respondisse. s. tex. 19. nempe, ꝙ spatium non est infinitum, id est, carēs extremis, sed infinitum diuisione: quemadmodum ⁊ tempus ipsum. Unde nihil prohibet spacium habens hoc modo infinitas partes pertransiri tempore, quod eodem habet modo infinitas. Et solutio hęc solum est ad hominem: qui eodem modo debet cernere tempus esse infinitum quo spatium. Nā vera solutio est lib. 8. text. 68. ꝙ in magnitudine non sunt infinitę partes in actu. s. diuisę [nam illę non possent transiri) sed sunt tantū in potentia.

Textus. lxxviij.

Secunda autem: ea quæ vocatur Achilles. Est autem hæc: quod tardius nūquam apprehendetur currens a velocissimo. ante eī necesse est eat persequēs vnde mouit fugiens. Quare semper aliquod id quod tardius est, antecedere necesse est.

¶ Secundam rationem eodem paralogismo colligebat. Nempe, ꝙ si velocissimum mobile incipiat moueri a certo puncto ⁊ tardissimum paruissimo interuallo pręcedat, nunquā velocissimum attinget tardissimum. Etenim eo tempore, quo velocissimum venerit ad punctum, vbi est tardissimum, tardissimum erit in alio distanti: ⁊ quo tempore velocissimum venerit ad illud, tardissimum erit in alio: ⁊ ita cum iugiter fiat, nunquam celerrimum sequens attinget morosissimum fugiens. Hęc dicebatur Zenonis Achilles. Unde in prouerbium abijt inter peripateticos, argumentum quod fortissimum ab aduersario censetur, Achillem nūcupare

Textus. lxxix

Est autē & hæc ratio eadem illi, quæ in duo æqualia sit sectioni: differt autem in diuidendo non duo acceptā magnitudinem. Non attingi igitur tardius: accidit ex ratione. Fit autem propter idē cū bipartitione. in vtrisq; enim accidit: non peruenire ad terminum diuisa quodammodo magnitudine. Sed additur in hac: ꝙ neque velocissimum tragice dictū, in persequendo tardius. quare necesse est: & solutionem eandem. ¶ Putare autem, ꝙ præcedens non attingitur, falsum est. cùm enim præcedit, nō attingitur, sed tamen attingetur, si oporteat transire finitū. hę igitur sunt rationes duæ.

¶ Volens Phi. ad vtrunque simul sophisma respōdere, ait eadem vtrunque ratione procedere tamet si verbis differant. Nam hęc etiam nititur eadē diuisione, qua pręcedens. s. quia prius debet mobile venire ad medium, quam ad finem. Et ideo si aliquid probaret, non solum id esset, ꝙ velocissimū nūquam attinget tardissimum, verum ꝙ nūquam veniet ad punctum: vnde proficiscitur tardissimum. Unde licet hęc ratio non diuidat magnitudinem in duo. Quod tamen [inquit] non attingat tardius, accidit ex ratione. s. eadem in virtute. Quia, nō peruenire. s. in prima ratione ad terminum spatij, ⁊ in secunda, ad tardissimum, in vtrisq; accidit ex diuisione quodammodo magnitudinis: qua falso putant spatium sic continere infinitas partes, vt neutiquā valeat pertransiri. Sed adijciunt in secunda tragice, id est, sumptuose, ⁊ fastu quodam admirationi gratia illud superlatiuum, ꝙ velocis

Q simum


cissimum non potest tardius persequēdo consequi. ¶Solutio autem est, ꝙ quand iu tardius pręcesserit nō attingitur. Tamē admisso (vt rei veritas est ꝙ tempore finito transibitur aliqua pars spacij) tādem attingetur a velocissimo. Nam si velocitas (v.g.) est in duplo maior transibit velocissime in eodē tēpore, in duplo maius spatium, ꝙ tardissimum.

Textus. lxxxj. Tertia autem, quæ nunc dicta est: ꝙ sagitta quæ fertur stat. Accidit autem, proprerea, ꝙ sumit tēpus componi ex ipsius nunc. non dato enim hoc: nō erit collectio.

¶Tertia inquit ratio est illa quę in initio huius capitis facta est: hoc fūdamento innitens, ꝙ tempus ex momentis constat: colligensq; subinde, qđ si momento nullo sagitta mouetur, neq; mouetur tempore toto, fundamento autem subuerso collectionē corruere necessarium est.

Textus. lxxxij. Quarta autem, ea quæ de ijs est, quæ in stadio mouentur e contrario, æqualibus magnitudinibus iuxta æquales, his quidem à fine stadij, illis verò à medio, æquali volocitate, in quo accidere putat, æquale esse tempus dimidium

Textus. lxxxiij duplo. Est autem deceptio in eo: quod hoc quidem iuxta quod mouetur, illud autem, iuxta id quod quiescit per æqualem magnitudinem censet, ęquali tempore, ferri. hoc autē falsum est. Vt sint stantes æquales magnitudines, in quibus. AAAA. alię autem in quibus ipsa. BBBB. incipientes à medio ipsorum A. æquales secundum numerum his & magnitudinem. Aliæ autem, in quibus ipsa. CCCC. ab vltimo æquales his numero & magnitudine, & æquè veloces ipsis. B. Accidit igitur primum. B. simul in vltimo esse: & primum. C. eorū quæ iuxta se inuicem mouentur. Accidit igitur ipsum. C. iuxta omnia ipsa. B. transisse. Ipsa autem. B. iuxta dimidium ipsorum. A. Quare & dimidium esse tēpus. Aequali enim vtrumque est, iuxta vnunquodq;. Simul autem accidit ipsa. B. iuxta omnia. C. transisse. Simul enim erit primum. B. in contrarijs vltimis, æquali tempore motum iuxta vnūquodque ipsorum. B. quanto circa vnūquodque ipsorum. A. vt inquit, propterea ꝙ vtrumque æquali tempore iuxta ipsa



A. sunt. Ratio igitur: hæc est. Accidit autem: ob id quod dictum est falsum.

¶Quartam plusquam sophisticam rationem comminiscebatur Zeno, qua diuisionem continui reprobaret. Sequeretur enim, aiebat, dimidium tempus ęquale esse suo duplo, vt dimidiatam horam toti horę. Sit enim (exempli gratia) quadrupedale spatium, quod designetur quatuor literis. A. sitque illud immobile. Quod nos claritatis gratia facimus esse in mari. Sitque magnitudo mobilis v.g. nauis itidē quadrupedalis, quę designatē quatuor literis. B. taliter vt primum. B. loco respondeat medio puncto totius spatij fixi. Sitque alia magnitudo mobilis itidem quadrupedalis quę designatur per quatuor. C. quę ponatur e regione, ad quatuor. B. ita vt primum. C. loco respondeat vltimo. A. ⁊ instanti initiatiuo horę, quiescente tota magnitudine. B. incipiat moueri. C. versus. B. Et instanti medio horę, quando videlicet primum C. obuiat primo. B. in puncto medio spatij fixi. B. incipiat moueri e regione versus vltimum. A. eadē velocitate, qua mouetur. C. C. vero progrediatur versus primum. A. hoc posito, in fine horę primum C. erit cum primo. A. ⁊ primum. B. cum vltimo. A atque adeo omnes tres magnitudines iacebūt pariter ab eodem, in idem punctum. Tunc manifestū est tempus, quo. B. mouetur, esse dimidium temporis, quo. C. mouetur, mota enim sunt ambo eadem velocitate ⁊. B. sola secunda medietate horę, transibit medietatem spatij fixi. C. vero in tota hora transiuit totum spatium. Sophisma ergo Zenonis erat hoc. B. trāsiuit oīa quatuor. C. ⁊ quatuor C. sūt ęqualia ipsis quatuor. A. ergo tātū spatiū cucurrit. B. quantum. C. ⁊ ęque velociter: ergo tanto tempore mouebatur. B. quanto. C. ⁊ per consequens medietas horę est ęqualis toti. Respondet Aristote. fallaciam esse ꝙ. B. quidem ferebatē, iuxta id, quod mouetē, id est iuxta quatuor. C. quę mouebantur motu contrario. C. vero mouebatur iuxta id qđ quiescit. i. iuxta quatuor. A. Et ideo in secunda medietate horę, qua. C. transiuit quatuor C. propterea ꝙ transitus. B. constabat ex duobus motibus. Si enim. C. maneret fixum. B. non transisset nisi duo. C. sed quia. C. mouebatur versus ipsum. B. transita sunt omnia quatuor. C. sicuti ⁊ ipsum primū. C. eadem medietate horę transibit omnia quatuor. B. Non ergo sequitur. B. eadem velocitate transibit tantum spacium, quantum transiuit. C. ergo tempora motus fuerunt ęqualia. Sed addendum est in antecedēti, transibit spaciū fixū.

At verò secundùm eam, quæ in contradictione est mutationem: nihil nobis erit impossibile. Vt si ex non albo in album mutatur, & in neutro est: sic vtique neque album est, neque non album. non enim, si non totum in vtrouis sit: non dicetur album aut non album. album enim dicimus aut nō albū: quia totum huiusmodi, sed quia huiusmodi aut maxime precipuæ partes. non idem autem est: & non esse in hoc totum: Textus. lxxxiiij.

Similiter

Similiter autem, & in eo quod est, & in eo quod non est: & in aliis, quæ secūdū contradictionem sunt erit non enim ex necessitate: in altero oppositorum, in neutro autem totum semper.

¶ Preter quatuor has rationes, addebat Zeno et aliam, qua arguere contendebat nihil posse moueri. cum eñ (aiebat) aliquid mouetur motu contradictionis. s. ex non aere, in aerem, aut ex albo, in album, in neutro esse potest termino: quod enim est in termino a quo nōdum mouetur, quod vero est in termino ad quem, iam mutatum est: ergo non restat vbi sit quando mouetur: & p consequens nihil mouet. Respondet Phi. ꝙ ratio hec pcederet forte cōtra eos, qui dicerent indiuisibile moueri: nā indiuisibile non potest esse partim ītermino a quo & partim in termino ad quem. Sed tñ nobis (inquit) nihil impossibile concludit, qꝛ nihil mouetur nisi diuisibile. Et ideo qđ mouetur in neutro est totum: sed partim in vno, & partim in alio. vt apparet in motu locali. Et ideo illud neqꝫ dicetur simpliciter album, neqꝫ simpliciter non album: qꝛ albū non est quicquid habet albedinē, nisi per maiorem sui partem extendatur. Loquit hic Phil. de albo & nō albo, vt designant duos terminos immediatos: nam inter nigrū & albū, sunt medię qualitates, per quas transit id, quod mouetur. Preter hanc solutionem dabitur alia responsio lib. 8. tex. 67. scilicet ꝙ in mutationibus instantaneis non est necessariū ꝙ moueri, precedat mutatum esse: nam minimum formę substantialis incipit in instanti: & ideo nullum est instans, aut tempus in quo res mouetur motu generationis.

Textus. lxxxiiij. Rursus in circulo & in sphera: & omnino ijs, quæ in seipsis mouentur: quoniam accidet ipsa quiescere. in eodem enim loco, secūdum tempus quoddam erunt. & ipsa, & paries. quare: quiescent simul, & mouebuntur.

¶ In hoc text. 84. proponitur alia ratio Zenonis, qua contendebat nihil moueri circulariter. Arguebat enim. Quicquid permanet in eodem loco quiescit: quicquid autem mouetur localiter, permanet in eodem loco (quia cum non mouetur de loco ad locum, non mutat locum:) ergo quod mouetur circulariter quiescit.

Textus. lxxxv. ¶ Primo namque partes non sunt in eodem vllo tempore. Deinde: & totū semper mutatur in alterum: non enim eadē est ea quæ ab ipso. A. sumitur circunferentia, & ea quę ab ipso. B. & quæ ab ipso. C. & aliorum vnoquoqꝫ signorum. nisi vt musicus homo & homo: quia accidit. Quare mutatur semper altera in alteram, & nunquam quiescet. Eodem autem modo: & in sphæra, & iis quæ in seipsis mouentur.

¶ Huic sophismati bifariam occurrit Philo. Primum [inquit] quãuis totum non mutet locum, tamen singulę partes mutant locum: dum illa quę est in oriente, postmodum est in occidente. Secundo respondet, totum etiam circulariter motū quodammodo mutare locum. Nam designentur in circulo tria. v. g. puncta in triangulo non est idem circularis motus, qui incipit ab. A. ei, qui incipit a. B. neqꝫ est idem, qui incipit a. B. ei, qui incipit a C. saltem secundum rationem: sed sunt idem subiecto ratione differentes. Et ideo neqꝫ loca, quibus fiunt, sunt prorsus eadem, sed ratione diuersa. At si in motu recto mobilis pedalis, per spatium bipedale inspicias, videbis successiue mobile exire a prima pedalitate, & intrare secundam. Queadmodum ergo si terminus acquisitus in secunda coniungeretur cum termino a quo considerãdum est secundum partes in motu cęli.

## QVOD INDIVISIBILE non mouetur.

## CAPVT. X.

DEmonstratis autem his, dicimus, ꝙ id qđ impers est, nō cōtingit moueri, nisi secundum accidēs vt corpore moto, aut magnitudine, in qua est. sicuti si id, quod in naui est: moueatur nauis motu. aut pars, totius motu moueatur. Textus. lxxxvj.

¶ Impers autem dico id, quod est secundum quantitatem indiuisibile. ¶ Et eñ partium motus, alteri sunt, & secūdum ipsas partes & scdm totius motum. viderit autem aliquis, & in sphæra maxīe differentiam. non enim eadem velocitas erit, & partium, quę sunt iuxta centrum, & quæ extra, & totius tanquam non vno existente motu. vt igitur diximus, sic quidem contingit moueri id, quod impers est, vt is, qui in naui sedet naui currente, per se enim nō cōtingit.

¶ Sunt qui textum hunc in calce superioris capitis ponant: congruentius tamē ponitur in principio decimi: cum sit conclusionis ppositio, in cuius demōstratiōe versatur capitulū hoc. Etenim postquã responsum est Zenoni, progreditur ostendere in quinqꝫ prioribus text. impartibile non moueri per se. Quo condēnatur Democritus, asserens indiuisibiles atomos per se moueri. In reliquis quatuor tex. respondet Heraclito. Sunt in hoc capitulo textus nouem. In quorū hoc primo statuit primum conclusio, ꝙ impartibile non mouetur per se sed per accidēs. Mouetur autem aliquid accidēs dupliciter. Uno modo: tanquam res separata existens in eo, qđ per se mouetur. vt nauta mouetur ad motū nauis. Alio modo, tanquã formaliter inherens ei, quod per se mouetur, vel tanquam pars vel tanquã accidēs. vt caput, & albedo, & punctum mouentur ad motum hominis. Deinde exponit se de quo indiuisibili loquatur. Est enim indiuisibi-

le, aut ſecūdum ſpeciem. vt homo diceretur indiuiſibilis, quia non diuiditur in plures ſpecies, aut ſecundum numerum: vt Petrus ⁊ quodlibet indiuiduum dicit̃ indiuiſibile: q: non diuiditur in plura integra ſuppoſita. Et hęc indiuiſibilia nihil vetat per ſe moueri. Aliud eſt indiuiſibile ſcundū quātitatem, vt punctum: ⁊ hoc eſt, quod nō per ſe mouetur. ¶ Exponit pręterea id quod prędixerat videlicet partem moueri ad motum totius idque explicat in motu circulari, vbi perſpicatius apparet differentia motuum partium a motu totius. Si enim in motu. v. g. ſphęre ſolis conſideres medietatem groſſitiei interiorem verſus concauum, minorē circulum deſcribit in die naturali, quam pars exterior, verſus conuexum: ob idq; tardius moroſiuſque mouetur. Motus autem totius orbis debet iudicari penes maximum circulum deſcriptum a pūcto ſignato in conuexo, ſiquidē ille circulus deſcribitur a tota ſphera. Concludit ergo, ꝙ punctū mouetur per accidens, ad motū continui: nō tanquam pars continui, ſed tanquā ille, qui mouetur in naui. Neq; vero eſt ſimilitudo ſumma: quia punctum licet nō ſit pars, ineſt tamen continuo.

Textus. lxxxvij. Mutetur enim ex. AB. in. BC. ſiue ex magnitudine, in magnitudinē, ſiue ex ſpecie in ſpeciem, ſiue ſecundum contradictionem. Tempus autem ſit, in quo primò mutatur: in quo. D. Ergo neceſſe eſt ipſum eo, quò mutatur tempore. aut in. AB. eſſe, aut in. BC. aut aliud quidem quid huius, in hoc aliud autem quid in altero. omne enim quod mutatur: ſic ſe habebat. in vtroque igitur: non erit aliquid ipſius. partibile enim erit. At verò, neque in. BC. mutatū eñ erit. ſupponitur autem mutari. Relinquitur igitur: ipſum in. AB. eſſe, eo quo mutatur tempore. quieſcet ergo. in eodem tēpore quodam: quieſcere eſt.




¶ Probat concluſionem, videlicet, ꝙ indiuiſibile non per ſe mouetur, quatuor rationibus. Prima in hoc tex. 87. eſt hęc. Moueatur indiuiſibile ex termino. AB. ad terminum proximum. BC. ſiue ſint motus ſecundum quantitatem, ſiue ſecundum qualitatē, ſiue ſcđm contradictionem, vt ex nō albo in albū, aut ex non aere, in aerem: ⁊ tēpus quo per ſe primo, id eſt, in quo toto mouetur, ſit. D. tunc quęritur in tempore. D. aut mobile eſt in termino a quo. ſ. AB. aut in termino ad quem, puta. B. C. aut partim in vno, ⁊ partim in alio: aliud enim quartum membrum fingi non poteſt. Sed neq; tertium dare poteſt cōtraria opinio: nā ſi concederet partim eſſe in vno termino, ⁊ partim in alio, fateret̃ mobile eſſe diuiſibile. Si autem detur ſecundum. ſ. ꝙ eſt in termino ad quem, iam tunc mutatum eſt: ⁊ per conſequens, non mouetur. Si vero dederit primū, ꝙ eſt in termino a quo, idē ſequitur nam cū illic eſt nunc, ⁊ erat immediate ante hac, ſequitur vt illic quieſcat.

Quare nō cōtingit: id quod impers eſt moueri, aut omnino mutari. Vnice enim hoc pacto eſſet ipſius, motus: ſi tempus eſſet ex ipſis nunc, ſemper eñ in ipſo nunc, motum eſſet & mutatum: vt moueatur quidem nūquam motum autem ſit ſemper. hoc autem quod impoſſibile ſit, demonſtratum eſt & prius neque enim ex ipſis nunc eſt tempus: neq; linea ex pūctis, neq; motus ex momētis eſt. nihil enim aliud facit hoc dicens: quam motum ex impertibus. ſicut ſi tempus ex ipſis nunc: aut magnitudinem ex punctis. Textus. lxxxviij

¶ Secunda ratio in tex. 88. ſumitur, ex his, quę ſupradicta ſunt. Dictum enim eſt, ꝙ indiuiſibile nūc non ſit motus, ſed in quolibet nunc eſt aliud, ⁊ aliud mutatum eſſe. Si ergo tempus componeretur ex inſtantibus, motus ſubinde componeretur ex mutatis eſſe, vt textu. 6. oſtenſum eſt. Tunc nihil prohibet, vt indiuiſibile moueretur, quia non requireret̃ tunc, ꝙ partim eſſet in termino a quo ⁊ partim in termino ad quem, ſed ꝙ in alio ⁊ alio nunc eſſet in alia ⁊ alia indiuiſibili parte ſpacij: et ideo tūc nunquam verum eſſet dicere, nunc mouetur, ſed nunc mutatū eſt. At vero iam ſupra in hoc libro probatum eſt, ꝙ neque linea ex punctis, nec tempus ex inſtantibus, neque ex mutatis eſſe conſtat motus.

Amplius autem, & ex his manifeſtū eſt: ꝙ neque punctum, neque aliud indiuiſibile vllum contingit moueri. omne eñ, quod mouet̃, impoſſibile eſt prius per maius moueri ſeipſo, quam aut per æquale, aut minus. ſi autem hoc manifeſtum eſt, ꝙ punctum per minus, aut æquale mouebitur primum. Quoniam autē indiuiſibile eſt. impoſſibile eſt minus moueri prius, per æquale ergo: ſibi ipſi. quare: erit linea ex punctis. ſemper enim cum per æquale mouetur: omnē lineam, punctum menſurabit. ſi autem hoc impoſsibile eſt: et moueri indiuiſibile, impoſſibile eſt. Textus. lxxxix.

¶ Tertia ratio eſt in textu. 89. talis. Quicquid mouetur priuſquam tranſeat ſpatium ſe maius trāſit, aut ſibi ęquale, aut ſe minus, vt pedale, prius tranſit pedale, ⁊ prius ſemipedale, quam bipedale ſpatium: ergo ſi punctum mouetur, ſimiliter ſe habebit, punctum autem moueri non poteſt per aliquid ſe minus, cum ſit indiuiſibile: ergo mouebitur per ęquale. Si vero punctum mouetur per ęqualia puncta lineę quę eſt in ſpatio, ſequitur ꝙ linea

quod linea ipsa componitur ex punctis. Nam si punctum mobile mouetur per puncta lineę, numerat ipsa puncta: & per consequens omnem lineam mensurat, id est aliquoties sumptum reddit totam. Et eadem ratione colligitur, quod puncta in linea sunt sibi inuicem immediata.

Tex.xc. Amplius autem, si omne in tempore mouetur, in ipso aũt nunc nihil, autem omne diuisibile tẽpus est: erit aliquid tẽpus eo tempore minus, in quo mouetur, per tantum, quãtum ipsum est. Hoc igitur, erit tempus, in quo mouetur: propterea quod omne, in tempore mouetur, tempus autem omne, diuisibile esse, demonstratum est prius. Si ergo punctum mouetur, aliquod erit tempus eo tẽpore minus, in quo ipsum motũ est. sed impossibile est. in minori enim, per minus necesse est moueri. quare erit diuisibile, id quod indiuisibile est in minus, sicuti, & tempus in tempus. Vnico enim modo moueretur, id quod impers est, & indiuisibile: si esset in ipso nunc impartibili moueri possibile. eiusdem enim rationis est, in ipso nunc moueri & indiuisibile quod moueri.

¶Quarta ratio est in tex. 90. quem apud Vatablũ deprauatum, vt esset intelligibilis, emẽdauimus. Ratio est hęc. Demus aliquod mobile. v. g. pedale. transire per aliquod signum fixum. vt tex. 48. dicebamus: manifestum est tunc, quod prius transit medietas mobilis, quã totũ, & prius quarta pars, quã medietas &c. Est ergo argumentũ. Cũ omnis motus fiat in tempore, & omne tempus sit diuisibile in semper diuisibilia, in omni motu est signare tempus, minus eo tempore, in quo mobile transit spatium sibi ęquale, vel [quod idem est] in quo mobile totum transit per aliquod signum fixum: in quo. s. minori tempore, transit pars mobilis. Et quacunque parte mobilis data, datur minor pars temporis, in qua transit minor pars mobilis. Si igitur punctum mouetur, dabitur minus tempus eo, in quo punctum transit spatium sibi ęquale: hoc autem est impossibile, quia tunc in illo minori deberet transire per idem signum, pars puncti: quam tamen nullam habet: alias esset diuisibile. Subdit ergo Aristot. vnico modo posse indiuisibile moueri: nempe si motus fieret in instanti: quia tunc, sicut non esset necessariũ dare partem temporis, in quo totum mouetur, neque opus esset dare partem mobilis. Et ideo supra cõsequentibus rationibus probatum est, & motum, non fieri instanti, & indiuisibile, non posse moueri.

Textus. xcj. Mutatio aũt: nulla est infinita: omnis enim est ex quodam in quiddam: & ea, quæ est in contradictione, & quę est in contrariis. Quare earum, quæ secundum contradictionem sunt: affirmatio, & negatio terminus est. vt generationis quidẽ, id quod est: corruptionis verò, id quod non est. earum autem, quæ sunt in contrarijs ipsa contraria: hæc em sunt extrema mutationis. quare & alterationis (ex contrarijs enim quibusdam est alteratio) similiter autem, & augmẽtationis, & diminutionis. augmentationis enim terminus est, qui secũdum naturam propriam est perfectæ magnitudinis. Diminutionis vero: huius remotio.

¶In hoc text. 91. & subsequentibus subinfert ex supradictis, nullum motum, aut mutationem horum inferiorum, posse esse perpetuã & infinitã. Quo cõtradicit Heraclito, dicenti, omnia semper moueri. Id quod primo manifestat in motu alterationis (quẽ vocat in contrarijs) & in motu augmentationis: et in motu generationis, & corruptionis, qui est secũdum contradictionem. Nam terminus (inquit) generatiõis, est esse: corruptionis autem, non esse: termini vero alterationis sunt extrema contraria. vt a summo frigido, ad summum calidum: a summo nigro ad summum album. Augmentationis vero terminus est maxima qantitas, sub qua vnaquęque species conseruat: decremẽti vero, minima (loquit. n. de augmento & decremento rerũ naturaliũ) vbi autem motus terminum habet & finem, esse non põt infinitus: repugnat enim infinito terminum habere. Nullius ergo rei corruptibilis motus est sempiternus.

Loci autem mutatio: sic quidem nõ erit finita. non enim omnis, in contrarijs est. Sed quoniam impossibile est diuisum esse sic: ex eo quia non contingit esse diuisum (multipliciter enim dicitur: impossibile) diuidi non contingit, id quod sic impossibile est diuidi nec omnino quod impossibile est fieri, fieri: neque quod mutari impossibile est, continget vtique mutari in id, quod possibile est mutari. Textus. xcij.

Textus. xciij. ¶Si ergo id, quod fert, mutetur in aliquid: & impossibile erit mutari. Quare nõ est ĩnfinitus motus neq; feretur ĩfinito motu. ĩpossibile em est: trãsire illũ. Quod igit sic nõ est infinita mutatio vt nõ finiat termĩs manifestũ est.

¶In tex. 92. ait non adeo lucide eandem rationem procedere de motu locali: quippe qui non omnis ita habet manifestos terminos contrarios. Ait, non omnis: quia in motibus naturalibus grauium & leuium termini sunt centrum & concauũ lunę: qui proinde motus esse, non possunt infiniti & continui. In

motibus vero liberis (quales sunt animalium) & in motibus violentis proiectorum, nõ hac ratione sumunt termini: sed secundũ voluntatem, aut potentiam mouentis. Ob idq; in huiusmodi motibus rectis alia ratione monstrandum est infinitum motũ non esse possibilem. Supponenda enim est maxima hęc. Id quod nõ contingit esse diuisum, ex eo quia non contingit: fit vt sit impossibile sic esse diuisum. Et quia impossibile (vt habetur primo de cęlo) accipitur multipliciter. s. & secundum quid, pro eo, quod non bene, nõ facile, factibile est: & simpliciter pro eo, quod nullatenus fieri potest, ait se accipere impossibile simpliciter. Exempli gratia. Si non contingit continuum in omnem suam partem esse diuisum: impossibile est sic esse diuisum, et si non contingit aliquid fieri, impossibile est sic fieri. Id quod dialecticę dicunt: si de inesse, non est possibilis, modalis erit impossibilis. Eadem ratiõe per oppositũ: si contingit aliquid mutatum esse a quodam in quiddã, nõ erit impossibile sic mutari: nã si motus ad terminũ esset impossibilis, & assecutio termini esset impossibilis. ¶ Ratiocinatur ergo sic in tex. 93. Quicquid mouetur, mouetur a quodam in quiddam: ergo contingit mutatum esse in terminum: quod aũt contingit mutatum esse in aliquem terminum, possibile est moueri vsque ad illum: infinitum autem spatium impossibile est pertransiri: ergo infinitus motus, non est possibilis. Et sic comcludit manifestum esse, ꝙ nõ est sic possibilis infinita mutatio, vt non finiatur aliquo termino. Quod est dicere, impossibile esse infinitum motum rectum.

Textus. xciiij. Sed si esse possit sic, vt tempore sit infinita vna de eadem existens: considerandum est. nam vna quidẽ si nõ fiat nihil fortassis prohibet. vt si post loci mutationem alteratio sit: & post alterationem augmentatio, & rursus generatio. sic enim, semper quidem erit tempore motus: sed non vnus, propterea ꝙ non est vnus ex omnibus. Vt autẽ fiat vnus, non contingit infinitum esse tempore: præter vnum. hic autem: est circularis latio.

¶ Post demonstrationẽ huius, ꝙ non sit possibile vnum esse motum infinitum continuũ per spatium infinitum inuestigat, an sit possibilis motus infinitus ratione temporis, id est, durans infinito tẽpore. Aitq; eum esse possibilẽ dupliciter. Uno modo si non sit simpliciter vnus secũdum speciem. Vt si post loci mutationem (. v.g. qua agẽs applicatur passo) mox succedat alteratio, deinde generatio, pręterea corruptio, quę est generatio alterius. Et ita si mundus esset ęternus, vt vult Aristot. succederent infiniti motus, alius deinceps post alium. Quod autem esset vnus infinitus cõtinuus nõ est possibile. Pręter vnum [inquit] circularem motũ cęlorum. Hic est enim secundus modus, quo esse potest motus tempore infinito: eo quod non sit per infinitum spatium, sed super idem circulationibus infinitis.

## Finis sexti Physicorum.

# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super Septimũ Physicorum Aristotelis. Commentaria.

## CAPVT I.

Text.j. OMNE quod mouetur: necesse est ab aliquo moueri. si igitur in seipso non habet principiũ motus: manifestum est, ꝙ ab altero mouetur. si autem in seipso, accipiatur in quo. A. C. quod moueatur non ex eo, quia partium huius aliqua mouetur. Primum igitur opinari. AC. à seipso moueri, propterea ꝙ totum mouetut, & à nullo extremorum, simile est ac si quis ipso. DE. mouente ipsum. EF. & illo moto, opinetur. DEF. à seipso moueri propterea ꝙ non intuetur vtrum ab vtro moueatur: vtrum. DE. ab. EF. an. EF. ab ipso. DE.

¶ Postquã in primo ⁊ secũdo libris de principio ⁊ causis rei naturalis, in tertio vero de motu, ⁊ in quarto, de ei adiacẽtibus loco ⁊ tẽpore, sed in quinto ⁊ sexto, de eius diuisione, tam in suas species, ꝙ in partes, secũdum tempus diffuse tractatum est, subsequit̃ in duobus his reliquis de motu dicere in ordine ad primum motorem. In hoc enim septimo disseritur perueniendum esse in motibus, ⁊ ex parte mobiliũ, ad rem primũ motã, ⁊ ex parte mouentiũ, ad primũ motorẽ: ⁊ in octauo, perquiritur, quidnã sit hoc primũ motũ, qualisq; sit primus ille motor. Septimus autẽ hic liber in quinq; capitula sectus in diuisione Cõmentatoris per triginta nouem textus distribuitur. In prioribus nanq; viginti disputatur de primo moto, primoq; motore, ⁊ in reliquis de proportione motuum. ¶ Capitulũ primum continet textus nouem. In primo statuit̃ conclusio hęc tanquam omnium basis, quę dicẽda sunt. Omne qđ mouet̃, ab alio mouet̃. Ante cuius probationẽ excludit fallaciam, qua decipi quis posset, non omne quod mouet̃, ab alio moueri. Etenim quando res ab extrinseco principio mouetur tunc palam est ab alio moueri. vt quando aqua calefit ab igne, vel a sole, aut lapis proijcitur. Quando vero mouetur a principio intrinseco (vt est in viuentibus) tunc apparet non moueri ab alio. Sed tamẽ mouet. At si corpus. DEF. ab intrinseco moueat, est, q2 prima pars. DE. mouet alteram. DF. vt si aquę prime midietas sit calida, calefaciet alteram. Si tamen in animali suspicio sit, eandem esse partem per se motã, ⁊ per se mouentem, est apud eum, qui discernere nescit, quę nã pars per se moueat, quę ve sit per se mota.

Amplius id quod à seipso mouetur: nunquam cessabit moueri, propterea ꝙ aliquid aliud stetit quod mouebatur. Text.ij. Necesse est ergo si quid desinat moueri, eó quod aliud aliquid stetit. hoc ab altero moueri. hoc autem cùm manifestum factum sit: necesse est omne, qđ mouetur. moueri ab aliquo. Quoniam enim acceptum est. A C. moueri: diuisibile erit. omne enim, quod mouetur: diuisibile est. diuidatur igitur in. B. necesse est igitur. BC. quiescente quiescere & AC. si enim non, accipiatur moueri igitur. BC. quiescente, mouebitur vtique. A.C. non ergo mouetur per se. AC. sed supponebatur, per se ipsum moueri primùm. Manifestum est igitur, ꝙ. BC. quiescente, quiescet & . AC. & tunc desinet moueri. sed si quid ex eo quia aliud quiescit, stat cessat moueri, hoc ab altero mouetur. manifestum est igitur, ꝙ omne quod mouetur, ab aliquo mouetur diuisibile em̃ est, omne quod mouetur. & parte quiescente, quiescet totum.

¶ In textu. 2. probat directe, quod omne quod mouetur ab alio mouetur: supposito hoc manifesto principio, ꝙ si aliquid a seipso per se primo mouetur, id quidem non quiescet, propterea ꝙ aliud qđ uis quiescat: quandoquidem eius motus a nullo alio dependeat, vnde econtrario si detur mobile, quod ad quietem alterius desinat ipsum moueri, non equidem mouetur a se per se primo, iam enim eius motus aliunde pendet. ¶ Hinc syllogizatur Philosophus suam conclusionem hoc modo. Detur mobile, quod per se primo mouetur. v.g. AC. quod quidem necesse est esse diuisibile. vt libr. 6. textu. 87. monstratum est. Diuidatur ergò in puncto. B. ⁊ arguitur sic. Quiescente parte. BC. necesse est totum. AC. quiescere: ergo. AC. non a se per se primo mouebatur. Consequentia est nota ex prę iacta suppositione: ⁊ probatur antecedẽns. Nam dato opposito, videlicet ꝙ. BC. parte quiescente

 totum.

totum.AC. moueretur, sequitur. AC. non moueri per se primo, sed ratione alterius partis. AB. nam quando totum mouetur vna parte quiescente, non mouet per se primo ratione totius, sed ratione illi? partis. Cum autē suppositū sit totū. AC. per se primo moueri, necesse est vt moueatur ratione totius atque adeo quiescente. BC. parte quiescat totum, Indeq; rursus sequitur, ꝙ totum non per se primo a se mouetur. Siquidē a motu partis depēdet motus totius. ¶ Circa hanc rationem Phi. est duplex dubiū. Primū est Galeni, dicentis id qd mouet rōne partis, moueri ꝑ se nam moueri ꝑ aliqd sui, est moueri ꝑ se. Ob idq; nō valet (inquit) consequētia, quiescente vna parte totum mouet rōne alterius: ergo nō mouetur per se. Dubiū tamē hoc nascit ex ignorantia hoīs, non distinguentis inter ꝑ se, & per se primo: Etenim per se solū distinguit contra per accidens & per partem. Animal enim, quod mouet ratione animę, non quidem mouetur per accidēs (q2 illud, quo mouet nō accidens) attamen nec mouetur per se primo, sed ratione partis. ¶ Maius tñ dubium est Auicenę, qui huic ratiōi hoc modo obuiam venit. Dato enim (inquit) corpore, qd a se per se primo moueretur, illius necesse esset, vt singulę etiam partes a seipsis per se primo mouerentur: & ideo suppositio Aris. ꝙ eiusmodi corporis pars. BC. quiescat est impossibilis. Ex suppositione autem impossibili nimirū si aliud impossibile sequat puta id, quod per se primo mouet, moueri secundum partem. ¶ Cui Auerro. concedit, demonstrationem procedere ex impossibili: conceditq; subinde non esse demonstrationē a priori, sed a posteriori, & a signo. ¶ At vero S. Thom. egregie reprehendit Cōmentatorem. Nam quāuis demonstratio ꝓcedat ex suppositione īpossibili, acute tamē a priori ostendit, quomodo nullum corpus diuisibile pōt per se primo a seipso moueri. Moueri enim per se primo a se, est esse sibi primo causam sui motus. Cum autē lib. 6. tex. 46. & sequentibus probatū sit ꝙ nec dat prima pars mot⁹, nec in mobili pria ꝑs mota, nec in spatio prima ꝑtransita ꝓpter diuisionem continui in infinitū: eadem rōne ꝓbat, ꝙ neq; in mobili diuisibili non potest dari, aut totum mobile, aut aliqua eius quantuncunq; minima pars, quę non dependeat ex motu suę partis: sicut non datur aliquod diuisibile ens, quod non depēdet ex alio ēte, puta ex parte sua. Et ideo nullum diuisibile mobile, a se primo mouetur: sicut nullum corp⁹, a se primo est ens: quia dependet ex partibus. Unde Plato ponens aliquid per se primo moueri a se, dicebat hoc tātū conuenire substātię spirituali: quę se intelligit amatq;. Cui Aristo. hic non cōtradicit: quippe qui non loquit de motu spirituali: qui est ꝑfectio subiecti: sed de motu corporeo: qui est actus entis in potentia.

Tex.iij. Quoniam autem omne quod mouetur, ab aliquo mouetur, necesse est & omne quod mouetur, moueri ab alio. & id igitur quod mouet: ab altero, quoniam & ipsum mouetur. & rursus hoc: ab altero. nō autem in infinitum abibit: sed stabit alicubi, & erit aliquid quod primò causa erit motus.

¶ Hoc ceu fundamento pręiacto, procedit ad demōstrandū primū motorē. Quoniam si hoc corp⁹, qd localiter mouetur, mouetur ab alio, quęritur de illo alio, aut aliud est per se primo mouēs nō motū, & tunc ille erit primus motor: si vero mouetur, debet moueri ab alio, & sic vel abeundū est in infinitum vel standū alicubi: non autē in infinitū procedítur: ergo standum est in primo mouente immobili. Ponit exēplū in motu locali claritatis gratia.

Si enim non, sed in infinitum procedat: sit. A. quidem id, quod ab ipso. B. mouetur. B. verò ab ipso. C. autem ab ipso. D. atque hoc igitur modo in infinitum procedat. ¶ Quoniā ergo simul & ipsum mouens mouetur: manifestum est, quod simul mouebitur, &. A. &. B. cùm enim mouetur ipsum. B. mouebitur & A. & cùm mouetur. B. & ipsum C. & cum. C. ipsum. D. erit igitur simul: & motus ipsius. A. & ipsius. B. & reliquorum cuiusque. ¶ Et accipere igitur vnūquoq; ipsorum: poterimus, etenim si vnūquodq; ab vnoquoque mouetur: non minus vnus numero est cuiusque motus, & non infinitus extremis. quoniam quod mouetur omne: ex quodam in quoddam mouetur. Tex.iiij.




¶ In tex. hoc. 4. & sequentibus probat minorem superioris rationis. s. ꝙ non est abire in infinitū mouentibus. Et pręmittit in hoc textu duas pręmissas. Prima est, ꝙ si dantur per impossibile infinita mouentia, vt. A. moueatur a. B. B. a. C. & C. a. D. &c. necesse est omnia eodem simul tempore moueri nam si. B. mouet. A. nisi motum a. C. necesse est. A & B. simul moueri, & si. C. non mouet. B. nisi motū a. D. opus est vt. B. & C. simul moueantur, ita & de aliis, vt si aquam baculo moueas, aqua simul, ac baculum & manus simul moueantur necesse est.

¶ Altera pręmissa est, ꝙ possumus vnunquodq; illorum accipere. i. possumus singulos illorum motuū diffinire, seu finitos ostēdere, nā quāuis. A. mouetur a. B. et. B. a. C. &c. tamen motus, quo mouetur. A. alius numero est a motu, quo mouetur. B. nam si mobilia differūt numero, & motus qui sunt eorum accidentia, numero differunt. Et pręterea singuli sunt finiti. Nam oīs motus est inter duos pręfixos terminos quoddammodo contrarios.

Aut enim numero accidit eūdem esse motum: aut genere, aut specie. numero igitur dico eundem motum qui ex eodem in idem numero, in eodem tempore numero, fit. vt ex hoc albo, quod est vnum numero: in hoc nigrum, secūdùm hoc tempus, quod est vnum numero. si enim secundum aliud: non amplius vnus erit numero, sed specie. Text.v.

Genere

Genere autem idem est motus: qui in eodem prædicamento substantiæ, vel alterius generis est. Specie autem: qui est ex eodem specie in idem specie. vt ex albo in nigrum: aut ex bono in malum, hæc autem: dicta sunt & in prioribus.

¶Quoniam dixerat motus plurium mobiliũ numero differre, infert tripliciter contingere motum esse eundem, vt lib. 5. text. 31. dixerat. s. numero, specie & genere. motus idem numero est, qui est eiusdem mobilis ab eodem numero termino in eundem numero, & eodem numero tempore: nam motus, quorum alter est ab hoc albo in hoc nigrũ alter vero ab alio albo, i aliud nigrum, numero differunt, & sunt eiusdem speciei. Genere autem sunt idem, qui sunt inter terminos eiusdem prædicamẽti: vt calefactio, & albefactio, que genere differunt ab augmentatione.

Text. vj. Accipiatur igitur motus ipsius. A. & sit in quo. E. & ipsius. B. in quo. F. & ipsius. C. & D. in quo. G. & H. & tempus, in quo moueat. A. sit. K. Determinatio autem motus ipsius. A. determinatum erit & tempus, & non infinitum, quod est. K. sed in eodem tẽpore: mouebatur A. & B. & reliquorum vnumquodque. Accidit ergo motum. EFGH. infinitũ existentem: in tempore finito moueri quod est. K. in quo enim. A. mouebatur, & quæ post. A. consequenter sunt omnia, mouebatur infinita existentia. Quare, in eodem mouetur. etenim aut æqualis erit motus ipsius. A. motui ipsius. B aut maior refert autem nihil. prorsus enim infinito motui: in tempore finito accidit moueri: hoc autem impossibile est.

¶Ex præmissis ratiocinatur non esse processum in infinitum in causis, non quidem efficaci demonstratione, sed ratione, quam quis forte putaret alicuius valoris. Accipiatur enim (inquit) motus quo mouetur. A. qui sit. E. motus ipsius. B. qui sit. F. &c. vt apparet in marginali figura. Et tempus quo mouetur. A. sit. K. quod manifestum est esse determinatum idest finitum, cum motus ipsius. A. sit finitus. Tunc sic. Tempus, quo mouetur. A. est finitum, & monstratum est omnia illa infinita eodem tempore moueri: ergo omnes illi motus, qui sunt numero infiniti, fiunt in tempore finito: ex infinitis autem motibus videtur componi vnus motus infinitus: ergo motus infinitus fit in tempore finito, cuius contrarium demonstratum est libro. 6. textu. 66. Nec refert an omnes illi motus fuerint æque veloces, an alius alio tardior: nam cum singuli sint finiti vt dictum est singuli consumunt tempus finitum: cum omnes, qui sunt numero infiniti: simul fiant, fiunt in tempore finito.

Sic igitur videbitur demonstrari, id quod ab initio diximus. non tamen demonstratur, propterea quod nullum inconueniens accidit. contingit enim in tempore finito, infinitum motum esse, non autem eundem, sed alterum & alterum, multis motis, & infinitis, quod quidem accidit & ijs quæ nunc diximus. Tex. vij.

¶Subdit veruntamen Phi. præfatam rationem nõ esse efficacẽ: nã esto per impossibile infinita mobilia mouerentur tempore finito: non inde sequeretur motum infinitum fieri tempore finito, quia motus illorum mobilium non faciunt vnum motũ. Ut si infiniti homines simul vna hora mouerẽtur. Quod autem idem mobile infinito motu moueretur tempore finito illud esset impossibile. Ob idq; subiungit demonstratiuam rationem.

Sed si id quod mouetur primo, secũdum locum & corporali motu necesse est tangere, aut continuum esse mouenti, vt videmus in omnibus hoc contingere: erit ex omnibus, vnum, ipsum totum aut continuum. Hoc igitur possibile accipiatur, & sit magnitudo quidem, aut continuum in quo. A B C D. Huius autem motus, EFGH. refert autem nihil finita sit an infinita similiter enim in tempore finito. K. mouebitur, aut finita, aut infinita, horum autem vtrumque impossibile est. Tex. viij

¶Quoniam defectus superioris rationis videbatur esse q̃ quamuis concederetur infinita mobilia moueri tempore finito, puta vna hora, non sequebatur motum infinitum esse in tempore finito eo quod illi motus, quorum quilibet erat finitus, non faciebant vnum, vult modo ostendere consequentiam esse bonam, si adiungatur alia præmissa, que est maxima in philosophia. Uidelicet. Mouens & motum debent esse simul scilicet aut contigua, vt manus baculo, & baculus lapidi: aut continua, vt cor musculis, & musculi manui. Et hoc in motibus (inquit) secundum locum, & in alijs corporeis: nam de motibus spiritualibus alia est ratio. Cum ergo hoc sit necessarium, possibile est vt omnia

Mouẽs et motum debent ee simul.

omnia mouentia continuentur, ⁊ faciant vnum: vt si manus continuetur baculo, ⁊ baculus lapidi aut si elementa ⁊ sibi ⁊ cęlis continuentur. Tunc sit illa magnitudo. ABCD. ⁊ motus illarum partium. EFGH. ⁊ inde sequitur, ꝙ sicut mobilia faciunt vnum, ita ⁊ motus facient vnum motum infinitum: qui fiet eo tempore finito, quo fiebant omnes motus quando erant seorsum diuisi. Addit vero Ph. ꝙ nihil refert magnitudinem illam esse finitam (vt si partes illę essent proportionales) aut infinitā, vt si essent ęquales, quia cum cuilibet parti correspondebat suus motus, distinctus facient vnum motum infinitum.

Textus. ix. Manifestum est igitur, quod stabit aliquando, & non in infinitum abibit quod semper ab altero, sed erit aliquid quod primum mouebitur. Nihil autem referat, supposito quodam, hoc demonstrari. Eo enim quod esse potest, posito nullum inconueniens oportebat accidere.

Possibile posito in esse ⁊c. ¶Concludit igitur illam rationem probare, ꝙ si sint infinita mobilia ⁊ mouentia, inde sequitur infinitum motum posse fieri tempore finito: quod cū sit impossibile, sequitur neque esse possibile vt sint infinita mouentia. At quia posset quis dicere, nō esse contingeus omnia mouentia totius orbis esse continua, dicit ꝙ quanquam id non sit contingens quia repugnat naturę particulari singulorum elementorum, ⁊ cęli, nihilominus loquēdo in genere nulla est repugnantia, quatenus mouentia continuentur. Et ideo possibili posito in esse nullum sequitur inconueniens. Cum ponatur ad ostendendum impossibilitatem simpliciter alterius scilicet infinitas posse fieri motiones in tempore finito.

## QVOD MOVENS & motum debeant esse simul

## CAPVT. II.

PRIMVM autem mouens non vt id cuius causa, sed vnde principium motus est, simul cum eo est quod mouetur. simul autem dico, quia nihil inter ipsa est. hoc enim commune est, in omni quod mouetur, & quod mouet.

¶Dixerat tex. 8. quasi alius agens, mouens ⁊ motum debere esse simul: at quia sententia hęc, inter dignitates habetur ⁊ principia physica, per se seueratim hoc capit. 2. (quod quatuor habet textus) eam expresso stabilire. Exponit autem prius in hoc fragmento superioris textus conclusionem ex parte mouentis. Est enim mouens, aliud finis (quod dicitur, id cuius causa) ⁊ id non opus est contingere mobile. Mouetur enim infirmus a sanitate absenti vt sumat potionem. Aliud est mouens vt causa efficiens: quod appellatur vnde principium motus. Sed hoc itē est duplex: aliud remotū tanquā causa vniuersalis, vt sol est causa rosę: ⁊ neque istud tangit mobile. Aliud est mouens immediatum .i. inter quod ⁊ mobile non mediat aliud mouens (nam inter solem ⁊ rosam mediat planta) ⁊ hoc (inquit) necesse esse simul cum mobili, aut contiguum illi, aut continuum. Neque id (inquit) in motu tantum locali: sed in aliis etiam motuū generibus. Sequitur diuisio ex parte mobilis

Quoniam autem tres sunt motus, is .s. qui secundum locum & qui secundum qualitatem, & qui secundum quā titatem. necesse est ea, quæ mouentur tria esse. Textus. x. Qui igitur est secundum locum: loci mutatio. qui vero secundum qualitatem: alteratio. qui vero secundum quantitatem: augmentatio & diminutio. ¶Primum igitur: de loci mutatione dicamus. hæc enim: primus motuum est. Omne igitur quod fertur aut ipsum a seipso mouetur, aut ab altero. Si igitur a seipso: manifestum est ꝙ cum in ipso mouens sit simul erit mouēs, & qđ mouetur, atque nihil inter ipsa erit. ¶Quod aūt ab alio mouet: quadrifariā mouetur. Quatuor spēs motus. motus enim ab altero: quatuor sunt pulsio, tractio, vectio, vertigo. etenim, alios omnes ad hos reduci accidit. ¶Pulsionum igitur, alia quidem impulsio, alia verò expulsio. Impulsio igitur est. cum mouēs ab eo quod mouetur, non relinquitur. Expulsio vero quando expellens relinquitur. ¶Vectio autem: in tribus erit motibus, nam quod vehitur, non secundum se mouetur, sed secundum accidens. ex eo enim mouetur: quia in eo, quod mouetur est aut supra id, quod mouetur. Id autem quod vehit: mouetur aut pulsum, aut tractum, aut vertigine actum manifestum est igitur: quod vectio in tribus erit motibus. Tractio autem: aut cum ad seipsum, aut ad alterum, velocior est motus trahentis, non separatus à motu eius, quod trahitur. Etenim ad seipsum est tractio: & ad alterum. Et reliquæ etiam tractiones eadem specie ad has reducentur. vt inspiratio, & expiratio, & sputatio, & quæcunque cor-

porum

porum emisiuę, aut receptiuæ sunt & diuulsio & texio. horum enim aliud quidem congregatio est: aliud vero, disgregatio, & omnis igitur motus secundum locum: congregatio & disgregatio est. ¶Vertigo autem, componitur ex tractione & pulsione id enim quod mouet, pellit hoc: trahit autem illud. ¶Manifestum igitur est, quod si simul pellens & trahens est cum eo, quod pellitur, & trahitur, nihil est medium inter id, quod mouet, & id, quod mouetur. Hoc autem, manifestum est ex dictis, nam pulsio, aut a seipso, aut ab alio ad aliud motus est. Tractio autem, ab alio ad seipsum, aut ad aliud. Ad hæc autem, compulsio & depulsio. ¶Proiectio autem, quando velocior motus sit eo, qui est secundum naturam eius, quod fertur, vehementiore facta pulsione. & eo vsque facta accidit ferri, quo vsque vehementior sit motus eius quod fertur. Manifestum est igitur, quoniam id quod mouetur & mouens simul sunt, & nihil inter ipsa medium est.

¶Tres sunt species motus scilicet localis, & alterationis, & augmentationis: sub qua comprehenditur decretio: nam generatio non est motus vt libro quinto textu. 9. dictum est: sed est terminus motus alterationis & ideo quantum ad rationem hanc pertinet, idem est & alterationis, & generationis iudicium. Atqui intra tres species motuum tres sunt & species mobilium: in quibus sigillatim ostendit, & mouens, & id quod mouetur simul esse. Haud enim rationem affert a priori, sed inductione vtitur: idque prius hoc textu decimo in motu locali: qui vt habetur libr. 8. textu. 55. est omnium primum. ¶Id quidem quod localiter mouetur, aut mouetur a seipso. i. a principio intrinseco actiuo, quod est in ipso. Ut contingit in motibus progressiuis animalium, quorum pars mouens continuatur parti motę. Supponamus cor vbi generantur spiritus vitales, esse partem mouentem. Et in his manifestum est, mouens, & id quod mouetur, esse simul, siquidem sunt continua Aut mouetur ab alio idest a principio extrinseco, vt contingit in non viuentibus. Et huiusmodi motuum quatuor sunt species, scilicet pulsus, tractio vectio, & vertigo seu volutio. Nam si qui alij sunt, ad hos reducuntur. Atqui pulsionum alia est impulsio: nempe quando pellens non deserit pulsum sed est ei semper attiguum: vt cum homines lacertis magnum saxum e loco summouent: alia vero est expulsio, vt quando lapis iactatur, aut sagitta. ¶At vectio (inquit) in alijs tribus motibus fundatur. Differt enim vectio ab alijs: nam id quod vehitur, non mouetur per se: sed per accidens ad motum alterius, quod mouetur per se: vt cum homo vehitur naui, quę per se mouetur impulsa a ventis, aut equo. ¶Tractio differt a pulsione, quod pellens est in termino a quo a tergo tangens mobile, trahens vero est in termino ad quem vel quasi. Est enim duplex tractio: alia, quę dicitur attractio, quando quis ad seipsum trahit. vt qui a portu rudente traheret ad se nauim: alia quę dicitur simpliciter tractio, quando quis non ad se simpliciter, sed ad aliud trahit. vt cum quis capistro traheret iumentum ad aquam aliquantulum distantem ab ipso trahente. Et quandoque res, quę trahitur, etiam per se mouetur, sed trahens facit vt velocius moueatur, vt cum quis motum iumenti velocius ipse motus extenso capistro accelerat. Et ideo ait Aristotel. quod tractio est motus velocior trahentis ad se, vel ad alterum non separatus: nam trahens debet esse contiguum, aut tracto, aut resti, per quam trahit. Subiungit Ph. quod reliquę motionum species ad has ferme reducuntur, nam inspiratio, est attractio aeris constricto pulmone: expiratio autem expulsio aeris, extenso pulmone. Sicuti sputatio, est expulsio sputi: diuulsio vero est attractio radicum a terra, Grece est, spathesis. Quod aliqui putant dici ab spatha quod est ensis. Non tamen dicitur, nisi ab, spazo, quod est diuello. Et texio, est expulsio, et iactatio radij, quo deducitur filum. Horum enim [inquit] aliud est congregatio, aliud vero disgregatio: nam trahens, adiungit, & congregat vnum ad aliud: expellens autem, dimouet loco, quia trahens, tenet se ex parte termini ad quem, pellens autem ex parte termini a quo. ¶Vertigo autem, seu circularis motus componit quodammodo ex pulsu, & tractu. Si fingas enim punctum in circunferentia rotę circulariter latę, videbis illud dimoueri a pūcto fixo in spatio, quasi inde expulsum, & rursus reuerti in illud quasi illuc tractum. ¶Colligit ex dictis quod si vectio non est per se motus: sed consistit in alijs, & vertigo constat ex pulsione, & tractione, per pulsionem & tractionem iudicandum est de reliquis. Quod autem in his duobus mouens & motum debent esse simul, probatur: nam de motu tractionis iam dictum est in eius definitione, quod trahens est simul cum tracto, nam si quis trahit lapidem fune, est contiguus funi, & funis lapidi. Et de pulsione, quę est impulsio, idem est etiam manifestum, quod semper pellens, & pulsum sunt simul. Et idem patet de expulsione, seu de pulsione, cuius minor erat apparentia: nam saltem in principio motus expellens debet tangere expulsum. ¶At vero quia id, quod expellitur, & iactatur, vt sagitta, quando actu mouetur, non apparet tunc simul esse cum mouente, quod permansit in termino a quo, amouet Philo. hunc scrupulum, dicens proiectionem fieri per hoc quod aer pulsus a sagitta velocius mouetur, quod esset motus eius naturalis: & ideo aer ipse ita velociter motus defert secum sagittam, vt libr. 4. textu 68. exposuimus. Et ideo etiam tunc mouens & motum sunt simul. Durat enim motus quandiu durat motus ille velocior deferens.

Pulsio.

Vectio.

Tractio.

Vertigo.

Proiectio

At vero

Textus. xj. At verò neque inter alteratum & alterans, quippiam medium est. hoc autē manifestum est: ex inductione. In omnibus enim simul esse accidit alterans vltimū, & primū: quod alteratur. Quale enim alteratur: ex eo quia sensibile est. Sensibilia autem sunt quibus differunt corpora a se inuicem, vt grauitas leuitas, durities, mollities sonus, silētium albedo, nigredo, dulcedo, amaritudo, humiditas, siccitas, densitas, raritas & horum media. similiter autem & alia, quæ sub sensibus sunt. quorum est & calor, & frigus. & leuitas, & asperitas. Hæc enim sunt passiones subiectæ qualitatis. His enim, differunt sensibilia corpora: aut secundum horum aliquid magis & minus, & quia partiuntur aliquid horum. nam quia calefaciunt, aut frigefiunt, aut dulescunt, aut amaricantur, aut secundum aliquid aliud prædictorū similiter & animata corpora, & īanimata, & animatorum quæcunque partes sunt inanimatæ.

¶ Subsequenter commento. xi. eandem conclusionem demonstrat inductione facta in motu alterationis materialis: nam in subsequenti prosequitur id ostendere in alteratione quodammodo spirituali. Ait ergo, neque in alteratum & alterans quippiam esse medium, sed esse semper simul agens & patiens. Attamen quoniam contingit causam non per se statim agere, sed per aliam intermediam, moderatur conclusionem, vt sit intelligenda de vltimo alterante, & primo alterato. Nam ignis dum calefacit eum, qui propesedet, nō est vltimum agens respectu hominis: neque homo, primum eius patiens: sed ignis est vltimum agēs respectu circunstantis aeris, qui primum ab ipso patitur: aer vero est vltimum agens respectu hominis, atque homo vicissim, primum eius patiens [quale enim alteratur] sunt qui hanc puteut esse per se rationem distinctam, at gratius forsan cohęret textus, si hoc non legatur nisi tanquam explicatio inductionis: nam quia dixerat manifestum hoc esse ex inductione, commemorare pergit singularia omnia, quę alteratione mutantur. Etenim cum materialis alteratio, motus sit ad generationem & corruptionem, fit vt corpora proprie alterentur secundum sensibiles qualitates, quę sunt in tertia specie qualitatis, dicunturque passiones, ac possibiles qualitates, vt sunt qualitates quatuor primę, per quas substantię pricipue permutantur, dissoluuntur, ac generantur & alię pręterea secundę, que ex illis conflantur, quasi ex generatione consequentes vt albedo, dulcedo. &c. Huiusmodi autem qualitates quoniam obiecta sunt propria sensuum, nullo vno nomine significātius comprehenduntur, quam si dicantur sensibilia. Atqui indè dicuntur qualitates passibiles, seu patibiles, vel quia secundum illas corpus in quo sunt, afficitur, vel quod sensibus passiones ingerunt: vt in prędicamento qualitatis mōstratum est. Et hoc est quod ait, quam alterari ea ratione quia sensibile est. Non enim docet, nihil alterari, nisi sit sensibile animal: alteratur enim & lignum: sed quod nihil alteratur, nisi quatenus aliqua sensibilium qualitatum afficitur. Atque hanc conclusionem hoc patefacit syllogismo. Corpora nō alterantur, nisi illis qualitatibus, quibus a se inuicem differunt, nam alterantis intensio est ex dissimile simile facere differunt autem corpora secundum sensibiles qualitates, quales sunt, grauitas, leuitas &c. ergo secundum easdem alterantur corpora. Cum autem subdit. Hęc autem & horum media, puta pallidum & viride, sunt passiones subiectę qualitatis idem ait, quod subalteratę species sub genere qualitatis: vt pote ad tertiam eius speciem pertinentes. Hęsitabit autem quis forsan sonum, qui fit in aere, non esse qualitatem, secūdum quam fiat primo & per se alteratio quoniam nō est dispositio ad generationem, neque generationem consequens, sed congignitur ex corporum collisione. Respondendum est ergo, quod fortasse Arist. non loquitur de sono in actu quoniam vel nulla est qualitas pręter motionem aeris, vel non durat nisi durante in aere motu: sed loquitur de sonabili, sicut de orabili, & visibili, quę est qualitas rei durę, tersę, & politę ex temperamento caloris cum puro hūmido enascens hęc namque per alterationem fit, velut reliquę secundę qualitates. At quoniam dixerat sensibilia corpora his qualitatibus differre dicunt tēperat nā aliquando nō differunt corpora secūdū horū contrarietatē, sed secūdū magis & minus, vt ignis differt ab aqua secūdū calidū & frigidū: sed ab aere, secūdū magis & minus calidū: siue id sit qualitate innata, siue ab extrinsecus recepta. Aqua quippe buliēs a seipsa dū naturali viget tēperamento, calore differt. Et ideo ait, quod differunt corpora, aut secundū magis & minus harum naturalium qualitatū, aut quia aliquid horum patiuntur scilicet dum forinsecus calefiunt, dulcescunt vel amaricantur &c. (Similiter & animata corpora &c. At vero quoniam sensibiles nuncupauerat, huiusmodi qualitates, nequis eum sinistre intelligeret quod cogitaret illas esse proprias animalibus sensibilibus, subiungit illas etiā esse communes rebus inanimis calescunt enī & frigefiunt &c. inanimata, sicuti & animata. Quin vero & animaliū partes insēsibiles, sicut sensibiles. Sūt etenim in animali partes sensibiles, vt oculi, & caro, vbi sedes est tactus, & alię pręterea insensibiles vt capilli, & vngues, & ossa, quę pariter partes eiusdem qualitatibus subīde immutatur.

Atque etiam ipsi sensus, alterantur. patiuntur enim actus enim ipsorum, motus est. per corpus patiente aliquid sensu. secundum quæ igitur inanimata alterantur, & animata secundum hæc omnia alterātur, secundum autem quę Textus. xii.

animata

animata alterantur secundum ea non alterantur in animata secundum enim sensus: non alterantur & latet in animata cum alterantur. Nihil autem prohibet & latere inanimata, cum alterantur quando nõ secundũ sensus accidit ipsis alteratio. Si igitur sensibiles passiones sunt, per has autẽ alteratio est hoc iam manifestum est ꝙ patiens & passio sunt simul & inter hæc medium nihil est. Huic enim aer est continuus: aeri autẽ coniungitur corpus. & superficies quidem ad lumen: lumen autem ad visum. similiter autem & auditus & odoratus: admouẽs ipsos primũ eodẽ aũt modo: simul & gustus & sapor est.

¶ Cum enarrauerit quemadmodum corpora secũdum sensibiles qualitates primo ⁊ per se alterentur, materiali alteratione, sermonem extendit ad sensus ipsos, qui ab eisdem sensibilibus qualitatibus patiuntur, in quibus res latentior est, quã in rebus inanimis, propterea, ꝙ eiusmodi alteratio spiritualis est quodãmodo, vt pote media inter intellectionem ⁊ alterationes inanimatorum. Intellectio enim cũ non fiat per corporea organa, non est simpliciter passio, sed quodammodo passio, vt habetur. 3. de aĩa: sensatio vero, quia fit per organũ corporale, vsqꝫ adeo est passio, vt fiat nõnunquã cum aliqua sensus affectione reali, ⁊ lesione. Attñ non est pure materialis: quia realis albedo nõ recipitur in oculo, sed eius species. Igitur cum dixi et animata corpora suo gradu alterari sicuti inanimata ⁊, partes sensibiles animalis, sicuti insensibiles, declarat in hoc textu. 12. quo pacto sensus patiantur. Qm̃ inquit, actus ipsorum fit per motum, dũ sensus aliquid patitur ab obiecto, puta sẽsibiles species. Unde colligit secundum oẽs qualitates, secundum quas patiuntur inanimata, patiuntur quoqꝫ animata etiam in partibus sensibilibus, quę vtiqꝫ calefiunt pariter ⁊ infrigidantur sicuti lapides eo ꝙ ex iisdem elementis sunt commixta: attamen non conuertitur, vt secundum omnia, secundum quę alterantur animata, alterentur etiam inanimata, qm̃ inanimata non sentiunt. Accipit. n. hic animatorum nomẽ non vt cõplectatur plantas, sed pro animalibus. Unde fit, vt rẽ inanimatã sua lateat alteratio: qꝛ non recipit illã, sicuti animal, suam (Nihil aũt ꝓhibet.) Neqꝫ vero, inquit prohibet, vt ⁊ ipsum quoqꝫ animal lateat aliquando sua alteratio qñ illã non recipit secũdum partẽ sensibilẽ, in qua sit sanguis, non eñ sentimus quãcũqꝫ alterationẽ quę fit in capillis [si igitur.] colligit conclusionẽ ꝙ si qualitates omnes patibiles, sensibiles sunt, ⁊ secundum eas fit alteratio, non solũ in subiectis, quibus realiter percipiuntur, verũ in sensibus dum earũ speciebus informantur: ⁊ huiusmodi omnes alterationes fiunt per contactum agentis ad passum colligitur, vt agens, ⁊ patiens sint semper simul (huic. n. aer est continuus.) supponit exemplum, vt res magis ac magis clarescat, idemqꝫ in sensibus, vbi res non est adeo peruia. Et ideo illi, quos supra notauimus qui volunt non inductionem, sed ratiocinationem hic facere Aristotelẽ, dicunt argumentari a minori ad maius hoc pacto. Huic puta sensui aer est continuus. i. attiguus: aeri autem coniungitur corpus, nimirum sensibile: ⁊ ideo corpus, ⁊ aer sunt simul. sicuti aer ⁊ sensus: igitur si in sensibus, vbi minor erat apparentia agens ⁊ patiens sunt simul fortiori ratione colligitur: vt in rebus animatis agens quoque ⁊ patiẽs sint simul. At vero forsan [vti dicebamus] non hanc rationem intendit Aristoteles sed persequitur deductionem vsque ad res magis reconditas. Incipit aũt (vt ait Simpli.) a tractatu dicẽs Huic hoc est tactui calescentis aer est contiguus, ⁊ illi, corpus puta ignis. Deinde procedit ad visum indicando, quo pacto superficies alba terminatur ad lumen. s. ad lucidum aerem, per quem multiplicantur species. aer vero ad visum. similiter autem est auditus, ⁊ odoratus admouens ipsos. primum nimirum ad aerem per quem deducuntur sensibilium species.

Similiter. & in inanimatis & in sẽsibilibus. & id quod augetur etiam & augẽs Appositio. n. quędam est augmentatio, quare simul sunt: & quod augetur & augens. Et diminutio quoque. diminutionis autem causa est, ablatio quædã. Manifestum est igitur quod inter mouens vltimum, & quod mouetur primum, nihil est in medio cõsistens eius, quod mouet, & eius quod mouetur. Textus. viij.

¶ Prosequitur in hoc textu idem ⁊ de augmento ⁊ decremento demonstrare, concludit tñ prius vniuersaliter propositionem de alteratione, dicens ꝙ similiter vt in sensibilibus monstratum est, vsu quoqꝫ venit ⁊ in rebus inanimatis, atque insẽsibilibus, dum alterantur. At in augmento res est compertior: nam augmentum, appositio quędam est partis ad partem: hęc aũt fieri non depręhenditur nisi agens passum contingat. Sed dubitas forte, non satis rem hic pandere Aristotelẽ. nam duplex est auctio: quędam proprie dicta, quę fit ab interna forma ipsius rei auctę, propriaqꝫ est rebus animatis. Et in hac res est comperta: nam dum crescit planta, vel adolescit animal virtus augmentatiua coniuncta est rei auctę. Alia vero est auctio improprie dicta, quę est additio duarum rerum in actu: vt dum aqua infunditur aquę. Et in hac, licet monstret Arist. quod agens. acceptum pro parte addita, sit simul cum re que augetur, non tamen id probat de vero agente, quod additionis est causa. Et potest quidem remotus homo infundere aquam in dolium, quod non tangit. Respondetur ergo ꝙ vel loquitur Arist. de auctione proprie dicta, vel ꝙ proliquido relinquit, ꝙ etiam dum fit auctio impropria, agens tangit passum vel per se. vel per intermedia. Parimodo diminutionis causa est, inquit ablatio quędã: ablatio non fit: nisi ab agente quod rem attingit, ex qua fit ablatio. Concludit ergo tandem, in vniuersum agens vltimum ⁊ primum patiens simul se contingere vbicunque fit actio.

Caput

## CAPVT. III.

Textus. ix. QVOD autem ea quæ alterantur omnia, à sensibilibus alterantur, & solum horum alteratio est, quæ secundum se dicuntur pati ab his, ex his considerabimus.

¶ Sic solet Aristotel. aliam ex alia ordiri disputationem. In capi. proximo inter demonstrandum, agens ⁊ patiens esse simul inductionem fecit de alteratione: ⁊ quia illa dixit per se primo fieri secũdum sensibiles qualitates ostendere in hoc capi. prosequitur, secundum illas solas corpora per se primo alterari secundum autem alias qualitates species minime. Et hoc est, quod proponit in hoc. 14. textu.

Textus, x. Aliorum.n. maxime vtique quis existimabit: in figuris, & formis, & habitibus, & in horum remotionibus, & acceptionibus alterationem esse videtur enim esse alteratio: non autem in his. sed fiunt cum quædam alterantur: hæc nam densata, aut rarefacta, aut calefacta, aut frigefacta materia. alteratio autem non est. id enim ex quo forma statuæ est non dicimus formam. neque id ex quo figura Pyramidis est, aut lecti, sed denominãtes hoc quidem æneum, illud vero terreum, aliud autem ligneum, quod autem alteratur dicimus æs enim humidum esse dicamus, aut calidum, aut durum. & non solum sic, sed & ipsum humidum & calidum, æs æquiuoce dicentes cum passione materiam. Quoniam igitur ex vno quidẽ forma & figura. & quid factum est æquiuoce non dicitur cũ figuris, que ex illo sunt, quod autem alteratur cum passionibus æquiuoce dicitur, manifestum est quod in solis sensibilibus alteratio est.

¶ In .10. vero id facit manifestum in quarta specie qualitatis. Ait quippe ꝙ aliarũ specierũ a tertia maxime vtique quarta ⁊ prima tales existimari possunt. vt secundum eas fiat etiam ⁊ primo ⁊ per se alteratio: propterea ꝙ idem manens subiectum apparet in diuersas figuras subinde disponi, atq; diuersis habitibus informari. Nam de secunda specie, que est naturalis potentia, non erat tanta dubitandi occasio. idcirco ꝙ res eadem non variatur secundum naturalem potentiam, vel impotentiã quũ cum hmoi potẽtię rei naturam cõsequãtur nõ variãtur nisi rei mutata natura. Probat autem ꝙ neq; secundũ figuram ⁊ formã, quę quarta est species qualitatis fiat per se primo alteratio: idq; tribus rationibus. Pręsupponatur prius tamen discrimen inter figuram, ⁊ formam: quod quidẽ nõ est reale sed respectiuũ tãtum ⁊ rationis. Etenim figura dicit respectum ad terminationem rei est.n. figura quę tẽo vel terminis clauditur vt circularis figura ⁊ angularis: forma vero dicit respectum ad subiectum ipsum: est eñ forma illud, qd dat rei esse specificũ. Et accipitur hic pro artificiali forma a qua res denominatur, ⁊ domus, ⁊ scãnum .⁊c. est ergo quantitas figurę ⁊ formę proprium subiectũ vnde in re artificiata eadẽ res sunt figura ⁊ forma ratione differentes. Ratio ergo prima est hęc. terminus primus alterationis non est figura, vel forma, sed alius prius accidens, vt densitas, aut raritas: ex coertitione nãq; partiũ ⁊ dilatatione variãtur rei tẽi atq; adeo figura ⁊ forma densitas aũt ⁊ raritas sunt secundę qualitates ab infrigidaatione ⁊ calefactione profectę: ergo ad figurã non est per se primo alteratio sicuti ad proprias passiones substantię nõ est per se primo generatio, quoniam primus generationis terminus non est nisi homo. Et hoc est quod ait fiunt hęc puta figura ⁊ forma: cũ quędam alterantur. nam densata materia ⁊c. consequuntur: sunt eñ illa ablatiui casus. [id enim ex quo forma statuę est] subiungit secundam rationẽ quę sumitur ex ratione predicãdi qualitatẽ de subiecto. In illis qualitatibus secũdũ quas est per se alteratio, quale denominatur de subiecto, ⁊ conuersim subiectum de ipso quali. dicimus enim quod ęs est durum ⁊ ꝙ hoc durum est ęs: ⁊ ꝙ lignum est molle, ⁊ ꝙ molle est lignũ: in figuris vero ⁊ formis non predicatur figura de subiecto, neq; econuerso. non enim dicimus, ꝙ ęs est statua, vel ꝙ statua est ęs, sed nominatiue, ꝙ est ęnea vel lapidea, vel lignea: dicimus tamen, ꝙ ęs est effigiatum: ergo ad figurã ⁊ formã non est per se alteratio. Perspice rationem discriminis. Quando res proprie alteratur, eadem omnino manet: hoc est eñ alterari, vt idem manens subiectum fiat, qualitatem mutet: ⁊ ideo idem manens recipit denominationem suę qualitatis: cum aũt figura ⁊ forma mutatur, variãtur rei termini, ⁊ ideo non prorsus manet eadem res, sed mutatur quodãmodo substantia: quapropter non fit conuersim prędicatio de subiecto in recto, sed denominatiue predicatur subiectum de re. vt dicatur figura est ęnea quasi ex ęre facta, non autem ęs. Sicuti homo non dicitur terra, sed terrenus: quia ex terra factus. Itaq; hęc denominatio ęneum, dicit mutationem quãdam substãtię ęris. In summa subiectum qualitatis, secundum quam fit alteratio, est subiectum in quo, sed tamen subiectum figurę, vel formę est subiectum ex quo. Nisi quando figuram denominatiue expressis: non eñ dices, ꝙ figura triangularis est in ligno, sed quod fit ex ligno, licet lignum in triangulare. Quod autem ait (ęquiuoce dicẽtes cum passione materiam) sic intelligito, ꝙ sicut accidit lapidi vt sit durum, ⁊ ideo concedimus, ꝙ lapis est durus, ita accidit duro, vt sit in lapide: nam potest esse in alia materia. quocirca concedimus: ꝙ durum est lapis. Sed tñ quia hoc, accidere non est vno, sed diuersis modis: alia quippe ratione qualitas accidit subiecto ⁊ alia subiectum ipsi quali. ait ꝙ ęquiuoce conuertuntur: ergo si hęc reciproca prędicatio non cõtingit figuris cũ suis subiectis, fit, vt non in illis, sed in solis sensibilibꝰ qualitatibus fit per alterationẽ Sed rogas, nũquid ⁊ figura, ⁊ forma sensibilia per se sunt? Omnino sunt: veruntamen communia vt patet. 3. de anima. tex. 64. Arist. autem, vult in solis

Figura et forme.

solis proprijs esse per se alterationem: sicuti ad substãtiam est generatio, & augmentatio ad quãtitatẽ

Textus. xvj.

Amplius & aliter inconueniens est dicere enim hominem alteratum esse, aut domum ,quæ accipit finem ridiculum est, si perfectionem domus pariẽtem, aut tegulam dixerimus alterationem esse, & cum parietibus clauditur domus, aut tegula tegitur, alterari domum.

¶ Tertia rõ est: figura, & forma sunt rei cõplemẽtũ & finis, sicut in substantialibus, ita in artificialibus forma.n. domus est cõplementum domus, vnde sortitur speciem: esset autem deridiculũ dicere ꝙ hõ aut res quęuis alia alterat̃, dum cõplementũ & ꝑfectionẽ suã sucipit. Profecto rõ est ingeniosa: nã alterari pręsuppont iã cõplemẽtũ rei ergo cũ recipit figurã & formam potius dicit̃ perfici ꝙ̃ alterari Ecquis enim diceret, domum alterari, dum vel parietes eriguntur, vel tecto tegitur: & non potius perfici, & absolui? Sicut dum ęs liquęsit alteratur quidem sed dũ infusum exit in statuã, potius dicit̃ efformatũ, qua alteratum. Et est optima analogia inter formas substantiales, & accidẽtales: qm̃ cum forma & figura consequũtur quãtitatẽ, quę est accidens, substantię omnium proximum, fit vt inter omnes qualitates forma sit: quę rei speciem maxime demonstrat vt etiam in plantis apparet. Vñ fit vt artis, quę naturam inquantum potest imitatur proprium sit formas inducere, quę sunt rerum naturalium imagines. Et ideo, sicut homo non dicitur terra, sed terrenus, quia ex terra plasmatus ita neq; figura est ęs, sed ęnea: quia non tam in materia fit proprię ꝙ̃ ex materia. Qui cõtẽdũt figurã non esse rem distinctã a subiecto, nouerint Ari. hic hr̃e cõtrarium. Et pręterea saltẽ loquẽdi stylũ corrigãt: vt lʒ idẽtice cõcedãt, ꝙ lignũ est res, q̃ est statua formaliter tñ non admittãt, lignum esse statuã

Textus. xvij.

Manifestũ aũt est ꝙ alteratio: nõ est in iis, quæ fiunt, neq; eñ in habitibus habitus.n. virtutes & vitia sunt: virtus aũt oĩs, & vitiũ: eorũ sunt, q̃ ad aliq̃d sunt, sicut sanitas quidẽ calidorũ & frigidorũ cõmensuratio q̃dã est, aut eorũ q̃ sunt intra, aut ad continẽs. Similiter aũt & pulchritudo, & robur: eorũ sunt, quæ ad aliquid sunt: dispositiones.n. quædã eius q̃d pręstantissimũ est ad optimũ sunt dico aũt pręstantissimum, ꝙ conseruat, & disponit circa naturã. Quoniã ergo virtutes quidẽ & vitia sunt ad aliquid hæc autem neque generationes sunt neque ipsorum est generatio, neque omnino alteratio, manifestum est, quod non est omnino ipsa alteratio circa habitus.

¶ Quod de figuris & formis efficit, id de habitibus [quę prima est species qualitatis] demonstrat: nempe in illis non esse per se primo alterationẽ: idque ratione, q̃ superiori simillima est. Probat id autẽ prius in habitibus corporis quales sunt sanitas fortitudo robur &c. Habitus huiusmodi in quadã cõmensuratione plurium consistũt vt sanitas in debita ꝓportione & complexione calidi & sicci, frigidi & humidi: sicuti ęgritudo in contraria disproportione pulchritudo aũt in quadam mẽbrorũ colorũque dispositione robur aũt in neruorum ossiumq; & accidentium iuxta habitudinẽ hę aũt habitudines relationes q̃dã sunt ad quas (vt li.5. monstratũ est) nullus est per se motus: sʒ cõsequũtur tros motus ergo ad hmõi habitus nõ est per se primo alteratio Atqui qđ de habitibus audis, id & de dispositionibus sentito qñdoquidẽ habitus & dispositio hac sola rõne differunt, vt ille difficile sit, hęc aũt, facile amouibilis. At vero nõ sic legẽdus hic tex. est, vt intelligantur hõi habitus hoc ipsum, qđ sunt esse ad aliquid, alias eorum substãtia non esset qualitas sed relatio cũ tñ sint spẽs qualitatis. Sed q2 depẽdẽt ex aliorum relatione & habitudine, non est ad istos habitus per se alteratio: quinuero per modũ relationis consequũtur calores, aut colores aut alia id genus accidentia. Fit ergo hinc consequẽs apud Ari. sanitatem esse qualitatẽ distinctã a rectificatis humoribus: qñdoquidẽ ad hos est per se alteratio, non ad illam. Quod autem ait sanitatẽ esse cõmẽsurationẽ calidorum &c. aut eorũ q̃ sunt intra, aut ad continẽs, sic Cõment. exponit, vt noĩe cõtinẽtis intelligat circũstãtẽ aerẽ: vt sanitas cõsistat in habitudine internorũ humorũ qua resisti possit cõtinẽti aeri, ne aĩal corrũpat. Et sequũtur eũ Albert & Simpli. Appositio aũt vr̃ expositio S. Tho. vt nomine cõtinentis intelligat̃ corpus ip̃m, vel natura animalis. Sanitas eñ consistit in legitima humorũ proportione secundum naturã & spẽm ipsius animalis. Illud nãq; tẽperamẽtũ, ꝙ leoni esset salubre, esset homini pestilẽs & nocuum. Neq; animalis sanitas ęstimar̃ debet per respectum ad aerem quinimo econuerso aer dicit̃ sanus vel insalubris per ordinem ad aĩal. (Dispositionis.n.) Hic probat primã illã assumptã hoc syllogismo. Habit⁹ est dispositio eius, ꝙ secundũ substãtiã perfectũ est ad id qđ est ei optimum, puta ad exercendas naturales operationes, quę sunt suppositi fines hmõi aũt dispositiones cõsistunt in tali cõmensuratione: ergo & habitus in eadẽ cõsistũt. Commen. hic nõ exprimit hunc sensum ex hac litera. sed ait ꝙ pulchritudo & sanitas & robur consistunt in certa proportione humorum vel colorum &c. quę quidem iudicari habet, & mensurari penes vnũ ꝙ intelligatur sanissimum, vel pulcherrimũ vel robustissimum, & laudatissimum in illo genere animalis. At profecto aberratio est hęc a mente Aristotelica. haud enim per se consistit sanitas mea in habitudine ad sanissimũ hominem, sed in habitudine ad exercendas meas naturales operationes, in quo opere positus est finis optimus naturalis: accidit mihi tamen ꝙ assimiler sanissimo. Quem quidem sensum ipse protinus Ari. patefacit dicens. Dico aũt pręstãtissimũ qđ conseruat & disponit circa naturam. Metuẽs.n. ne quis nomine pręstantissimi, animal intelligeret ꝙ suum finem esset etiã assequutum, ait nõ sic intelligere, sed quod habitus est dispositio suppositi, quod secũdum naturã perfectionem habet substãtialẽ, dispositio inquã ad exequẽdum id quod optimum sibi est, puta vitalia naturę munera. Est si quidem

quidem habitus, qui bonum facit habentem, et e-
ius opus bonum. Igitur ad sanitatem non est per
se primo alteratio, sed ad calorem, vel frigus, in
quorum temperamēto cōsistit. Et similiter de aliis
dicendum

Textus. xviij. ¶Neque igitur: circa animæ virtutes &
vitia, virtus enim perfectio quædam est
vnumquodq;. n. tūc maxime perfectū
est, cū adeptum est propriam virtutem
& maxime secundum naturam. vt cir-
culus tunc maxime secundum naturam
est cum maxime circulus est. vitium au
tem, corruptio horum & remotio est.

¶Post habitus corporis ad eos, qui sunt animę
descendit vt in illis similiter demōstret, non esse
per se primo alterationem, idq; prius in moralibus
ac mox in intellectualibus. Atqui primū tex. hoc
18. substernit fundamentum hoc. virtus animę per
fectio quędam eius est: tunc. n. vnumquodq; maxi
me est perfectum cum adeptum est propriā virtu-
tem eam maxime quę est secundum naturam: vt ho
mo illa ętate perfectus est, qua gignere sibi simile
potest & munia cuncta explere homini naturalia.
Probat id autem exemplo, figura. vt circulus qñ
maxime circulus est, puta quando vnica linea sic
circunducitur, vt vniuersę lineę a centro ad circun
ferentiam sint ęquales, tunc quidem habet perfe
cte naturam circuli quia habet formam, quę est vir
tus circuli. Pariter ergo anima quando est ada-
musim secundum rationem disposita, tunc est per
fectissima secundum naturam: id autem obtinet
qñ habitibus actiuis virtutū est maxime imbuta:
vitium autem est perfectionis corruptio, puta ho-
rum habituū abiectio. Super hoc fundamentum
extruit Commen. rationē hanc. Virtus animę est
eius perfectio: perfectio autem rei consistit in in-
diuisibili: non est enim circulus magis minusue
perfectus, quia perfectio est finis & forma rei, quę
consistit in indiuisibili: ad indiuisibilem autem for
mam non est per se motus, vt lib. 5. monstratum est
eo q motus successionem dicit: non est ergo per se
primo alteratio in habitu animę sed in passioni-
bus, quę prius sedantur. Hęc autem ratio appelli
non potest ad malitiam, seu vitium, quod non con-
sistit in indiuisibili: eo q corruptio virtutis mul
tis fit modis. & ideo S. Tho. ad rem propius acce
dit dicens q intendit Aristo. similem rationem il-
li tertię quam de figura & forma pręmiserat: vt po
te q cum habitus sit perfectio rei velut figura, si
cut ridiculum est dicere, aliquid alterari, dum effi
giem aliquam & formam artificialem acquirit, per
ridiculum sit dicere, q anima, cū virtutem acqui-
rit, alteretur, aut dum vitio illam perdit sed perfi
citur tunc potius aut corrumpitur quoniam alte
ratio rem perfectam supponit, & illa salua fit: mu-
tatur enim res de albo in nigrum eadem seruata
At vero si planum Aristo. sensum rimari volumus
nullam in hoc textu absoluit rationem, sed tantum
pręfigit, assumitq; vnam pręmissam, puta quod vir
tus sit rei perfectio vitiumq; eius corruptio, super
quā textu sequenti syllogismum construat.

Textus. xix. Fit igitur cum alteratur quippiam,
& acceptio virtutis & vitii abiectio, alte
ratio tamem horum neutrū est. Quod
aūt alteretur aliquid, manifestū est. vir-
tus enim aut impassibilitas quædā est,
aut passiuum sic vitium autem passiuū
aut contraria passio virtuti. Et intotum
moralem virtutē in voluptatibus & tri
stitiis esse accidit. aut enim secundū ac
tum, voluptas est. aut per memoriā aut
per spē, ab ipso est, aut enim similia pas-
si sumus iis, qui reminiscuntur volupta
tis, aut similia patiemur sperantibus.

¶Conficit ergo in hoc textu. 19. rationem ex supe
riori supposito, eādem similem illi, quam de habitu
corporis instruxerat. Argumentum est hoc. Sicut
virtus corporis est perfectio illius ad operandum
sic & moralis virtus animę: ergo sicut illa consistit
in commensuratione humorum, aliorumue acciden
tium complexione & ideo per se non fit sed conse-
quitur ab illorum accidentium acquisitione, sic &
acceptio virtutis vitijque abiectio, & econuerso vir
tutis abiectio fit quidē dum alia alterantur. i. cōse
quitur ad passionem temperamentum, vel distem-
peramentum, non tamen per se primo fit in illa al
teratio (Quod autem alteretur aliquid &c) Osten
dit, quę sit illa pręcedens alteratio, ad quam conse
quitur virtus vel vitium. Ubi notandum est, quod
secundum Stoicos virtus consistit in quadam im
passibilitate, hoc est, in omnimoda passionum om
nium extinctione: aiebant enim in sapientem, hoc
est, in studiosum, nullam cadere passionem neque
minimam quidem: secundum autem Peripateti
cam veritatem virtus non propellit omnem passio
nem sed illas sedat attēperatque vt sint rationi ob
temperantes, quinimo fortitudo nōnunquam vti
tur ira, & misericordia, suam quoq; habet commise
rationem, & hoc est q ait. Virtus, aut impassibili
tas quędam est, aut passiuum sic hoc est passionum
moderatio. Igitur secundum Stoicos ad virtutem
nō est per se alteratio, sed fit in passionum abiectio
ne, ad quam illa consequitur At secundum Aristo
telē res est lucidior fit enim virtus, pręuia altera
tione, hoc est, mitigatione passionum sensus, in quo
sensus proprie est alteratio: illis autem compositis
& pacatis, consequitur virtus. Et pariter ex exces
su passionū subsequitur vitium. In summa virtus
& vitium in anima, id sunt, quod sanitas & ęgritu
do in corpore: adeo vt vitia morbi quoq; dicantur,
& ęgritudines animę. Et hoc est quod ait. In totū
id est vniuersaliter, moralem virtutem (ad differen
tiam intellectualis) voluptatibus & tristitiis esse ac
cidit: versatur enim in huiusmodi passionum mode
ramine seruando. Subiungit id autem explicatius
nam voluptas aut secundum actum, puta de pręs-
senti captatur aut ex pręteritorum memoria, aut
ex spe in futurum, & pariter nos męror occupat de
malo vel quod pręsens est, vel cuius memoria pre-
mimur vel cuius torquemur metu. Fit ergo, vt in
virtute & vitio non sit primo per se alteratio, sed in
pręcurrentibus passionibus ex quibus virtus viti
umque resultat.

At vero neque in intellectiua parte Textus. xx.
animæ, est alteratio. sciens enim maxi-
me ad aliquid dicitur.

Hoc

Hoc autem manifestum est. secundum nullam enim potentiam motis, fit in nobis scientia: sed cum extiterit quiddam. ex ea enim, quæ est secundum partem experientia: vniuersalem accipimus scientiam. Neque igitur actus: generatio est. nisi quis & respectionem & tactum, generationes dicat. tale enim est: actus. Quæ autem est à principio acceptio scientiæ: neque est generatio, neque alteratio. Nam quia quieta est, residetque anima, sciens fit, & prudens. Vt igitur neque cum dormiens excitatus est aliquis, aut ebrius esse desijt, aut ægrotans reualuit, factus est sciens, quãuis prius non poterat vti, & secundum scientiam agere, sed abeũte perturbatione & ad constitutionem veniente mente inerat potentia ad sciẽtiæ vsum sic, vtique huiusmodi aliquid fit id, quod est a principio in scientiæ existentia. perturbationis enim: quies quædam est & residẽtia. Neque igitur pueri possunt quid dicere, neque iudicare, neque iudicare sensibus: similiter atque seniores. multa enim perturbatio circa ipsos fit: & motus. sedantur autem & desinunt perturbari: aliquando quidem à natura, aliquando vero ab alijs. In vtrisque autem his alterari aliquid accidit. sicuti cum excitatur, & fit vigilans ad actum. Manifestum est igitur, quod alteratio in sensibilibus est, & in sensibili parte animæ. In alio autem nullo: nisi secundum accidens.

¶ In textu deniqꝫ. 20. postremoque huius capituli concludit, neque in virtute intellectuali esse primo & per se alterationem. Ubi tamen apparentior erat dubitandi ratio: quandoquidem scientia non consequitur commensurationem aliorum accidentium, sed ingignitur per specierum acquisitionẽ. Utitur autem rationibus tribus. Ad quarum intellectum supponatur, ꝙ vbi res per se est ad formam suapte natura disposita, tunc sine vlla ratione, illam recipit subito. vt si materia prima per se daretur omni forma nuda, absque vlla alteratione reciperet formam substãtialem cum suis proprijs accidentibus: tametsi agens naturale illam non posset producere, quia habet pręscriptum modum generãdi vnum per alterius corruptionem. exemplum tamen est in aere qui proprie non dicitur alterari, dum illuminatur, sed perfici. Intellectus vtique suapte natura est appositus ad scientiam. Hęc autem est adęquatio ipsius rem. Et ideo scientia est relatiuum, non quidem secundum esse, vt eius substantia sit esse ad aliud, alias non esset qualitas, sed secundum dici: quia nequit diffiniri, nisi per ordinem ad subiectum. Prima ergo ratio Aristotelis est. Scientia, quę est habitus vniuersalis, non fit in nobis, secundum aliquam potentiam motis, sed per hoc, ꝙ res ipsę extrema mutantur, quibus intellectus assimilatur, vtpote dum res nobis pręsentes fiũt, ex quarum particularibus experientijs, sensuum intellectus colligit vniuersale; ergo ad ipsum habitum intellectus non est per se alteratio, sed consequitur ad motum rerum ipsarum, cuius est adęquatio. Sicuti si speculo parieti affixo diuersę subinde res obijciantur, speculum quidem non alteratur, per hoc, ꝙ diuersas imagines recipiat, sed res ipsę quę permutãtur. Quod si tibi animus non quiescat, propterea, ꝙ illa specierum receptio in intellectu sit alteratio quędã, ne cogites id negare Aristotelem, sed docet, ꝙ vera & realis mutatio non in acquisitione sciẽtię est, sed in rebus ipsis objectis: in sensibus autem fit passio quędam, sed tamen spiritualis, vt supra declaratum est, veruntamen cum conditionibus materialibus, hic & nunc. Res autem corporeę non agunt in intellectum, nisi mediante eius lumine, quod est agens quędam virtus abstrahens a phantasmatibus vniuersales species, quarum receptio proprie non est passio, sed perfectio & illuminatio: vt diximus de aere. Ob idq; in. 3. de anima. nõ concedit, quod intelligere sit pati, nam pati dicit disconuenientiam rei, sed quoddam pati, hoc est perfectionis receptio (neque igitur actus). Subdit rationem secundam de actu scientię, quę est consideratio secundum habitum. Et ꝙ actuale hoc iudicium non sit alteratio, eleganter profecto probat: quia ille potius est vsus ipsius formę iam habitę, ꝙ noua receptio: sicuti respicere & videre, nõ est alteratio videntis, sed vsus specierum, quę iam sunt in oculo. Neque tangere est alteratio tangentis, nisi quatenus calore, aut frigore lęditur. Huiusmodi enim vsus sensuum non sunt generationes, hoc est accidentium conquisitiones, quibus fiat alteratio ergo neque vsus scientię. (Quę autem est a principio) prima ratio fuit de acquisitione nouę scientię simpliciter per experientiam nouarum rerum absque consideratione acquirentis: sit ne puer, an vir. Et secunda de actu. Tertiam ergo adhibet de initio conquirendi scientias in illo iuuene, qui antea per ętatẽ non erat potens addiscere. Et alludit hic ad Platonem in Thimeo, vbi docebat iuuenes, eo ꝙ perturbationes affectionũ patiuntur, non esse ad scientias aptos. Sunt enim tunc sensibus nutantes: ac fluctuãtes & ideo sicut neque in aqua, dum turbida est, quo ad sedimenta in fundo consideãt, neque dum venticulo motatur vllus in ea figitur radius solis, sed verberat, sic iuuenibus non insident scientię, quovsque foeculentia illa passionum serenetur, & clare rationem permittat; illam ergo primęuam scientię genituram poterat quis arbitrari fieri per alterationem qua passiones illę attenuantur, & abolentur: & ideo refutando ait Aristote. ꝙ neque illa, quę a principio fit acceptio scientię, alteratio est, aut generatio. Et ratio est hęc. Quietatio, pacatioq; animi non est eius alteratio, dicenda, nam alteratio potius commotionem dicit: illa autem mitigatio passio-

num, quietatio est animi: ergo scientia, quę consequitur, nō est alteratio. Subdit exempla in dormiēte, ⁊ in ebrio. ⁊ in ęgrotante, in quibus humorum turba dominatur, vsum impediens scientię quibus abeuntibus affectionibus, qui excitatur ⁊ sanus est, ⁊ mentis compos, vtitur sua scientia. Neque vero idcirco dicitur alterari, sic potius alterabatur, dum erat ęgritudine pręditus, ⁊ videtur hic Aristote. ad Platonis dogma de scientia alludere, est enim mos eius, vt anteꝗ̄ suam constituat opinionem, secundum Platonem loquatur, ⁊ suā sententiam de scientia nō docuit vsq; ad libros de anima. Fuit autem Platonis opinio, ꝙ anima infunditur corpori, scientijs insignita, sicuti creati sunt angeli, sed passionum offusione interclusus est earum vsus. Et ideo dicebat, nostrum scire, esse quoddam reminisci. Et propterea dixit Aristote. ꝙ scientię, neque est alteratio, neq; generatio, comparauitq; adeo pueros sapientibus, cum dormiunt, aut ebrij sunt, in quibus propter oppilationem cerebri sopitos habent habitus. Aristote. autem posuit animā tanꝗ̄ tabulam rasam, quę postea scientijs depingitur. Secundum cuius opinionem dicendum est, scientiam non esse per se alterationem: eo ꝙ intellectus non patitur proxime a sensibilibus, sicuti sensus: sed adminiculo ꝓprię virtutis illuminatricis perficitur. Requiritur autem in pueris alteratio ad abigendas passiones seruandamq; mentem: vt in calce textus declarat, dicens. Neque igitur pueri ⁊c. Hęc autem serenatio fit, inquit, tum a natura, quia pueri bene nati, ⁊ ingenio aucti ꝑ exercitium ingenium expoliunt, ⁊ colunt, tum etiam ab alijs: nempe studio, doctorumq; ope ⁊ opera adsuti. Quod autē de pueris audis, id ⁊ de ętate prouectioribus censeto, quandiu corruptis, impurisq; affectionibus obruūtur: pręsertim impudicitia lubricę carnis: a quibus nisi expurgentur, offuscantur, ne sciētijs sint accōmodi. (Manifestum est igitur) concludit deniq;, ꝙ alteratio in rebus sensibilibus est, vt puta in rebus cunctis corporeis, ac materialibus: ⁊ pręterea in sensibili parte animę, nimirum in sensibus: in habitibus vero, ⁊ figuris, et formis, non item: nisi secundum accidens: quia ad aliorum alterationem consequuntur hęc.

## QVINAM MOTVS SINT comparabiles.

## CAPVT. IIII.

Textus. xxj. Dubitabit autem aliquis, vtrū omnis motus omni cōparabilis est: an non. ¶Si igitur omnis comparabilis est, & æque velox est quod in æquali tempore per æquale mouetur: erit circularis quędā æqualis rectæ & maior etiā, & minor. ¶Amplius alteratio, & loci mutatio quædam, æqualis erit: cùm in æquali tempore aliud alteratum sit, aliud vero latum. erit ergo passio, æqualis longitudini. sed impossibile est. At ergo cum in æquali tempore per æquale mouetur, tunc æque velox est, æqualis autem non est passio omnis, longitudini. quare non est alteratio: loci mutationi, æqualis, aut minor. Quare non omnis comparabilis est.

¶Secundum membrum huius, vt in initio dicebamus, in comparatione motuū positum est. Etenim cum pręcipua huius libri intentio sit agere de ordine, ⁊ comparatione mobilium ⁊ mouentium, scilicet, ꝙ omne, quod mouetur, ab alio mouetur, opportunum erat de comparatione etiam motuum dicere. Discutitur ergo in hoc. 4. capit. 14. textus habente, inter quos: vtrum motus esse possit velocitatis comparatio: ⁊ in quinto, qualiter sit comparatio hęc pensanda. In text. ergo hoc. 21. proponit statim philosophus dubitationem in genere, vtrū quilibet sit motus cuilibet comparabilis. Et arguit ad vtranq; partem. Formatque a parte negatiua duas rationes. Prima, fit in motibus eiusdē generis. Si omnis motus localis cuicunq; locali esset comparabilis, sequeretur, ꝙ linea circularis: ⁊ linea recta essent pariter longitudine comparabiles. Quod falsum esse videtur, cum comparatio fiat in rebus eiusdem speciei, ⁊ tamen circularis linea, ⁊ recta differunt, specie. Sequela tamē probatur. Si motus ęque velox est, qui tempore ęquali per ęqualem lineam fit, ⁊ motus, qui fit per lineā circularē, ⁊ ꝗ fit ꝑ lineā rectā, sunt ęquales: linea recta ⁊ circularis erunt ęquales. Et ꝓportionabiliter probabitur, ꝙ linea circularis pōt esse maior, aut minor, ꝗ̄ recta: nam motus velocior est qui tēpe ęquali fit ꝑ maiorē lineā, ⁊ idcirco si circularis motus in eodem tēpore est velocior, circularis linea erit longior, ꝗ̄ recta: si vero tardior, erit minor.
¶Secunda ratio fit in motibus diuersorum generum. Si quiuis motus, cuius esset comparabilis, sequeretur, ꝙ qualitas esset comparabilis loco. Detur enim motus localis ęque velox motui alterationis. Tunc cum motus ęque veloces, sint illi, qui ęquali tempore per ęqualia fiunt ⁊ motus localis, ⁊ alterationis sint ęque veloces spatium locale, quod transitur motu locali, est ęquale qualitati, quę motu alterationis acquiritur: consequens tamen est falsum: nam passio nulla esse potest ęqualis longitudini, aut maior, aut minor: ergo neque alteratio ęqualis esse potest lationi locali.

In circulo autem, & recta: quomodo accidet? Inconueniens enim est, nisi sit in circulo. similiter aliquid moueri: & hoc super rectam, sed confestim necesse est: aut velocius tardius. vt si hoc decliue sit: hoc autem accliue. Textus. xxij.

¶In tex. 22. arguit a parte affirmatiua. s. ꝙ motus rectus, ⁊ circularis, sint comparabiles. Dicens, in circulari ⁊ recto quomodo accidet, scilicet, eruntne comparabiles an non? Et subdit inconueniens esse dicere, ꝙ in circulo non similiter aliquid mo-

uetur

ueatur, id est, ęque velociter, vt super lineā rectā. Et pretendit hanc rationem. Motus circularis, ꝛ motus rectus sunt duę differentię motus localis, veluti ascensus ꝛ descensus: sed ascensus ꝛ descensus comparantur in velocitate: nam motus terrę deorsum velocior est: q̃ eius motus sursum: imo forsan q̃ ascensus ignis: quia grauitas potentior est ad secandum aerem, q̃ leuitas: ergo pariter motus circularis ꝛ rectus sunt comparabiles.

Textus. xxiij. Amplius, nihil differt in ratione: si quis dicat necessarium esse cōfestim velocius aut tardius moueri. erit em̄ maior & minor: circularis, recta. quare & æqualis. si enim in. A. tempore: hoc quidem lineam. B. transit, illud vero lineā. C. maior erit linea. B. linea. C. sic enim quod velocius est: dicebatur. ergo si & in minori æquale: velocius est. quare erit aliqua pars. A. ipsius in qua. B. circuli partem æqualem transibit: & ipsum. C. in toto. A. lineam. C.

¶ In text. 23. excludit cauillationē. si quis diceret motum circularem comparabilem esse cum motu recto secundū maiorem, aut minorem velocitatem (vt ꝙ motus primi mobilis sit velocior descensu grandinis) non tamen secundum velocitatis ęqualitatem. Arguit enim propoꝛtione, ꝙ si duorū mobilium in eodem tempore. s. A. vnum decurrat lineam. B. circularem, alterum vero. C. rectam, ꝛ illud, quod mouetur per. B. velocius mouetur, necesse est vt. B. circularis linea longior sit q̃. C. nā vt libro. 6. text. 11. dictum est, velocius in tempore ęquali transit maius spatium: at vero eadem ratione (vt statim illic subiungitur) velocius in minori tempore transit ęquale, ergo dabilis est pars temporis. A. in qua illud mobile, quod mouet per. B. transeat portionem circuli ęqualem rectę lineę. C. ꝛ per consequens, si circularis motus ꝛ rectus cōparantur in maiori, vel in minori non sit, vt comparentur etiam in velocitate ęquali.

Textus. xxiiij. At verò si sunt cōparabilia: accidit, id quod nuper est dictum, esse æqualē rectam, circulo. sed comparabilia non sunt. neq; igitur ipsi motus. ¶ Sed quæcunq; non sunt æquiuoca: omnia cōparabilia sunt. veluti cur comparabile nō est: vtrum acutius sit stylus an vinum, aut nete? Quia enim æquiuoca sunt: nō comparantur. sed nete ipsi paranete cōparabilis est: quoniam idem significat acutum in vtrisque. ergo non idē velox: hic & ibi. multo autem adhuc minus: in alteratione, & loci mutatione.

¶ Text. 24. duas habet particulas. In priori iterū repetit obiectionem primam ad partem negatiuā s. ꝙ si circularis motus ꝛ rectus essent comparabiles, sequeretur ꝙ lineę ipsę circularis ꝛ recta essent comparabiles: quod tamē falsum esse videtur, cum non sint eiusdem speciei. ¶ Occasione huius, in secunda parte textus ostendit illa, quę non sunt ęquiuoca, cōparabilia esse: quę tn̄ sunt ęquiuoca, non esse comparabilia. Ut quia acutū ęquiuoce dicitur de quantitate, de sapore, ꝛ de voce. s. de stylo, vino ꝛ nete, quę est prima chorda lirę, non dicitur stylus acutior vino, aut vnum acutius nete: nisi forte per metaphoram: dicitur tn̄ nete acutior quam para nete id est prima chorda acutior quā secūda: quia acutum dicitur de illis vniuoce. Pari modo videt (ait philosophus) ꝙ motus circularis ꝛ rect⁹ non sunt comparabiles. ¶ Secunda hęc pars textus initium est secundę partis totius capituli: in qua respondet ad principalem quęstionē: quippe cum hic in genere pręmittit tria requisita, vt res aliquę si sint inuicem comparabiles.

Textus. xxv. An primum quidē hoc non verum est: ꝙ si non sint æquiuoca, comparabilia sunt. Multū idem enim significat in aqua & aere: & comparabilia nō sunt. si autem non duplū quidē, idem (duo em̄ ad vnum) & non comparabilia sunt.

Tria requisita vt res sint comparabiles.

¶ Quoniam vniuersaliter enuntiauerat, quęcunq; non dicuntur ęquiuoce comparabilia esse, obijcit de eo quod est multum, qđ videtur dici vniuoce de aqua ꝛ aere, ꝛ tn̄ non videtur dici secundū comparationē de illis. Quod si quis hęsitauerit de nomine, multum saltem, inquit, duplum vniuocę dr̄ de illis: vt enim pugillus aeris ad suam medietatem duplus est, ita ꝛ aquę pugillus ad suam, ꝛ tamen non dicitur comparatiue: nam cum esse duplū consistat in indiuisibili, nulla res est magis dupla, q̃ alia. Dubitationē hāc, de multo, exponit. S. Tho. ꝙ alicui posset apparere, multum, propter suā communitatem, non dici vniuoce de aere ꝛ de aqua, veluti duplum. Non tamen intelligo quare propter communitatem non dicatur vniuoce: nisi propter rationē, quā explicabimus statim tex. sequēti: q̃ tn̄ similiter habet duplo. Forte verisimilius est ꝙ nō ponit Phil. differentiam inter multum, ꝛ duplum quantū ad id, quod est vniuoce dici, sed quantum ad hoc qđ non est tam euidens, multum, non dici comparatiue: siquidem aliqua dicūtur alijs plura (quod est cōparatiuū, de multum) sed duplum, euidentissimū est non recipere magis aut minus.

Textus. xxvj. An & in his eadē ratio? etenim multum ęquiuocū est. sed quorūdā: & rationes æquiuocæ sunt. vt si dicat aliquis ꝙ multum est tantum. & ad huc aliud tantum & æquale ęquiuocum: & si vnum quidē forte fuerit, confesim æquiuocum si autem hoc: & duo.

¶ Respondet in text. 26. negando, ꝙ multum: aut duplū, vniuoce dicatur de aqua ꝛ de aere. Imo dicūtur ęquiuoce vt dictum est de acuto, ꝛ respectu styli ꝛ vocis. ¶ Ubi notandum est, ꝙ multum, dupliciter dicitur, vno modo relatiue, vt opponitur pauco: quod etiam quantitati continuę conuenit: dicimus enim ꝛ multam, ꝛ paucam aquam. Alio modo accipitur, vt opponitur contra, vnum, quod proprie non conuenit nisi quantitati discretę: con-

tinuum enim est vnum: quod si diuidatur in duo vel plura, fit multa. Et rursus notandum est ꝙ nomen: multum, si consideretur mathematice vt abstrahit a rebus naturalibus, non est ęquiuocum qꝛ in genere significat excessum, quicunq; sit ille: si autem accipiatur vt significat naturas rerum naturalium, tunc quodammodo ęquiuoce dicitur de aqua ⁊ de aere. Est enim aer ratione quantitatis multus respectu aquę: quia sub magna quantitate continet paucũ materię: aqua vero ecõuerso rõne materię dicitur multum respectu aeris: quia sub parua quantitate continet multũ materię. Ait ergo Philosophus, ꝙ multũ est ęquiuocum: sed quorundam .i. nõ in genere ⁊ mathematice, sed in ordine ad res naturales. Et rões .i. diffinitiones multi in aere ⁊ in aqua sunt ęquiuoce (ꝙ si dicat aliqs ꝙ multũ est tm̃ ⁊ aliud tantũ) alludit ad secundam acceptionem de multũ, vt opponitur vni: dicitur enĩ pugillꝰ aquę .v.g. multa respectu pugilli aeris, quia continet vnum ęquale materię ad materiam aeris, ⁊ aliud tm̃, imo decuplũ, quia ex vno pugillo aquę fiunt decem aeris. Ait vero, ꝙ si ęquale ⁊ vnũ ęquiuocũ est fit vt ⁊ duo ęquiuocũ sit. Quod est dicere, si dentur aqua ⁊ aer sub eadẽ quãtitate, aqua erit duo rõne materię respectu aeris imo erit decupla, si vero dentur aqua ⁊ aer, quę habeant eandẽ multitudinẽ materię, tunc aer rõne quãtitatis erit decuplus ad aquã. Atq; adeo, multũ, sicuti, tuplum ⁊ decuplum, vt concernunt res naturales, quodãmodo dicuntur ęquiuoce de aqua ⁊ aere.

Textus. xxvij. Quoniam propter quid alia comparabilia sunt, alia vero non: si vna quidem est natura? an quia sunt in alio primo susceptiuo? Equus igitur & canis, comparabilia sunt: vtrum albius. In quo enim primo idem est superficies, & magnitudo similiter. aqua autem & vox non. in alio nanque.

Requisitũ secundum. ¶ Post primũ requisitũ ad cõparationem nempe, ꝙ ea, quę comparantur, non debẽt ęquiuoce significari illo nomine, in cuius significato fit comparatio, subdit in hoc text. 27. ꝙ hoc non sufficit: sed secundum requisitum, ꝙ forma, in qua fit cõparatio recipiatur in eodem primo subiecto. Interrogat ergo, cur non oĩa, quę vniuocantur in eadẽ forma eiusdẽq; naturę cõparationem recipiunt. Et respõdet, quia in alio sunt primo receptiuo, equus enim ⁊ canis comparantur in albedine: quia albedo nõ solum est forma eiusdem naturę in vtroq;, sed est in eodem primo subiecto, puta in superficie. Et pariter comparantur in magnitudine: quę est eiusdem naturę ⁊ recipitur per se primo in substantia, a qua tamen, ⁊ vox non comparantur in magnitudine, qꝛ magnitudo, licet sit eiusdem rationis, tamen magnitudo a qua est per se primo in eius substantia .i. attenditur secundum extensionem materię ⁊ formę: magnitudo vero soni, est in sono, quę est qualitas non enim est magnus sonus propter magnitudinem aeris in quo recipitur: sed propter vehemẽtiam motus, quo corpora colliduntur, aut propter magnitudinem, aut alias qualitates corporum collisorum, a quibus efficitur, ⁊ ideo neq; aqua est maior sono, neq; sonus ꝙ̃ aqua.

Textus. xxviij. An manifestum est, ꝙ erit sic quidẽ: omnia vnum facere. In alio autem dicere vnumquodque esse: & erit idem æquale, & dulce, & album, sed in alio.

¶ Subsequenter intendit adiungere tertiũ aliud requisitum vt aliqua sint cõparabilia, nempe ꝙ forma illa, in qua fit cõparatio, sit eadẽ natura. i. eiusdẽ speciei specialissimę. Ob idq; arguit, ꝙ neq; secunda conditio sufficiat, duabus rõnibus. Ad intellectionem primę notato ꝙ differentia specifica formarum non attenditur penes subiecta diuersa, in quibus recipiuntur: albedo enĩ ⁊ dulcedo lactis in eodẽ sunt primo subiecto .s. in quantitate, differunt tñ penes diuersas dr̃ias contrahentes genus: differentia vero numerica attenditur penes diuersa subiecta, vt differunt albedo vnius lactis, ⁊ albedo alterius. Ait ergo, ꝙ cõparatio debet fieri in eadẽ natura, vt tamẽ sit eadem natura, non sufficit, ꝙ sit forma in eodem subiecto primo. Alias, inquit, esset omnia vnum facere .i. omnes formę essent eiusdem speciei: sed solum differrent penes subiectum, in quo sunt, ⁊ ita q̃titas, dulcedo, ⁊ albedo essent vna natura rõne solius subiecti differentes: qđ est falsum: nam licet sint in eodẽ (vt in lacte) differũt spẽ. Forsan reprehendit hic Platonẽ, qui solũ ponebat dr̃iam materialẽ ex parte subiecti ⁊ nõ ponebat genus contrahi per diuersas dr̃ias. Sed sicut indiuidua eiusdẽ speciei nõ differũt, nisi rõne diuersarum materiarum in quibus recipitur idea hoĩs, ita genus diuidebatur secundũ Platonẽ in species: qꝛ erat vna natura recepta in diuersis speciebus, sed quia ideę specificę erant perpetuę, non ponebat ideam generis separatã ab speciebus, sicuti ponebat ideã perpetuã speciei separatã a corruptibilibus indiuiduis. Aristo. vero nõ ponit dr̃iam specierum, ꝑpterea genus tanq̃ vna natura recipiatur in illis, sed quia contrahitur per differẽtias, vt tex. 31. peramplius exponetur. Quia nullam ponebat ideam generis: sed tantum ideam specificam receptam in diuersis indiuiduis.

Requisitũ tertium.

Genus secũdũ Platonem.

Textus. xxix. Amplius susceptiuum non quoduis est: sed vnum vnius primum. Sed non solum oportet comparabilia non æquiuoca esse: sed & non habere differentiam, neque in quo. dico autem, vt color habet diuisionem. Non ergo est cõparabile, secundùm hoc. vt vtrum coloratum sit magis album, quam nigrũ. hæc enim comparatum non secundum aliquem colorem: sed quatenus calor est, sed secundùm albedinem. ¶ Sic & circa motum: æquè velox. ꝙ in ęquali tempore moueretur per æquale, tãtum longitudinis, in hoc.

In specie fit comparatio.

¶ Tex. hic. 29. tres habet particulas. Prima est rõ secunda ad probandũ ꝙ requirit̃ identitas specifica formę. in qua fit comparatio. Et ratio est hęc. Ad comparationẽ requiritur idẽtitas subiecti primi, vt dicit secunda conditio: sed cuiuslibet formę est suũ per se primũ susceptiuum: ergo requiritur identitas specifica formę. Qđ siquis dubitet, non esse tot

esse tot propria susceptiua formarum, quot sunt formę: nam materia prima eadem suscipit omnes formas: & quātitas, omnes qualitates corporeas. Respondetur, ꝙ nomine, susceptiuum, non intelligitur solum subiectum, sed ipsum cum dispositionibus: quare aliud est susceptiuum formę hominis, & aliud formę equi. Aliudq; temperamentum primarum qualitatum ad albedinem requisitum, aliud vero ad nigredinem. ¶ In secūda parte textus colligit tres cōditiones necessarias vt res aliquę sint comparabiles: dicens, ꝙ comparabilia non solum non debent esse ęquiuoca, vt dicebat prima conditio, sed id, in quo fit comparatio, debet esse tale, vt non habeat differentiam (neq; quod). i. specificam sicuti genus distribuitur per spēs, vt dicit tertia conditio (neq; in quo). i. rōne subiecti primi, vt dicebat secunda. v.g. in genere coloris non fit cōparatio, sed in spē albedinis. Nil enim est alio magis aut minus coloratum, sed magis, aut minus albū, aut nigrū. ¶ In tertia particula, vbi incipit tertia pars huius capitis, & vbi aptior esset textus diuisio, applicat ea quę dicta sunt, ad motus: concludens ex dictis, ꝙ illi motus sunt proportionabiles qui sunt eiusdem spēi. Nā tales non dicuntur ęquiuoce motus, & proportionantur in velocitate, quę est forma specifica: & est in eodem primo subiecto, scilicet in quātitate. Et hoc est qđ ait. Motus ęque velox est, qui in ęquali tēpore mouet per ęquale tātum longitudinis (in hoc). i. in eadem specie.

Pars. 3. capituli.

Textus. xxx.

Si autem aliud quidem alteratū est, aliud verò latum: æqualis vè erit hæc alteratio, & æquè velox loci mutationi? Sed inconueniens est. causa autem quia motus habet species. Quare si quæ in æquali tempore lata sunt per æqualem longitudinem, æquè velocia erit æqualis recta & circularis. Vtrum ergo causa sit: quia loci mutatio genus sit, an quia linea genus? tempus enim idem semper in partibile specie. An simul illa specie differunt? etenim loci mutatio, species habet: si illud, super quod mouetur, species habeat. Amplius autem, si per quod. vt si pedes, ambulatio: si alæ, volatio. An non sed figuris loci mutatio alia est? Quare quæ in æquali tempore mouentur per eandem magnitudinem: æque velocia sunt (eandem autem: indifferentem specie) & motu indifferente specie.

¶ In tex. 30. perseuerat explicans, motus spē differentes nō esse cōparabiles. Et id primo in his, quę differūt gn̄re subalterno. Interrogās, vtrum alteratio & loci mutatio sint comparabiles. Et rn̄dent incōueniens esse dicere, ꝙ sunt comparabiles, eo ꝙ spē differunt. Quare alteratio neq; ęque velox est motui locali, neq; eo velocior, tardiorve. Idē subiūgit de motu locali circulari & recto, quę sunt spēs specialissimę. Et repetit eandē rationem, quam fecerat text. 21. Scilicet. Si motus circularis & motus rectus essent cōparabiles, sequeretur & lineas ipsas circularē & rectā, per quas fiunt, esse comparabiles: qđ falsum est, cū specie differāt. ¶ Pergit vero percōtari causam incomparabilitatis horum motuū: an videlicet causa sumatur ex parte ipsorū motuū, quia videlicet motus rectus & circularis differunt sub gn̄re motus localis: an vero causa sumatur ex parte magnitudinū, per quas fiunt, nempe, quia linea recta & linea circularis specie differunt sub genere quātitatis cōtinuę. Nā tēpus, inquit, in quo fiunt, causa esse non potest: qr tempus spēs est specialissima. An forte vtraq; sit causa. s. et dr̄ia specifica motuum, & dr̄ia magnitudinum nam si magnitudines, per quas fit motus spē differūt & motus specie differūt. Et hęc q̄uis ꝓponatur per modū interrogatiōis, est tamē quęstiōis respōsio: s. ꝙ vtraq; est causa incōparabilitatis: proxima quidem dr̄ia specifica motuum circularis & recti: remota vero dr̄ia linearum, per quas fiunt ex qua nascitur dr̄ia motuū. An forte tertia sit causa instrumentum, quo fit motus. Vt. v.g. progressio differat specie a volatu: eo ꝙ illa fit pedibus hic vero, alis. Cui respondet, instrumenta non esse sufficientem causam dr̄ię specificę motus, vt sint incomparabiles. Potest enim cursus ęqui velocitate comparari volatui auis: non enim differunt specie ratione motus, sed tanquam proprię passiōes diuersarum specierum animalium, vt lib. 5. q. 3. dictum est. Qđ autē sequitur an non? sed figuris &c. exponit Commentator, ꝙ ambulatio, & volatio non differūt, nisi solū secundū figuram, vt clausula illa adiungatur superiori, qua dictum est non differre spē. Melius tamē exponit S. Tho. vt sit sermo de motu recto & circulari. Quasi dicat, ambulatio & volatio, si vtraq; sit recta, nō differūt specie in ratione motus, sed motus illi, qui fiunt per lineas diuersarū figurarū: quales sunt motus circularis & rectus. Concludit ergo motus illos esse ęque veloces, qui fiūt per eandem magnitudinē in specie. i. vterq; per rectam, vel vterq; per circularem dummodo motus etiam sint eiusdem speciei, puta ambo locales. Et proportionabiliter dicantur de motibus augmentationis. Et pariter de motibus alterationis.

Causa incomparabilitatis.

Quare hoc considerandum est: quæ sit differentia motus. ¶ Et significat sermo iste: ꝙ genus nō vnum quid est, sed ob hoc latent multa. suntque æquiuocationum. aliæ quidem multum distantes, aliæ autem habentes quandam similitudinem. Aliæ vero propinquę, aut genere, aut similitudine rationis. Quapropter non videntur æquiuocatiōes esse, cum sint. ¶ Quando igitur altera est species? si idem in alio aut si aliud in alio? Et quænam diffinitio, aut quo discernemus ꝙ idem est albū & dulce, aut aliud: quia ne in alio videtur alterum, an quia omnino non idem.

Textus. xxxj.

¶ Elicit in primis verbis huius textus, ad iudicandum an motus sint comparabiles considerandum esse qualis inter eos sit differentia. Si enim

sit generica, vt inter alterationem ⁊ motum localem, aut specifica, vt inter motum rectum ⁊ circularem, non sunt comparabiles. Si vero accidentaliter differant in quantum motus, vt volatus ⁊ cursus, ij sunt comparabiles. ¶Elicit secundo ex dictis, ꝙ genus non est simpliciter vna natura, quod erat tertium requisitum ad comparationem. Sed latēt, inquit, in genere multa. Cuius rationē egregie profecto tradit. S. Tho. nempe, ꝙ species sumitur a forma vltima, quę est simpliciter vna existens in rerum natura. At species humana sumit ab anima rationali: quę vnica est ⁊ in supposito, ⁊ equina, ab anima equi. Non tamen est in homine pręter animam rationalem alia, a qua sit animal: sed animal: dicit vnū gradū sensitiuū, qui sola operatione intellectus abstrahitur a formis omnium animalium. In genere ergo latere multa. est, ꝙ nō sit vna forma generis, sicut est vna forma speciei. ¶Sed notandum est hic, ꝙ Phi. non ait in genere latere ęquiuocationes, vt solet a nonnullis citari, sed latere multa. Annuit vero hoc esse quoddā genus ęquiuocationū, nō tamē adeo proprium vt canis. Quēadmodū, in prędi. capi. 1. explicatū est. Et hoc est, quod ait hic. Aequiuocationum alię quidē sunt multū distantes, vt canis, qđ est ęquiuocum a casu, significans marinū ⁊ latrabilē non ꝓpter aliquē gradum naturę aut ꝓportionē: alię vero sunt minus distantes, vt analoga, quę non conueniunt simpliciter in aliquo gradu naturę, sed in proportione. vt sanū significat animal ⁊ vrinam. Tertius gradus est impropię ęquiuocatiōis: vt in genere: quod quāquā significat vnū gradū indifferentem omnibus speciebus, non tamen in rę reperitur secundū eandē perfectionē in illis. Sensitiuū enim nō est ita perfectum in equo, q̄ in homine: qꝛ sensitiuum in homine est ab anima rōnali. Et pariter nec corporeum, est tā perfectū in equo. Unde propter similitudinem, inquit rationis. i. ꝓpter vnum gradum generis abstractum per intellectū non apparet ęquiuocatio specierū: cum tamen sit quodāmodo. Quo fit, vt si daretur vna anima sensitiua in homine pręter rationalē (vt dicebat Ocam) tunc genus diceret vnā naturā, sicut species: ⁊ pariter si esset vna forma corporeitatis, vt opinatur Scotus. ¶In tertia parte textus, quasi colligens superius dicta, percontatur. Unde ergo sumenda est differentia specifica naturarum? vtrum ex hoc ꝙ vna natura generis recipiatur in alio. i. in alia et alia specie. Quemadmodum natura specifica petri differt numero ab alia, quia recipitur in alia materia. At dulcedo, vtrum differt specie ab albedine: quia natura coloris recipitur in diuersis, an differunt, quia omnino non sunt idem? Et hęc non solum est interrogatio, sed determinatio aduersus Platonem. differebat enim inter Platonem et Aristote. vt Commenta. 38. dicebamus, ꝙ Plato ponebat vnam naturam generis differentem per hoc solum, ꝙ recipiebatur in diuersis speciebus. Aristote. vero nō ponit vnicam naturam generis, sed vnum gradum, qui non inuenitur iure ęqualis in speciebus (vt modo dicebamus) sed solum ponit vnam naturam specificā, quę sumitur a forma. Et quia species exprimitur per definitionem, quę discernit vnam speciem ab alia, ait idem esse aliqua differre specie, quod differre definitione, idēq; esse aliqua esse eiusdem speciei ⁊ naturę, quod definitione conuenire, vt habetur. 5. meta. text. 12.

Tres gradus ęquiuocatiōis.

Ocam.

Textus. xxxij.

De alteratione autem: quomodo est æquè velox alteri altera? Si itaque est sanari alterari: est autem hunc quidem velociter, illum autem tarde sanari, & simul quosdam, quare erit alteratio ęque velox, in æquali enim tempore alteratum est. ¶Sed quid alteratum est? æquale enim hic nō dicitur, sed vt in quātitate æqualitas: ita hic similitudo. Sed sit idem ꝙ mutatur in æquali tpe: æque velox. ¶Vtrum ergo eo in quo passio: an passione oportet comparare? hic igitur quod sanitas eadem sit, est accipere: aut quod neque magis neque minus, sed similiter existit. Si autē altera passio sit, vt alteratur id quod dealbatur, & id qđ sanatur: his nihil inest idē, neq; æquale neque simile, vt iā hæc species faciūt alterationis. & non est vna: vt neque loci mutatio. quare considerādū est, quot sunt species alterationis, & quot loci mutationis. Si igitur quę mouētur specie differunt: quorū sunt motus secūdū se & non secundum accidens, & motus ipsi, specie differēt. si autem genere: genere. si vero numero: numero:

¶In text. 32. post cōparationē motuū localiū, prosequitur dicere de comparatione motuū alterationis. Motus enim augmentationis eo hic silentio pretermittitur, ꝙ eadē ferme est eorum rō quę motuū localium. Ut enim se habet spatiū in motu locali, se habet ⁊ quātitas in motu augmentationis. Quocirca, vt motus illi locales sunt ęque veloces quibus ęquali tēpore ęqualia spatia peraguntur inęquales vero quibus tēpore ęquali transeuntur inęqualia, ita ⁊ motus illi augmentationis sunt ęque veloces, quib⁹ tēpore ęquali acquirunt ęquales quantitates ⁊c. At vero de alteratione non est ita perspicua ratio. Ob idq; prius ostendit, ꝙ motus alterationis sunt comparabiles in velocitate. Experimur enim ex duobus ęgrotis alterum velocius sanari altero: alios vero simul. i. ęque velociter sanari. Cum ergo sanatio sit alteratio, sequitur vt alteratio alteri sit ęqualis: vtpote, quo tempore ęquali fit. ¶Mouet autem quęstionem penes quid attendatur ęqualitas alterationum, nam in motu locali duo requiruntur ad ęqualitatem velocitatis. s. identitas temporis, ⁊ spatiorum ęqualitas. Et proportionabiliter in augmentatione ęqualitas quantitatumq; acquiruntur. Quęrit ergo (sed quid alteratum est) id est quid est illud, quod acquirendum est tempore ęquali, vt alterationes sint ęque veloces. Nam dicere, quod debet acquiri ęqualis qualitas, ineptū est qm̄, ęquale, nō dicitur secundum qualitatem, sed sicut in quantitate est ęqualitas, ita ⁊ ī qualitate similitudo. Diffiniatur ergo, inquit, in genere, ęque velociter mutari. Ut sint illa, quę tempore ęquali mutantur siue localis sit motus, siue alterationis, aut quiuis

alius

alius. ¶ Hac suppositiõe facta quęrit philosophus. vtrum qñ motus duo alterationis comparantur in velocitate, comparare eos oporteat eo, ĩ quo est passio. i. ex parte subiecti, puta, ꝙ tanta, vel tanta pars vtriusꝫ subiecti sit in tali tempore alterata: an oporteat eos comparare iñ passione ⁊ qualitate quę acquirit̃: nã vtrũꝫ designatur, cũ dr̃ alteratũ esse. s. ⁊ subm̃, ⁊ passio. Ad quam quęstionẽ rñdet, vtriusꝫ habendã esse rõnẽ. Et primo passionis habenda est rõ, ⁊ quãtũ ad speciem, ⁊ quantũ ad intẽsionẽ. Exẽpli gratia, vt duę alterationes sint ęque veloces, opus primũ est, vt sint eiusdem speciei specialissimę: ⁊ hoc est quod ait (vt sit eadem sanitas.) Quare dealbatio ⁊ sanatio nõ sunt comparabiles in velocitate ęquali, cũ non sint eiusdẽ speciei. Veluti loci mutatio non comparatur cũ alteratione. Et rursus requirit̃, ꝙ eadẽ intensio acquiratur eodem tẽpore. Et hoc est qđ ait. (Nec magis nec minus, sed similiter existat.) Ex quibus colligit ad cognoscendã cõparabilitatẽ motuũ, considerandum esse quot sint species specialissimę alterationis, lociꝫ mutationis. Et hoc, inquit, iudicandum est ex his, quę mouentur. i. ex terminis per se motum: vt dictũ est. lib. 5. tex. 31. vt qr albedo, ⁊ nigredo, et sanitas differunt specie, dealbatio, ⁊ denigratio, ⁊ sanatio differant specie. Ex terminis inquam per se: nam quanuis aliquis ex cursu ruborem acquirat, alius vero pallorem, illi duo cursus nihilominus sunt eiusdem speciei, quia motus locales non sunt per se ad illiusmodi qualitates, sed per accidens. Quod dictum est alterationes differentes specie non esse ęqualitate velocitatis comparabiles. q. 2. disputatur.

Textus. xxxiij. Sed vtrum oportet ad pasionem respicere, si eadem sit an similis, si æque veloces sint alterationes, aut ad id, qđ alteratur: vt si huius quidem tale dealbatum, sit huius autem tantum, an ad vtrũque? Et eadem quidem, aut alia pasione: si pasio eadem sit. AEqualis autem aut in æqualis: si illud fit, in æquale?

¶ In text. 33. dissoluit priorem partẽ quęstionis: an s. sit habendus respectus ad subiectum. Et hoc est quod percontatur, vtrũ. s. ad solã passionem oporteat respicere ad iudicandum motus alterationis esse ęque veloces, an etiam oporteat respicere ad subiectũ. Et ait ad vtrũꝫ coniiciendũ esse oculum diuersimode tamen. Nã (si passio eadẽ sit). i. an motus alterationis sint eiusdẽ, an diuersarũ specierũ. id quidẽ iudicamus (eadẽ, vel alia passione). i. solũ ex parte termini. Nã oẽs dealbationes eiusdẽ spẽi sunt, siue magna siue parua pars dealbetur. An vero motus sint ęque veloces, id iudicamꝰ per quantitatem subiecti, quę alterata est in tali vel tali tẽpore. Hęc pressius in. qõ. 3. examinanda sunt. Tria enim pensanda sunt in motibus alterationis cum cõparantur in velocitate. Primũ, ꝙ termini alterationis sint eiusdem speciei, vt motus sint eiusdẽ speciei. Mox si comparatio velocitatis fit quo ad extensionem, requiritur, ꝙ tempore ęquali qualitates extendantur per ęquales partes subiecti. Si autem comparatio fit quo ad intensionem, requiritur vt ęquales gradus intensionis in vtroꝫ subiecto eodem tempore acquirantur.

Tria consideranda.

Textus. xxxiiij. Et in generatione autem & corruptione, idem considerandum est: quomodo æque velox generatio est, si in æquali tempore generetur idem & indiuisibile vt homo, sed non animal. Velocior autem: si inæquali. aliud. non em̃ habemus aliquod duorum, in quibus ipsa diuersitas: vt disimilitudo. ¶ Et si est numerus substantia: maior & minor numerus eiusdẽ speciei est. sed est innominatum quod commune est: & vtrumq; vt maior pasio, aut excedens magis, quantum autem maius.

¶ Tandem in text. 34. concludit quę sunt consideranda in motibus generationũ, vt cõparentur in velocitate. Vbi adnotandum est, ꝙ generatio, si accipiatur pro acquisitione formę substantialis, non est velocior, aut minus velox ꝙ̃ alia, quia non est motus, sed instantanea mutatio, vt lib. 5. text. 8. dictum est. Dupliciter tñ possunt comparari generationes in velocitate: vno modo quantum ad alterationem pręcedentem, quę est via ad generationem. Velocius enim generatur masculus, ꝙ̃ foemina in hominibus: nam embrio masculi animatur quadragesimo die: foemina vero sexagesimo. Et in seminibus ⁊ plantis propter diuersas temperies terrę aut aeris, põt celerior fieri, aut morosior germinatio. Et pręterea potest esse velocior, aut tardior extensio formę per totum subiectum: vt si homo incipit animari a corde, ⁊ successiue animetur. Ait ergo Phi. idẽ considerandũ esse in gñratione, qđ de alteratione dictũ est. Nẽpe, ꝙ illę duę generatiões sunt ęque veloces, quibus idẽ indiuisibile acquiritur eodem tpe. i. formę substantiales eiusdẽ speciei specialissimę: quę dicitur species atoma. i. indiuisibilis (vt hõ, ⁊ nõ, vt animal.) Licet em̃ vtraꝫ gñratione acquirat̃ forma animalis, nõ erũt cõparabiles: vt generatio hois, ⁊ generatio canis: sicuti neꝫ alteratio ad sanitatẽ, ⁊ alteratio ad albedinẽ. Id autem hic notato, ꝙ ad generationes esse ęque veloces, satis est, ꝙ formę sint eiusdẽ spẽi: nec requiritur vt sint ęque intensę, vt dictũ est de formis accidẽtalibus. nam formę substantiales, quia nõ recipiunt magis aut minus, cũ consistant in indiuisibili, satis est, ꝙ acquirantur eiusdẽ spẽi. Quod si acquirãtur in eodem tẽpore, generatiões erũt ęque veloces: si vero tempore inęquali, vbi forma acquiritur in minori tẽpore, tũc generatio erit velocior. Et hoc est, quod ait, ꝙ non habemus in generatiõe aliquid duorũ, in quibus, constituatur diuersitas inter formas substãtiales eiusdẽ speciei, sicut in accidẽtibus assignantur diuersi gradus intensionis, in quibus constituitur dissimilitudo. Hoc itidem quod ait generationes differentes specie non esse cõparabiles. q. 2. examinatur. ¶ In secunda parte huius textus, quia nuauerat perfectionem substantię non habere latitudinem, nec recipere magis aũt minus, introducit opinionẽ Platonis ⁊ Pythagorę, qui contrarium videantur asserere. Atqui Paulus venetus legit hanc literam, ac si Aristote. arguat contra Platonem: sed. S. Thom. existimat esse simplicem recitationẽ opinionis platonicę. Diximus em̃ lib. 1. commẽ. 48. ꝙ Pythagoras inter astrologos ęgyptios nutri-

nutritus, philosophabat per numeros. Autumans enim vnum, quod est principium numeri de genere quantitatis, idem esse cũ vno, quod conuertitur cum ente, ⁊ de omni substantia pędicatur, omnes naturas rerum censebat esse numeros quosdam. Et eadem erat opinio Platonis. Si ergo hęc litera inducatur tanquam recitatio opinionis, sic legitur. Si substantia est numerus, sequitur ꝙ in forma substantiali eiusdem speciei est dare maius et minus, scilicet, maior ⁊ minor numerus: quod ipsi concedebant. At cum arguebatur contra eos ꝙ substantia non recipit magis aut minus id negabant: sed dicebant non esse commune nomen impositum, sed esse innominatas illas differẽtias in substantia, quę nominatę sunt in qualitate ⁊ quantitate. Nam in qualitate intensior passio aut excellẽs, dicitur magis aut minus tale: in quantitate vero, maius aut minus. Hęc confitebantur illi. Si vero litera inducatur per modum arguẽdi, legatur sic, Si substantia esset numerus, sequeretur, ꝙ perfectio substantię haberet latitudinem maioris ⁊ minoris numeri: consequens est falsum: quia tunc reciperet differentias excellentię, licet non essent nominatę: sicut in qualitate ⁊ quantitate, cum tamẽ perfectio substantię consistat in diuisibili.

## DE REGVLIS SEPTEM comparationis motuum.

## CAPVT. V.

Textus. xxxv.

QVONIAM autem mouẽs mouet semper aliquid: & in aliquo, & vsque ad aliquid (dico autem in aliquo: quia in tempore: vsque ad aliquid autẽ: quia per quãtam aliquam lõgitudinẽ. semp enim simul mouet & mouit. quare quãtum aliquid erit, per quod motũ est & in quanto) si igitur. A est mouens. B. autem id, quod mouetur, per quam autẽ motum est longitudo. C. inquam autẽ tempus, in quo. D. in æquali igitur tempore: æqualis potentia ipsi. A. dimidiũ ipsius. B. per duplam ipsius. C. mouebit. Per lineam autem. C. in dimidio ipsius. D. sic enim erit analogia.

Regulę septem.

¶ Subsequenter postꝙ̃ visum est quinam motus sunt comparabiles, in hoc capi. 5. quod per textus quinqꝫ distribuitur, constituuntur septem regulę comparationis motuum. Ex hoc ergo text. 35. eliciuntur duę regulę. Quatuor enim, inquit, est in vnoquoqꝫ motu considerare. s. mouens, ⁊ id quod mouetur, ⁊ tempus in quo fit motus, ⁊ latitudinẽ spatij per quam fit motus. Loquitur enim de motu locali: ex quo facile sumitur aliorum iudiciũ. Et quidẽ, in motu physico necesse est, ⁊ mobile, ⁊ spatium tempus esse diuisibilia: propter quod dictum est in sexto text. 52. ꝙ ante omne moueri, pręcedit mutatum esse per minorem partem spatij in minore parte temporis. Et hoc est, quod ait hic (semper mouet ⁊ mouit). i. quod mouetur mouebatur. Et tex. 49. eiusdem lib. dictum est: ꝙ mobilis transeuntis per aliquod signum prius transit vna pars, ꝙ̃ alia. Secus est de motu angeli. Mouens autẽ physicum non est necesse semper esse diuisibile: vt patet de primo motore, ⁊ de intelligentijs. Loquitur hic tamen de mouẽte diuisibili. Sit igitur, inquit, A. mouens: id vero, quod mouetur, sit. B. ⁊ pars spatij, per quam mouetur, dicatur. C. tempus vero. D. tunc inquit, alia potentia ęqualis ipsi. A. mouebit dimidium ipsius. C. in eodem quidem tẽpore per duplum spatium, ad ipsum. C. sed per spatium. C. mouebit dimidium ipsius. B. in dimidio temporis ipsius. D. vtroqꝫ enim modo seruabitur eadem analogia. i. proportio. ¶ Duę ergo hinc colliguntur regulę. Prima per diuisionem mobilis ⁊ multiplicationem spatij, potentia ⁊ tempore manentibus ęqualibus. Si aliqua potentia mouet aliquam resistẽtiam per aliquod spatium in aliquo tempore, eadem, vel ęqualis potentia in eodem, vel ęquali tempore mouebit subduplam resistentiam per duplum spatium. Ratio est ꝙ qualis est proportio medietatis resistentia ad totam, talis est spatij ad spatium duplum. Regula. ¶ Secunda regula est per diuisionem mobilis ⁊ temporis, potentia ⁊ spatio inuariatis. Si aliqua potẽtia mouet per aliquod spatium aliquam resistentiam, eadem, vel ęqualis potentia per ęquale spatium mouebit subduplam resistentiam in subduplo tempore. Probatur: quia quanta est proportio totius resistentię ad medietatem, tanta est temporis ad tempus. Regula. 2.

Textus. xxxvj.

Et si eadem potentia idem in hoc tempore per tãtam mouet & per dimidiã in dimidio mouebit & dimidia virtus dimidium mouebit. in æquali tẽpore, per æquale. vt ipsius. A. potentiæ sit dimidia potentia. E. & ipsius. B. ipsum F. dimidium. Similiter igitur se habet & secundum analogiam: virtus ad grauitatem. Quare per æquale: & in æquali tempore mouebunt.

¶ In text. 36. constituuntur duę alię regulę. Tertia ergo est per diuisionem spatij ⁊ temporis, potẽtia ⁊ mobili inuariatis. Si aliqua potentia moueat aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, eadem, vel ęqualis potentia mouebit eandem resistentiam per dimidium spatium in dimidio tempore. ⁊ hanc tanquam per se notam relinquit. Nam qualis est proportio spatij ad spatiũ subduplum, talis est temporis ad tempus. Regula. 3. ¶ Quarta regula est ecõuerso per diuisionem potentię ⁊ resistentię, spatio ⁊ tempore inuariatis. Si aliqua potentia mouet aliquam resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, subdupla potentiam mouebit subduplam resistentiam per idem spatiũ in eodem tempore. vt si. A. potentia moueat. B. resistentiam per. C. spatium in. D. tempore, medietas ipsius. A. quę sit. E. mouebit similiter medietatem ipsius. B. quę sit. F. Nam similiter se habẽt hęc secundum analogiam, id est, proportionem. Nempe qualis est proportio potentię ad subduplam, talis est resistentię ad resistentiam. Regula. 4

Textus. xxxvij.

Et. si. E. ipsum. F. mouet, in ipso. D.

per

per lineam. C. non necessarium est in æquali tempore id in quo. E. duplum ipsius. F. mouere per dimidiam ipsius. C. Si igitur. A. ipsum. B. mouebit in ipso. D. per tantã quãta est linea. C. dimidiũ ipsius. A. in quo. E. ipsum. B. non mouebit in tp̃e in quo. D. neq; in aliquo ipsi⁹ D. p aliquid lineæ. C. secundũ ꝙ analogũ est ad totã. C. vt. A. est ad. E. Omnino enim si contigerit: non mouebit aliquid. si enim tota virtus p totam mouit dimidia nõ mouebit, neq; per quantam uis neq; in quantouis. vnus enim mouebit nauẽ si. nauẽ quidem trahentium diuidatur virtus in numerum & in longitudinẽ per quam oẽs mouerunt. Propter hoc Zenonis ratio non est vera, ꝙ sonet milij quæuis pars, nihil enim prohibet non mouere eum aerem, in vllo tempore quem mouit dum caderet totus modius neque itaque pars. tantum quantum mouebit cum toto: si sit per se, hoc mouet. neque enim vlla est nisi potentia in toto.

¶ In tex. 37. excludit duas alias regulas, quas falso quis posset elicere ex quarta. Cum enim dictum sit, ꝙ si aliqua potentia moueat resistentiam per aliquod spatium in aliquo tempore, subdupla mouebit subduplam ꝛc. posset quis inferre, (Regula. 5.) ꝙ eadem potentia mouebit duplam resistentiam, aut per dimidium spatium in eodem tempore, aut per idem spatium in duplo tempore, vt additio fiat ad resistentiam: ⁊ non ad potentiam. Quę tamen regula exceptionem tunc patitur, quando, multiplicata resistentia, potentiam mouentis vel ęquat vel superat, tunc enim potentia nullatenus mouebit resistentiam, nec per aliquod spatium, nec in aliquo tempore. Quoniam a proportione ęqualitatis, vel minoris inęqualitatis non fit actio. Si tamen multiplicatio resistentię non ęquaret nec excederet potentiam, tunc regula vera quidem esset. Et est numero quinta. Perseuerat ergo in exemplo quartę regulę, ꝙ si. E. medietas ipsius. A. mouet. F. medietatem ipsius. B. non est necessarium, vt ipsa virtus. E. moueat totum B. duplum ad. F. per aliquod spatium, quantumcumq; paruum, in aliquo tempore quantuncumq; magno: eadem ratione non est certa secunda regula, subtrahendo a potentia, ⁊ non a resistentia. Ut si. A. virtus (inquit philosophus) mouet resistentiam. B. per aliquod spatium in aliquo tempore, non est necesse, vt. E. medietas ipsius. A. moueat totam resistentiam. B. per aliquod minus spatium, aut in aliquo maiori tempore: quia poterit potentia tantum minui, vt adęquetur resistentię, aut superetur ab ea: ⁊ tunc non poterit eã mouere. Alias (inquit) homo posset mouere nauim, imo quantamcumque magnitudinem. Nam si decem homines [verbi gratia,] mouere possunt totam nauem, per aliquod spatium aliquo tempore, tunc, si teneret proportio, posset vnus homo mouere totam nauem, aut per subdecuplum spatium in eodem tempore, aut in tempore decuplo per idem spatium. Si tamen potentia diminuta semper excedit resistentiam, vera est regula: est quę numero sexta. ¶ Exempla harum regularum, quando verum habeant, quando vero minime, sic accipito. Si potentia vt quatuor mouet resistentiã (Regula. 6.) vt vnum per aliquod spatium in aliquo certo tempore, eadem potentia mouebit resistentiam vt duo per subduplum spatium in eodem tempore: sed tamen resistentiam vt quatuor nullatenus mouebit (Tria consideranda.) quoniam a proportione ęqualitatis non fit actio. Pari ratione si potentia vt quatuor mouet resistentiam vt vnum per aliquod spatium in aliquo tempore, potentia vt duo mouebit eandem resistẽtiam per subduplum spatium in eodem tempore: sed tamen potentia vt vnum nullatenus mouebit eam. ¶ Hinc colligit Phi. solutionem cuiusdam sophismatis Zenonis, quo arguebat, si modius milij cadens in terram sonum aliquem facit, granum per se cadens facit sonum, minorem quidem sono totius modij, ea proportione, qua granum minus est toto modio: erat enim musicus, qui ex proportione ponderum maleorum iudicabat proportionem sonorum. cui respondet Ph. fallax esse argumentum: nam potest esse tam minima moles, quę aut nõ diuidat aerẽ, vt vllus fiat sonus, aut ita sensim diuidat, vt non sit perceptibilis sonus. Neq; enim pars separata, tantum mouet, quantum coniuncta: quia quando est coniuncta, non est per se ens, sed potentia in toto.

Si vero duo, & vtrunq; horum vtrunque mouet per tantum in tanto: & (Textus xxxviij.) compositæ potentiæ compositum ex ponderibus per æqualem mouebunt longitudinem, & in æqualitempore, analogum enim est.

¶ In text. 38. subditur regula septima a diuisis ad coniuncta. Si duę sunt virtutes motiuę, quarum seorsum singulę singulas resistentias scilicet pondera moueant, per aliquod spatium in aliquo tempore, virtus composita ex ambabus mouebit aggregatum ex ambobus ponderibus per idem spatium in eodem tempore. Et ratio est, quia seruatur semper ꝓportio potẽtię ad resistẽtias. Ut si singulę potentiarum sint vt duo, ⁊ singulę resistentiarum vt vnum, ambę simul potentię erunt vt quatuor: ambęq; resistentię: vt duo: atqui quatuor ad duo eadem est proportio, quę est duorum ad vnum.

Nun igitur sic est: & in alteratione (Textus xxxix.) & in augmentatione aliquid enim est augens aliquid autem & id quod augetur: in quanto autem tempore, & quantum aliud quidem auget, aliud autem augetur. Et alterans, & id quod alteratur similiter. & aliquid & quantum secnndum ipsum magis & minus alterata sunt: & in quanto tempore.

¶In duplo duplum: & duplum in duplo. dimidium autẽ in dimidio tempore aut in dimidio dimidiũ, aut in æquali duplum. ¶Si vero alterans aut agens tantum in tanto aut auget aut alterat non necesse est & dimidium in dimidio, & in dimidio dimidium. Sed si contigerit. nihil alterabile, aut augmentabit, sicuti & in pondere.

¶In text. deniq;. 39. asserit easdem tenere regulas in aliis generibus motuũ. s. augmentationis, & alterationis, nam quemadmodum in motu locali considerantur quatuor. s. mouens, & motum, & tempus, & spatium: ita & in augmentatione sunt augens, et auctum, & tempus, & quantitas, quę accrescit. Et pariter in alteratione est alterans, & alteratum, & tempus, & qualitas, seu intensio, quę acquiritur. Et est notandum ꝙ quantitas quę acquiritur in augmentatione, & qualitas, quę acquiritur in alteratione, respondent spatio in motu locali. Tunc ait, ꝙ sicut dictũ est de motu locali ꝙ potẽtia, quę mouet aliquã resistentiam per aliquod spatium, in aliquo tẽpore, & eadem potentia mouebit eandẽ resistentiam: per duplum spatium in duplo tempore, vt colligitur ex tertia regula: ita si aliqua potentia auget aliquã rem per aliquã quantitatem, puta pedalem, in aliquo tempore scilicet. A. eadẽ potentia. si in duplo tempore augeat eandem rem, augebit ad duplã quantitatẽ: & econuerso, si augebit ad duplam quantitatem: id faciet in duplo tẽpore: & si in dimidio illius temporis. A. augeat, augebit per dimidiã pedalitatem. Res est clara. Nam qualis erit proportio temporis ad tp̃s, erit talis inter quãtitates, quę acquirũtur. Quare illud accusatiuum, duplum, non designat rem, quę augetur, sed quantitatem, quę acquiritur. Si vero potentia augens, vel alterans fuerit dupla, tunc (inquit) eãdẽ rem augebit in tempore ęquali per duplam quantitatem. ¶Subdit tandem falsas regulas, sicuti in motu locali. s. ꝙ si aliqua potentia alterat, vel auget aliquã rẽ in aliquo tẽpore non est necesse vt dimidiũ. s. illius potẽtię, augeat eandẽ rem in dimidio per dimidiam quantitatem. Nam si potentia diminuitur resistentia non diminuta poterit contingere, vt potentia & resistentia sint ęquales, vel potentia sit minor: & tunc nullatenus potentia augebit, aut alterabit resistentiam, vt de motu locali in sexta regula explicatum est. *propter unumquodque tale et illud magis: ut si homo propter patrem ergo pater magis homo. R. non generat [illegible] [illegible]*

Finis septimi Physicorum. *ingeneratum non est motum [illegible] quod generatur non est, quod non est non mouetur ergo ingeneratum non est motum*



# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouienſis, Theologi, ordinis Prædicatorum, ſuper Octauum Phyſicorum Ariſtotelis. Commentaria.

## QVOD DISPVTATVR an ab æterno fuerit motus. CAPVT. I.

Text. j. VTRVM autem factus eſt aliquando, motus, cùm non eſſet prius, & corrumpitur rurſus adeo, vt moueatur nihil: an neque factus eſt, neque corrumpitur, ſed ſemper erat & ſemper erit? & hoc immortale, & ſine quiete ijs ineſt, quæ ſunt: veluti vita quędam, quę ineſt natura ſubſiſtentibus omnibus. ¶Eſſe igitur motum omnes affirmant de natura aliquid dicentes: propterea quod mundũ faciunt & de generatione & corruptione eſt contẽplatio omnibus ipſis, quam impoſsiſibile eſt eſſe, niſi ſit motus. ¶Sed quotquot quidem infinitos mundos & eſſe dicunt, & quoſdam quidem fieri, quoſdã autem corrumpi mundos ſemper dicunt eſſe motum. neceſſariũ enim eſt generationes & corruptiones ipſorum eſſe cum motu. Quicunq; autem vnum & ſemper eundem, aut non eſſe ſemper: etiam de motu ſupponunt, ſecundùm rationem.

¶Ad huc vſq; peruentum nobis erat, cum ad ſacrum concilium euocatus ab hoc mihi deſtinato opere auulſus ſum. Sed neq; concilio infauſte intermiſſo, alia defuere negotia publica, quę ad iuſtum me iam quinquẽniũ implicarũt. Quo tempore feliciora ſacrorum ſtudia quibus me prorſum addixeram, multo me iam longius ab his abduxerant Phyſicis, ꝙ vt putaſſem illa a me vnq̃ reuiſum iri. At regreſſus in Hiſpaniam, audire mihi videor, non haberi omnino hos noſtros labores ſcholaribus deſpectui, quin eſſe forſan nonnihil emolumenti, ſi abſoluantur, allaturus. Quocirca deuorare hoc tedium ob publicum commodum decreui: & quibus longum iam vale dixeram, eadem, alioqui mihi ingrata ſtudia repetere, nam & cupido mihi ſe etiam nunc in animum inſinuauit progrediendi ad libros de generatione, & ad alios ſaltem de anima. Liber hic igitur octauus vt omnium eſt Phyſicorum poſtremus, ita eſt & inter eos pręcipuus. *Dignitas huius lib.* Etenim poſtq̃ in ſeptimo in genere viſum eſt, omne qđ mouetur ab alio moueri tametſi (diſputationem illam huc vſq; diſtulerimus) atq; adeo in genere inde illatum eſt, in ordine mouentium, mobilium, & motuum, in neutrum extremũ abiri in infinitum, ſed exiſtere primũ motorẽ, primum motum ac primũ mobile: deſcendit iam modo Phi. in hoc octauo, in particulari tria hęc preſcrutatũ, quis videlicet, qualiſq; ſit primus motus, primum mobile, & primus motor. *Materia huius lib.* Ubi proinde ſupra ſenſibilia conſcẽdens, per multa ſpeculatur diuina. Atqui totus liber in decem capita diuiſus, per tex. 86. a commentatore diſtribuitur. Secari tamen poteſt amplioris lucis cauſa, in ſex membra. In prioribus namq; duobus capitulis, diſputatur definiturq; preambula quędam dubitatio, vtrum fuerit motus aliquis ab ęterno, an cum antea nullus fuerit, aliquando fuerit inceptus. *Diſtributio.* In duobus vero ſequentibus, veſtigare inchoãs qualis ſit primus motus, ac primus motor, diſſerit in particulari ſententiã illam quã in principio ſeptimi enuntiauerat. ſ. omne qđ mouetur, ab alio moueri. Et tertio exinde capite 5. colligit, in mouentibus & motis, deueniendum eſſe ad vnũ primũ motorẽ. Ac rurſus cap. 6. oſtendit primũ motorẽ eſſe immobilem, & incorruptibilem. Et ſubſequenter in tribus capitulis. 7. 8. & 9. diſcutit, primus motus, qualis ſit naturę qualeſq; habeat proprietates. Sexto deniq;, & poſtremo in cap. 10. contemplat auguſtiſſimã naturã primi motoris. *Queſtio primi. cap.* ¶Capitulũ ergo hoc primum duodecim textus continet. In quorũ primo, mouet queſtionẽ vtrũ factus fuerit aliquando, an ab ęterno fuerit motus, ſitq; ſemper futurus. Ubi adnotandũ eſt, cõmentatorẽ teneri hic opinione ſingulari aduerſus Auicenã, & reliquos Arabes (vt ipſe fatetur) nempe, ꝙ intentio Ariſt. non fuerit hic diſputare in genere, an ab ęterno fuerit motus, nec ne, ſed in particulari, vtrũ motus celorũ fuerint ęterni. Et ratio eſt (inquit) quia ſi ſolum in genere determinaſſet hic, motum ſemper fuiſſe, putaante omnẽ motũ fuiſſe motũ, non ſatis probaſſet ſucceſſionem motuũ: quomodo. ſ. connecteretur catena, vt ſemper vnũ motũ alius antecederet, aliuſq; ſubſequeretur: atq; adeo mancus fuiſſet ſermo Phi. At vero vt ait. S. Th. falſiſſima hęc eſt commẽtatio, et abſq; apparentia. Quin vero vt Arabes, & Themiſtius, Simpliciuſq;, & ferme oẽs cõſentiũt, Queſtio eſt gñalis, vtrũ ſemper fuerit futuruſq; ſit motus. ¶Primo, quia obſeruantiſſimum eſt Ariſto. ex vniuerſalibus ad particularia deſcẽdere, vt in pemio huius libri viſum eſt. ¶Secundo, quia forma ipſa

questionis, non proponitur particulari de motu celi, sed in genere, vtrum factus est aliquando motus, ⁊ corrumpitur aliquando, an semper fuit, ⁊ semper erit. ¶ Tertio, quia media omnia, quibus vtitur ad hanc questionem, procedunt de motu in genere, vt in subsequentibus patebit: ⁊ presertim in hoc text. vbi tanq̃ principium huius conclusionis, non supponit speciatim, motum celorum esse, sed generaliter motũ esse: insinuans questionem ipsa generalem, an semper fuerit motus.

¶ Quarto, quia infra text.53. questionem disputat in particulari, vtrum aliqua, puta primum mobile, ab eterno moueatur: ⁊ tamen si modo id fuisset in particulari constitutum, superuacanea fuisset postea eadem questio. Quin vero hac conclusione generali, quam hic prefigit, scilicet semper fuisse motum, vtitur tanq̃ principio ad probandum in particulari, quod datur motus sempiternus vt tex.49. constabit. Sed non est pluribus opus: nam certe imaginatio hec Commentatoris toti processui Ph. aduersatur, vt in subsequentibus erit manifestum. Neq; ratio sua alicuius est momenti: quin Phi. modo tantum definit in genere semper fuisse motum: quomodo autem id fuerit, inferius explicaturus est. Bifariam namq; id verum est secundum ipsum vno modo, quod idem numero motus, puta celorum, fuerit eternus, ⁊ alio modo, ꝙ series motuum horum inferiorũ, fuerit perpetua, scilicet, ꝙ ante omnem generationem, ⁊ alterationem, fuerit generatio ⁊ alteratio. Et eternitas primi motus est causa eternitatis seriei istorum.

*Motus ab eterno bifariam.*

¶ Ad rem ergo vt redeamus, intentio Aristotel. est, differere in his duobus capitulis generatim, an motus semper fuerit, semperq; sit futurus. Tres igitur particulas dignoscamus in hoc 1. textu, quas facit simplicius, textus. In prima enim sectiuncula proponit questionem, sit ne motus an bifariam eternus, in preteritum scilicet, ⁊ futurum: subiungitq; analogiam ad animalium vitam. Nam cum natura (vt lib.2. prehabitum est) principium sit motus ⁊ quietis eius, in quo est, cõsequitur, vt res quelibet naturalis principium in se habeat sui motus: actiuum videlicet, vel passiuum. hoc autem dignoscuntur a ceteris viuentia [vt illic exponebamus] ꝙ principium in se habeant actiuum sui motus: hoc est, moueantur a principio intrinseco: in anima vero, non, nisi passiuum, vt moueantur ab alio, actiuũq;, vt moueant extra se alia. Constat ergo inde analogia inter animam ⁊ formam generaliter materialium, ꝙ sicut illa est actiuum principium sui motus, qui quidem motus est vita, sic ⁊ in genere materialis forma sit principium motus. Et ideo non ait, ꝙ omnis motus sit vita, sed, veluti vita. Si modo vitam accipias, non pro actu primo, scilicet pro forma, sed pro actu secundo. Sic enim apud Aristote. 2. de anima distinguitur anima. Cum enim esse, viuentibus, idem sit qd viuere, neq; sint, nisi quandiu viuunt, si rerum vniuersitati materialium fuerit motus inseparabile accidens, fit inde consequens, vt motus huiusmodi (de hoc enim corporali habetur hic sermo) analogiam in vniuersum hac parte habeat ad vitã animantium. Ita vt moueri corporibus, idem quodam pacto sit, quod esse. Nempe in hoc sensu, ꝙ sicut ab anima necessario permanat vita, ita ⁊ a forma materialium, mobilitas. Hanc forsan comparationem a Platone desumpsit Aristo. 10. dialogo de legibus vbi per simile verbum habetur. Quo fit, vt pares sint hac ratione, motus ⁊ mũdus: puta, vt si motus ab eterno fuerit atq; eternus, ⁊ mũdus quoq; sit sempiternus. Quin vero ex perpetuitate motus collectur sit post Aristote. eternitatem vniuersi.

*Inuentio. Aristo.*

¶ In .2. particula (esse igitur) duo pariter expedit Aristote. eaq; respõdens latenti questioni. Etenim cum motum temporalem, eternum ve esse diuerse sint qualitates motus, interrogare quis potuisset Aristot. cur questioni, qualis sit motus, non premiserit duas alias, vt sit, ⁊, quid sit. Ait ergo quasi repetendo doctrinam superiorum librorum, questionem, an sit motus, non esse prescrutandam Physicis, sed esse illis potius supponendum, motũ esse: vt predixit li.1.tex.11. Nam (vt illic premiserit text.8.) illi qui motum negãt, nõ naturaliter loquũtur. Quid autem sit motus, definiuit lib.3. vbi dicens, ꝙ sit actus entis in potentia, definiuit nõ esse per se ens, sed accidens rei materiate. Aptissime ergo hic vtrunq; ait: videlicet, ⁊ esse motum, a cunctis affirmari, hoc est supponi, qui de natura loquuntur, ⁊ eundẽ innotuisse per ea, que rebus accidũt. Nempe propterea, ꝙ sunt qui mundum faciũt, hoc est factum fuisse adstruunt, ⁊ de generatione ⁊ corruptione contemplantur. Haud veruntamen hallucineris affirmare hic Aristote. ꝙ fuerit vniuersorũ opinio mundũ fuisse factum: quippe qui id ipse difitetur plane, sed ait, ꝙ cum Ph. partim affirment mundũ fuisse genitum, ⁊ vniuersi saltem, de generatione rerũ elementariũ, corruptioneq; loquantur, omnibus in cõperto est, ⁊ confesso, motum esse, eũdemq; nõ per se ens, at entis indiuiduum accidẽs.

*Ratio tacite q̃onis.*

¶ In tertia demum particula, sed quotquot ⁊c. Postq̃ consensum proposuit Philosophorum vnanimiter recipientium, motum esse, subdit eorũ dissensionẽ de eiusdẽ eternitate, de qua proposita nimirum fuerat questio. Hanc autẽ dissensionem vt explicatius commõstret, distinguit inter philosophos: quorum alij plures excogitabant mundos: eosdemq; infinitos alij vero vnum eundemq;, aut eternum, aut talem, qui initium habuisset, plures enim finitos neminẽ cõmemorat constituisse. Auctor primus huius mundorũ infinitatis fuit Anaximander, a quo per Leucippum deriuata fuit opinio ad Democritũ, quã deinceps ꝓfessi sunt Epicurei. laborabãt enim hac intellectus lippitudine vt cogitarẽt, mũdũ ex atomis, quod est insectibilibus corpusculis cõstare, que quidẽ in cõtinuo erãt motu: eorum porro instar que ad radium solis motitantur: ex quorum vtiq; vario congressu, ac complexu, varia conflabantur indiuidua. Neq; vero ea tantũ, sed pari ratione, ⁊ mundi innumeri: quorum alij alijs absq; termino succedebant. Hos igitur probe ait Aristo. eternitatem motus plane confiteri: nam huiusmodi generationes mundorum, esse nequiuerant absq; perpetua motuum successione. Itaq; nullum adstruebant continuum ⁊ sempiternum motum: qualem. Aristote. concedit in celestibus orbibus, sed eternum mundorum fluxum vt ipse de indiuiduis arbitratur. Sequitur in tex. opinio altera (Quicunq; autem.) Hic veruntamen textus corruptus est in translatione illa veteri, vbi habetur. Quicunq; autem vnum, ⁊ non esse semper. Nam grece non est, ⁊, sed, aut, vt hic iacet. Quicunq; aut vnum aut non esse semper. Est autem sermonis breuitas nimium concisa eademq; adeo manca, vt Simplicius adnotauit: explicandaq; cum Argyropilo hoc modo. Qui vero vnum, eundemq; semper, aut vnum, ⁊ non semper dicunt. Vbi bipartita discernitur opinio statuentium

*Dissensio Ph. de motu.*

*Anaximander.*

tuentium

tuentiũ vnum mundum: nempe quorũ partem affirmabant eum esse ęternũ, partim vero habuisse seu initium, seu finem, seu vtrumq;. Ait igitur, ꝙ quicunq; vnũ professi sunt mundum, vtrolibet modo de illo loquantur, pari ratione loquuntur et de motu: hoc est, si mundum illum opinentur esse ęternum, idem ⁊ de motu dicant oportet: si vero tẽporarium ⁊ finitum secundum eandem rationem respondendũ ab illis est ⁊ ad quęstionem de motu negantur, puta neq; fuisse semper, neq; fore: siquidem mundum ⁊ motum cogua esse necessum est.

Tex. ij. Si igitur contingit aliqñ nihil moueri, dupliciter necesse est hoc accidere. Aut enim, vt Anaxagoras dicit. Inquit enim ille. simul omnibus existentibus & quiescentibus in infinito tempore intellectum, fecisse motũ & disgregasse. Aut vt Empedocles, in parte moueri, & rursus quiescere. moueri quidẽ, cum amicitia ex multis facit vnum, aut lis multa ex vno, quiescere vero in intermedijs temporibus, sic dicens. Quatenus vnum quidẽ ex pluribus consueuit nasci. Et rursus vno gñato, plura perficiuntur. Eatenus quidem & fiunt, & nõ est ipsis firmum æuum. Quatenus vero permutantur omnino neq; simul desinunt, eatenus semper sint immobiles secundum circulum. Hoc enim quatenus permutantur: hinc illuc dicere ipsum opinandum est.

¶ Sequitur secundus text. quo dilucidatur, quibus modis excogitari potest, tempus fuisse aliquando, in quo nullus fuisset motus. Quos quidem modos proponit Aris. tanq̃ scopũ, quẽ suis telis confodiat, vt suam contrariã sententiam statuat de motus ęternitate. Bifariã enim id potuit accidere, scilicet, aut secundum Anaxagoram, aut secundũ Empedoclẽ. Anaxagoras eñ arbitratus est omnia fuisse per infinitũ tempus in vnũ chaos congesta, commixtaq;: ex quo tandem mens, puta intellectus separatus, ⁊ impermixtus, per disgregationẽ similiarũ particulariũ singula indiuidua ac perinde ipsum orbẽ construxit. Secundũ quam opinionem infinitum tempus, seu duratio vacauit motu. At postquam mundus semel fabricatus est, nunq̃ motus cessauit. Qua itaq; ratione, motus exordiũ quidem habuit, finem vero minime est habiturus. At vero Empedocles poeta, non quidem mentẽ constituebat effectricẽ causam mundi: sed litem, ⁊ concordiam. Existimabat eñ nundum per vices infinities ędificari, ⁊ rursum exędificari. Effingebat inquã non atomos, vti Democritus atq; Anaxogoras, sed elementa in vnum coaceruata, quę quidẽ p subortã litẽ ex vno illo globo prodeuntia efficiebant multa, puta diuersa mixta secundum diuersum ac diuersum coitum elementorum in alio ⁊ alio mixto. Sed rursus eisdẽ elementis in concordiam reconciliatis fiebat vnũ chaos ex multis. Itaq; lis illa generalis dissoluendo illum confusum globum, per dissociationem elementorũ mixtorũq; generationes, quę erant particulares concordię, extruebat mundum. Sed rursus redeunte generali concordia inter totam elementorum substãtiam diruebat, mundus resolutus in illum confusum globũ. attribuit aũt Arist. Empedocli, ꝙ illę generationes corruptionesq; mundi interrumperentur per quietes medias. Ideq; sentit Themistius, secundũ quod interpretamentum non semel, temporeq; infinito, vt dixit Anaxagoras, sed infinities recurrebat tẽpus, in quo nullus erat motus. Alexander vero, cui libentius subscribit Simplicius, cogitat Aristotelem imposuisse Empedocli eiusmodi quietes intersecantes motum, cũ potius Empedocles docuisset perpetuum esse illũ circulũ gñationis, corruptionisq; mundi absq; vlla intercepta requiete. Sed illã perpetuitatẽ reciprocationis in gñationibus ⁊ corruptionibus appellabat immobilem circulũ. Neq; vero huic opinioni admodum refragãtur Empedoclis carmina, quę subsequuntur. Quatenus vnum quidem ex pluribus [ verba sunt Empedoclis ] consueuit nasci, hoc est, vnus globus ex multis indiuiduis, dum mundus corrũpitur. Et rursus, vno generato, plura perficiuntur, dũ scilicet vice versa ex illo rursus globo dissociantur elementa ad generationem mundi. Eatenus quidem ⁊ fiunt, ⁊ nõ est ipsis firmum ęuum, siquidem neq; globus ille perpetuus est neq; vero indiuidua, quę ex illo conflantur. Sequitur in carminibus. Quatenus vero permutatur omnino, hoc est globus dissoluitur in indiuidua, rursusq; indiuidua resoluuntur in globũ. Neq; simul desinunt, nam cum globus desinit, indiuidua fiunt quibus desinentibus, reficitur globus. Eatenus semper sunt immobiles secũdum circulum. Deprauatus est textus, vbi habetur, immobilem, veluti adiectiuum accusatiui circulum. Est quippe grece nominatiuus pluralis, estq; Aristotelis sensus ꝙ res oẽs tam globus ille q̃ indiuidua sunt semper immoblies secundam circulũ. i. vicissim quiescunt interpolatis temporibus inter generationes generales, ⁊ corruptiones. Alexan. autẽ, non ita sentit Empedoclis mentem, at ꝙ nunq̃ quiescunt, verum sunt continuo circulo ⁊ vicissitudine, sed dicuntur mobiles, quia certum immobilemq; ordinem seruant in circulo illo generationis ⁊ corruptiõis. Ac si dixisset immobili ac firma lege versantur semper in gyro. Veluti si affirmes orbes cęlestes immobilem seruare legẽ in suo perpetuo circulo. Subdit Aristo. expositionẽ illius verbi Empedoclis. Quatenus permutantur. Intelligebat eñ hinc illud, hoc est ab illo confuso aceruo ad generandum mundum, ⁊ rursus a corruptione mundi, ad eundẽ aceruum.

Considerandũ igitur de hoc quomodo se habet. operæpretiũ enim est non solum ad eam, quæ natura est, consideratio nem aspicere hanc veritatẽ: sed & ad scientiam, quæ de principio primo est. Tex. iij.

¶ Sequenter in. 3. text. admonitos nos vult, binę vtilitatis huius disputationis. Prima spectat ad naturalium cognitionẽ. Etenim quoniam motus est accidẽs rerum naturaliũ, ⁊ accidentia multum cõferũt ad cognitionem subiecti, per ęternitatem motus rimatur Phi. secundum suam opinionem, ęternitatem orbis. Altera vtilitas est plusquam

Physica:

Physica: videlicet respectu primę causę, quę ad Metaphysicā spectat consideratione. Nā ob ęternitatem motus argumentum dicitur, vnam esse primam causam, eandēq; sempiternam. Quinimo ab vtraq; questionis parte efficax nobis extruitur argumentum vnius eiusdēq; sempiternę primę causę. Nam si ęternus mundus absq; vno ęterno motore consistere non potest, multo minus, si mundus initium habuit temporis, fieri nequiuit, nisi ab vna prima sempiternaq; causa. Alias abitio esset in infinitum in causis.

Tex.iiij. Incipiamus autem primum: ex definitis a nobis Physicis prius. Dicimus itaq; motum esse: entelechiam mobilis secundum quod est mobile. Necesse est ergo existere res quæ possunt moueri secundum vnumquēq; motum & sine etiam motus diffinitione: omnis vtiq; confitebitur necessarium esse, moueri id, quod potest moueri, secundum vnū quemq; motum. vt alterari quidem alterabile ferri autem secundum locum mutabile: quare prius oportet combustibile esse quam cōburatur: & combustiuū prius quam comburat.

¶ Pręiactis ergo huiusmodi pręambulis, exorditur in hoc text. 4. suam persuadere sententiam de motus ęternitate, quam in his duobus capitulis instituit triplici via. (Tripex via) Primum rationibus sumptis ex rei ipsius natura, mox confutando aduersariorum opiniones: ac tertio respōdendo eorum rationibus. Sumit ergo disputationis exordium a loco deffinitionis. Hanc autem, ait, constituisse in Physicis, hoc est naturalibus libris, sic enim appellat priores. 4. Physicorum libros, in quibus agit de principijs, nam quatuor reliquos inscripsit de motu. Primus autem syllogismus, quem hic extruit Aristotel. est huiusmodi, Omni motui pręsupponitur mobile & motiuum, sed omne mobile applicatur ad maiorem, producitur q; antea per motum, ergo omni motui antecedit alius motus. Unde liquet, non esse eius nunc intentionem statuere motum aliquem singularē, esse perpetuum sed id tamen quod in pręteritum ante omnem motum. Maiorem autem patefacit presenti textu. Primo ex diffinitione motus, quam tradidit in 3. Physicorum, vbi ait, motum esse entelechiam, qđ est actu, mobilis, inquantum mobilis, tandiu enim durat motus, quandiu potentia mobilis ad formā vel terminum, cessatq; sunt pri.num cum mobile consequitur terminum. Hinc enim plane colligitur, necessarium esse, vt mobile substernatur motui tanquam subiectum quo recipitur accidens. Secundo eandem pręmissam corroborat, & pręter definitionem ex communi animi concessione & confessione quam termini ipsi prę se ferunt. Nihil enim mouetur aliqua specie motus, nisi quod suapte natura est tali motu mobili, nihil inquam calefit, nisi quod est calefactabile, neq; fertur localiter, nisi quod est mobile secundum locum neq; vero generatur (vt ad mutationes quoq; protendatur sermo) nisi quod est generabile. Potentia ergo pręcedit actum, vt necesse sit combustibile ante quam comburatur. Neq; vero solū potentia passiua, pręcedit receptionem verum potentia actiua ꝓductionem vt cōbustiuū, cōbustionem. Hęc asserta propositio, si hoc sensu intelligatur, vt cuius motui antecedat mobile, & motiuum natura, compertissima est. Inde tn̄ non fit palā consequēs non esse dabilem primū motum. Nam cū ignis (v.g.) eodem instanti, quo genitur, incipiat moueri, posset eiusmodi motus designari prim⁹, ante quē nullus pręfuit. Si vero velit Aristo. vt mobile pręfuerit motui tempore, & successione, hoc certe falsum est: vt patet in motu cęli, qui eodem momento temporis cępit, quo cęlū. Et in motu leuium, & grauium, secluso impedimēto, idem contingit. Argumenta sunt Philoponi, quę commentator nititur diluere. (Dubitatio cōtra Ari.) Item generationi non supponitur generabile: quinimo fit per ipsam. Hoc autem examē iuxta institutum nostrū in quęstione prima fiet exactius. (Responsio) Nunc autem ad intelligentiam Aristot. satis est adnotasse, quod supponit illud axioma antiquis receptissimum. Ex nihilo nihil fit. Tunc nanq; in mobilibus, quę generabilia sunt, & corruptibilia, necesse est vt mobile pręcedat motum tēpore vel quod mouetur illa specie vel alterum. Nam si ignis. (v.g.) moueatur sursum, necesse est ipsum natura saltem pręexistere. Qui cum non sit perpetuus, necesse est fuisse genitum, cum aut gñatio nō sit motus, sed terminus motus, ignis nō pręsupponit suę gñatiōi sed tn̄ pręsupponit aliud mobile, qđ mouetur ad talem generationē, vt puta lignū, qđ pręuia altera mutatione vertitur in ignem. Qua ratione fit manifesta demonstratio, ante omnem motum fuisse alium motū. Abnegata vero illa maxima, receptoq; aliquid exortū fuisse de nihilo, tota argumentatio corruit. Sed de hoc in quęstionibus. Regrediamur ergo ad Aristotelem.

Ergo & hæc necessarium est, aut facta aliquando esse cum non essent: aut perpetua esse. Text.v.

¶ Facta ergo hypothesi, ante omnem motum esse & mobile & motiuum, in tex. 5. proponit dilēma sub disiūctiōe. Neq; opus fuerat, vt tā minutatim Cōmentator dissecuisset hos textus, sed aptius totam ratiōe comprehendisset vno. Dilemma autem est, ꝙ hęc scilicet mobile & motiuum, antecedētia motum, necessarium est vt sint, vel facta, vel perpetua, & ex vtroq; membro demonstratur sempiternitas motus, nempe ante omnem motum fuisse motum.

Si igitur factū est mobilium, ac motiuorū vnūquodq;: necessarium est prius quā accepta aliā esse factā mutationem & motū, secundū quē factum est id, qđ potest esse motum, aut mouisse. Tex.vj.

¶ Si enim, inquit, primū dederis mēbrum, videlicet vnūquodq; mobilium aut mouentiū factū fuisse, tūc necesse est accipiatur mutatiōem aliā prius ꝙ hęc accepta per ꝙ mobile, & motiuū facta sint: puta alterationem subiecti, ex quo sunt genita.

Si autem quæ sunt ante erant semper: motu nō existēt. irrationabile quidem videtur etiā ijs qui a se ipsis sciunt. At vero magis vltra progreßis hoc Tex.vij.

necessarium

necessarium est accidere. Si enim alij quidem mobilibus existentibus, alijs autem motiuis, aliquando quidem erit quid primum mouens, aliquid autem quod mouetur, aliquando autem nihil, sed quiescit: oportet hoc mutari prius: erat enim aliquid causa quietis. quies enim priuatio motus est. Quare ante primam mutationem, erit mutatio prior.

¶ Prosequitur in text. 7. vt oppugnet alterum membrum. Si enim alteram (inquit) malueris partem admittere: nempe, mobile & motiuum infinito tempore durasse ante quam efficerent motum, (quibus verbis videtur Anaxagoram aspicere, qui opinabatur infinito tempore mentem expectasse, vt ex chao mobili, per infinitum tempus immoto fabricaret mundum) tunc duplicato spiculo lęderis. Primum nanque & his etiam, inquit, ipsis, quia seipsis sciunt, idest, qui absque doctrina arbitratu suo de rebus iudicant, videtur irrationabile. Sciscitabuntur enim, quid per infinitum tempus expectaret causa illa effectrix, quo minus antea moueret mobile, quandoquidem inclinatio naturalis illius sit, vt moueat, huius autem vt motum subeat. At vero magis, inquit, vltra progessis, hoc est rerũ causas penitius perscrutantibus, necessarium est accidere, vt illud videatur irrationabile. Enimuero cum quies, priuatio sit motus, puta carentia ipsius, ad quem suapte natura, & motiuum, & mobile inclinata sunt & propensa, neutiquam possent motiua, & mobilia a motu quiescere, nisi aliquo obstante impedimento, vel distãtia. Ait alijs mobilibus, alijs vero motiuis existentibus, quoniam natura non fecisset mouentia, nisi simul faceret mobilia. Quin vero, vt lib. 3. tex. 8. edoctum est, omne passiuum est actiuum, & ediuerso, in rebus creatis. Igitur si eiusmodi motiuum, & mobile per infinitum tempus cessarunt, motus ille, quo motiuum mouet mobile esse nequit primus: quippe cui pręire necessum est alium motum, vel mutationem, per quam, vel applicatio fiat, vel dimoueatur obstaculum. Haud enim cognouit Aristo. positum esse in immutabili voluntate, & arbitrio Dei, vt dum ipse vellet, absque motu ex nihilo depromeret orbem. Quod si eo perfugeris, illum vt motum, vel mutationẽ, per quam fit applicatio, amoueturve impedimentum exhibeas tanquam primam, nondum dissoluisti nodũ: nam tunc respondendum tibi restat, cur prius non fuerit facta appropinquatio, sublatumve impedimentum. Neque vllum inuenies responsum: nisi aliud antiquius impedimẽtum allegaueris, quod necessarium fuit auferri per priorem aliam mutationem. & sic in infinitum.

Priuationis.

Textus. viij. Alia enim mouent, singulariter: alia autem secundum contrarios motus. vt ignis quidem calefacit. frigefacit autem, non scientia autem: videtur contrariorum esse vna. Videtur igitur & illic: esse aliquid eiusmodi. frigidum enim calefacit versum quodammodo, & abscedens: sicut & peccat voluntarius, sciens quando contrario vtitur scientia. At vero quæcunque possunt facere, aut pati, aut mouere, aut moueri: ea moueri non penitus possunt, sed si sic se habeant, & appropinquent sibi inuicem. Quare cum propinqua fuerint, & ita fuerint, vt sit hoc quidem motiuum, illud autem mobile: aliud quidem mouet, aliud autem mouetur.

¶ Textus hic octauus depulsio quędam est exceptionis, quam quispiam posset meditari aduersus rationem proximam, ac perinde eiusdem rationis confirmatio. Aiebat enim, quod mouente, & mobili existentibus perpetuis, non est possibile, vt motum inchoarent, scilicet cũ antea quieuissent, nisi alio pręeunte motu, per quẽ causa remoueretur quietis. Sed excipere quis fortasse posset, non esse id necessarium in causis rationalibus, & per intellectũ agẽtibus, vt a quibus exoriri de improuiso videtur posse motus absque vlla pręuia mutatione per solum arbitriũ motricis causę. Obidque subdit duo mouentium genera. Quędã enim sunt quę mouẽt singulariter, hoc est, vnico modo, ad quem suapte natura sunt destinata, vt ignis, qui suapte natura calefacit, frigefacit autem minime, nisi autem econuerso. Sed alia videntur esse causę contrarium, vt medica, quę causa est, tum sanitatis, tum etiam diuersę ęgritudinis. [Videtur igitur &c.] Commentator videtur hoc loco intelligere Arist. quasi admittentem pręedictum discrimen inter causas naturales, & causas rationales: puta, quod illę non agant nisi vno per se, determinatoque modo, sed contrario per accidens, istę vero vtroque modo per se licet forsan priori modo, per se primo contrario vero, per se secundo. Sed tamen profecto Arist. nullum vult admittere discrimen, quinimo hinc exorditur responsum, vt talem repellat differentiam. Ait quippe, & illis quoque, puta in causis naturalibus idem vsu venire, quod in scientia: frigidũ enim, quod per se frigefacit, est etiam contrariorum per accidens, quoniam bifariam per accidens calefacit: scilicet & versum quodammodo: hoc est, dum circundans sapiensque calorem, ad interiora eum cogit, & per antiparistasin inflãmat. vt patet nube obsessa frigore inflammante inclusam exhalationem: & in putealibus aquis hyemali tempore. (& abscedens) Nam sicuti absentia nautę causa est subuersionis nauis, ita & abscedens frigus, causa est per accidens vt calidum, cui admolestabatur, calorem suum recuperet: sicuti econuerso abscedente igne frigescit aqua. Paribus autem modis ars medica, quę per se est effectrix sanitatis, esse solet per accidens ęgritudinis causa: nempe dum vel sciens, idest artis peritus medicus, meditato, iniquaque voluntate cogitat ęgrotum enecare, abutendo scientia: vel dum imperitus, ob inopiam, absentiamque scientię ipsum interimit. Tametsi ab hoc secundo exemplo abstinuerit Aristo. vt ab eo, quod ex superioribus facile colligitur. (Ait vero) Concludit ergo ex his vniuersaliter, quod quęcunque facere possunt, aut pati

puta calefacere, aut frigefieri ⁊c. (Aut mouere aut moueri) quod propter motum localem adhibuit, ea nec facere possunt, nec pati, nec mouere, nec moueri, sed si sic se habeant, ⁊ appropinquēt sibi inuicem: nam quę per se naturaliter mouent, id non agunt, nisi certo spatio applicata, vt sit hoc quidem motiuum, hoc est in potentia propinqua accommodatum ad mouendum, illud autem mobile, hoc est in vltima dispositione, vt moueatur. Et idem patet in mouētibus per antiparistasin: ⁊ suo modo in his, quę mouent per abscessum: vt ignis nisi ad bonam distantiam elongetur ab aqua, non erit causa per accidens, vt illa frigescat. Idemque ⁊ in scientia meditari tu ipse potes, quę non operantur, nisi applicata ad opus.

Tex. ix. Si igitur non semper mouebatur: manifestum est, quòd non sic se habebant; vt posset hoc quidem moueri, illud autem moueri sed oportebat mutari alterum ipsorum necesse est enim in ijs, quæ sunt ad aliquid, hoc accidere, vt si non erat duplum, nunc duplum est mutari, si non vtrunque alterum erit ergo quædam mutatio: prior prima.

¶ Text. nonus supremam continet collectionem totius rationis. Concludit [inquam] ꝙ si motiuo ⁊ mobili existentibus perpetuis [de his nanque perpetuatur adhuc sermo] non semper fuit motus, manifestum est [ex his nimirum, quę dicta sunt] id fuisse in causa, ꝙ non sic se habebant: scilicet non erant in tali propinquitate, ⁊ dispositione, vt posset motiuum quidem mouere, mobile vero moueri, sed oportebat mutari alterum ipsorum: quę quidem mutatio iam esset prior, ꝗ illa, quam tu dabas tanquam primam. Interserit autem nonam huius probationem, vbi ait oportere alterum mutari: nam motiuum ⁊ mobile relatiue dicuntur, in relatiuis autem, si quidpiam (.v.g.) nunc incipit esse duplum, necesse est
Relatio nō distinguit a subiecto. si non vtrunq, saltim alterum mutari. ¶ Atqui hic, locus insignis est ad dissuadendum, relationem distingui a subiecto. At enim ego duplus efficiar ad meam vmbram, quę modo est mihi ęqualis, nulla mei prorsus necessaria est mutatio, sed satis est, ꝙ ascendente sole, vmbra decrescat ad subduplum. Ac pari modo, vt incipiat esse mutatio mobilis a mouente, necessaria est alia prior seu in motiuo, seu in mobili, vt pote approximatio. Et rursus ante approximationem pręterea alia, per quam sublatum sit impedimentum quo minus
Vera solutio. antea approximabāt. Et sic absque initio vllo. At vero statim hinc se illuc confert cogitatio, vbi vera est horum enarratio: nempe, ꝙ voluntas immutabilis Dei esse potuit causa, vt primo res fierent, mouerēturq, nullo antecedēte motu. Hanc nihilo minus solutionem abigere conatus est Cō-
Commentator. mentator. Ait enim. Id quod dicunt loquentes nostrę gētis, puta Saraceni (vt ait alibi) qui hoc loco veritatem catholicam amplexi sunt, videlicet, ꝙ per voluntatē Dei absque vlla pręuia transmutatione fieri id potuit, quod antea non extiterat. Hoc (inquit) non est, intelligibile: quia necesse esse tunc aliquam exoriri concupiscentiam in volente, quę citra mutationem non innascatur. Hinc autem mahometicus non nouit quemadmodum Deus in tempore absq vlla sui mutatione potuit ex nihilo fabricare mundum: id qđ .1. quęstio. explicaturi sumus.

Ad hæc autem, prius & posterius quonam modo erunt, tempore nō existente: aut tempus, non existente motu? Si vero tempus est ipsius motus numerus, aut motus quidam, si quidem tempus semper est, necesse est & motum perpetuum esse. At vero de ipso quidem tempore: præter vnum concordes esse videntur omnes. ingenitum enim: esse dicunt. & propter hoc Democri. monstrat: quòd impossibile est omnia esse facta. tempus enim ingenitum esse. Plato vero: ipsum cum cœlo factum esse: cœlum autem factum esse ait. Text. x.

¶ In text. 10. pergit eandem conclusionem demonstrare, ratione prioris ⁊ posterioris, quę sunt differentię temporis. Attamen prima verba huius tex. bifariam interpretari possumus. Primo, vt sit per se vna ratio, quę concedentem primum motum cō tradictionē conuoluit, hoc pacto. Qui cōcedit primum motum, fatetur ante hunc nullum fuisse aliū in hoc autem ꝙ ait, ante, confitetur ordinem prioris. Arguit ergo Aristo. Prius ⁊ posterius intelligi nequeunt, nisi in tempore: nam vt habetur in. 4. tex. 101. nihil aliud est tempus: ꝗ successio ipsa prioris ⁊ posterioris: ergo qui dat primum motum, cōcedit prius tempus, in quo non fuit motus, tempus autem non est sine motu, nam tempus est numerus motus prioris ⁊ posterioris: ergo concedit ante primum motum fuisse motum. Et ad hanc expositionem inclinat Themestius, secundum quam in illo vero tempus, incipitur secunda ratio. Possunt veruntamen secundo modo legi ambę particulę, vt non sint duę rationes, sed duo potius pręfata, et supposita duobus subsequentibus rationibus seruiētia. Prior hypothesis est, prius, ⁊ posterius esse nequeunt nisi in tempore. Et hęc ancillatur rationi sequentis tex. Posterior vero est, quod Duę hypotheses.
neque tempus intelligitur esse sine motu. Vtrāq vero hypothesim manifestam facit ex definitione temporis, est quippe tempus, numerus motus secundum prius ⁊ posterius. Subdit autem, aut motus quidam, quia hic non erat locus disceptandi, esset ne tempus, accidens motus (vt vult Aristo.) an motus ipse, vt aliorum ferebat opinio.
Instituit ergo rationem ex posteriori hypothesi, hoc pacto. Tempus non est sine motu, tempus est perpetuum: ergo ⁊ motus. Minorem autem probat authoritate hic, ⁊ ratione in sequenti textu. Ait ergo, ꝙ de tempore, pręter vnum Platonem, omnes Philosophi fuerunt concordes, fuisse Prima rō
ingenitum: adeo, vt Democri. inde demonstraret impossibile omnia esse facta, quod receptissimum esset, tempus esse ingenitum, quod tamen inter

entia

entia connumeratur. Ex eo nanque, quod æternum diuiditur cōtra temporale, colligebāt, quicquid fit, in tempore fieri. Si ergo nihil nisi in tempore fit, cōsequitur, vt ante omne tempus fuerit tempus: nam alias dabis tempus factum non in tempore. Hoc autem, quod hic Aristote. enunciat de Platone, censent Platonici, quorum est Simplicius, impositionem esse. Nam genitum, & factum non vno, sed duobus accipitur modis. Dicitur nanque factum, id, quod esse habuit, cum prius non fuisset, & altero modo, id, quod, licet sit perpetuum, habet tamen effectricē causam, vnde esse recepit. Quando ergo Plato in Timæo cælum edocet, sicuti omne sensibile, esse factum, non id quidem intelligit (aiunt isti) priori, sed posteriori ratione. Quocirca tempus, quod accidit cælum, secundum Platonē nec initium habuit, nec habiturum est finem, cuius hic contrarium, citat Aristo. At de Platonis sententia. q. 1. exactius.

Falso impo nitur Pla toni.

Factū dupliciter dicitur.

Tex. xj. ¶Si igitur imposibile est, & esse, & intelligere tēpus sine ipso nunc, nunc autem est medium quoddam, & principium & finem habens simul, sed principium quidem futuri temporis, finem vero præteriti: necesse est semper esse tempus. vltimum enim finiti accepti tēporis: in aliquo ipsorum nunc, erit, nihil enim est accipere in tempore: præter nunc. Quare quoniam est & principium & finis ipsum nunc: necesse est ipsius vtraque ex parte, semper esse tempus. At verò si tempus: manifestū est quod necesse est & motum esse, siquidem tempus, passio quædam motus est.

¶In textu vndecimo probat eandem subsumptam propositionem ratione a natura ipsius, nunc, accersita. Etenim, nunc, momentum, & instans, per quod fluxæ partes temporis continuantur, sicuti per punctum partes lineæ. Quocirca de tempore nihil potest esse præsens nisi, nunc. Et hoc est, quod ait impossibile esse intelligere tempus sine ipso, nunc. Quod quidem medium est, & principium habens præteriti temporis, & finem futuri, sunt ergo, qui hoc pacto hanc intelligunt Aristot. rationem. Ante omne nunc est tempus: alias non omne nūc esset initium & finis temporis: ergo tēpus est perpetuum: tempus autem non potest esse sine motu, vt superiori textu monstratum est, ergo & motus est perpetuus. At statim hæc ratio suam prodit ægritudinem, & fallentiam: nam sicuti in linea alia sunt interna puncta cōtinuantia, alia vero extima veluti termini lineæ, ita de ipsis, nunc, & momentis temporis respondere vtique licet, quod nō omne est finis temporis: imo ante primū, nūc nō est tēpus, neque post vltimū. Quapropter sicuti ratione punctorum demōstrari nequit linea esse infinita, quin vero supponēda est esse infinita ad demonstrandū, omne punctum, & finem esse vnius partis, & alterius initium, ita & Aristo. inepte indocteque suppo-

Natura nunc.

neret, omne, nunc, & finē esse elapsi tēporis & principium venturi ad probādū tempus sempiternū. Quin potius vice versa deberet præmōstrare temporis æternitatē, vt id, quod de ipso, nūc, supponit, inde colligeret. Neque vero coloratio Cōmētatoris, vllius est momēti. Ait quippe diuersam esse rationem partium temporis, eo quod fluxæ sunt, & cōtinuo cursu dilabentes, ab ea, quæ est partium lineæ. Coloratio inquam hæc, fucus est potius: nā fluxus partium solum facit, quod idem nunc non permaneat sicuti punctum lineæ, sed tamē nihil vetat, quominus possit ita initium esse, vt non sit finis: atque ita finis, vt non sit initium, quandoquidē terminatio finitioque in omnibus cōtinuis eiusdem sit ratiōis, seu fluentia sint, seu permanentia. Alia ergo est ratio, quam hic Aristo. meditabatur, quippe qui illā substrauit priorem hypothesim in superiori textu, nimirum, quod prius, & posterius designare nō valet, nisi in tēpore: ex hoc enim argumentatur æternitate motus hoc pacto. Si tempus non est æternum, detur ergo, nunc, atque instans, quod primum fuit, vnde incepit tempus. Quod quidem si primū est, fit, vt illud sit instans, ante quod nullum fuit, tempus. Tūc sic. In hoc, quod ais, ante, seu, prius, iam denotas tempus, vt patet ex hypothesi. ergo nullum indicabis instans, cui non præfuerit tempus: atque adeo fateberis compulsus tempus esse perpetuum. At vt probe respōdet Philopo. & hæc quoque ratio sophistica est. Cum enim probemus primū, nunc, nolumus affirmare, ante illud, id est præterito tempore, nihil fuisse, sed negāter loquimur: hoc est, quod nihil temporis præcessit: illo enim nunc, quo creauit Deus cælum, nihil antecessit, indeque adeo cæpit, tam tempus, quam motus.

Vera ratio Aristote.

¶Eadē autem est ratio: & de eo, quod est, incorruptibilem esse motum. Vt in eo, quod est, factum esse motum, accidit quandam esse priorem mutationem prima: sic hic posteriorem vltima. non enim simul desinit moueri & esse mobile: vt comburi & combustibile. cōtingit enim combustibile esse, quod non comburitur. Nec motiuum & mouens & ipsum autem corruptibile: oportebit corruptum esse cùm corrumpitur. & huius corruptiuum: rursus posterius. corruptio enim, mutatio quædam est. Tex. xij.

¶Quoniam vtrūque in quæstionem protulerit, vtrū motus, scilicet, & ita inceperit, vt nullus præcesserit alius, & sic cessabit, vt nullus sit alius successurus, & horū prius iam hactenus expediuerit, aggreditur hic posterius membrum, vt pari ratione commonstret perpetuitatem motus in futurum. Proponit ergo Aristo. dicens eandem esse rationē, cur motus nō sit corruptibilis. s. cur post omnē motū futurus sit motus, cū illa, qua mōstratū est, añ omnē motū fuisse motū: nam pari artificio, quo deductū est dato primo motu, accidere, vt sit mutatio prior prima, deducet, dato vltimo, vt sit & posterior quam vltia. Subiūgit autē probationē nimis concisam, eandemque subobscu-

subobscuram. Quia nō desinit (inquit) simul moueri & esse mobile. Enititur ergo probatio hoc axiomate, ꝙ ōis potentia diuturnior est suo actu, siue actiua sit, siue passiua: inde nanq; extruit Arist. in virtute hunc syllogismū. Sicuti prius est res mobilis, ꝙ moueatur, ita postꝙ moueri desinit, superstes est res mobilis: nam eadem est vtrobiq; ratio, nēpe diuturnitas maior potentię, ꝙ actus. Et hoc est, quod ait. [Contingit combustibile esse, qđ non comburitur.) Des igitur (.v.g.) vltimum motū esse combustionē, tūc fit, vt detur posterior postremo motu: nam postꝙ mobile, puta cōbustibile, superstes est, fit, vt tandem corrumpetur, cuius ideo corruptio, quę est motus, vel mutatio, erit posterior cōbustiōe. Similem syllogismum insinuat a parte motiui: cessante enim motu, qui designatus est vltimus, permaneat necesse est motiuū, a quo motus ille emanabat, quod cū sit corruptibile, posterior erit eius corruptio. Hęc autem ratio trifariam videtur delinquere. Primo videtur maxima Arist. suo se exemplo perimere. In ea siquidē re, quę localiter mouetur, verū apparet, ꝙ cessante motu, restet mobile: in re autem, quę cōburitur, nō item: nam cum combustio, motus sit per quē stupa [.v.g.] corrumpitur, non est necesse absoluta cōbustione vt superstes sit stupa. Quod si intētio fuit Aristo. distinguere inter combustionem, quę est alteratio ad corruptionem tēdēs, & corruptionē ipsam substantię, quę non est motus, sed instantanea mutatio, atq; posterior combustione, tunc signabo corruptionem ipsam, veluti postremam mutationem, qua profecto Aristot. non demonstrat superesse posteriorem. Secundo peccat ratio ex parte motiui, nam dicam, ꝙ licet post illum vltimum motum superstes sit motiuum, illud non est necessarium esse corruptibile: nam licet nō admiserit Arist. Deum se solo esse causam alicuius corruptionis, saltē vbi defixus imbecillus oculus in solem corrumpitur, sol remanet, qui non est corruptibilis. Et idem patet de plantis, quę eius ardore exiccantur. Et tertio manca est eadē ratio, quippe vbi nulla fit mentio motiui, & mobilis incorruptibilium. Sicuti neque in alia ratione, quę fiebat in pręteritum. Posset em̄ respondere quispiam, cessare vltimum motum, quiescentibus in perpetuum motiuo, & mobili. Sed vt ab hoc postremo exordiamur, dicēdum, ꝙ abstinuit Aristo. a mentione incorruptibilium, pro eo, ꝙ ꝙ facilime potest ratio superior huc vice versa applicari. Nam tunc pariter inquiritur, cur perpetua illa motiuum & mobile a motu nunc cessant: ꝙ si respondeas, propter aliquod impedimentum, fit, vt illud intercedat per motum, qui superuenit, sitq; posterior alio cessante: & si iste cessat, cessabit per impedimentum aliud: & sic in infinitum. Sed in rebus corruptibilibus verum est quod ait Aristo. sane intellectus: cessante enim combustionis motu, cuius terminus est corruptio combustibilis, necesse est corruptibile manere, vel illud, vel aliud. Est enim corruptio vnius, generatio alterius ex eadem materia. Itaque sicut in inceptione non est necessarium, ꝙ res mobilis antecedat suū motum nisi natura, necesse est tamē pręcedere aliam tempore, ex qua hęc fuit genita, ita in corruptione restat semper aliud corruptibile, quod est post corrumpendum. Sed quātum ad motiuum negaret Aristot. solem, & superiores causas agere nisi mediantibus secundis, quę sunt corruptibiles. Si sol enim corrumpit, vel visum, vel plantā, id facit per infectum aerem, qui post corruptionem plantę restat incorruptibilis. Rationes ergo istę, quę rerū naturis committuntur, pro articulo per fidem nostram iugulentur, monstrabitur quęstione prima.

Potētia dicitur mox actu.

Cōtra Aristotē.

Responsio ad obiecta

## QVO AD VERSARIORUM sententiæ obuiatur.

## CAPVT. II.

SI igitur hæc, impossibilia sunt: manifestū est, quòd est perpetuus motus, & non aliquādo quidē est, aliquando autem non. Etenim sic dicere, figmento magis assimilatur. Textus xiij.

¶In hoc.2.c.per.8.textus distributo, descēdit ad particulares aduersariorum opiniones confutandas: quę est secunda via demonstrandi veritatem. In quarum confutatione speciatim lucescunt rationes istę quę factę sunt. Concludit ergo, ꝙ si hęc impossibilia sunt, nempe, ꝙ vel post motum corruptionis non restet aliud corruptibile, vel ꝙ detur mutatio aut prior prima, aut posterior vltima, consequens fit manifestum, vt motus sit vtrinque perpetuus: nam dicere, ꝙ aliquando fuerit motus, futurusve sit, aliquando vero non, nisi rationem subdideris, figmento assimilabitur. Est enim figmentum quod ad libitum absq; vllo exemplari, & arte, & ratione confingitur. Nisi vbi diuina intercesserit fides, quę Philosophos latuit.

Figmentū quid.

¶Similiter autē & dicere, quòd aptum natura sic est, & hoc oportere putare principium esse. Quod quidem videtur Empedo. dixisse, quòd vincere, & mouere in parte amicitiam & litem, inest rebus ipsis ex necessitate, quiescere vero: in medio tempore. Textus xiiij.

¶Quoniam dixerat per simile esse figmēto, quicꝙ absq; ratione adseuerare, profert in mediū Empedoclis opinionem, qui huiusmodi cōmittebat peccatum. Aiebat enim motum & quietē alternis vicibus se intercalare, dum enim discordia & lis vincebat, fiebat mundus per motum elementorū disgregantium se ex chao: ac rursus cum per amicitiā se illuc recipiebāt, manebant in requie. Quod si ratio huius ab eo quęrebatur, nullam reddebat, sed talem aiebat esse rerum naturam: quapropter illud supponebat tanquam principium, ꝙ omne totum est maius sua parte. Reprobat ergo hoc Aristote. eo ꝙ hęc rerum varietas, & vicissitudo, non potest esse, vt primum principium, sed est potius prioris causę effectus: nam omnis ordo in aliquam causam referendus est; vt cur motus augmenti in animalibus vsque ad certam progressus ętatem illic sistat. Est enim causa tam defectus caloris, ꝙ humidi. Et cur hyems vsque ad certum tempus protēdatur vnde incipit ver, in causa est obliquus motus solis.

Empedo.

¶Fortassis

Tex,xv. ¶Fortassis autem & vnum principiũ faciẽtes, vt & Anaxa. sic vtiq; dixerint At verò nihil inordinatum est: eorum quę natura, & secundum naturam fiunt. natura enim: causa ordinis est omnibus, infinitum autem: ad infinitũ nullam rationem habet: ordo autem omnis: ratio est. Infinito autem tempore quiscere, posteà motum esse aliquando, huius autem nullam esse differentiam, quare nunc potiùs quam priùs neque rursus aliquem ordinem habere non amplius naturæ est opus. aut enim simpliciter se habere oportet id, quod natura est: & non aliquando quidem sic, aliquando verò aliter (vt ignis sursum natura fertur: & non aliquãdo quidem, aliquãdo verò nõ) aut rationem habere quod non simpliciter. ¶Quare meliùs est, vt Empedocles, & si quis alius dixit, sic se habere: in parte vniuersum quiescere, ac rursus moueri, ordinẽ enim iã quendam habet quod tale est. Sed & hoc dicentem oportet non affirmare solum, sed & causam ipsius dicere, & nõ ponere, neque censere vllam sententiam irrationabilem. Sed aut inductionem, aut demonstrationem afferre. hęc enim, quæ supposita sunt, causæ nõ sunt. Neque hoc erat litis vel amicitiæ esse: sed huius quidem aggregare, illius verò disgregare. Si verò insuper determinetur ipsũ in partẽ dicendũ est in quibus sic. vt quòd est aliquid quod congregat homines, scilicet amicitia, & fugiũt inimici ab inuicem, hoc enim supponitur, & in toto esse, videtur enim in quibusdam: sic esse. Hoc autem & per æqualia tẽpora, indiget & aliqua ratione. ¶Omnino autem existimare principiũ esse hoc sufficiens, qđ semper aut est sic aut fit, non rectè est opinari, ad quod Democritus reducit de natura causas ꝙ sic & prius fiebat, ipsius autem semper: non vult principiũ quęrere dicens in quibusdam rectè, in omnibus autẽ nõ rectè. Etenim triangulus habet duobus rectis semper angulos æquales, sed tamen est quædam perpetuitatis huius altera causa, principiorum tamen, quæ perpetua sunt, non est altera causa. Quod igitur nullum tempus erat, aut erit quando motus, aut non erat, aut non erit: tot dicta sint.

¶Text. hic. 15. iusto sane lõgior est qui idcirco congrue a Cõmẽtatore in tres poterat distingui quos nos per paragraphos designauimus. Inducit enim primum Arist. Anaxagorę dogma irrationabilius, opinione Empedoclis. Mox regreditur ad reprobãdũ Empedoclem, ac demũ elidit vnum cauillũ, qui erat vsurpatus a Democrito. Ait ergo fortasse & Anaxagorã suum dogma pariter statuisse, tanꝙ primũ principium, veluti Empedoclẽ. Ubi adnotãdum Anaxagorã lõgo interuallo discrepasse ab Empedocle. Haud enim docebat vicissitudinẽ generatiõis: & corruptionis mũdi per vices motus & quietis: sed dixit tẽpore infinito vniuersa delituisse in chao, vnde postea mẽs cũcta cõgregauit, dissociauitq; locis. Hui⁹ autẽ causam nullã reddebat, sed id putabat veluti primũ principiũ naturale. s. cõgruẽs naturę, illi⁹ effectricis mẽtis, quę erat sempiterna. Mõstrat ergo Ari. huiusmodi opinionẽ maiorẽ pręse ferre absurditatem, ꝙ illa Empedoclis. Ille siquidẽ per definita stataq; tẽpora desẽsare poterat ordinatam vicissitudinẽ motus, & quietis ꝙꝙ illic deficeret, ꝙ nullã speculabat illi⁹ ordinis causã. Anaxa. autem non solũ in hoc delinquebat sed in eo ꝑterea, ꝙ inter duo infinita tẽpora mot⁹ & quietis nullũ quiuerat constituere ordinẽ. Est ergo ratiocinatio Ari. Nihil inordinatũ cõuenit reb⁹ natura sua: quãdoquidẽ natura causa ordinis est omnib⁹, inter illud infinitũ tẽpus, quo omnia requieuerunt in chao, & hoc infinitũ, quo eadẽ mouẽtur, nullus potest esse ordo, quia infiniti ad infinitum nulla est ratio, hoc est, ꝓportio, (ordo autẽ idẽ est quod ratio & proportio) ergo quies infinita, & mot⁹ infinitus nõ possunt accipi veluti primũ principium ex rerũ natura desumptũ, & pręterea nulla, inquit potest cõstitui differẽtia, cur poti⁹ nũc incipiat mot⁹, ꝙ prius. Imo vero (vt referẽter Simplicio ait Eudemus neq; põt afferri ratio talis ordinis, ꝙ quies quę est priuatio mot⁹ antecesserit motũ, qui poti⁹ videt motũ debuisse pręcedere. Ait ergo, ꝙ non habere ordinem, nõ potest esse opus naturę: quoniã ea, quę a natura proficiscuntur, aut simpliciter & perpetuo eodem se habent modo, sicuti ignis semp natura sua sursum fertur, ac terra simpliciter deorsum, & nõ aliquando sic aliquãdo non: aut si sit aliqua variatio naturalis, illa procedit certo ordine, & mõ ob causam, quę fixa est, & firma: vt hyems semper sequit autumnum, hyemẽ autẽ ver primũ, mox ęstas, propter motum solis sub flexo Zodiaco. Confessus est hic merito Cõmentator authores suę legis veluti Christianos ad rationis metã ꝓpius accedere, ꝙ Anaxagoram, quippe qui rationem, cur potius tunc mũdus in

Differt inter Empe. & Anaxa.

Nihil inordinatũ conuenit naturę.

cepit, ꝙ antea, non in rerum naturam, sed in diuinam referunt voluntatem: immerito tamẽ & hãc nixus est demoliri rationẽ, vt q. 1. elucidabitur. Neque vero Christiani cõcedimus cũ Anaxagora infinito tẽpore quieuisse Deum: quia ante cõditũ orbem nullum fuit tẽpus. Sed de his. q. 1. absolutiꝰ [Quare meliꝰ est] in. 2. ergo particula textus regreditur ad Empedoclẽ quem fatetur vtcũque meliꝰ dixisse, ꝙ Anaxagoras, eo ꝙ inter definitas portiones tẽporis poterat vtcũque excogitare ordinẽ inter succedentes sibi quietis & motꝰ: nam finiti ad finitum nihil vetat esse ordinẽ. At vero non omnino fuit absque reprehẽsione: quoniã supposuit illam sententiam irrationabilem, hoc est nulla ratione suffultam: cũ potius deberet assumere causam rationabilẽ sine inductione (per quã viam dilucidantur principia, sine demõstratione) per quam constituũtur cõclusiones. Nã causa, quę ab ipso supposita est, nulla est prorsꝰ. Si enim tantum hoc asseruisset ꝙ lis esset causa disgregatiua rerum amicitia vero causa cõgregatiua, & hoc prouenire ex natura rerũ, nihil sane tunc dixisset absurdum: nam talis est natura litis, talisq́ item amicitię: sed insuper addere, ꝙ vicissim per stata tẽpora lis modo vinceret amicitiã, amicitiaq́ postea litẽ, hoc non potest ex huiusmodi rerũ natura promanare. Sed perspice egregiam probationẽ Aristo. Id quippe, quod vt primum principium proponitur debet saltẽ a posteriori per inductionẽ manifestũ fieri. Inductio autẽ est, quãdo indicatis dinumeratisque singularibus, quę experimẽto nouimus, colligimꝰ ita esse in alijs, quę a sensibus nostris absũt: vt si hic ignis calefacit, & hic, & hic, documentũ est talem esse naturam ignis. Et hoc est, quod ait Arist. Si vero insuper determinetur ipsum in parte, hoc est, cõcludatur vniuersale principiũ per aliqua singularia, debẽt recenseri illa, & ostẽdi, in quibꝰ ita cõtingit, vt nos modo faciebamus. Empedocles vero bene poterat inductionẽ facere ex his quę hominibꝰ accidũt, ad colligẽdũ, ꝙ lis disgregat, amicitia vero congregat. Experimur enim amicos libẽtissime cõuenire, inimicos vero a se inuicẽ diffugere. Ob idq́ ex hoc particulari supposito colligimꝰ ita esse in toto vniuersali, scilicet, ꝙ lis disgregat, amicitia vero congregat. Sed hoc tamẽ, qđ insuper addebat, nimirũ, ꝙ hoc fieret ꝑ ęqualia tẽpora, vt nũc amicitia vinceret, post vero lis, nulla põt inductione fulciri, sed opus habẽt noua ratiõe, quę causa sit illius vicissitudinis, atq́ ordinis (Omnino autẽ) Tertia deniq́ particula cõfutatio est cuiusdã cauilli. Potuisset cauillare seu Empedo. seu ex discipulis eius quilibet nullã esse exigẽdam cãm, cur nũc amicitiam lis vincat, mũdũq́ cõstituat, nunc vero superior lis ipsum diruat: nã cũ hoc semper ęternũq́ ita fiat ꝑ ęqualia tẽpora, suscipiendum est tanquam principiũ, cuius non est expectãda alia causa. Ad hũc enim nodũ philosophabatur Democri. quippe qui diuersarũ congressionũ complexionũq́ atomorum, ex quibꝰ varia, diuersaq́ conflantur mixta, nullã afferebat causam, sed satis esse aiebat ita sempꝑ fieri, vt habeatur velut principiũ. Repellit ergo Aristo. hanc inscitiã: nõ enim ob id, ꝙ aliquid est ęternũ, aut semper eodẽ modo fit, caret causa, quinimo cũ res eandem vim habeant in eo ꝙ sunt, & in eo ꝙ vera significant, fit vt quẽadmodũ in cõuitiationibus perpetuę veritatis aliqua sunt ꝑma principia, vt omne animal rationale est risibile: alia vero habeant causam, vt omnis triã

Cõtra Empedo.

Principia inductione mõstrantur.

Phi. Democri.

gulus habet tres, &c. ita & res extra infraq́ Deũ, licet concederentur ęternę depẽderent nihilo secius ex suis causis. Doctrina est memorabilis eiusdẽ Aris. 2. meta. tex. 4. ex qua colligitur, ꝙ & si cõcedatur eiusdẽ fuisse opinionis, vt mũdus fuerit ab ęterno, nõ subinde censendus est negasse, quin dependeat a Deo tanquam a prima causa.

¶Cõtraria autem his non difficile est soluere. Videbitur autem ex hisce, considerantibus: contingere maximè, motum esse aliquando, cùm non esset omnino. Primò igitur: quia nulla perpetua mutatio est. mutatio enim omnis: apta natura est esse ex quodam in quiddam. quare necesse est: omnis mutationis terminum esse contraria, in quibus fit, in infinitum autem: moueri nihil. Te. xvj.

¶Tribus vijs dicebamꝰ super tex. 4. prosequi Aristotelem hanc suam disputationem: nam in superiori capitulo mõstrauit ęternitatẽ motus rationibus sumptis a re ipsa: & in his primis tribus textibus confutando aduersariorũ dicta, hic autẽ iam aggreditur eorum rationibus respõdere. Respõdet autem hic potissimum ad tres. Prima est huiusmodi. Nulla mutatio est infinita, ergo neque vlla potest esse ꝑpetua: atq́ adeo motus incepit postquam nõ fuerat. Primum assumptum probatum est lib. 6. a text. 91. vsque ad finẽ, cuius probationẽ hic summatim repetit. Omnis enim mutatio est inter duos terminos, scilicet a q̃, & ad quẽ, quos necesse est esse duo contraria, aut secũdũ positionem loci, vt sursum & deorsum, &c. aut secũdũ qualitatem, vt a nigro in album, aut secundum cõtradictionẽ, vt a non esse hominem ad esse hominem: inter duos autem tales terminos, nõ potest esse infinita distãtia, alias nũquam perueniretur ad finem: nulla ergo est infinita mutatio secũdũ latitudinem, quare nec perpetua esse potest secũdum tempus. Hęc autem ratio debilissima est, vt iacet: nam neque de motu circulari arguit non esse perpetuum, neque admisso nullã esse mutationem perpetuã, demolitur illam rationem perpetuitatis in motibus infinitis, ne ante omnem motum fuerit motus. Quid autem virium afferat, liquebit ex subsequentibus.

Argumentatio pria.

¶Ampliꝰ videmus, quòd possibile est id moueri: quod neque mouetur, neq; habet in seipso vllum motum. vt in inanimatis, quorum neque pars vlla, neque totum mouetur, sed quiescẽs mouetur aliqñ. Oportebat autẽ, aut sempꝑ moueri, aut nunquã, si nõ sit cum non esset. Multo autem magis quod tale est in animatis esse, manifestũ est, cùm enim in nobis nullus insit motus, aliquãdo, sed quiescamus, mouemur tamen Textus xvij.

Aliquã

aliquando, & fit aliquando in nobis ex nobis ipsis principium motus, & si nihil extrinsecus moueat: hoc enim in inanimatis similiter nõ videmus, sed semper mouet ipsa aliquid aliud eorũ, quæ sunt extra. Animal autem ipsum, dicimus se ipsum mouere. Quare si quiescit aliquãdo penitus, in immobili motus vtique fiet à se ipso & non ab externo. Si autem in animali hoc possibile est fieri: quid prohibet idem hoc accidere & in vniuerso? si em̃ in paruo mundo fit, & in magno, & si in mundo: & in infinito, si contingit quidem: moueri infinitum totum & quiescere.

¶ Adhibet in textu. 17. secundam rationem, quam accipit ab experientia mobilium particulariũ. Et est entimema tale, vel forsan inductio. Experimur in singulis sublunarium mobilium sic motum nouum gigni in aliquo mobili, vt neq; in illo, neq; in aliqua eius parte antecesserit alius [nam si nõ inciperet nouus, oporteret huiusmodi mobilia, vel semper moueri, vel nunquã: quorũ vtrunq; aduersatur experientię] ergo idem existimandum est de toto vniuerso, cuius partes sunt indiuidua hęc: nẽpe, ꝙ aliquando in mundo exortus fuerit nouiter motus, quem nullus pręcesserit, quoniam eadẽ esse videtur natura totius, ⁊ partium. Ponit exemplũ in inanimatis, quę simul incipiũt moueri secũdum totũ, ⁊ partes: eo, ꝙ animal prius mouet vnã partem, ꝙ aliam, in quo ideo nõ quaq; vsq; liquet, motum incipere in mobili secundum totum.

¶ In secunda vero parte textus subdit tertiam [vt alij volũt] rationem, veluti secundę cõfirmationẽ: quę tamen potius est confirmatio eiusdem antecedentis ad eandem conclusionẽ: ⁊ ideo non est prorsus diuersa ratio: etenim cum inanimatum nõ moueatur a se, sed vel a generãte, vel a remouẽte prohibens, vel a violentiam inferente [vt in tex. 33. patebit] cauillari quis posset exemplum Aristotelis, dicens, ꝙ cũ graue pręcipitari incipit, vel leue subleuari, ante illum motum fuit alius mouentis tale mobile, sed tamen animal, cum in se habeat principiũ actiuũ sui motus [vt lib. 2. quęstio. 2. disserebamus] maius de se prębet documẽtum inchoatiõis motus: saltim ad sensum. Dum enim homo, vel surgit vt ambulet, vel expergesit a somno, videtur a seipso motum nouum ingenerare, cui neque in se, neque in alio pręfuit motus alius. Infert ergo per locum a parte ad totum, ꝙ si in homine hoc experientia testatur, nihil vetat, quin etiam in vniuerso simpliciter de nouo fuerit inchoatus motus, si enim in paruo mundo, hoc est in homine, qui dicitur microcosmos, id vsu venit, quid prohibet ⁊ magno idem mundo accidere? Quod si mundo accidit, consequens fit, vt possit ⁊ ipsi contingere infinito. Alludit, secundum Alexandrum, ad infinitũ chaos Anaxagorę, vt pote ex atomis infinitis congestum: nam hoc ille fortasse argumẽto colligebat potuisse extemplo incipere moueri in tẽpore. Addit autem si cõtingit infinitum moueri totum, aut quiescere: quoniam lib. 3. palam fecit, infinitũ nõ possem motu cieri, neq; si moueret, a motu cessare. Explicant nõnulli hominem inter animalia rationẽ habere microcosmi propter id, ꝙ habet quatuor humores complexiones, vice quatuor elemẽtorum, ⁊ pręterea mixta organica membra, ⁊ rursus, viuit, sentit, ⁊ intelligit, vt [quod ait magnus Gregorius] sit velut omnis creatura. At teste Alberto congruentior pręsenti loco est similitud quãtum ad eius partes motrices ⁊ motas. Habet em̃ intellectum, ceu primum motorem, phantasiam vero ⁊ appetitum, tanquam mouentia mota, sed corporea membra, tanquã simpliciter mota. Hac enim similitudine forsan Anaxagoras ratiocinatꝰ aiebat, ꝙ sicut in homine intellectus per phantasiam inchoat in tempore motum corporis: sic ⁊ separata mens cępit disgregare atomos ex chao: mundumq; compingere.

Anaxagoras argũ. | Homo microcosmꝰ.

¶ Horum igitur id quod primum dictum est non eundem semper & vnum numero esse motum qui ad opposita fit, rectè dicitur hoc enim fortassis necessarium est, si non semper vnum & eundẽ numero esse possibile est vnius & eiusdem motus. Dico autem, vt vtrũ vnius chordę vnus & idem sonus sit, an semper alius, ipsa similiter se habente & mota. Attamen qualitercunque tandem se habeat, nihil prohibet vnum & eundem esse aliquẽ, quo cõtinuus est, atque perpetuus. manifestũ autem erit magis, ex ijs quæ posterius.

Textus xviij.

¶ Soluit, quo ordine propositę sunt, pręfatas instãtias. Ad primam distinguit assumptum, concedit inquam, ꝙ motus, qui est a contrario in cõtrariũ, qualis est alteratio, ⁊ rectus motꝰ localis, esse nequit cõtinenter vnus durationis infinitę, alias nũquam mobile attingeret metam, ⁊ sic motus esset frustraneus, vt in calce lib. 6. visum est. Negat vero omnem motum fieri a contrario in contrarium, vt in cęlorum circumlatione compertũ est: cuius ideo naturę nihil obstat, quo minꝰ iugis, semperq; sit, ac sine fine perpes. Attamen ne quis obijciat priori membro, contingere motum a contrario in contrarium, qui tamen infinitum durat, argutissime respondet occultę huic obiectioni. Posset em̃ quis falso cogitare identitatem motus attendi penes vnitatem mobilis, ⁊ mouẽtis: nempe vt vnius mobilis vnus sit motus, tũc vel maxime, cum nulla sensu percipitur pẽsatio: vt dũ chorda lyrę identidem percussa, nunquam motari cessat sursum, ac deorsum. Tũc quippe idem semper videtur esse sonus, atque adeo idẽ motus. Hinc enim [vt ait Albertus] argutari quis posset, pariter iuges, assiduasque alterationes horum inferiorum eiusdem generis, vnam intexuisse continuã, eandemq; infinitam motionẽ ab ęterno hucusq;: per reciprocationem, scilicet, a calore in frigus, ⁊ ecõuerso, ⁊ ab albore in nigredinem, ⁊ vice versa, siquidẽ omnes fiunt ab eodem primo motore per obliquum motũ solis continenter mouente eandem materiã, quę vna est horũ inferiorũ, in qua perinde generatio vnius est corruptio alterius. Negat veruntamen

Solutio pmę rõnis. | Nota de motus idẽtitate.

Aristoteles eundem esse, vel sonum, vel motũ chordę identidem tactę, ac multominus idem motus conflatur ex contrariis reuersisq́ alterationibus: quia omne mobile in puncto reflexionis quiescit. At quia non est huic disputationi proprius hic locus, pętermittit illã, & ait, quid sit de motu inter cõtraria, possit ne vnus, infinitusq́ esse, nec ne, illi tamen qui non est inter contraria, vt circulationi, nihil aduersatur, quominus perpetuus infinitusq́ esse possit, vti in subsequentibus manifestum fiet.

Textus. xix. ¶Moueri autem id, quod nõ mouetur, nullum est inconueniens, si aliquando quidẽ sit id, quod mouet, extrinsecus, aliquando autem non. Hoc tamen quo modo vtique erit, inquirendum est, dico autem, vt idem ab eodem motiuo existente, aliquando quidem moueatur, aliquando autem non, nihil enim aliud dubitat hoc dicẽs, quàm propter quid non semper eorum quæ sunt, alia quidem quiescũt, alia verò mouentur.

Solutio secũdę rationis.

¶In text. 19. progreditur ad secundam rationẽ diluendam: quam facile dat expeditam per ea, quę dicta sunt. Negat quippe assumptum: nempe dum inanimatum moueri incipit secundũ se totũ, tunc de nouo simpliciter exoriri motum: quandoquidẽ mouentur eiusmodi mobilia ab extrinseco, vt dicebamus text. 17. Ob idq́ ꝙ moueri incipiant post quietem, aut hoc contingit, quia mouens nõdum erat, puta, quia mouens erat corruptibile, vt tex. 6. proposuit, & tunc necessariũ est vt pręcesserit motus, per quem tale mouens genitum fuit, & ante illum eadem ratione alius in agentibus corruptibilibus. Si vero causa motrix ꝑpetuo fuerat cũ mobili, tunc redit (inquit) eadem inquisitio, cur videlicet mobili & mouẽte semper existentibus, nõ sequitur semper mot⁹. Ad quod iam partim responsum est paulo superius, pleniusq́ infra respondebitur, nimirum, ꝙ vel non est agẽs applicitum passo, vel non est impedimentum sublatum. Quamobrẽ necesse est (vt iam ante dicebat) pręcedere aliũ motũ ante hunc, quem arguens asserebat primum.

Textus. xx. ¶Maximè autem videbitur tertium habere dubitationẽ, propterea quòd fit. cum non esset prius motus, id videlicet quod accidit in animatis. quiescens enĩ prius postea vadit, mouente exteriorũ nullo vt videtur: hoc autem falsum est, conspicimus enim semper aliquid eorum, quæ congenita sunt, moueri in animali: huius autem motus ipsum animal causa non est, sed continens forsitan. Ipsum autem dicimus seipsum mouere, non secundum omnem motum, sed secundum motum secundum locum. Nihil autem igitur prohibet, magis autem fortasis necessariũ est, in corpore multos fieri motus à cõtinente, horum autem quibusdam, intellectum ait appetitũ mouere: illo autem totũ iam animal mouere, quale accidit circa somnos. sensibili enim nullo existente motu inexistente tamen aliquo, rursus excitantur animalia, sed manifestum erit & de his, ex sequentibus.

Solutio tertię rationis.

¶In hoc tandẽ. 20. tex. dissoluit argumẽtationem tertiã, q̃ erat secũdę cõfirmatio. Et perspice ꝙ potuisset Arist. ad eandẽ r̃ndere negando cõsequẽtiã hanc. In singulis indiuiduorũ innascitur de nouo mot⁹, ergo in toto vniuerso simpliciter exort⁹ est: q̃ idcirco nõ tenet, qd̃ motus hm̃oi sublunarium, oĩs est inter cõtraria, qui ideo nõ põt esse in infinitum perpetuus, orbicularis vero cęlorũ põt fuisse ab ęterno, vt paulo ante dicebat. Attamẽ q2 non solum hoc perseuerat sustinere, verũ ꝙ in his quoq́ corruptibilibus ante omnẽ motum fuerit motus, perspectius respondet, negãdo antecedens: nẽpe ꝙ motus animaliũ, de quo apparẽtius ostenditur a nullo priori extrinsecus dependere, sit simpliciter primus: quinimo habet extrariam motricem causam, in qua necesse est prius infuisse motum, ꝙ̃ animal moueat̃. Adnotari hic autem oportet, quo textus hic planus fiat, motũ localẽ, ꝓprie esse motũ aĩalis, quo secernitur ab insensibilibus. Enimuero & si grauia & leuia scd̃m locũ moueant̃, nõ tñ nisi scd̃m vnã dr̃iam positiõis: illa quidẽ deorsum, hęc vero sursum: atq́ id a generante, dũ extra suã sunt naturalẽ dispositionẽ. Et plantę quãuis moueantur a principio intrinseco, motu augmẽtationis, nõ tñ proprie scd̃m locũ, qm̃ nõ relinquũt priorem: sed ꝓtendunt̃ ad ampliora. At aĩalib⁹ sic natura ꝓspexit, vt ꝑ motũ progressiuũ, perq́ alios locales mẽbros cõquirerent sibi alimẽta. Et hoc est, qd̃ ait hic Aristo. Ipsum dicimus seipsum mouere nõ scd̃m omnẽ motũ, sed secũdum localem. Calefit nãq́ & frigefit aĩal a circunstante, sicuti inanimata, quorũ motuũ non hꝫ in se principium, nisi passiuum. Ait ergo Arist. falsum esse illũ motũ localẽ, q̃ ꝓprius est aĩalis, esse simpliciter primũ. nã cõspicimus (inquit) semꝑ aliquid eoꝝ, q̃ cõgenita sunt, hoc est hoi innata, puta sensum, vel phãtasiam añ amoueri: quorũ motuũ aĩal nõ est causa. s. effectrix, tanq̃ aĩal ꝑ appetitũ, sed fit circũstãte, nimirũ ab aere (.v.g.) infrigidante corpus, introrsumq́ cõcludente calorẽ naturalẽ ad digestionẽ perficiẽdã, vñ oborta fames, q̃ est appetitus cibi, mouet aĩal ad ipm̃ cõquirẽdum: & sic de aliis alteratiõibus corporis, vñ excitatur appetitus ad suas voluptates per motũ localẽ disquirendas. Atqui in spiritualibus obiecta mouẽt sensum, & ꝑ sensum, intellectũ qui est primũ mouẽs in hoie is aũt per intentionẽ, finis mouet appetitũ & ꝑ ipsum mẽbra ad persequẽda media. Ecce quẽadmodũ, licet mot⁹ localis sit a principio intrinseco, nõ tñ est simpliciter prim⁹, quippe quẽ alii externi antecedunt. Et hoc est, qd̃ cõclusit hoc loco. Aristo. Nihil igit̃ ꝓhibet, magis aũt fortassis necessariũ ẽ multos fieri motus a cõtinẽte. Ubi fortassis, nihil dubitatiõis ꝓfert, sed stil⁹ est peripateticus. Qd̃ aũt ait, multos fieri motus a cõtinẽte puta, qui sunt mere naturales, insinuat alios itidẽ esse pure naturales internos. Tres enĩ

Proprius motus aĩalis est localis.

Rationes motus animalis.

Motus naturales animalis tri plices.

motuum

motuū differentias dignoscim⁹ in animali. Primi sunt mere naturales, quorum in ipso tm̄ est principium passiuum, vti calefactio in vere, & frigefactio in hyeme: alij sunt similes istis, a pricipio tn̄ intrinseco actiuo, vt nutritio, & augmentatio, q̄ sunt proprij formę viuentiū, atq; adeo cōmunes plātis: quę q̄dē dicunt mere naturales, q̄a nō fiūt per cognitionē, & appetitū. Alij deniq; sunt ꝓprij aīaliū: vt preter spirituales, localis motus, qui fit per appetitū sensitiuū. Vbi autē subdit, quibusdam motibus moueri intellectū & appetitum, ostendit quatenus in nos dn̄ium exercēt cęlestia corpora. Haud enim ꝓxime afficiunt aīam, sed omnino corpus, cuius affectionibus sępe intingitur aīa trahiturq; voluntas, nunq̄ tn̄ necessitatē patitur: adeo eius libertas est ab omni cęlestium terrestriūq; coactionibus exempta. Cū autem subdit, appetitu a continēte motu, submoueri totū aīal secūdū locū, exemplū supponit doctissime in illo, qui excitatur a somno: id circo, q͛d talis motus videtur de repēte exoriri, nullo pręeūte alio. Ait ergo q̄ licet nullus sensibilis appareat antecessisse in dormiente: ꝓcesserunt tn̄ intus quippiā: sunt em̄ in causa somni, vapores exhalati a coniunctione sibi vsq; ad cerebrū, indeq; recidentes ad cor, infrigidantesq; ipsum, impedientesq; perinde spiritus vitales, & ex alia parte humectātes, hebetantesq; organa sensuum, quorū cessatio & quies, est somnus. Haud veruntn̄ eaten⁹ quiescit dormiens, vt nullatenus moueatur: est enim intus iugis continuaq; actio caloris in cibum, quo digesto, calefactoq; corde, resolutisq; vaporibus, subsequitur vigilia sensuū. Refert se de his tn̄ ad subsequētia, nempe ad text. 51. sed forte & ad libros de motu aīaliū, & de somno & vigilia. Expediuit igitur. Ari. hoc membrū, quo (vt in sua erat opinione) constituit nunq̄ fuisse genitum primo motū, sed ante omnē fuisse aliū. Idq; argutissime postremo patefecit exemplo aīalis, q͛d, licet videat aliq̄n quiescere, ac deinceps moueri (vt dum quis post somnū euigilat) nunq̄ tn̄ viuēs desicit. Hui⁹ em̄ instar censendū est & de toto vniuerso, vt pote q͛d nūq̄ simpliciter moueri cępit.

Dominiuz in nos cęlo.

Causę somni.

## QVO DIVISIO MEMBRO rum quinq; discutitur.

## CAPVT. III.

Tex.xxj

PRincipium autem considerationis id erit, quod & dictæ dubitatiōis: quare quædam eorū quæ sunt, aliq̄n quidē mouentur, aliquando autē rursus quiescunt. Necesse est autē, aut omnia quiescere semper, aut omnia semper moueri, aut alia quidē moueri, alia autē quiescere. Et rursus horū aut ea, quæ mouentur, moueri semper, q̄ quiescunt, quiescere. Aut omnia apta nata esse similiter moueri & quiescere, aut reliquū adhuc & tertium. Contingit enim eorum quæ sunt alia quidē semper immobilia esse alia vero semper moueri, alia autem vtraq; participare. Quod quidem, à nobis dicendum est. Hoc enim habet solutionem omnium dubitatorum, & finis nobis est huius negotij.

¶ Postq̄ id constituit Arist. quod semper fuit mot⁹, & lib. 7. tex. 3. & infra cōstitutū reliquerit, in mouētibus & mobilibus nō esse abitionē in infinitum, eo iam nunc pergit, vt cōditiones primi motus, ac primi motoris speculetur. In hoc autem tertio capite membratim examinat partitionem quandam generalem omniū entium respectu motus & quietis in quinq; membra distributā: quā vtiq; partitionē proponit in hoc textu. 21. At q̄m inter soluendū rationē secundā prędixerat, eū, qui inde arguit motū, aliq̄n incępisse, q̄ alias, vel oīa semper mouerentur, vel nunquam, eum inquam nihil aliud exigere arguendo, q̄ cur res quępiā q̄nq; moueantur, quandoq; vero rursus quiescat, ait modo hinc sumendū esse principiū subsequentis cōsiderationis, vnde & prędicta dubitatio ortum trahit. Quod quidem vt perspectius fiat, distinguendum in vniuersum censet de his, quę sunt in rerum natura. Necesse quippe est (inquit) aut oīa semper quiescere, aut moueri oīa semper, aut alia quidē moueri, alia autē quiescere. Sed tertiū hoc membrum, rursus subsecatur in tria. Aut enim illa, quę mouentur, semper mouentur, & quę quiescunt semper quiescunt, aut omnia apta nata sunt q̄nq; moueri, quandoq; vero quiescere, aut [quod reliquum est ac tertiū] tria sunt rerū genera, nempe, vt sint aliqua semper immobilia, alia vero semper mobilia ac mota, sed alia quandoq; mota, quandoq; vero quiescentia. Vide q̄ ex re, & arte vniuersam rerum naturam in quinq; membra partitur est in ordine ad motū & quietem. In trib⁹ quippe membris non fit subiectorū diuisio, sed qualitatis, puta motus & quietis, vt omnia entia se habeant similiter. Est, inquam, primum membrum, vtrum omnia entia semper quiescant, quod fuit Zenonis placitū. Cum Parmenide, & Melisso. Secūdum vero, Vtrū omnia semper moueantur, quę fuit opinio Heracliti. Et sunt ista duo membra simpliciter contraria, tamē ex parte subiecti vniuersalis, q̄ ratione modi prędicati semper. Sed quartum est, Vtrum omnia aliquando moueantur, & aliquando quiescant, vt explicatum supra est de Anaxagora & Empedocle. Et sunt quidem isti duo modi subcontrarij ratione modificationis prędicati aliquando, sed contrarij ex parte subiecti, omnia. At vero in tertio & quinto membro res ipsę diuiduntur, dum in tertio quęritur, Vtrum rerum, aliquę semper moueantur, & aliquę semper quiescant, quod referente Alberto, fuit in dogmatibus Pythagorę, & post Epicuri. Hi autem modi sunt vice versa ex parte subiecti subcontrarij, sed a parte prędicati contrarij ꝓpter aduerbium, semper. Tu ipse rotulum oppositorum constitue. Sed tamē in membro quinto quęritur, Vtrum eorum, quę sunt alia quidē semper sint mobilia & mota, alia vero semper immobilia, sed alia quę q̄nq; moueantur, & q̄nq; quiescant. Atq; hoc quintum membrū pertinet ad Aristotelicam sententiam: sunt enim intelligentię semper immobiles, & omniū maxime prima causa, cęlestes vero orbes, semper moti, at sublunaria vniuersa, q̄nq; mouentur, q̄nq; vero quiescunt. Ob idq; concludit, hoc. s. postremum, solutionem habere omniū dubitatorū hui⁹ libri, & finem esse totius negotij, nempe dum monstratum fuerit, nō omnia moueri vicissim & quiescere, sed esse vnū primū mouēs immobile, & alia

Quinq; membrorum diuisio.

Zeno.

Heraclit⁹.

alia mobilia sempiterne mota, atq; adeo ab vno primo motore immobili per cęlestes orbes, perpetuo motos, vicissitudines subinde fieri iugiter sublunarium mutationũ, vt pote rerũ, quę quãq; mouentur, ⁊ quandoq; quiescunt. Quę quidem mutationes, sicuti neq; motu ipsi cęlorũ, neq; initiũ habuerũt vllum, neq; habiturę sunt finẽ. Et notato cur de priori membro nõ dixit, ꝙ illa sint semper quiescentia. sed immobilia, nempe, quoniam quies est priuatio motus in subiecto nato moueri, prima autem causa nõ est apta moueri: neq; vero intelligentię, loquendo, vt hic fit sermo, de motu sensibili.

Textus. xxij. ¶Dicere igitur omnia quiescere, & huius rationem quærere, dimittentes sensum, infirmitas quædam est intellectus. Et de toto aliquo: sed non de parte, ambiguitas est neq; solùm contra Physicũ sed omnes scientias (vt ita dicã) & omnes opiniones, propterea quod motu vtũtur omnes. Amplius autem de principijs instantiæ, vt in his, quæ circa mathematica sunt, rationibus nihil sunt ad mathematicum, similiter autem & in alijs, sic neq; de eo quod nunc dictum est ad Physicũ. Suppositio. n. est, quòd natura principium motus est.

Expugnat primũ membrum diuisionis contra Zenonem. ¶Repellit subinde quatuor priora mẽbra prefixę diuisionis, vt quintũ (quę sua est sentẽtia) statuat. Exorditur autem in hoc. 22. tex. ab opinione Zenonis, quę longe minimum pręsefert probabilitatis, eamq; ideo quatuor argumentis reprehendit. Primum. Dicere omnia quiescere, huiusque perpetuę quietis rationẽ quęrere, posthabendo, negandoq; sensibile experimẽtum motus, infirmitas est imbecillitasq; intellectus, futilis igitur est talis opinio, ⁊ a veritate detorta. Perspice Aristotelis acutiẽ. Quoniam vis intellectus inde resplendet, ꝙ rerũ rationes exquirit, redarguit ecõtrario Zenonem, ꝙ excogitare rationes contrarias experientię sensuum, argumẽtum est potissimum tenuitatis, incõstantięq; intellectus, nesciẽtis discernere inter id, quod perspicuum est, ⁊ euidens, ⁊ id, qđ est dubitabile, atq; ideo neq; valentis consistere, vbi rei euidentia deberet ipsum affirmare. Eo pręsertim, ꝙ principia naturalis philosophię sensibus noscuntur, vt. 1. Posteriorũ author est Aristoteles. Quocirca, cum motum esse, tam certa sensuũ experientia deprehẽdatur, vitiũ est corrupti intellect⁹ asseuerare, vniuersa quiescere. De hac delira opinione diximus in primo aduersus Parmenidẽ, ⁊ Meliss. dicentes, omnia esse vnũ principiũ immobile. Usq; adeo enim isti sensibus desipientes diffidebant: vt nullam eorũ apparentiã existimarent verã, sed semper veritatẽ crederent pugnare cũ sensibus. Qui ideo iam nunc, quid per eiusmodi phantasmata sibi vellent, haud sane possumus intelligere. Secunda ratio. Qui motum abnegat rebus naturalibus licet solam videatur partem tollere vniuersi, puta vnam eius qualitatem, totum tamẽ funditus euertit, nam cum quies sit priuatio motus, negando motum, negat ⁊ quietem, atq; adeo generationes omnes omniũ rerũ subcęlestiũ. Quinimo ⁊ cęlos ipsos, generationũ causas, incassum esse profitetur: non ergo auscultandus est, sed explodendus. Tertia. Imo vero talis philosophus, non modo philosophię naturali, verum ⁊ scientijs cũctis, ⁊ artibus bellum indicit, haud enim solum physicus naturã motus speculatur, verum ⁊ metaphysicus, de altissimis eius caussis, ⁊ pricipijs. Sed ⁊ moralis philosophia, ⁊ Rhetorica, de actiõib⁹ docet quę in motu consistũt, de quibus ⁊ Dialectica ratiocinatur. Quin vero ⁊ mechanicę artes motuum sunt etiam directiuę: vt ars extruendarum nauium, ⁊ nautica motum nauis considerant, sicut ars equestris ⁊ frenefactiua, motum equi. Adde ꝙ ⁊ mathematicus, qui abstrahit a motu, nonnullam eius imaginationem habet, dum ait, a quolibet in quodlibet pũctum lineam duci. Qui ergo motũ aufert, omnes vult scientias ⁊ artes de medio sublatas: est ergo intolerabilis talis opinio. Quarta ratio, nulli scientię licet de suis principijs, vel disputare, vel certe hęsitare vt puta, quę in vnaquaque pręsupponẽda sunt: mathematicus enim sua statim figit pricipia de quibus citra disputationem fidem habet: cum ergo motum esse, principium sit physicum, nullatenus incũbit philosopho eiusmodi disputatio. Neq; hic Aristoteles tam disputat contra negãtes principia, ꝙ eorum prodit, traducitque prauitatem ingenij. Repulsa ergo est Zenonis opinio de vniuersali rerum quiete.

¶Ferè autem & omnia dicere moueri, falsum quidem est, minus autem. hoc præter methodum. posita enim est natura physicis, principium sicuti motus & quietis. Similiter autem physicum est, motus. ¶Et dicunt quidam moueri, eorum quæ sunt, non aliqua quidem, alia vero non, sed omnia & semper, sed latere hoc nostrum sensum. Ad quos quanuis non determinẽt, quo motu dicant, an vniuersis, non est difficile occurrere. neque enim augeri, neque minui possibile est continuè, sed est & medium. Est autem similis ratio illi, quæ est de eo, quod est guttam conterere, & enascentia, lapides discindere. non enim si tãtum expulit, aut remouit gutta, & dimidiũ in dimidio tẽpore prius. Sed vt nauis tractio, ita & guttæ tot, tantum mouet. pars autem illarum, in nullo tempore tãtũ. diuiditur enim quod remotum est, in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed simul. Manifestũ est igitur, quod non est necessariũ semper aliquid abire: quia diuiditur ipsa diminutio in infinita, sed totũ aliquando Textus xxiij.

ab ire

abire. Similiter autem, & in alteratione qualibet, non enim si partibile est in infinitum id quod alteratur. ob id & alteratio, sed simul vniuersa fit sæpe, sicut congelatio. Amplius cùm ægrotauerit aliquis: necesse est tempus fieri in quo sanabitur, & non in termino temporis mutari, necesse est autem in sanitatem mutari, & in aliud nihil. Quare dicere continuè alterari, valde manifestis est aduersari. in contrarium enim, alteratio est. Atque lapis, neque durior fit, neque mollior.

¶ In tex. hoc. 23. expugnat Heraclitum, qui secundum membrum prępositę diuisionis opinabatur: nẽpe omnia semper moueri. Quinuer sunt inter Italos cõmentatores, qui eius opinionẽ prętẽdũt defensare, vt est Nimphus, qui ait nihil aliud hic condẽnare Aristo. q̃ ꝙ omnia per se semꝑ moueãtur, quod autẽ vel a se, vel extrinsecus, omnia sunt in perpetuo motu, id (inquit) non negat. At vero isti non modo Arist. (vt tex. 74. euidentius est) verum experiẽtię sunt prorsus infensi. Ecquis enim ambigat motũ quiescere simpliciter? De quib⁹ sane inanimatis assertio fuit superius Aristo. ꝙ incipiunt simpliciter secũdũ se tota moueri, vt in quibus nullus pręfuerat motus. Ad rem ergo vt redeamus, cum dixisset, eum qui negat motum, non solũ ipsum, verũ & quietẽ pariter & totũ vniuersum diruere, subdit cõparationẽ, ꝙ qui negat quietẽ, dicens oĩa semper moueri, falsum quidẽ profert, attamẽ mitius pugnat cũ rerũ natura: quoniã minus loquit̃ pręter methodũ, hoc est min⁹ aberrat a via: nam etsi quies proprie non sit nisi in re apta moueri, põt tñ esse motus ĩ re quę nõ est apta quiescere, vt patet in cęlo: vnde licet qui tollit motũ, tollat pariter quietẽ, tñ dicens omnia moueri, etsi quietẽ prorsus eliminet, nõ omnino totã naturam exterminat: quoniam retinet motũ, atq; adeo rerũ generationes, & causarũ deniq; fines. Et ideo dixit [Fere falsum] puta quasi tã falsum. Neq; id solũ, verũ neq; tã aperte cõtradicit experiẽtię, nã sunt aliqui motus tam patẽtes, vt sit prorsus stolidorũ hominũ eos diffiteri, quietes vero non sunt vsque adeo patule: nam cum sint aliqui exiles occultissimiq; motus (vt patet in altissimo somno) posset quis dicere, illa, quę apparẽt, quiescere: latẽte motu, cieri, vt iamiam in Heraclito deprehendet̃. Qđ autẽ subdit, Posita enim est natura &c. bifariam põt ad superiora referri, vno mõ, vt sit probatio illius, falsum quidẽ dicere, qui negat quietẽ, siquidẽ natura pĩcipiũ est, sicuti motus, ita & quietis. Sed tũc duriuscule assuitur subsequẽs particula, similiter physicũ est, motus. Nãq; cõsequentia est, ꝙ si natura est principiũ quietis, sicuti motus, ꝙ similiter mot⁹ sit quid naturale, hoc est passio naturalis entis, vt quidã glossant? Nisi dicamus deesse particulã, vt, & reddere sensum, ꝙ similiter quies, est quid physicũ, vt motus. Tũc eñ pertinebit ad ꝓbãdũ falsam esse negationẽ quietis. Attñ si phrasis Gręca libẽter ferret versionẽ Argyropili, libẽtissime dicerẽ, totũ hoc referri ad ꝓbãdũ, nõ ꝙ sit falsum negare quietem, sed quod sit minus falsum quam negare motum. Est nanq; versio Argy. hęc quanq̃ eñ in naturalib⁹ posita est natura motus & quietis, tñ motus naturale magis esse videtur. In Gręco tñ codice, neq; est, tñ, neq; magis, sed similiter. Nisi forsã Argy. alium nactus est codicẽ. [Et dicũt quidã]. Descẽdit igit̃ Arist. ad Heraclitũ affirmantẽ omnia moueri, cuius itidẽ opiniõis & Plato meminit in Cratilo. Hic Heracli. cũ obijciebatur illi experiẽtia corũ, quę apparẽt quiescere, respondebat, ꝙ oĩa quidem mouent̃, sed tñ multorũ motiones latent sensum nr̃m. Putabat nãq; oĩa, sicuti flumen, esse in perpetuo fluxu augmenti vel decremẽti, vel alius cuiusuis motus. Hãc vtiq; opinionẽ reuincit hic Arist. trib⁹ argumẽtis. Primũ exorditur a motibus augmẽti & decremẽti, in quib⁹ Hera. potissimũ fundabat suũ dogma, sic. q̃uis isti, inquit, nõ se explicent, an vno genere motus quiduis semper moueatur, an vero vno tantũ, facile tñ demõstrat̃ id nõ posse cõsistere de motib⁹ augmenti & decrementi: nã si aĩal. v. g. [vbi est maior ꝓbabilitas perpetui augmẽti & decremẽti] augeatur vsq; ad certũ ętatis tp̃s, atq; inde incipiat senio insumi & decrescere, necesse est, vt in illo pũcto reflexiõis quiescat, atq; adeo interpelletur motus per quietẽ: qđ & in lapide sursum ꝓiecto apparet, dum incipit cadere. Unde si complexim sumas ambos motus, non cõtinuantur. Sed neq; diuisim sumpti, sunt cõtinui. Arguebat. n. forte Heraclit⁹, vt hinc colligitur, cõtinuitatẽ motus augmẽtationis, hoc pacto. Si animali. v. g. in vno mense, accrescit certa quantitas, fit, vt in dimidiato mense crescat medietas & in vna hebdomada, vna quarta, & sic cõtinuo diuidendo tp̃s iuxta diuisionem mot⁹, vt libr. 6. tex. 33. & infra visum est. Tametsi quod in singulis horis augetur, non percipiatur. Atq; idẽ sentiebat de rebus caducis in vniuersum. Etenim cum vniuersa tempus augeat primum, mox corrodat, & tandem absumat [vt & natura a sua docet, & experientia contestatur] documentum est, omnia perpetuo moueri. Subuertit ergo Aristoteles eius fundamentum, inficiando consequentiã illã. Si animal in tempore certo, certam adquirit partem quantitatis, fit, vt in dimidiato tẽpore adquirat dimidium, & in subquadruplo subquadruplum &c. Et peccatum illationis patefacit exemplo triplici. Est. n. inquit, simile in lapide frequentia cadentis guttę excauatio, vbi contrarium apparet: videmus enim certo tempore diuelli certam lapidis particulam, cuius medietas non fuit effossa in medietate temporis, nec quarta, in quarta parte, siquidem videtur quandoq; tota simul abrumpi. Et hoc est quod ait, diuidetur enim quod remotũ est in plura, sed nihil eorum motũ est seorsum, sed totum simul. Quod confirmat altero exemplo trahentium nauim, qui licet certo tempore pertrahant ipsam, haud tamen dimidius numerus hominũ in medietate tẽporis mouebit eandem per medietatem spatij: quia neq; dimoueri loco fortasse valent, vt in calce septimi physicorum explicauimus. Pari ergo mõ priores guttę nihil distrahũt lapidis, sed emolliunt, pręparantq; ad discisionẽ. Tertium exẽplum est, quando dumus, vel caprificus enascitur per medium saxum, licet illud diffindat dum prorumpit foras, non consequitur, vt in pręcedenti tẽpore continẽter ipsum diuiserit, sed pręparabat, vt tandẽ ꝑforaret. An vero augmentatio, sit motus cõtinuus, necne, in libris de generatiõe copiosius disputabitur. Est. n. Commẽ. opinio augmẽtationẽ fieri per minima, ita vt nihil accrescere possit ligno minus minimo: alias daretur

Falsa opi. Nimphi.

Impugnatur opinio Heracliti q̃ erat secundũ mẽbrũ.

Triplex exemplũ contra Hera.

(vt putat) minus minimo. Et quia requiritur tempus anteq̃ generentur ſingula minima, hac ratione cõmẽtatur hic Ariſto. dicentẽ, non eſſe motum continuũ, ſed interpollatũ, ſicut dũ gutta cauat lapidẽ. Haud verũtamẽ neceſſariũ eſt incidere in talem opinionẽ: q2 licet in aĩalis augmentatione minus minimo accreſcat priori ſubſtantię, nõ ſequit̃ vt detur per ſe minus minimo, q̃doquidẽ ex alimẽto nõ prius generatur ſubſtãtia aliti, q̃ ei vniatur. Eſt nihilominus diſcõtinu⁹ motus, pro eo, ꝙ nõ in quacũq; tẽporis particula, qua nutritur aĩal, augetur. Sed diſponitur ad augmẽtũ. Quinuero defectu alimenti, nonnunq̃ exinanitur. Nunq̃. n. fit augmentũ, niſi dum copioſius fuerit verſum alimentum in ſubſtantiã aliti, q̃ fuerat exhauſtũ per actionẽ calidi in humidũ. At de hoc alias (ſimiliter autem) ſecũdo argumẽto ꝓcedit ad alterationẽ, quã triplici ratione probat, non neceſſe habere, vt ſit motus cõtinuus. Primo, q2 nõ ſemper ſucceſſiue inducitur accidens in ſubiectũ, vt prius ſit in parte, q̃ in toto: idq; palã facit in parua aqua, quã ſępe contingit ſimul, totã congelari. Animaduerte, ꝙ non negat hic continuam ſucceſſionem intẽtionis, prius enim frigeſcit aqua, quã indureſcat, ſed negat ſucceſſionẽ ad diuiſionẽ ſubiecti, ea ꝙ ſimul in tota incipit eſſe idem gradus, propter ęqualem applicationẽ agentis. Vbi tñ eſt aquę plurimum, prius congelabũtur exteriores partes, q̃ intimę. Secunda ratio eſt hęc. Alteratio eſt motus a contrario in contrarium, vt ſanatio ab ęgritudine in ſanitatem, quę ideo latitudo finita eſt: cũ ergo alterabile peruenerit ad terminũ, ceſſabit alteratio: neq;. n. reſtat quo progrediatur vlterius: igitur alteratio non eſt motus perpetuus. Tertio experimento didicimus, lapidem, vt adamantem, quam longiſſimo tempore neq; molliorem fieri, neq; duriorem: ſignum ergo eſt, alterationem non eſſe motum continuum, neq; per minutiſſimos abditiſſimosq; grad⁹: alias vel lõgiſſimo tp̃e innoteſceret.

Augmẽtatio non eſt continua.

Secũdum argumen.

Quod alteratio non eſt motus cõtinuus.

Textus. xxiiij.

¶Et de ipſo ferri, mirabile eſt, ſi latuit lapis deorſum ferri, aut manere in terra. amplius autem, terra & aliorum vnumquodq;, ex neceſsitate manet quidem in proprijs locis, mouentur autem violente ex his. Si igitur quædam ipſorum ſunt in proprijs locis: neceſſe eſt neq; ſecundum locum, omnia moueri. Quod igitur impoſsibile ſit, aut ſemper omnia moueri, aut ſemper omnia quieſcere, ex his & alijs ſimilibus crediderit vtiq; aliquis. ¶At verò neque alia quidem contingit ſemper quieſcere: alia verò ſemper moueri, aliquando autem nihil quieſcere, aliquando verò moueri. Dicendum eſt autem quòd impoſsibile ſit, quemadmodum & in dictis prius, & in his. videmus enim in eiſdem fieri dictas mutationes. Et ad hæc, quia aduerſatur manifeſtis, qui cõtendit. Neq; enim augmẽtatio, neque violentus erit motus, ſi non mouebitur pręter naturam quieſcens priùs. Generationem igitur aufert & corruptionẽ hic ſermo. Ferè autem & ipſum moueri: fieri quippiam & corrumpi videtur omnibus, in quod eñ mutatur fit hoc, aut in hoc; ex quo autem mutatur, corrumpitur hoc, aut hinc.

Motus ſecundũ partes animalium.

¶Tertium principale argumẽtũ accumulat in prima particula text. 24. de motu locali, idq; bipartitum. Aiebat eñ Heraclitus, omnia ſemper moueri, ſed nonnulla latẽter: redarguit Ariſtoteles id non eſſe poſſibile de motu locali, quippe qui adeo eſt oculis patens, vt deliteſcere nequeat. Eſt. n. nobis de lapide patentiſſimũ, quod dũ deorſum fert̃, tunc mouetur, ſed & quod tunc etiam quieſcit: cũ terram pertingit: quare ſi montes, & ingentiſſima ſaxa ſecundũ locum mouerẽtur, nõ poſſet hoc nos celari. Sed & manifeſtę experientię adiũgit naturalem rationẽ. Naturale quippe terrę eſt, & vnicuique rerum naturalium, vt in ſuo quęq; proprio loco quieſcat, vnde non niſi per violentiam depellitur: q̃ quidẽ quietis inclinatio in cauſa eſt, vt grauia, ſublato impedimento, corruant, ad cẽtrum: leuia vero, ferantur ſurſum: cum ergo proculdubio ſint aliqua in ſuis proprijs locis, ſiquidem neq; cẽtrum terrę vacuum eſt, ſed illic eſt terra, neq; vero concauum lunę, quia illic eſt ignis: fit vt illa diutiſſime quieſcant, tantum abeſt, vt perenniter motitentur. Concludit igitur Ariſtote. ex hac inductione facta per omnes ſpecies motus, non poſſe conſiſtere opinionẽ Heracliti adſtruentis omnia iugiter mutari, ſeu certo genere motus, id ſentiat, ſeu cunctis: atq; adeo duo priora membra expedita relinquit videlicet, ꝙ neq; omnia ſemper quieſcunt vt poſt Parmenidẽ & Meliſſum philoſophabatur Zeno, neq; vero oĩa ſemper mouentur, vt placebat Heraclito [At vero &c.] Progreditur ad confutãdum tertiũ membrũ pręfixę diuiſionis: vbi multo aptius deſignaſſet Commẽ. cõmẽtũ. 24. poſtq̃ incipitur noua materia, q̃ in pręcedẽte particula: q̃ ſane germanior erat ſuperiori diſputationi. Erat ergo tertiũ mẽbrum per diuiſionẽ rerũ, ſcilicet quędã moueri, & alia quieſcere, ſed tñ vniuerſaliter: videlicet oĩa, quę mouentur, ſemper moueri, & omnia, q̃ quieſcunt, ſemper quieſcere, neq; dari mediũ mobile, quod aliquando moueatur, & aliquãdo idẽ quieſcat. Hoc autẽ cõfutat pri⁹ experiẽtia, deinde ratione. Ait eñ perinde hoc eſſe ĩpoſſibile, atq; ſuperiora. Et eñ quẽadmodũ experimur aliqua moueri, per quod damnatur prima opinio, & item aliqua quieſcere, ꝑ qđ cõdẽnatur ſecũda, ita & experimentũ quorundã habemus, quę viciſſim quieſcunt, & mouentur: idq; maxime liquet in motu locali. Sed & rõne id confirmat: nam qui hęc, inquit contendit, manifeſtis aduerſatur: qui enim ait nihil poſſe pri⁹ moueri & poſt quieſcere, aut vice verſa: denegat imprimis augmentationis motũ & violentum localẽ. Et quidem de violento patet: nam motus violẽtus eſt, quo inde ſubmouetur res, vbi naturaliter quieſcebat, fit ergo in eadem re viciſſitudo quietis & motus. De auctiõe autem prętermiſit idem probare. Quod ideo Alex. ſic colligit. Accretio in aĩali nõ fit, niſi prius nutrimẽtũ quie-

Tertiũ mẽbrum diuiſiõis impugnat.

Motus violentus.

ſcat

escat, deinde concoctũ ad superiora feratur, qui est motus ꝑter naturã grauis: igitur sublato motu violento, aufertur ⁊ augmẽtatio. At forsan aliud voluit Aris. videlicet, ꝙ augmẽtatio est motꝰ, qui terminatur ad quietẽ: augeť nãq; hõ ab infantia vsq; ad terminũ iuuẽtutis, tunc demũ in virilitate fit illi status, ac deinde in senio fit diminutio, cõposuit ergo duos cõtra se motus, scilicet motũ adolescẽdi qui terminať ad quietẽ, ⁊ motũ qui cõtrario proficiscitur a quiete. Neq; hos tñ motus, inquit, sed generationẽ quoq; ⁊ corruptionẽ abnegat, q̃ nõ fatetur idẽ moueri ⁊ quiescere. Primũ, qꝛ nõ admisso violẽto motu, impossibilis est corruptio, q̃ est motꝰ cõtra naturã eiꝰ, ꝙ corrũpitur, puta, q̃res a sua naturali abduciť quiete: tametsi nõ sit simpliciter violẽtus ob naturalẽ appetitũ mãe, qui est in passo ad aliã formã: si aũt nõ est corruptio, neq; generatio: quoniã corruptio vniꝰ, est generatio alterius. Pręterea omni generationi admisceť augmẽtatio vel diminutio: fiũt eñ ex vno pugillo aquę decẽ aeris, ⁊ ecõuerso: neq; semẽ animať quo ad certã augescat q̃titatẽ: ergo dẽpta augmẽtatione pereunt generatiões. Addit deniq; Aristo. ꝙ generatione sublata, ⁊ corruptione, ipm moueri, hoc est motus in vniuersum de medio tolliť. Qm in omni, inquit, motu, fit terminoꝝ summutatio: q̃ est formarũ corruptio, ⁊ generatio, ſm quid. Quãdocũq; eñ res aliqua moueť, fit hoc ex hoc, puta albũ ex nigro, aut calidũ ex frigido per alterationẽ: aut fit in hoc, vt cũ per motũ localẽ aliunde peruenitur huc. Ex q̃ autẽ mutatur, corrũpetur hoc, puta, nigredo, ⁊ frigiditas, q̃ erat terminus a quo in alteratione, aut, hinc, puta, vbi ꝙ erat terminus a quo motu locali. Neq; tñ intelligas, vbi, esse aliquã rem distinctã a locato, nihil. n. aliud vult, ꝙ per motũ localẽ alius locus amittitur, ⁊ alius acquiritur.

Textus. xxv. ¶ Quare manifestum est: quòd alia quidem mouentur, alia verò quiescunt. cẽsere autem omnia aliquando quidem quiescere, aliquando vero moueri: hoc iã coniũgẽdũ est ad olim dictas rõnes.

¶ Cõcludit igitur hoc tex. 25. pręmissorũ conclusionẽ: vt pote, necessariũ esse aliqua cõfiteri, q̃ quãdoque moueanť, ⁊ quãdoq; quiescãt: quapropter repulsum est tertiũ mẽbrũ, puta, omnia quę sunt, in duo tantũ diuidi mẽbra. s. in ea, q̃ semper quiescunt

Quartum membrum ⁊ ea, quę semper moueanť, sine medio. At vero quartũ mẽbrum illud erat, quod hãc mõ conclusam particularẽ, faciebat vniuersalẽ. s. omnia quandoq; moueri, ⁊ quandoq; quiescere, ita vt nihil detur semp immobile, neq; aliquid semper motũ. Sed hoc tñ, inquit, quartũ mẽbrũ, cẽsere cõiungendũ est olim dictas rationes, videlicet factas, contra Anaxagorã, ⁊ Empedoclẽ, quorũ primus dicebat omnia infinita tẽpore, quieuisse in chao, postq; inde moueri alter vero per vices omnia quandoq; moueri, quãdoque quiescere, alteratione litis ⁊ amicitię infinities mundum constituentium, ac destruentium.

Textus. xxvj. ¶ Principium autem rursus idem faciendum est à nunc determinatis: à quo quidem incœpimus prius, aut enim omnia quiescunt, aut omnia mouentur: aut eorum, quæ sunt, hæc quidem quiescunt; hæc autem mouentur. Et si eorum, quæ sunt, alia quidem quiescunt, alia verò mouentur: necesse est, aut omnia aliquando quidem quiescere, aliquando verò moueri, aut ipsorum quędã quidẽ semper quiescere, alia verò semper moueri, alia autem aliquando quidẽ quiescere, aliquando verò moueri. Quòd igitur nõ possibile sit omnia quiescere: dictum quidem est & priùs. Dicamus autem: & nunc, etsi enim secundum veritatem sic se habet, sicut quidam dicũt esse id quod est infinitum & immobile: attamen non videtur aliquid secundum sensum, sed mouentur multa eorum quæ sunt. Si igitur sit opinio falsa, aut omnino opinio: & motus est, etiam si phantasia sit, etsi aliquando quidem sic videatur esse, aliquando autem aliter, phantasia enim & opinio: motus quidam esse videntur. Sed de hoc quidem considerare, & quęrere rationem eorum, quę melius habemus, quam si ratione indigeremus: malè iudicare est id quod melius est & peius, & credibile & non credibile, & principium & nõ principium. Similiter autem: impossibile est & omnia moueri, aut alia quidẽ semper moueri, alia verò semper quiescere. Ad omnia enim hæc: sufficiẽs est vna fides, videmus enim quædam aliquando quidem moueri, aliquãdo quiescere. Quare manifestum est, quod impossibile sit similiter: omnia quiescere, & omnia moueri continuè, eò quod alia quidem semper mouentur, alia verò quiescunt semper.

¶ Consequenter in hoc text. 26. vt hoc quartũ mẽbrum accuratius repudiet, suũq; quintum introducat, repetit pręfatam iam supra diuisionẽ, dicẽs ab eis resumendũ esse principiũ, quę determinata sunt, ⁊ quamuis Commẽ. hanc clausulã in calce collocet superioris textus, huic tñ aptius intexitur. Prętermittit autem in repetitione diuisionis hoc quartum membrum, scilicet, ꝙ omnia quãdoq; mouentur, quandoq; quiescant: tum quia iam proxime dixerat, impugnatum esse in superioribus aduersus Empedoclem, tũ etiam quia statim resumpturus ipsum est, ⁊ robustius expugnaturus. Repetit ergo ex ordine singula iam refutata membra Quod igitur, inquit, non sit possibile omnia quiescere, dictum est quidem prius, sed superaddẽda est etiam

etiam nunc alia ratio ad hominem, vt qui contraria dicunt, suis ipsorũ dictis reuincantur. Nã esto, illud verum esset, quod Melissus aiebat, scilicet omnia esse vnũ infinitum ꝛ immobile, quãquã id nõ appareat secundum sensum, sed videamus multa moueri (quã quidem apparentiam ipse negare nequiuerat) inde nihilominus conuincitur, motũ cõfiteri: nã sit. v. g. nostra opinio falsa, vel sit prorsus opinio, siue vera, siue falsa: inde fit consequens motum esse: etenim Opinio est assensus inter duo con

Opinio. traria scilicet assertio vnius cũ formidine alterius, que ideo esse non potest, nisi de rebus, vel secundũ rem mutabilibus, vel secundum apparentiam. Dupliciter ergo sequitur motum esse, si opinio est: primum in anima, que ex quibusdã rationibus, vel cõiecturis mota procedit ad assensum, quẽ antea nõ habebat: deinde in phãtasia ipsa, que est locus phã

Phantasia tasmatum in sensu communi. Adiecit mẽtionẽ phãtasie, vt valentius esset argumentũ: nã etiã si nihil moueretur in rebus, sola apparentia sensuum faceret motum phantasmatũ in sensu communi, vt patet in dormientibus. Et id inde potissimum confirmatur, ꝙ hec sensum apparentia variatur ad variationem rerum: iudicamꝰ enim quandoq; Sortem sedere, quandoq; vero ambulare, fit ergo variatio opinionum ac phãtasmatũ ex diuersis rerum apparitionibus: non ergo negari potest motus aliquis in rebus. Dum enim collum columbe diuersorum apparet colorum, quanuis illic fit illusio sensuum iudicantium colorem vbi non est, tamen colorum varietas ex diuerso situ columbe ad radios solis cõparet, sicut varietas colorum in Iride ex diuerso aspectu solis (sed de hoc ꝛc) Deinde tandem repetit explicatius rationem, quam supra fecerat, nempe, ꝙ isti, qui contra euidẽtiã sensuũ, qui circa propria obiecta non falluntur, causas exquirũt, nihil aliud agunt, quam eorũ perscrutari rationes, que melius habemus, hoc firmiori perspicacioriq; cognitione tenemus, q̃ vt ratione alia indigeant, eo ꝙ habentur vt per se nota. Quod quidem perinde est, ac siquis diiudicare nesciat inter melius ꝛ peius, credibile, ꝛ nõ credibile, principiũ ꝛ non principiũ: melius siquidem scitur per experiẽtiam res q̃ per probabilem rationẽ. Et ideo talis optat id ꝙ peius est: ꝛ illius rei, q̃ per se est credibilis, rõnẽ rimatur, ac si nõ esset credibilis, nisi ꝑ aliud: tandẽ id ꝙ est principiũ, cõtendit ex alio priori deducere. q̃ oĩa vitia sunt phi. (Similiter aũt) Trãsit deinde ad scḋm mẽbrũ Heracliti, ꝙ impossibile. s. est oĩa moueri deinde ad tertiũ iã impugnatũ, videlicet, ꝙ impossibile sit, omniũ, q̃ sunt alia quidẽ semper moueri, alia vero semper qescere, sine tertio medio: q̃ quidẽ tria mẽbra vnica experiẽtia simul repellunt: nẽpe cũ videmus quedã, q̃ medio mõ se habẽt nimirũ q̃ quãdoq; mouẽtur, eadẽq; q̃doq; quiescũt. Cõcludit igitur cõfutationes triũ mẽbrorũ, scilicet, ꝙ sit impossibile, vel omnia quiescere semꝑ, vel oĩa semper moueri, vel aliq̃ semꝑ moueri, ꝛ alia semꝑ quiescere, sine mediis rebus, que vicissim moueantur, ꝛ quiescant.

Textus. xxvij. ¶Reliquum est igitur considerandum vtrum omnia sint huiusmodi vt moueãtur & quiescãt, in aliqua q̃dẽ sic, aliqua vero semꝑ quiescãt, aliq̃ autẽ semꝑ moueãtur. hoc em̃ d̃mõstrãdũ est à nobis.

¶In tex. iam demũ. 27. ad disputationẽ descendit, q̃ pretendit ab initio: nẽpe cũ cõstitutũ iam sit aliqua vicissim moueri ꝛ quiescere, vtrũ oĩa sic se habeãt (ꝙ erat quartũ mẽbrũ diuisionis) an vero non nisi aliq̃, alia autẽ semꝑ quiescãt, quin vero immobilia sint prorsus: sed alia preterea sint, que semper moueantur, vt in quinto tripertito mẽbro propositũ est. Hoc enim (inquit) demõstrãdũ est a nobis. Quod est dicere. Hoc est propositum nostrũ in hoc postremo libro, vt duo hec demonstremus, puta ꝛ primi motoris immobilitatem, ꝛ sempiternitatem primi motus, quorum prius disputat vsq; ad text. 52. posterius vero exinde.

## QVOD OMNE, QVOD mouetur, ab aliquo mouetur.

## CAPVT. IIII.

Mouentium igitur, & eorum quæ mouentur: alia quidem per accidẽs mouent & mouẽtur, alia autem per seipsa. Per accidens quidem: vt quæcunq; ex eo quia sunt in mouentibus, aut ijs quæ mouentur: & quæ per partem. Per seipsa autem quęcunq; non ex eo, quia sint in mouẽte, aut in eo quod mouetur, neq; ex eo quia pars aliqua ipsorũ mouet, aut mouetur. Eorũ autem quę per se: alia quidem à seipsis: alia verò ab alio. Et alia quidem natura: alia verò violentia, & præter naturam: quod enim ipsum à semetipso mouetur, natura mouetur. vt vnum quodq; animaliũ, mouetur enim animal ipsum a seipso, quorũ q; autem motus principiũ in seipsis est: hæc natura dicimus moueri. Quapropter, animal quidẽ totũ natura ipsum seipsum mouet, corpus tamen contingit, & natura, & ꝓter naturã moueri. Refert enim & quali motu moueatur, & ex quali elemẽto cõstet. Et eorũ, quæ ab alio mouentur: alia quidem mouentur natura, alia verò præter naturam. præter naturam quidem. vt terra, sursum: & ignis deorsum. amplius autem partes animalium: sæpe mouentur præter naturam: iuxta positiones & mutationis modos.

¶Poterat quidem dispositius vel hoc caput designari in superiori particula, vbi est initium textus vel hic distingui textus: sed noluimus demutare partitionem antiquam. Premittit ergo in demonstrationis vestibulo diuisionem triplicem tam mouentium, q̃ mobilium. Prima est eorum, que mouent,

*Moueri ꝑ accidens, & per se.*

uent, alia mouent per accidens, alia per se. Nomine accidētis complectitur & partes, vt illud dicatur mouere per accidēs, quod mouet, vel ideo ꝙ accidit mouēti, vel, q2 mouebit ſm partē: vt si dicas Musicus sanat, nō enī necessariū est medico musicum esse dū sanat, sed accidit ei. Vel si dicas medicus tāgit pulsum qñ digitis tāgit. ¶Pariter moueri ſm accidēs est, vel ꝙ sit accidēs rei motę vel ꝙ res moueaꝑ ſm partē. Ut si dicas music⁹ sanaꝑ, vel homo sanatur, & cū solus digitus recuperet sanitatē. Et vterqꝫ modus per accidēs venit in subsequentib⁹ ad propositum. ¶Per se autē mouere & moueri definit ꝑ negationem: nempe ꝙ illa mouēt per se, que mouēt nō propterea ꝙ sunt in mouēte tanꝙ̄ accidēs, nec q2 mouent ſm partē. Et pariter dicendum de his, que mouentur. Et licet videatur artē peruertere definiēdi, dum definit id, qđ est per se ꝑ id, qđ est per accidens: id tamē fecit, authore Albert. q2 accidens noti⁹ nobis est ꝙ̄ intima natura rerū: ob idqꝫ definit ꝑ ea, q̄ nobis sunt notiora illa q̄ sunt notiora ſm se.

*Moueri a seipsis, vel ab alio.*

De hac autē diuisione in frōte libri quinti dictū est. Secūda diuisio. Eorū quę ꝑ se mouenꝑ aliqua qdē a seipsis mouenꝑ, alia qdē ab alio extrinseco. Tertia. Et eorūdē, siue a se, siue ab aliis moueantur alia quidē mouētur natura, alia vero per violentiā, & pręter naturā.

*Moueri secūdum naturam, & ꝑ violentiā.*

Ostendit deinde hoc, qđ est secundum naturam moueri, vti isqꝫ competere, scilicet tā his, quę mouentur ab alio, ꝙ̄ his, q̄ a seipsis, & qua ratione id, qđ est per violentiam moueri. Et quidē, ꝙ ea, quę a seipsis mouentur, moueātur ſm naturā, cuius generis sunt animalia vniuersa, ꝓbat: quoniam (vt dictum est lib. 2.) illa mouētur ſm naturam, quorum principiū motus est in ipsis. Caue ergo fallaris, arbitratus, idē esse moueri a pricipio intrinseco, & taliter moueri, vt principiū motus sit in ipso, quod moueꝑ, hoc enim ſm plura cōprehendit, quā illud. Enim uero vt aliquid moueatur secūdū naturā satis est ꝙ principiū motus sit in ipsis, siue actiuum, siue passiuū: moueri autem a seipso, est principium nō qualecunqꝫ, sed actiuū esse intus in mobili, nō velut accidens, sed velut substātia. ¶Procedit ergo syllogismus Aristotelis a superiori ad inferi⁹ sic. Omnia, quorū principiū motus est intus in ipsis, siue actiuū siue passiuum mouētur secūdū naturā: omnia, que mouētur a seipsis habent intra se principiū actiuum, ergo mouentur secundum naturā.

*Animalia & secundū, & pręter naturam mouentur.*

Et quāuis exemplum afferat animaliū, conuenit tamē & plātis a seipsis moueri. At vero quoniam animal ex anima cōstat spirituali, et materiali corpore, moderatur conclusionē: nimirum ꝙ animal: si totū contempleris compositum a seipso moueꝑ, vt inferius fiet patentius, sed tamē corpus animalis, si comparetur, nō ad motricem animam, sed ad elementa, ex quibus cōstat, potest moueri, & secundū naturam, et pręter naturā. Etenim quia in corporibus animaliū terrestriū prędenominatur terra, fit, vt cum homo ascēdit, corpus moueatur contra naturam, nō quidē totius animalis, sed elementi, & ideo id non fit sine lassitudine. Cū autem descendit, mouetur secundū naturam. Si autem daretur aliquod animal, cui prędominaretur elementum aeris [vt aliqui fingūt] illius quidē corporis ascensus esset naturalis, descensus vero, pręter naturā. Quo fit vt intelligentię citra lassitudinē circumagant orbes, nō solū quia ipsę spirituales sunt, sed quia orbes nullū habent elementum repugnans suis lationibus. Eorum pariter, quę ab alio moueꝑ alia mouētur secundum naturam, vt grauia deorsum ad suum natiuū locum, quorum ideo principiū passiuum est in ipsis, vt infra patebit: est enī eorū forma sic inclinata, quę ideo a generante ceu pulsa fertur deorsum, sicuti & grauia sursum.

*Motus secūdum partes animalium.*

Subdit ꝙ non solū secundum corpus ob naturā elemēti, verū secūdū partes contingit animalia moueri, & ſm, & pręter naturā, ꝓpter naturales dispositiones & modos, quos mēbra sortita sunt ad motū. Si enī tibias hominis speculeris, quę per genua retrorsum flectuntur, & formā pedum intelliges motū versus anteriorem partem, esse nobis naturalem, & illum, qui est retrorsum, esse pręter naturā: sicuti manib⁹ ambulare. Brachia nanque in anteriorē flectuntur partē ad amplexandum nō ad ambulandū. Sed in brutis pedes contra anteriores flectuntur retrorsum, & posteriores versus caput: q2 ita adaptātur suo motui.

*Textus xxviiij.*

¶Et maximè moueri ab eo, quod mouetur in iis, que pręter naturam mouētur: est manifestum propterea quod manifestum est ab alio moueri. post ea autem que sunt pręter naturam: eorum quæ secundùm naturam, ipsa quę à seipsis, vt animalia, non enim hoc est immanifestum, an ab aliquo mouētur sed quomodo oportet accipere id ipsius quod mouet & id quod mouetur. Videtur enim vt in nauibus, & in iis, quę non natura constant: sic & in animalibus esse diuisum id quod mouet & id quod mouetur, & sic totū ipsum seipsum mouere. Maxime autem dubitatur: reliquū dictæ vltimæ diuisionis, eorum enim quę ab alio mouētur hęc quidem pręter naturā posuimus moueri, alia autē relinquuntur opponi, quia natura. hęc autem sunt: quę dubitationem afferunt, à quo moueātur vt leuia, & grauia: hęc enim ad opposita quidem loca violentia mouētur. ad propria autem: leue quidem sursum graue autem deorsum natura.

¶Superiori pręmissa diuisione in text. hoc. 28. disputationē init illius conclusionis, cuius in principio septimi meminerit, omne, qđ mouetur, ab aliquo mouetur, quę quidē necessaria est ad demōstrandum primum motorem esse immobilem. Ob idqꝫ nō est inanis repetitio, vt quidam autumāt: illic nāqꝫ in ingressu disputationis de primo motu & primo motore demōstrauit hanc pręābulā propositionē in genere ex natura motus, hic autē ad ostendendum quisnam, qualisque sit primus ille motor, commōstrat eandem in singulis specieb⁹ motus. ¶Pręter mittit autē illa, q̄ ꝑ accidens

eidens mouentur, vt pote, quę ad motū moueā
tur alienū, sed in ĳs, quę per se mouentur, illam
patefacit. At vero hoc i initio statim animaduer
te, ꝙ axioma hoc nō cōstituitur a philosopho sub
hac forma, Omne quod mouetur ab alio mouetur,
eo ꝙ moueri ab alio pro eo vsurpat qđ est moue-
ri ab extrinseco supposito. Sed est, omne qđ mo
Mota omne qđ mo. ab aliquo mo. uet, mouetur ab aliquo: puta distīcto a mobili, si
ue illi intrinseco, siue extriseco. Alias nihil esset
dicere: nec quicquā proposito inseruiret. Incipit
ergo a notissimo, dicens, id quod mouet, moueri
ab aliquo, in ĳs maxime manifestū esse, quę prę-
ter naturam mouentur, eo ꝙ sit compertissimū
moueri ab alio: vide quomodo moueri ab alio, est
moueri ab extrinseco, violētum enim authore A
risto. 3. ethi. est, cuius principiū est extra, nullam
cōferēte vim passo. Unde Them. nihil se [inquit]
contra naturā moueret, nisi externa vis cogeret
⁊ alienus impulsus. Caue autem a versione illa
quę habet moueri ab eo ꝙ mouet ⁊c. Græce nāq;
non est nisi, ὑπό τινος, hoc est, ab aliquo. Nec rela-
tiuū refert dictum ablatiuū, sed sensus est, rem
motā moueri ab aliquo (postea) diuisum legēdum
est. i. Post illa autem, quę pręter naturā mouen
tur, vti animalia, videlicet habent: hoc est, mouē
tur quoq; ab aliquo. Et quoniā de his non est e-
uidēs, sed sunt in secūdo gradu, non dixit hoc es-
se manifestum, scilicet ad sensum, sicuti de violen
ter motis, sed, nō esse immanifestum an ab aliquo
moueātur: quoniā ratione ⁊ definitione animę,
⁊ corporis deprehendit illā esse per se motricē,
hoc autē, per se motū. Est enim anima, actus cor
poris physici organici potentia vitam habētis.
Hoc verūtamē non vsq; adeo patescit, quomodo
distinguat in animali ipsiꝰ, hoc est illa pars ipsiꝰ
animalis, quę per se mouet, ab illa, quę mouet:
vtrū re scilicet, an sola ratione: nā prima fronte
Quo pacto animalia a seipsis mouentur. videtur vulgo, ꝙ omnino in naturalibꝰ animatis
perinde res habeat, vt in his, quę nō natura cō-
stāt, puta in artificialibus: nēpe, ꝙ sicut in naui-
bus, ⁊ in curribus nauta, ⁊ auriga mouet guber-
nando nauim, vel currū, ad cuius motum sedens
ipse per accidens mouetur, ita sit ⁊ de anima re-
spectu corporis: quādoquidē per artē innotescit
natura, quam imitat. At vero vtrum anima se ha
beat vt nauta, primo de anima disputat, vbi latū
statuitur interstitiū: nam anima est actus corpo-
ris, qualis nō est nauta nauis. Quomodo autem
distinguatur pars per se mouēs ab ea, quę per se
mouetur, statuere id pergit in subsequentibus.
[Maxime autem ⁊c.] Trinam diuisionē pręmise-
rat eorum, que mouentur: vt pote eorū quę per
se, ⁊ per accidens mouētur. Et hoc secundo mē-
bro intermisso, ea, quę per se mouētur, quędā, in
quiebat, mouētur a seipsis, vt animalia, de quibꝰ
iam modo dictū est, moueri ab aliquo coniuncto
principio. Eorū autem, quę mouent ab alio (quā
vocat hic vltimam diuisionem) aliqua mouentur
pręter naturam, quę antea dixerat perspicuū es
se moueri ab aliquo forinseco principio. Reliquū
ergo, inquit, mēbrū dictę diuisionis dubitatio-
nem habet, inimirū graue ⁊ leue, dū ad proprias
mouentur sedes, a quo moueant: nam dum ad op
posita mouētur, vt graue sursum, ⁊ leue deorsum,
iam constat moueri per violentiam.

Textus xxix. ¶ A quo autē, non adhuc manifestum:
vt cùm mouentur prętet naturā, ete-
nim ipsa à seipsis dicere: impossibile
est. vitale enim hoc: & animatorū est
proprium. Et sistere possent: seipsa di
co autem: vt si ambulandi causa sit si
bi, & non ambulandi. Quare si in ipso
igne est sursum ferri, manifestū quod
in ipso & deorsum. irrationabile autē
est illud, vno motu moueri solùm à se
ipsis, si ipsa seipsa mouent.

¶ Dispertitur autē disputationem hanc de motu
naturali grauiū, ⁊ leuiū: qm̄ primo cōstituit. 4. ar
gumentis non moueri a seipsis, ⁊ deinde ostēdit
a quo moueātur. Causa igitur dubitādi est, ꝙ si Causa dubitandi.
ſm̄ se ⁊ naturaliter mouētur, fit, vt in se ipsis exi
stat principiū motus: est siquidē natura (vt in. 2.
visum est) principiū motus eius in quo est ⁊c. Ex
quo rursus videt consequens, vt a seipsis moueā
tur. At primum in cōtrariū Arist. argumentum
est. Moueri a seipsis, est propriū animatorū, velu
ti peculiare officiū vitę: grauia ⁊ leuia nō viuūt,
ergo neq; a seipsis mouētur. Prior assumpta est
omnibꝰ philoso. in confesso, vt patet ex Arist. Grauia, ⁊ leuia non mouētur a se ipsis.
1. de anima, et ex Platone, in phedro. Ubi ait qđ
externo ciet motore, inanimum est: sed illud cui
internum adest mouēs, ⁊ a seipso agitat, animatū
est, Animatū, inquit, qr̄ nō solū animalibus sed e
tiam viuentibus plantis cōuenit. Secundū argu
mētū est. Quęcūq; sibi sunt causa motꝰ, sunt etiā
⁊ sibi quietis: nēpe, vt sistere seipsa possint: vbi
voluerint: quę enim ambulādi potestate pollent,
in potestate quoq; habent sua gradū sistere, vt in
animalibꝰ cōpertum est, grauia ⁊ leuia cessare ne
queūt a naturali motu nisi extrinsecus cohibita,
ergo. At ne vllus sit locus cauillo, ꝙ quiescūt in
suis natiuis locis, adhibet syllogismū tertium va
lidiorē. Si in igne. v. g. esset ferri sursum, hoc est,
si principium ⁊ facultatē haberet mouēdi se sur
sum, eadē valeret mouere se deorsum, ⁊ quoquo
versum: cū enim in animalibus, eo ꝙ a se mouen
tur, perspicuū sit, nō ad vnam tantum differen
tiā positionis moueri, irrationabile est illud igni
⁊ terrę tribuere, ꝙ moueant a seipsis, ⁊ tamē vni
co rectissimo motu per lineam breuissimā. Hęc
duo tamē argumenta, de motu locali, qualē gra
uibus ⁊ leuibus cōpetere proprie cernimus in
telligito: nam planta licet a seipsa moueat, motu
s. augmētationis, nō tamen potest pausare motū
nisi alimentū illi adimas: nec proprie mouetur
ad omnē differētiam positionis: quia nec mutat
locum: mouet se tamen pluribus motibꝰ: si quidē
nutrimentum alterat, quo nutritur, ⁊ augetur.
At quoniam motus localis ab intrinseco fieri
nequeat nisi ꝑ appetitū, inde fit, vt quoquo ver
sum ꝓcedat, ⁊ sisti quoq; possit ab intrinseco.

¶ Ampliùs quomodo contingit, cōti- Textus xxx.
nuū aliquod, & consitū ipsum seipsū
mouere? Quatenus em̄ vnum & cōti
nuum, non tactu, eatenus impossibile
est, sed quatenus separatū est, eatenus
hoc quidē aptū natura est facere, illud
verò pati neque ergo horum vllum: i-
psum seipsum mouet (cōsita enim sūt
neq;

neq; aliud continuum vllum. sed necesse est diuidi mouens in vnoquoq;: ab eo quod mouetur, vt in animatis videmus: cùm aliquod animatorum, mouet illa. sed accidit: & hæc ab aliquo semper moueri.

¶Quartam demum ratione͂ subtexit in textu hoc 30. quę paulo est alijs inuolutior: in subsequentibus autem textu scilicet. 4. ⁊ infra perspectius explicatur: vbi in his, quę a seipsis mouentur, discernetur pars per se mouens a parte per se mota. Nititur aute͂ huic fundame͂to, qđ moueri dicit potentiã, mouere vero actum. nihil. n. calefit, nisi quatenus caret gradu quopiam caloris, ad quem est in potentia: neq; mouetur ad tale͂ gradũ nisi ab eo qđ actu habet illum. vnde fit ꝙ si aliquid mouetur a se distinguenda sit pars quę sit in potentia ad talem locum, vel formam, ab illa, quę est in actu, vt totum secundum diuersas partes, scilicet mouentem, et motam, moueatur: quę sint ideo quodammodo cõtiguę. Est ergo syllogismus talis. Cõpositum, quatenus vnum simpliciter, non tactu, hoc est, non cõtiguum, sed continuum, ⁊ consitum, hoc est vnitas habens partes, impassibile est (scilicet a seipso) q̃a non potest seipsum mouere, at quatenus separatũ est, id est constans ex partibus quodammodo disiũctis, ⁊ tactu contiguis, ea ratione seipsum mouet: quia distinguitur in duo, quorum vnum est aptum facere, ⁊ aliud pati: elementa vero, quibus primo conueniunt motus, de quibus nunc loquimur, sursum ⁊ deorsum, sunt simpliciter continua ex partibus haud quaquam dissimilibus: ergo neque ipsa, neq; alia similia continua possunt a se ipsis moueri, sed necesse est vniuersaliter distinguere moue͂s ab eo, quod mouetur: vt patet in inanimatis, quando ab animalibus mouentur, vt cum homo manu iactat lapidem, vel nauta mouet nauim. Sed redarguet protinus quisq;, sicut in animali distinguitur anima, velut pars per se mouens a corpore, velut parte per se mota, ita ⁊ in graui ⁊ in leui distinguitur forma a materia: mouetur ergo graue a propria forma, sicuti ⁊ a sua, animal. Responsio tamen est Commentatoris, eademq; legitima, ꝙ potentia materię tantum est ad esse simpliciter, quod actu sortitur a forma: mouere autem ⁊ moueri supponit actu esse substantiale, obi dq; in quocunq; motu distinguenda sunt duo actu entia, quorum alterum sit mouens, alterum mobile. Unde anima non dicitur actus materię, sed actus corporis physici organici ⁊c. quod in inanimatis non comperitur. Sed de hoc limatius in quęstione secunda.

Mouere, ⁊ moueri, dicũt actũ, ⁊ potentiam

Textus. xxxj.

¶Fiet autem vtiq; manifestum diuidentibus causas: est autem & in mouentibus accipere quæ dicta sunt alia autem præter naturam ipsorum motiua sunt. vt vectis: non natura ponderis motiuus est. alia verò, natura. vt actu calidum motiuum est calidi potentia. Similiter autem & in alijs huiusmodi, & mobile autem similiter natura: quod est potentia quale, aut quantum, aut, vbi, cum habeat principium tale in seipso, & non secundum accidens. erit enim ide͂, & quãtum, & quale, sed alterum alteri accidit, & non secundum se inest. ignis itaque, & terra mouentur ab alio, violentia quidem, cum præter naturam. natura autem, cùm ad suos ipsorum actus, pote͂tia existunt.

¶Descendens in textu hoc demum. 31. vt causas afferat, quibus, ⁊ grauia, ⁊ leuia mouentur, ait, ꝙ sicuti inter mobilia, sic inter mouentia est distinguere, ꝙ alia est causa per accidens mouens, vt vectis. Nomen est a vehendo tractum: ⁊ est palus vel ligneus, vel ferreus, qui cementarijs in plurimis est vsui: quibus asseribus (vt legitur in Exodo) baiulabatur arca testamenti. Alij (vt Albertus) volũt esse ferreas machinas ad iactandos lapides in bello: ac si dixisset ballista: huiusmodi enim instrumenta cum sint grauia, ⁊ organis careant, non suapte natura mouent pondera, sed arte: quandoquidem contra naturam grauis mouent illa quandoq; sursum, alia vero per se mouent, vt ignis per se calefacit: ⁊ calefaciendo per se sulphureos pulueres, per accide͂s emittit glãdem. Similiter ⁊ mobile, aliud est natura sua potentia mobile: vel ad qualitatem, vt aqua est potentia calida, vel ad quantitatem, vt exigua plãta, est potentia magna, vel ad, vbi, vt ignis in furno calcis, est potentia naturali in concauo lunę, ⁊ quem exurit lapis, in centro terrę. Et ne obijcias nõ inesse istis intus principium actiuum talium motuum: subdit, ꝙ habet vnum quodq; principium per se, ⁊ non secundum accidens (quę est đfinitio naturę) passiuum salte͂, quod sufficit, vt motus sit naturalis. Et quia dixit, non secundum accidens, subiungit, ꝙ potest res eadem esse in potentia ad quantitatem, ⁊ ad qualitatem, ad vnam per accidens, ⁊ ad alteram per se: vt si dicas frigidus infans est in potentia procerus, hęc est per accidens: quia accidit paruo, vt sit frigidum, sed est ꝑ se in potentia ad calorem, sicut paruum ad magnitudinem. Itaq; ignis ⁊ terra sunt in potentia duplici, scilicet, in non naturali, sed per violentiam, vt ille moueatur deorsum, hęc vero sursum: ⁊ naturali, cum contra ad suas proprias sedes feruntur.

Sufficit pricipium passiuũ vt motus sit naturalis.

Textus. xxxij.

¶Quoniam autem quod potentia est, multipliciter dicitur, hæc causa est, vt non sit manifestum à quo hæc moueantur, vt ignis sursum, & terra deorsum est autem potentia aliter sciens, qui discit, & qui habet iam, & non contemplatur. semper autem, cùm simul actiuum & pasiuum sint, fit aliquando actu quod est potentia, vt ipsum discens. & ex eo quod potentia est, alterum fit potentia. qui enim habet scientiam non autem contemplatur: potentia est sciens quodãmodo, sed non vt antea quã disceret. cùm autem sic se habet, si aliquid

quid

quid non prohibeat, operatur & contemplatur, aut erit in contradictione, & ignorantia. similiter autem hæc se habent: & in Physicis. frigidum enim potentia calidum est. Cùm autẽ fuerit mutatum, iam ignis est. vrit autẽ: nisi quid prohibeat, & impediat. similiter autem se habet & circa graue & leue. Leue em̃ fit ex graui vt ex aqua. aer. hoc enim potentia primum: & iam leue est, & operabitur confestim: nisi quid prohibeat. actus autem ipsius leuis: est alicubi esse & sursum. prohibetur autem cùm in contrario loco est, & hoc similiter sese habet: & in quanto, & in quali. Attamen quęritur hoc, quare ad suum locum mouentur leuia & grauia. Causa autem est: quia apta natura sunt aliquo. & hoc inest ipsi graui & leui esse hoc quidem ipso sursum, illud autem ipso deorsum determinatum Potentia autem est & leue & graue multipliciter: sicut dictum est. cùm enim est aqua: potentia quodammodo est leue, & cum aer est. adhuc potentia est: adhuc potentia est. contingit enim impeditum: non sursum esse. sed si auferatur impedimentum, agit, & semper superius fit. similiter autem & quale, vt actu sit, mutatur, illico enim contemplatur sciens: nisi aliquid prohibeat. Et ipsum quantum extenditur, nisi quid prohibeat. Qui autem id, quod sustinet, & prohibet amouit, est vt moueat, est verò, vt non: vt qui columnam diuulsit, aut qui lapidem remouit à vase in aqua. secundum accidens enim mouet, sicut reflexa sphæra, non à pariete mota est, sed à proijciente. Quod igitur nihil horũ ipsum mouet seipsum manifestum est, sed motus habet principium, non mouendi, neque faciendi, sed patiendi.

¶In text. igitur. 32. constituit huiusmodi motuum naturales causas, pręmissa etiãnum alia subdiuisione huius, quod est, esse potentia mobile: ob cuius inquit inscitiam, ignoratur a quo hęc moueantur.

Est enim potentia, altera remota, altera vero proxima: Discipulus namque est potentia remota sciens, quandiu discens nondum acquisiuit habitum: Philosophus vero doctor habituali scientia imbutus, dum dormit, vel alia curans, est proxima potentia sciens: quia non exercet contemplationis actum. At longum inter est discrimen, quod, qui priori modo est in potentia, non fit in actu, nisi per extremum agẽs: vt discipulus per doctorem: quia non habet in se formam, qua moueatur. Et hoc est, quod ait, quod semper, si actiuum ⁊ passiuum sint simul applicita, fit aliquando, id est aliquo tractu temporis, in actu, quod erat in potentia: vt qui erat dicens, fit doctus. Sed tamen ex priori potentia nascitur potentia alia: nam qui euasit doctus, dum non contemplatur, est in potentia quodammodo sciens: at, non vti antea: quia iam non eget extero motore, quin per se statim, nisi impediatur, reducetur ad supremum actum contemplando. (Similiter autẽ) Applicat hęc intellectualia ad sensibilia ⁊ Physica: et primo ad qualitatem. Id enim (inquit) quod est suapte natura frigidum, vt aqua, potentia (scilicet remota, naturali tamen ratione materię) est calidum: cum autem fuerit mutatum, hoc est, ex aqua ab extrinseco fuerit genitus ignis, iam actu calidum est. Quare statim vrit, nisi prohibeatur. At dum cohibetur, erit in potentia propinqua vrens: quia habet in se formam vrendi. Similiter, ⁊ se res habet circa graue ⁊ leue: aqua enim est in potentia remota leuis: ad cuius actum forinsecus reducitur quando vertitur in aerem: et tunc nisi impediatur confestim operabitur, vt pote ascendendo: sed quandiu inhibetur, est in potentia propinqua ascendens: nam actus ipsius leuis est, alicubi esse, puta sursum. Et hoc (inquit) similiter habet in quanto, ⁊ in quali. Horum fortasse exempla ideo prętermisit noua, quod et pauxillũ aquę est in potentia remota ad decuplam quantitatem, ad quam augescit dum trãsformatur in aerem. At si hic distantiam nequiueris tam lucide deprehendere inter potentiam propinquam et remotam ad quantitatem, esto tibi exemplum, paruum animalis semen, quod in potentia remota est ad quãtitatem animalis, cuius actum acquirit cũ fit animal: sed deinceps vbi defectu alimenti, vel aliunde pausatio fit in augmẽto, augetur in potẽtia propinqua, idcirco ꝙ habet formam, per quam augeri potest. Atq; idem contempleris in qualitatibus: est. n. semen humanum in potentia remota ad risum, sanitatem, lętitiam ⁊c. sed animatum, si vel per morbum vel per aliud obstaculum cohibeatur, erit in potentia propinqua, sanus, lętus, ridẽs, ⁊c. (Attamen quęretur) At cum enstitiauerit, leue suopte ingenio sursum, graue vero, deorsum ferri, intertexit interrogationem, qua posset quispiam facere. Cur videlicet ad talia loca mouẽtur: aliud enim est quęrere, a qua causa moueantur, aliud, cur. Et huius causam nullam pręterea reddit, quam ipsarum naturam rerum, quę. s. apta sunt moueri aliquo. i. ad locum aliquem suę quietis. Et hoc inest ipsis a natura: vt esse hoc scilicet ipsius leuis, ipso sursum determinatum sit sicuti esse illud, puta ipsius grauis, loco deorsum. Quasi dicat, hęc est differentia inter graue ⁊ leue: nam sicuti proprium hominis est ridere, ita proprium est leuis, aptitudo ad sursum. (Potentia autem est ⁊c.) Repetit sub epilogo duplicẽ potentiam grauis, ⁊ duplicem leuis, quę iam satis dilucide expositę sunt. (Qui autem id quod sustinet mouet ⁊c.) Ex his demũ colligit causas motricis grauium, ⁊ leuiũ, quarũ altera est

Potentia propin. & remo.

per

Causę quę mouēt grauia & leuia. per accidēs, altera vero per se. At prętermittit repetere causam per se, quam textu sequenti palam profert, & in superioribus satis ac sup aperuit: nā generans aerem ex aqua, impertiendo illi formam leuis, effert per se illam sursum: & illa causa, quę in sublimi ex vaporibus, seu aquam gignit, seu grandinem, defert illos deorsum. Sed tamen quoniam vsu venit hęc impediri a remorantibus eiusmodi motus, ait, ꝙ qui id amouit, quod sustinebat molē, est vt moueat, est vero vt non moueat: hoc est, quodammodo mouet, quodammodo vero minime. At qui columnam diuulsit, qua structura domus erat enixa, is quidem secundum accidens tectum deorsum mouit, tanquam remouens prohibens. Sicut ille, qui lapidem remouit a vase in aqua. Sunt qui intelligant de lapide obstruente os vasis, quo ore effunditur aqua, verūtamen tam ratio, quam phrasis aliorsum spectat. Exemplo nanq; de casu grauis subiecit alterum de ascensu leuis. Appellauit enim vas, vel inflatum vtrē vel vacuum dolium ligneum, quod superposito lapide, vter, propter inclusum aerem, ascendit protinus, vt supernatet aquę. Sed intuere ingenium philosophi, quam pulchro exemplo, subtacitam per se causam pādit. Si cuti iactata, inquit, sphęra, seu pila in parietem, a quo reflectitur, non per se mouetur a pariete motu reflexo, sed per accidens, per se autē a proijciente, qui impressit impetum, sic generātia per se mouent graue & leue. (Quod igitur nihil horum &c.)

In graui est princi. pas. sui motus. Infert conclusionem cum moderamine: scilicet, ꝙ nihil horum seipsum mouet, sed est nihilominus in ipsis principium talium motuum: non quidē actiuum, sed passiuum, tam videlicet materia, quā forma, quam prętere a grauitas, vt questione. 2. explicabitur: & ideo sunt motus naturales.

Textus. xxxij. Si igitur omnia quæ mouentur, aut natura mouentur, aut præter naturam, & violentia: & quæ vi & præter naturā omnia à quodam & ab alio, eorum autē quæ natura rursus, & quæ à seipsis mouentur, ab aliquo mouentur: & quæ nō à seipsis, vt grauia & leuia (aut enim ab eo quod generauit, & fecit leue, aut graue: aut ab eo, quod impedientia & prohibentia soluit) omnia vtique quæ mouentur, ab aliquo mouebuntur.

Recapitulatio. ¶Text. hic deniq; trigesimus tertius, inductio est qua princeps conclusio colligitur. Si igitur, inquit, omnia quę mouentur, aut natura, aut pręter naturam & violentia mouentur: & quę violētia mouentur, a quodam mouentur, puta ab extrinseco: & eorum quę rursus natura mouentur, ea quę a seipsis motu cientur, vt viuentia, ab aliquo etiā mouentur, scilicet a distincto a se principio coniūcto: sed & ea, quę non a seipsis mouentur, vt grauia & leuia, vel a generante, vel a remouente prohibens mouentur, consequēs fit, vt omne quod mouetur, ab aliquo mouetur. Intellige (vt supra pręmonuimus) ab aliquo, quoquo pacto distincto, alias propositio non erat digna tanta disputatione, neq; ad rem pręsentem quicquam conducerer.

# DE IMMOBILITATE primi motoris.

## CAPVT. V.

Fragmentū eiusdē. Textus. xxxiij. HOC autem dupliciter. Aut enim non per se ipsum mouēs, sed per alterū quod mouet mouēs: aut per seipsum. Et hoc, aut primum post vltimum, aut per plura. Vt baculus mouet lapidem & mouetur manu mota ab homine hic autem: non amplius ex eo, quia ab alio moueatur. Vtraque igitur mouere dicimus, & primum, & vltimum mouentium: sed magis primum. Illud em̄ mouet vltimum, sed non hoc primum: & sine primo quidem vltimum non mouebit: illud autem, sine hoc, vt baculus non mouebit, non mouente homine.

¶Hic disiungitur capitulū quintum, vbi potuisset Cōmentator designare textu. 34. sed maluit fragmentum hoc, ob perpetuitatem orationis assuere textui trigesimotertio. Exorditur hic autē demonstrare immobilitatē primi motoris ex pręfixa nunc conclusione, id quod per totum hoc capitulum absoluit textibus vndecim. Procedit autem gradatione optima, ordine pene mathematico per ꝓpositiones. Pręiacta nāq; vti prima basi, omne quod mouet, ab aliquo moueri, superstruit secūdam propositionem, videlicet in mouentibus, & motis non abiri in infinitū, sed in vtranq; partem perueniri, ascendendo ad primū mouens, & descendēdo ad vltimū. Huic autem pręmittit talem diuisionē, quam appendit superiori fundamento. Cum oīa quę mouent, moueant ab aliquo, hoc contingit dupliciter s. vel ab eo, qđ non est ꝑ se, hoc est, propria virtute mouens, sed est mouens per alterum, puta virtute alterius: qđ mouet virtute propria: vt cū lapis mouetur a baculo, vel a manu, quę nō ꝑ se mouet, sed virtute hoīs per se mouētis ipsam. Scđo modo aliquid mouetur ab eo, qđ per se mouet: sicut lapis: & manus mouent ab hoīe. Et qđ mouet propria virtute dicitur primū mouens: mediū vero mouens motū appellat scđm: sed res mota non mouens, nominat vltimū. [Et hoc.] Scilicet ꝙ aliqđ moueat per seipsum, cōtingit dupliciter: videlicet aut per vnum mediū, vt principale agens moueat illud, ꝙ primū est post vltimū. Exempli gratia, quando hō mouet manu lapidē, mouet illam, q̄ est prima post vltimū. i. proxima lapidi. Aut per plura media: vt cū ludentes pueri certatim baculis agitant lapideum globum. Tunc em̄ baculus mouet lapidem, sed baculus mouet a manu, mota ab hoīe: hic autē puta, homo, non amplius. s. mouet: ex eo, qꝛ ab alio mouet. i. tanquā ab alio motus, sed virtute ꝓpria. Hęc est expositio Alberti & S. Thom. sed tunc pętermittit modꝰ quo aliquid mouet sine medio ab ipso per se mouente, vt cū aer calefit ab igne, & cęlum voluitur ab intelligentia: quare forsan placebit alia lectio. vt (primū) nō sit accusatiuus, sed no-

Secūda ꝓpositio.

Diuisio.

minatiuus, in hoc sensu, q per se mouens, vno pacto mouet sine medio, sed est primū post vltimum hoc est proximū, rei postremo motę, aut per vnum, aut per plura media. [Vtraq; igitur] Pręhabitis diuisionibus, adhibet documentū, q licet vtraque dicātur mouere: nimirū tam vltimū: quā primū mouentiū, & pariter intermedia, tamē primū. s. quod ꝓpria virtute mouet, & vnde enascitur motus, magis, potiusq; mouet: tum q illud, veluti motus origo, reliqua moueat, non autem cōuersim mouetur ab illis, tum etiam q reliqua a primo dependent, vt sine quo moueri nequeunt, nō autem viceuersa, sed potest primum absq; aliis mouere.

Textus. xxxiiij. Si ergo necesse est omne quod mouetur, & ab aliquo moueri, & aut ab eo quod mouetur ab alio, aut non: & si ab alio quidem quod mouetur: necesse est aliquid esse primū mouens: quod non ab alio. Si autem huiusmodi est primū non necesse est esse alterum. Impossibile enim est in infinitum abire mouēs & ipsum quod mouetur ab alio, infinitorum enim nihil est primum. Si ergo omne quidē quod mouetur ab aliquo mouetur, primum autem mouens mouetur quidem, non autem ab alio: necesse est ipsum à se ipso moueri.

Platonis dogma.

¶ His pręiactis: orditur ī hoc tex. 34. ratiocinationem ostendentē deueniēdum esse ad primū per se mouēs. Quę erat scđa propō. Est id verūtñ operę pretium adnotare, q (vt hic Cōm. & infra tex. 39. & Eudemus referente ibidem Simplicio, & enarratores omnes aiunt) Plato persistit in illa sentētia, q omne qđ mouet, moueatur, atq; adeo primū mouens, cū non moueatur ab alio, moueri a seipso. Et iō prius hic Phil. vsq; ad text. 39. cōstituit cū Platone nō esse ꝓcessum in infinitū in mouētibus motis: ad deueniendū esse ad primū mouens, qđ non ab alio, sed a seipso mouetur. Et deinde cōtra Platonē ex sua ipsius cōcessione, infert perueniēdum tandē ad primū mouēs immobile. At vero de Aristo. dubiū multis authoribus adhuc est, quidnam de hac re senserit, vz vtrū primū mobile seipsum moueat: & ideo verba semper eius obseruabimus vsq; ad. q. 3. in qua res examinabitur, & ꝓ parte negatiua definietur. Attamē q2 idētidē hic recurrit hęc Platonis opinio, perfunctorie adnotabo, non esse tantā dissensionē inter eū & Aristo. quāta apparere alicui forte pōt. Haud em̄ cogitauit, primum mobile, hoc est cęlū, seipsum mouere: sed primū se ipm mouens censebat esse aiam, tā cęli q̃ nostrā: vt ptz in Timęo & in Phedone, & de legibus libr. 10. Neq; vero (vt. S. Tho. in fine. 7. & cōtra Gētiles. c. 13. adnotauit) ita multū ab Arist. differebat: haud em̄ dicebat, aiam per se moueri motu corporeo, sz solū motu spūali: qđ Alber. infra super text. 42. admonet. Differebant ergo, q Plato ponebat aiam cęli ex eo mouere orbē: q seipsa mouebat: faciēdo em̄ per intellectum in se formas intellectuales, putabat mouere orbem. Id qđ & nr̄is animis tribuebat respectu corporū Aristo. vero negat aiam mouere seipsam proprie ꝑ se fert. vt. 1. de aīa latissime cōtra Platonē & reliquos Phi. docet: vbi tex. 45. refert verba Platonis in Timęo, vbi dicebat animā reflectēdo se supra se mouere se quodammodo circulariter & ideo similiter mouere orbē. Aristot. igitur docet, id quod mouet, haud necesse esse vt ꝑ se moueatur. Quinuero intelligere aīę potius est quiescere: mouetur aūt per accidēs ad motum corporis. De hoc aūt plenius. qō. 3. Hac ergo via ingreditur ad demonstrādū primū motorē esse immobilem: nimirū partiēdo in duo hanc disputationē, vt in quinq; prioribus textibus demōstret, q neq; si admittatur, omne mouēs moueri, fit talis processus in infinitū, vt omne mouēs moueatur ab alio, verum deueniendū esse ad primū mouēs, quod nō ab alio mouet, sed a seipso moueatur, & ī quinq; deinceps subsequentibus ex hoc ipso cōstituto elicit suam veritatē: nēpe inficias a nemine iri posse, cuiuscūq; sit opinionis, quominus deueniendū sit tādē ad primū mouens, quod sit oīno immobile. Est ergo demōstratio hmōi. Cū omne, quod mouetur moueatur ab aliquo, necesse est vt moueat, vel ab eo, quod ab alio mouet, vel ab eo, q non ab alio sed a se mouetur. Si ab eo, quod ab alio mouetur, necessariū fit, vt deueniat ad primū mouēs, nō motu ab alio. s. supposito distincto. Si aūt deuentū fuerit ad primū, nō necesse est esse alterū, vnde motus dependeat: q̃m cū illud non moueatur ab alio, in illo erit caput & origo mot9. [Impossibile em̄ est in infinitū abire motū:] Hanc nō existimes demonstrationē esse snię huius ꝓximę, q vbi peruenit ad id, qđ non mouetur ab alio, nō necesse est esse alterū. Sz est demōstratio alterius snię supioris. Si id, quod mouetur ab alio, & illud rursus ab alio, deueniēdū est ad primū, alias abitio, inquit, esset in infinitū: quod est impossibile. Hanc em̄ impossibilitatē aliter stabiliuit in septimo, hic vero hac rōne manifestā facit. Infinitorū versus illud extremū qua procedunt, nō datur primū: nam infinitum dicit negationem principii, vbi autē in mouentibus non est primum, nullus potest existere motus, q2 (vt paulo ante dicebat) primum mouens subsequentia: quare vbi, non est primum mouens, nullū subsequētium mouebitur: vt si hō non moueret, nec moueretur, man9 nec baculus, nec lapis. [Si ergo omne.] Concludit ergo, q si omne, quod mouetur, mouetur ab aliquo. s. vel coniuncto, vel extraneo: & primum mouens (vt ostensum est) non mouetur ab alio nimirū distincto supposito, mouetur tamen (vt ait vulgus Philosophorum) necesse est vt moueatur a seipso, hoc est, vt in seipso habeat principium sui motus animaduerte, q syllogismus non cogit, nisi, statuēdum esse primum, quod per se moueat, siue moueatur ipsum, siue immobile sit. At admissa paulisper opinione Platonis, concludit solum q primum mouens non mouet ab alio, sed vel a nullo, vel a se.

Demōstratio.

Notabile.

Textus. xxxv. Amplius autem: & sic ipsam hanc rationem est, aggredi. omne enim mouens, & aliquid mouet, & aliquo. Aut enim seipsum mouet ipsum mouens: aut alio. vt homo se ipso, aut baculo. & ventus deiecit, aut ipse, aut lapis, quem impulit. Impossibile est autē mouere sine eo quod, se ipso mouet,

id quo

id quod mouet: sed si ipsum seipso mouet: non necesse est aliud esse quo mouet. si verò sit alterum id quo mouet, est aliquid quod mouebit, nō quodam sed seipso, aut in infinitum abibit. Si vero aliquid quod mouetur mouet: necesse est stare & non in infinitum ire. si em̄ baculus mouet ex eo, quia mouetur à manu: manus mouet baculum: si autem & hanc aliud mouet: & hunc aliud aliquid mouēs est. Cum itaque aliquo moueat semper alterum: necesse est prius ipsum esse seipso mouens. Si igitur mouetur quidem, hoc, non autē est aliud mouens ipsum: necesse est ipsum seipso mouere. quare & secundum hanc rationem, aut mox id quod mouetur, ab eo quod ipsum seipso mouet, mouebitur: aut venit aliquādo ad aliquid tale.

Mouere ꝑ se, vel per aliud. ¶ In text. 35. rationem proximam, quā ascendendo deduxerat, conuersim descendēdo magis illustrat. Quocirca mouere per se, vel per aliud, aliter hic ꝙ illic vsurpat. Dicebat em̄ illic, mouere per se, idē esse, qđ mouere ꝓpria virtute, ⁊ mouere per aliud, virtute aliena. Ut homo mouet per se, baculus autem per hoīem: hic aūt contra: mouere per se, aut seipso, est mouere attingendo mobile absq; medio quod sit ei⁹ instrumētū: ⁊ mouere ꝑ aliud, seu, alio est mouere per instrumētū. Sicuti hō mouet ꝑ baculū: baculus vero, ꝑ se. Habet quidē ⁊ hoc verū in
Differētia quibuscūq; causis subordinatis: cęlum quippe mouet per causas particulares: sed tamē vtit exēplis instrumentorū, quę nostris sunt sensibus familiaria. Ait igitur, ꝙ eandem ipsam rōnem aliter est aggredi, q2 omne mouens, ⁊ aliquid mouet, ⁊ aliquo, igitur aut ipsum mouens seipso mouet absq; medio instrumento, vt intelligētia mouet cęlum: aut alio: vt ventus seipso mouet lapidē, lapide vero demolit obiectā arborē, vel ędificiū. Et subdit differentiā, ꝙ id quod mouet, puta instrumentum, impossibile est mouere sine eo, qđ seipso mouet: vt baculus non pōt mouere sine homine: q2 cū omne agens agat per cōtactum, necesse est instrumenta attingi ab eo, qđ seipso mouet: attamē non est vice versa necessarium, ꝙ si aliqd seipso mouet, sit aliud quo moueat. Arguitur igitur inde, ꝙ si id quo mouens mouet, sit alterū ab ipso, tunc necesse est, vel ꝙ deueniat ad aliquid, quod mouebit nō quodā, (s. distincto instrumento) sed seipso, vel procedatur in infinitum. Atqui hic processus vtroq; versus decurrit, ⁊ versum mobile descendendo per instrumenta, ⁊ versum mouens ascendendo. Enimuero nisi daretur instrumentum vltimū seipso tangens mobile, non magis sequeretur motus, quā si non daretur primū mouens seipso tangens proximum instrumentū. [Si vero aliquid] Cum processus in infinitum monstratus iam sit esse impossibilis, concludit, ꝙ si aliquid, quod mouet, mouet, id est quia mouetur mouet, necesse est ascendendo stare, ⁊ nō abire in infinitum. Si em̄ baculus mouet ex eo ꝙ mouetur a manu, ⁊ manum quę mouet baculum, aliud superius mouet, ⁊ hunc puta hominē, aliud aliquid mouens est, ⁊ sic in infinitum, nunquam sequeretur motus: igitur cum aliquo moueat semper alterum id est. cum instrumento mouens moueat, necesse est tunc, vt illud mouens vel aliquod summum, quod sit caput omnium motuum, sit seipso mouens. Perspice ⁊ hic sicuti superius, deductionem tantum fieri ad illud, quod seipso mouet. Sed quia semper persistit in mouentibus motis, iuxta vulgarem opinionem, colligit, ꝙ illud primum mouens mouetur, ⁊ non est aliud superius mouens, quia illud datum est primum, necesse est vt illud seipso moueat seipsum. Quare ⁊ secundū hanc, inquit, rationem, aut mox, hoc est statim sine medio id, quod mouetur, puta vltimo motum, mouebitur ab eo, quod seipso seipsum mouet, aut si mouetur per aliqua intermedia, aliquando venit, hoc est, pertingit ad aliquid tale.

Post ea autem quæ dicta sunt, sic cō- Textus.
siderantibus: accident hæc eadem. Si e- xxxvj.
nim ab eo quod mouetur, mouetur omne quod mouetur: aut hoc rebus ipsis inest secundū accidens (vt moueat quidem id quod mouetur, non tamen propterea ꝙ mouet ipsum semper) aut non sed per se. Primū igitur. si secundū accidens, non est necesse moueri id quod mouetur. Si autem hoc est: manifestum est, quòd contingit aliquādo nihil moueri eorum quæ sunt. Non enim necessarium est, accidens: sed contingit non esse. Si ergo ponam⁹ possibile esse: nullum impossibile accidet, falsum autem fortassis. Sed motum non esse: impossibile est. ostensum enim est prius, hoc: quòd necesse est motum semper esse.

¶ Rationes, quas hinc iam Aristote. orditur, plus efficiunt, quā ipse cōcludit: nam eisdem post vtitur ad demonstrandum, perueniendū esse ad motorem immobilē, sed tamen vt a notioribus ꝓcedat, satis ducit persuasum id modo facere qđ cęperat: nēpe nō abiri in infinitū ī his, quę ab alio extrinseco mouentur, sed primū mouens, si mouetur, moueri a se ipso. Ait igitur, ꝙ post illa, quę dicta sunt, sic id est hoc modo qui sequitur, cōsiderātibus hęc eadem accident: hoc est, eadem cōclusio, quę modo demōstrabatur, fiet confirmatior. Arguit autē more suo bidenti argumēto. Si quicquid mouet, mouet ab eo quod mouetur, ita vt vnumquodq; mouens (vt vel Platonicis, vel certe vulgo placet) moueatur aut hoc rebus ipsis per accidens inest, ⁊ non propterea ꝙ mouentes sunt, sicuti accidit, vt scribens calescat, aut non per accidens, sed per se: puta ea ratione, qua mouent. Si secūdum accidens, ergò non est necessaria illa connexio, sed potest primus motor non moueri: quod si dederis, sequitur hoc impossibile, ꝙ cessaret omnino motus in mundo: nam si primum mouens non mouetur, ⁊ tu ais omne quod mouetur, moueri, fit vt tunc neq; mo-

ueat: ipso autē non mouente, [illegible]ersus disperibit motus. Et nota, ꝙ vnum impossibile sequi ad alterum, nihil prohibet, ꝙ autē possibili posito sequatur impossibile, hoc ratio priorum Analecticorum abhorret. Et ideo subdit, ꝙ id, qđ accidit. i. qđ est per accidens, nō est necessariū, sed cōtingit non inesse, vt patet per accidentis definitionē. Ponatur ergo illud, qđ est possibile. s. primū mouens nō moueri: hoc aūt posito, nullū scđm leges dialecticas, deberet subsequi impossibile: tametsi sequatur fortassis. i. quādoq; falsum, nimirū quādo illud possibile est falsum. At vero motū simpliciter cessare, impossibile est, qꝛ ostensum iam est, necessariū esse vt semper sit motus: ad impossibile ergo perducitur, qui simul affirmat, ⁊ primū mouens per accidens moueri, ⁊ tamen omne mouens moueri.

Textus. xxxvij. Et rationabiliter hoc accidit. Tria enim necesse est esse, quod mouetur, & mouens, & id quo mouet. Id igitur quod mouetur, necesse est quidem moueri: mouere autem non necesse est. Id autem quo mouet: & mouere & moueri. Pariter enim mutatur hoc: simul & secundum idem cum eo quod mouetur existens. Manifestum autem est: in mouentibus secundum locum. Tangāt enim se inuicem: necesse est, sic vsque ad aliquid. mouens autem sic vt sit non id quo mouet, immobile. Quoniam autem videmus, vltimum, quod moueri quidem potest, motionis autem principium non habet, & quod mouetur quidem, ab alio autē sed non à seipso: rationabile est (vt necessarium dicamus) & tertiū esse quod mouet quidē, cùm sit immobile. Quapropter & Anaxagoras rectè dicit intellectum impossibilē inquiens & immixtum esse: qm̄ motus principium, ipsum facit esse. Sic enim vtique solum mouebit cum sit immobilis: & vincet cum sit immixtus.

Tria in ordine mot⁹. ¶ In textu. 37. adiungit ⁊ alteram eiusdē confutationem. Ait inquam rationabiliter hoc accidere: nempe ꝙ mouēs, non omne moueatur: ⁊ qꝛ est ratio probabilis, dixit, rationabiliter. Tria enim (inquit) est considerare in ordine motus: videlicet id quod mouetur, ⁊ id quod mouet, ⁊ quo mouet. Atque id quod mouetur, necesse quidem est moueri: nimirū in sensu cōposito, si mouetur: nō aūt necesse est vt moueat: ei autem, quo mouet, vtrunq; necessariū est. s. ⁊ mouere, ⁊ quando mouet: moueri. Cuius ratio, inquit, est quia pariter instrumētum mutatur, ⁊ particeps fit motus eius, quod mouetur. Participat enim instrumentum, ⁊ quęcunq; causa secunda, tam rationem primi mouentis, a quo recipit virtutem motiuam vt moueat, quam rationem rei motę: qꝛ primum mouēs non mouet rem postremo motam nisi mouendo intermedias causas. Et hoc est, quod ait. Tangant enim se inuicem necesse est, sic vsq; ad aliquid: videlicet vt primum tangat secundum: ⁊ secundum, tertium vsq; ad aliquod mobile non mouens: quia non fit descēsus in infinitum. Infert hinc ergo, ꝙ illud, quod non est id, quo mouet, puta quod non est instrumētum: sed mouens primum, nihil vetat non moueri, atq; adeo esse immobile. [Quoniam autem] Dilucidat planius consequentiā, moueri nāq; ⁊ mouere, iungūtur (vt fatetur aduersarius) per accidēs: in hoc enim membro persistit: ergo, sicut iunguntur intermedio motore, ⁊ moueri separatur ab eo, quod est, mouere, vt patet ī eo, quod postremo mouetur, quod nullo opus hꝫ motionis principio rationabile, inquit, est, id est probabile (vt ne interim necessarium dicamus) quia locus probandi, necessarium esse, inferius dabitur. Rationabiliter, inquit, colligitur, vt in tertio, puta in primo motore separetur mouere a moueri, ita vt sit immobilis. At vero apparet tibi fortasse duplex prodi peccatum in his rationibus Aristotelis. Primum si aduersarius diceret, moueri, adiacere mouenti tanq̄ accidens proprium, non procedūt, sed neque si sit accidens, vt quintum prędicabile, vlla inest vis in hac secunda ratione, nam sicuti substantia esse potest sine accidente, non tamen naturaliter accidens sine subiecto, ita non sequitur, vt si in vltimo mobili detur moueri absque mouere, in primo mouente detur mouere, sine moueri. Responsio tamen est, ꝙ qui dat mouere, ⁊ moueri, conuenire eidem per accidens, non intelligit tanquam proprium, alias conueniret illi, moueri, inquantū mouenti, velut, risibile, homini inquantum homini. Atqui licet accidens accidat substantię, est tamen ei natiuum non posse existere sine illa: mouere, tamen ⁊ moueri, non sic: sed conceduntur accidere vim tertio (quapropter) confirmat suam conclusionem authoritate Anaxagorę, cuius in hoc sententiam probat, ꝙ intellectum illum separatum, quē statuebat, vt primum motorem, profitebatur esse impassibilem, hoc est vndequaq; immobilem, ⁊ nō per mixtum materię, ac deniq; simplicissimum: vt quatenus immobilis, fons esset vniuersi motus, et quatenus omni materia ⁊ mixtione superior, oīa subiugaret, proprioq; agitaret nutu. Anaxago[r].

Textus. xxxviij. At vero, si non secundùm accidens sed ex necessitate mouetur mouens, si autem non moueatur, non vtique mouebit: necesse est mouens quatenus mouetur, aut sic moueri vt secundum eandem speciem motus, aut secūdum alteram. Dico autem quale est aut calefaciens, & ipsum calefieri, & sanans sanari, & ferens ferri, aut sanans ferri, ferens autem augeri. Sed manifestum est, quòd impossibile est. Oportet igitur, vsque ad indiuidua diuidentem: dicere. Vt si quid docet geometricè operari: hoc doceri geometrice

metricè operari ſecundum idem. Aut ſi proijcit: proijci ſecundum eundem modum proiectionis. Aut non ſic quidem: ſed ſecundum aliud ex alio genere. Vt quod fert quidem, augeri: quod autem hoc auget, alterari ab alio. Quod autẽ hoc alterat: ſecundum alium quendam moueri motum. Sed neceſſe eſt ſtare, finiti enim ſunt: motus ipſi. Rurſus autem reflectere, & alterans dicere ferri: idem facere eſt. acſi mox dicat ferens ferri, & doceri docens, manifeſtum enĩ eſt ꝙ & à ſuperiore mouente mouetur: id quod mouetur omne, & magis a primo mouentium. At verò, hoc quidem impoſsibile eſt. Docens enim accidit diſcere: quorum hoc quidem nõ habere, illud autem habere ſcientiam neceſſarium eſt. Amplius autem, his magis irrationabile eſt: quod accidit omne motiuum eſſe mobile, ſi omne quod mouetur ab eo quod mouetur moueatur. erit enim mobile. vt ſi aliquis dicat, ꝙ omne ſanatiuum: & ſanans, & ſanabile erit. & ædificatiuum: ædificabile aut ſtatim, aut per plura. Dico autem, vt ſi mobile quidem ad alio eſt omne motiuum, ſed non ſecundum eundem motum mobile quo mouet propinquum; ſed ſecundum alterum. Vt ſanatiuum, diſcibile. Sed hoc aſcendendo perueniet aliquando ad eandem ſpeciẽ: vt diximus prius. Alterum igitur horum, impoſsibile eſt: alterum autem figmentũ. inconueniẽs enim eſt alteratiuum: augmentabile ex neceſsitate eſſe.

¶ In tex. 38. proſequitur aliã partẽ dilẽmatis, vt ꝓpugnet, ac defendat, ꝙ neq; omne mouens per ſe mouetur. Et vtitur familiari ſuo bipẽni argumento. Si enim inquit, contrarium, dederis aut intelligis eodem genere ⁊ ſpẽ motus per ſe moueri, res quę mouet, aut alio, ⁊ diuerſo. Si primũ puta ꝙ calefaciens per ſe caleſit. ⁊ ſanans per ſe ſanatur ⁊c. manifeſtum eſt eſſe impoſſibile. Nam deſcendẽdũ eſt ad ſpecialiſſimas ſpecies (quas hic appellat indiuidua.) vt non modo qui docet, doceatur: ſed qui docet geometriam, eandem per ſe doceatur, hoc eſt eadẽ rõne qua docet, doceatur. Et non ſolum ſi mouet quis localiter, moueatur localiter, ſed qui iacit lapidem, iaciatur ⁊ ipſe. Quo nihil eſt abſurdius, ⁊ ſenſibus magis obuerſum. Poteſt quidem qui docet, doceri, inueniendo quę ignorauerat, attamen non docetur id numero, quod docet. Sicut qui calefacit vno gradu, non per ſe caleſit eodem quippe quo iam viget. [Aut non ſic quidem] Tranſit ad aliam partẽ, vt oſtendat, ꝙ neq; omne quod mouetur, per ſe mouetur alio genere motus. Hoc autem perſuadet duabus rationibus, Prior eſt. Cum motuum genera ⁊ ſpecies in numero ſint finito, non potes dicere ꝙ homo. v. g. qui mouet lapidem, per ſe tunc augeatur: ⁊ illud a quo augetur, per ſe caleſiat: ⁊ ſic aſcendendo in infinitum: quia neceſſe eſt perueniri ad vltimã ſpeciem motus, et rurſus reuerti ad primã. Si autẽ cauillando, reflexionem admiſeris, ita vt illud primũ mouens per ſe moueatur prima ſpecie motus. ſ. locali: qua hõ mouebat lapidẽ, idem, inquit, facere eſt, acſi mox dicas, ferens ferri: hoc eſt in eãdẽ abſurditatẽ ſuperioris rõnis relaberis: qui pote cõfiteris, id qđ mouet, eadẽ per ſe ſpecie motus moueri. Hoc aũt eſt impoſſibile: nam licet accidat, vt qui docet grãmaticam doceatur dialecticã, tamen, eum qui docet vnam cõcluſionem, ꝑ ſe doceri eandem, ⁊ ſic de alijs ſpeciebus motus, eſt impoſſibile: ſiquidẽ mouere dicit actũ, moueri aũt carentiam. [Amplius autem.] Repetitio eſt fere ſuperioris rationis, niſi ꝙ illa gradiebatur in ſpecie per motus particulares, hęc autem generaliter per rationes motus. Ait ergo, ꝙ magis irrationabile eſt his. i. quã hęc quę dicta ſunt [eſt enim Grece quaſi ablatiuus] qđ inde ſequitur in genere, ꝙ omne motiuũ ſit mobile. Appropinquat enim iam ad ſuũ ꝓpoſitũ de immobilitate primi mobilis. Sequela autem patet. Si omne quod mouetur, mouetur ab eo quod mouetur, ſit tũc vt oẽ mouens ſit mobile. nẽpe vt omne ſanatiuũ, ſit ſanans ⁊ ſanabile, vt omne ędificatiuum, ędificans ⁊ ędificabile. Et tunc medicina erit ſanabilis, ⁊ homo, ędificabilis: quod ridiculũ eſt. Et ꝙ ſequatͣ, iã deductũ ẽ, ſiue ſtatim. i. ꝙ abſq; medio ſanans ſanetur, ſiue ꝑ plura media, vt qđ ꝑ ſe ſanat, doceatͣ ab eo, qđ ꝑ ſe ędificatur: nã cũ ſpẽs non ſint infinitę, fiet reflexio ad priorẽ: vt paulo ante pręmõſtrabatur. Et alterũ, inquit, horũ. ſ. prius, impoſſibile eſt, vniuerſalem, vt nullus ſanet, niſi ea rõne, qua tunc ſanatur. Alterũ autẽ, puta per plura media, vt nihil. v. g. alteret, niſi dum augeatͣ, eſt de genere impoſſibilium, quę abſq; vlla rõne finguntur ab ijs, qui ſuarũ ſunt opinionũ pertinaces.

Non ergo neceſſe eſt: ſemper moueri quod mouetur ab alio, eoque moto. Textus. xxxix. Stabitur ergo. Quare aut à quieſcente mouebitur id qđ mouetur primum. aut ipſum ſeipſũ mouebit. At verò ſi oportet etiã conſiderare, vtrum cauſa motionis ſit & principium, ipſum ſeipſum mouens, an id quod ab alio mouetur: illud omnis vtiq; ponet, id enim quod per ſe eſt cauſa: ſemper prius eſt eo etiam ipſo quod ſecundùm alterum eſt.

¶ Cõcludit ergo in tex. 39. non eſſe neceſſarium oẽ qđ mouetur, moueri ab alio ſemꝑ qđ mouetur: ſed ſtandũ eſſe in primo qđ vel moueat quieſcens. i. tã quã immobile, vel moueatur, non ab alio, ſed a ſeipſo. Concludit enĩ ſemꝑ ſalua opiniõe Platonis, tunc vulgari quã hic. S. Tho. ⁊ Eudemus referente Sim-

te Simplicio, & Cōmentatore tribuunt Platoni: nempe ꝙ omne quod mouet, mouetur. Sed de hoc q.3. Subdit autem Arist. in confirmationē suę conclusionis, tanquā a Platone, vel a triuiali opinione accersitā: ꝙ si quis cōsiderauerit, vtrum prima causa & origo motionis, sit principium seipsum mouens, an id quod ab alio mouetur, illud vtiq; nimirum prius, oīs homo ponet: nā id, quod per se est causa, prius semper est eo, quod est secundū alterū.

Textus. xl. Quare hoc considerandum est, sumpto alio principio: si quid mouet seipsum quomodo mouet. & secundū quē modum. Necesse igitur est omne quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia. Hoc enim ostensum est prius, in ijs quæ vniuersaliter de natura: ꝙ omne quod per se mouetur, continuū est. Impossibile igitur est: ipsum mouens seipsum penitus mouere ipsum seipsum. Feretur em̄ totū & feret secundū eandem loci mutationem: vnū existens & indiuiduum specie. & alterabitur, & alterabit. Quare docebit vtiq; & docebitur simul: & sanabit & sanabitur secundum eandem sanitatem. Amplius autē determinatū est: ꝙ mouetur, id quod mobile est. Hoc autem est potentia cum mouetur nō actu. Quod autē potentia est: ad actum pergit. Est aūt motus: actus mobilis imperfectus. Mouens autem: iam actu est. Vt calefacit, calidū: & omnino id, quod habet speciem generat. Quare simul, idem & secūdum idem: calidum erit & nō calidum. Similiter aūt: & aliorum vnumquodq;, eorum quæ necesse est mouens habere vniuocum. Eius ergo quod seipsum mouet: hoc quidem mouet, illud autem mouetur.

¶ Peruenit ergo Aristot. ad suum scopum, vt tandem demonstret, primum motorē esse immobilem obidq; ait cōsiderandū esse, sumpto alio principio, si quid mouet seipsum, quomodo mouet, & secundum quē mouetur. Ait sumpto alio principio, vel q2 distinctę quęstiones sunt, vtrū aliquid seipsum moueat, & quo pacto se moueat, vel q2 noua vtendū est diuisione & rōne, non vtrū moueatur a se, vel ab alio extrinseco, sed vtrū totū a se toto, vel a parte, vel vna pars, ab alia. Sumit autē exordiū ab illa ꝓpositione, quę in superioribus demōstrata est, omne quod per se mouetur (motu corporeo de quo loquimur) esse continuū, atq; adeo diuisibile in semper diuisibilia. Dixerim per se, q2 punctū & rōnalis anima per accidens mouentur. Atq; id inquit in ijs ostensum est, q̄ vniuersaliter de natura dicta sunt. Simplici⁹ putat Arist. se citare in lib.5.tex.41. At vero illic nō tā de cōtinuitate mobilis tractat, quā de cōtinuitate motus. S3 citat se in lib.6.text.32. vbi per hoc demōstrat omne mobile esse cōtinuum quod partim est ī termino a quo, & partim ī termino ad quē. Appellat aūt pręcedētes libros vniuersaliter de natura, nā priores quatuor inscribit de principijs, & cęteros, de motu ī genere: attū in hoc p̄senti agit singulariter de primo mobili, motore, & motu. Igitur Arist. duabus iā pręstitutis ꝓpositionibus. s. oē quod mouetur, moueri ab aliquo, & perueniendum esse in mouētibus & motus ad vnū primū, quod vel sit immobile, vel mouet seipsum copulat iam nūc tertiā. s. ꝙ cuiuscūq; mouētis seipsum (quod iā supponitur esse diuisibile in semper diuisibilia) necesse est distinguere duas partes, quarū altera sit mouēs: & altera, mota. Ad quā demōstrationē supponit, oē quod mouetur esse diuisibile in semper diuisibilia. Et sunt qui putāt primum mouens seipsum ſm Arist. esse cęlū. quā disputationē iā cōmē.34. in tertiā nr̄am qōnē reposuimus. [Impossibile igitur est] Aggreditur demōstrare tertiā cōmemoratā ꝓpositionē hoc syllogismo. Impossibile est ip̄m seip̄m mouēs penitus mouere seip̄m, quin sit in illo aliquid mouēs & aliquid motū, siquidē mouet seip̄m: id aūt in quo est aliquid mouēs et aliquid motū, nec ſm se totū mouet, nec ſm se totū s3 distinguitur in duas partes, alteram mouentē, & alterā motā: ergo cōclusio vera. Minorē ꝓbat: q̄m alias recideret in absurditatē superiorū rōnū, vniuersalē quod id, quod mouet ſm locū, mouebit eadē prorsus sp̄e motus: & qđ docet, docebit &c. quod mōstratū est impossibile. Attamē, vt patētiorem faciat eandē absurditatē subdit. [Amplius aūt] Qđ nō accipias tanquā rōnē scđam, s3 tanquā manifestationē absurditatis illatę. Determinatum em̄ inquit, est (in.3.q.tex. 8.&.9.) ꝙ id quod mouet est in potentia quasi pergēs ad actū. Est em̄ mot⁹, actus mobilis imperfectus: quod. n. nihil h3 de actu, nōdū mouet, & quod h3 cōpletū actum, iā tunc nō mouetur, s3 illud. v.g. calefit, quod in acquisitiōe caloris. At vero mouēs iā est actu, vt in calidū, antequā calefaciat, & hō anteq̄ generet hoīem. [Quare simul] Cōcludit intentū, vc3 impossibile esse, vt totū se totū moueat. Nā tunc idem & ſm idē simul esset in actu & potētia, quod est cōtradictiōis implicās: vt calidū: & nō calidum tm̄ & nō tm̄, homo & non hō &c. Ait autē, eorū q̄ habēt mouēs vniuocū, vt ī his inferioribus corporibus est necessariū, in quib⁹ nihil calefacit, nisi sit formaliter calidū, neq; gignit hoīem, nisi quod est formaliter homo: sol autē, qui est causa ęquiuoca nō est nisi altiori mō ſm virtutē calidus. In quo ideo & verū suo modo habet, ꝙ nō mouet, nisi res q̄ est actu talis. Ubi ſm Cōmen. momordit Aristo. vellicauitq; Platonē: nā etiā si animam vel motorem cęli admitteremus mouendo se mouere corpora, ille motus aīa mouet per se, non est eiusdem rōnis cum motu locali, quo mouet corpus: nā tali motu solū mouetur per accidēs. Concludit igitur, id quod seipsum mouet, de necessitate distingui in duas partes, quarum altera mouet & altera mouetur. At qui hoc memoria retine, ne in subsequentibus hallucineris: vc3 ex hoc duntaxat quod aliquid sit seipsum mouēs, iquo ideo esse d3, & mouens & motū, adiūcto ꝙ nihil pōt seipsum scđm totum mouere, sine alia pręmissa ꝓpositiōe, consequi vt tale seipsum mouēs distinguat in partes duas, mouentē & motam. Et rursus hic adnotato, ex eodē principio, quo fit manifestū, id quod seipsum mouet, nō mouere se totum, scđm se totum, cōfici

Mouēs vniuocum.

Omne seipsum mouēs, distinguit in partem mouentem, & partem motam.

conficì prȩterea, ꝙ neq; ideo mouet seipsum, ꝙ totum mouet partem aut pars totum: nam si totum esset ratio mouendi, & pars moueretur, in illa esset simul actus & potentia, & eadem ratione si totum esset ratio mobilis, & pars moueret, in illa esset vtrumq;.

Textus. xlj. Quòd autem non est ipsum seipsum mouens sic, vt vtrũq; ab vtroq; moueatur: ex his manifestum est. Nec enim erit primũ mouens vllum: si vtrumq;, vtrumque mouebit. Quod enim prius: magis causa est mouendi quã sequens, & mouebit magis. Dupliciter eñ mouere est: aliud quidẽ id ipsum quod ab alio mouetur, aliud autem à seipso. Proximus autem est, quod lõgius est ab eo quod mouetur, principio: quam quod in medio est. Amplius non necesse est mouens moueri: nisi à seipso. Secũdum accidens ergo: contra mouet alterum. At sumpsi: contingere nõ mouere. Erit ergo aliud quidẽ quod mouetur: aliud autem mouens immobile. Amplius nõ necesse est mouens contra moueri: sed aut immobile aliquid mouere necesse est, aut ipsum à seipso moueri, si necesse quidem est semper motum esse. Amplius secundùm quem mouet motum etiam vtique mouebitur, quare calefaciens, calefit.

¶ Attentus semper sis ad ordinem, quasi mathematicum. Arist. Q̃m admisso & cõfesso, illius quod seipsum mouet duas esse partes, mouentẽ & motã, nihil vetare videbatur, quominꝰ vel se mutuo mouerent, vel seipsam vtraq;, has duas quoq; partes prosequitur destruere. Est ergo quarta propositio in tex. hoc. 41. qua ad suum progreditur scopum. Id quod seipsum mouet, nõ est idcirco seipsum mouens, ꝙ vtraq; eius pars ab vtraq; moueatur. Hãc probat quatuor rõnibꝰ, quȩ sunt quasi repetitiões superiorum. Namque in diuersis motoribus disseruit, eadem & ad diuersas partes eiusdẽ motoris accõmodat. Prima igitur rõ est, illatio huius absurdi, quod sequeretur inde, nullũ existere primũ mouens, atq; adeo (vt mõstratũ est tex. 34.) nec vllum motum siquidem a motore primo dimanat motus omnis. Sequela est manifesta: nam si. a. pars mouet. b. & viceuersa. b. mouet. a. neutrum est primũ. At nequis cõmẽtetur, ꝙ. a. v. g. sit primũ, licet rursus moueatur. a. b. subdit elegantẽ rationẽ ex tex. 33. Si enim. a. mouet. b. & b. a. reciproce, neutrum magis mouet: sed primum mouens magis mouet: ergo neutrum est primum. Sic formant hic quidã syllogismũ. At forsitan ratio altioris est sensus. Et enim si. a. mouet. b. & b. a. fit vt. a. moueat se potius quã moueat. a. b. nam primũ inquit, magis est causa mouendi, quam sequens, vt si homo moueat baculum: & baculus lapidem, potius homo mouet lapidem ꝙ baculus. Pari ratione, si. b. mouet. a. & a. b. b. potius mouet se quã moueatur. ab. a. in quo ideo circulo nõ põt distingui, vtrum sit prius: atq; adeo nec das primũ. Et secundo reciditur in aliud superius impugnatum, ꝙ totum a mobile seipsum totum mouet. Quod aũt id quod est prius, magis moueat, quam id quod est subsequens, qr id nõ patefecerat prius, explicat modo. Dupliciter enim, inquit, contingit mouere. s. vt vel illa res moueat, quȩ ab alio mouetur, vel illa quȩ se ipsa mouet: illa aũt quȩ longius distat ab eo quod mouetur, puta quȩ seipsa mouet, proximior est primo prĩcipio mouendi, quam illa quȩ est in medio: vt homo baculo mouens lapidẽ, quo magis distat a lapide, coniunctior est primo principio, quam baculus: atq; ideo primum magis mouet, qđ erat illatum. [Amplius &c.] secũdam rationem varie & subobscure explicatam video a diuersis: videtur autẽ esse ad hoiem talis. Secundum Platonem (vt paulo ante dicebamus) quanuis omne mouens moueatur, primũ tamen non est necesse moueri, nisi a seipso, distinctis ergo in primo motore duabus partibus, si. a. v. g. est primum mouens. i. prima rõ mouendi, illa non per se necesse mouet nisi a seipsa, ergo si mouetur ab altera, id erit per accidens: at vero (vt supra argumentatũ est) põt accidens a subiecto separari: separato ergo dabitur pars mouens non mota, qui est Aristo. scopus. ¶ Tertia rõ deriuatur ex eodem principio, vti supra dicebamꝰ. Si pars illa primum mouens, per accidens mouetur ab altera potest non moueri, & si cum hoc pariter sustines, omne mouens moueri, fiet vt primũ mouens non moueat, quo non mouẽte oĩs motus peribit: ergo si motum semper esse necesse est, consequens est, vt non omne mouens moueatur. Quarta rõ, resumptio est alterius supra formatȩ in diuersis motoribus. Etenim si reciprocatio contingit in partibus seipsas vicarie mouentibus, fiet tunc consequens, vt primum mouẽs moueatur eo motu quo mouet, vt calefaciens calefiat, nam si. b. mouet. a. quo motu mouetur ab ipso, palam id sequitur: ꝙ autẽ moueatur diuerso, non est possibile, quia totius mouẽtis seipsum vnicus est motus.

Quarta ꝓpositio.

Altior sensus.

Textus. xlij. At verò neque ipsius primo seipsum mouentis, aut vna pars aut plures mouebunt, ipsa seipsam vnaquæque. Totũ enim si mouetur ipsum à seipso aut ab aliquo eorum quȩ sunt ipsius mouebit aut totũ a toto. Si igitur quia mouetur aliqua pars, ipsa a seipsa: hæc vtiq; illud primum ipsum si ipsum mouẽs. Separata enim hæc quidem, mouebit ipsa seipsam. Totum autem: non amplius. Siue ro totum a toto mouetur: secundum accidens hȩ mouebunt ipsæ seipsas. Quare si non necessario: accipiãtur non moueri a seipsis. Ipsius igitur totius, non aliud mouebit cũ immobile sit: aliud autem mouebitur. Solum enim sic possibile est: aliquid per seipsum motiuũ esse. Ampliꝰ si linea tota ipsa seipsam mo

uet: hoc quidē mouebit ipsius, illud autem mouebitur. Linea igitur à.b. & a se ipsa mouebitur & ab.a.

¶ Tertius modus quo excogitari pōt primum mouens moueri a seipso, est ꝙ detur vna pars q̄ seipsam moueat, aut plures quarum seipsam vnaqueq; moueat, qđ reprobat in pręsenti tex. duabus rōnibus. Prior est hęc. Si totum seipsum mouet, aut hoc asseritur propterea ꝙ ab aliquo eorū quę sunt ipsius hoc est ab aliqua ex suis partibus mouetur, aut q2 mouetur a toto, si primum dederis, illa erit primum mouēs: & iō, nō totum, sȝ pars illa est illud qđ seipsum est mouēs: nā si illa primo mouet, separata quidē mouebit seipsam cessante motu totius. Et idem sequitur si largiaris, totū esse seipsum mouens, propterea ꝙ mouetur a pluribus partibus, seipsam vnaquaq; mouente. Si aūt concesseris secundū. s. ꝙ totū a toto mouet, tunc fit vt partes, nō per se, sed per accidens seipsas moueant, nimirum ad motū totius: quare non est necessarium vt per se moueātur (vcȝ a seipsis) obidq; pōt cōtingere, vt non moueantur a seipsis. Cōcludit igitur ꝙ si detur aliquid seipsum mouēs, necesse est signare partē illius mouentē immobilē, & alterā quę mouetur: nā hoc inquit solū pacto contingere pōt, vt aliq̄d seipsum moueat. Fit aūt subobscure collectio hęc, nisi cōsiderate respexeris pręcedentia. Etenim vt nos supra, & hic S. Tho. annotauit, nō vult hoc loco elicere Arist. ꝙ si detur aliq̄d mouēs seipsum, illud diuidatur in duas partes, quarū vna mouet, et altera mouetur. Hoc enī satis confectum erat in tex. 40. At q2 per hoc nō excludebatur quominus vel vtraq; vtranq; vicissim moueret, vel vnaqueq; seipsam, hęc duo deinceps mēbra repulit: ex quib9 iā nunc tribus mēbris facit hanc collectionē. Si totum seipsum mouet, datur in ipso pars mouēs & pars mota, & illę nec se mutuo, nec seipsas mouēt, ergo datur pars mouens nullatenus mota, quod erat intentum, & altera pars mota, consequētia tenet ab omnibus modis sufficiēter numeratis, quibus excogitari pōt aliquid seipm mouere. Et hoc est quod ait, hoc solum modo id contingere. Quā obrem non opus fuit Aristo. vti diuisione illa quinque membrorū, quā designauit Themistius. Si primum mouens seipsum mouet, aut totum se totum, aut seipsam. Nā secundū & tertiū includūtur in primo, vt diximus cōmen. 40. qua nāq; rōne totū non mouet seipsum, sequitur ꝙ nec totū moueat partē ne pars totū. [Amplius si tota] Adhibet secūdam rationem ad eandē conclusionem, ꝙ si totum seipsum mouet, non est pro eo ꝙ aliqua eius pars seipsam moueat: nam arguitur de illa parte sicut de toto. Etenim cum illa non possit tota se totam mouere: alias idem secundū idem esset in actu simul & in potentia, fit vt illius partis sit designare duas particulas, puta. a. & b. quarum altera mouet & altera mouetur: quapropter illa quę mouet, erat primū seipsum mouens, & non tota pars. a. b.

Necesse est peruenire ad motorē immobilē.

Nō est op9 diuisione mēbrorum quinq;.

Textus. xliij.

Quoniam autē mouet aliud quidem quod mouetur ab alio, aliud aūt immobile existens, & mouetur hoc quidem mouens, illud autē nihil mouens: ipsum seipsum mouens necesse est ex immobili esse mouēte tamen, & adhuc ex eo quod mouetur nō mouet autem ex necessitate, sed qualitercunque euenit. Si enim. a. mouens quidē & immobile. b. verò id quod & mouet ab. a. & mouet id in quo. c. Hoc autem motū quidē ab ipso. b. mouēs autē nihil. Si enim & per plura veniat aliquādo in. c. sit per vnum solum. Totū ergo. a. b. c. ipsum seipsum mouet, sed si aufero ipsum. c. ipsum quidem. a. b. mouebit seipsum. ipsum enī. a. est mouens. b. verò id quod mouetur. ipsum autem. c. non mouebit seipsum. nec penitus mouebitur. At vero nec linea. b. c. mouebit ipsa seipsam sine ipso. a. Nam. b. mouet ex eo: quia mouetur ab alio, nō quia à sui ipsius parte aliqua. Ipsum igitur. a. b. solū: seipsum mouet. Necesse est: igitur ipsum seipsum mouens: habere mouens, immobile tamē: & id quod mouetur, nihil autem mouet ex necessitate: tangentia autem, aut vtraq; se inuicem, aut alterum alterum. Si igitur continuum est id quod mouet (quod enim mouetur: continuum esse necessarium est) manifestum est, ꝙ totū ipsum seipsum mouet, non eo ꝙ ipsius aliquid huiusmodi sit vt ipsum seipsum moueat, sed totum mouet ipsum seipsum & mouens & motum, eo ꝙ ipsius aliquid est ipsum mouens, & id quod mouetur. Non enim totum mouet, neque totum mouetur: sed mouet quidē ipsum. a. mouetur autem ipsum. b. solū. Ipsum autem. c. ab ipso. b. non amplius. impossibile enim est.

Primum mouēs immobile.

¶ Constituto ergo ꝙ si primum mouens, seipsum mouet, necesse, sit diuidi in duas partes, quarum vna moueat, sitq; immobilis, altera vero moueat, adijcit demonstrare, nō esse necessariū vt illa pars mota amplius moueat. Proponit ergo ꝙ cum duplex sit id qđ mouet. s. vel ab alio motu, vel existēs immobile: & pariter qđ mouet, duplex: vtpote vel qđ simul mouet, vel qđ nihil mouet, necesse est vt id qđ est seipsum mouēs, cōstet ex parte immobili sed mouente, & altera qui moueatur, non tn̄, quę ex necessitate moueat. Ubi quod ait ex necessitate, bifariam intelligitur: vnus enim sensus esse pōt, ꝙ pōt quidem mouere, sed non sit necessarium vt moueat, & hoc est verum si intelligatur de mouere extra. Nihil enim vetat quin pars illa mota moueat rem aliam supposito distinctam. vt si homo esset

primum

primum seipsum mouẽs, nihil prohiberet quominus anima moueret corpus & corpus baculū. Alter vero sensus est hic Aristotelicus, nimirum, quod sit impossibile illam partē motam mouere intus aliam tertiam eiusdem totius, si totum erat primum seipsum mouens. Itaque cum deuentum fuerit ad primum mouens, quod seipsum mouet, necessarium est dare duas tantum partes, puta vnā immobilem mouentem, & alteram motam nullo modo in tres mouentem. Demōstratio autem est hęc, detur contrarium: nēpe, quod illius seipsum mouentis pars mouens immobilis sit a: mota vero. b. moueat ergo. b. tertiam quę sit. c. nā quod moueat seipsam, dici non potest, quandoquidem mouetur ab. a. Illud autem. c. sit. v. g. motum, nihil vlterius mouens. Nec refert, inquit, si per plura veniatur ad. c. hoc est si plures partes intermedię moueat & moueantur omnes ergo illas vsurpemus vice vnius, vt sint tantum tres ordines, scilicet mouens immobile, motum mouens, et motum non mouens, vt si homo verbi gratia sit primum seipsum mouens. a. sit anima mouens immobile, manus vero. c. & omnia intermedia, puta cor, nerui, & musculi. b. Arguit ergo sic demonstrando, quod primum per se mouens non potest distingui in tales tres partes: nam si adimas. c. ipsum quidem. a b. erit seipsum mouens, siquidem. a. est mouens. b. vero id quod mouetur. c. autem cum non moueat. non mouebit seipsum, nec tota pars. b c. mouebit seipsam absque. a. nam. b. non manet nisi quia mouetur ab alio distincto, nimirum ab. a. et non quia mouetur ab aliqua sui parte, quod requiritur vt aliquid sit seipsum mouens: ergo. a b. erit prius seipsum mouens: quam totum. a b c. (Necesse est igitur) Cōcludit ergo necesse esse, vt ipsum seipsum mouens, puta primum, ex duabus tantum partibus constet, vel habentibus se per modum duarum, videlicet altera mouente, immobili tamē & altera quę mouetur, nihil autem mouet ipsius per se mouentis. Quas quidem partes necesse est inquit, vt vel vtraque se mutuo tangant, vel altera alteram. Hanc autem disiunctionem adiecit propterea quod nondum hactenus meminit de primo motore, vtrum sit simplex pluresque & materię omnino expers: quod in fine libri docturus est, id quod & Plato etiam docebat: obidque salua illa sententia, cum essent multi Philosophi, qui adstruerent, omne in substantiam, etiam primum motorem habere materialem magnitudinem, loquitur sub disiunctiōe. Etenim si tam mouens quam mobile, materialia sunt, mutuo se contingunt, si vero mouens sit immateriale & incorporeum, tanget quidem virtute sua mobile materiarum, haud tamen vicissim mobile attinget motorem. Sicuti intelligentia tangit cęlum non autem conuertitur (si igitur continuum) colligit ergo quę dicta sunt, dicens quod si id, quod mouet, sit cōtinuū, quemadmodum id, quod mouetur (quod de necessitate esse continuum probatum est in. b. textu. 32. factum est iam manifestum, id quod seipsum mouet, non ideo seipsum, mouere, quia aliqua eius pars seipsam moueat alias per accidens hoc conueniret toti, sed totum est quod seipsum mouet & quod est mouens, & motum. Tametsi hęc tria prędicata ratione diuersarum partium conueniunt toti, dicitur enim mouens ratione partis mouentis immobilis, et motum, ratione partis motę, sed mouere seipsum conuenit ei ratione ambarum simul. non enim (inquit) totum per se primo mouet, nec totum per se primo mouetur, sed a solum mouet, & b. solum mouetur. c. autem non amplius mouetur ab ipso. b. imo hoc non est possibile: si dederis illud, quod est primum per se mouens, vt supra probatum est.

Dubitationem autem habet: si auferat aliquis aut ab ipso. a. si continuum est, id quod mouet quidem sed immobile est, aut ipso. b. quod mouetur, an reliquum vtique ipsius. a. mouebit, aut reliquum ipsius. b. mouebitur? si enim hoc: non vtique erit quæ primo mouetur a seipsa linea. a b. remota enim linea. a b. a b. adhuc mouebit seipsam, reliqua. a b. An potentia quidem vtrumque nihil prohibet, aut alterum id scilicet, quod mouetur diuisibile esse: actu autem indiuisibile? si autem diuidatur: non vlterius esse eandem habens potentiam, quare nihil prohibet in ijs, quæ diuidi possunt. potentia primo inesse. Manifestum est igitur ex his, quod est primum mouens, immobile. Siue enim confestim id quod mouetur ab aliquo autem mouetur stet ad immobile primum, siue ad id quod mouetur quidem, ipsum autem seipsum mouens est & sistens, vtroque modo accidit vtique id quod primū mouet in omnibus esse motis, immobile. Textus. xliiij.

¶Mouet autem in hoc postremo text. dubitationem hanc. Cum continuum sit diuisibile in semper diuisibilia vnde lib. 6. text. 4. 6. demonstratum est, quod non datur primum esse motus ratione temporis: quia dato quocunque tempore motus, antea fuit motus, nec ratione cōtinui quia ante quālibet partem mouetur alia minor, vt alteratione & pariter in motu locali dum continuum transit per transuersam lineam non datur pars quę primo transibit. Cum hęc inquit Aristo. vera sint, videtur nondum esse constitutum primum mouens seipsum. Enimuero eadem arte qua dempta particula. c. residua puta, abest prius seipsum mouens, demam aliquid ab. a. parte mouente, si est diuisibilis vel. a. b. mota quę de necessitate est diuisibilis, & tunc de residuo existit idem argumentum, quod sit seipsum mouens, ideoque. a. b. non non sit primū seipsum mouens. Et eadem ratione dēptis particulis ab illo residuo, id quod superfuerit, erit seipm mouēs: & sic in infinitū (An potentia quidem) Responsio consistit in hoc, quod licet omne continuum sit potentia diuisibile in semper diuisibilia, tamen potest contingere, vt in ratione mouētis & in ratione mobilis deueniat ad aliquid quod

non possit actu diuidi. In primis hoc patet, vbi mouens ⁊ mobile essent incorruptibilia, sicut si dares animã vel intelligentiam esse primam partem mouentem, ⁊ sol vel aliud astrum, primam motam Et preterea in caducis ⁊ corruptibilibus potest deueniri ad minima sub quibus potest conseruari, tam virtus motrix, quam ratio mobilis, vti ait Commentator: nam datur minimus ignis, ⁊ minima pars materię quę potest calorem recipere. Et in serpẽtibus sectilibus sic nominatis eo quod incisi viuunt, id comperitur, quod dabitur tam parua pars animę viuentis, vt sub minore quãtitate non possit vita seruari. Quare nihil vetat, hac ratione signari primum seipsum mouens. (Manifestum est igitur.) colligit ergo conclusionem ab initio propositam, videlicet, quod vtrauis procedas via, siue ascendendo statim ad primum mouẽs immobile, quę est via Aristotelica, siue ascendendo ad primum seipsum mouens, quę erat Platonica, vel vulgaris, necesse est tandem deuenire ad primum motorem immobilem.

## DE PERPETVITATE & PRIMI MOTORIS & PRIMI MOTUS.

## CAPVT. VI.

Textus. xlv.

QVoniam autem oportet motum semper esse & non intermitti: necessarium est esse aliquid perpetuum quod primum mouet, siue vnum sit siue plura & primum mouens immobile esse.

¶ Postquam constituit de primo motore, immobilem esse, prosequitur in hoc capite alteram eius naturam, puta perpetuitatem demonstrare ac simul vnitatem, idque duabus vijs: prima vsque ad tex. 49. et deinde altera. At quia per hoc quoque firmius stabilitur eius immobilitas, vtrũque proponit necessarium in hoc tex. 45. secundum ⁊ primum motorem perpetuum esse, siue vnum sit siue plura atq; idem immobile. Et vtique eandem tribuit necessitatem: ex eo enim inquit ꝙ in prioribus duobus capitulis conclusum est oportere motum semper esse absque principio ⁊ fine, fit necessarium vt detur primum mouens, tum perpetuũ, tum etiam immobile: nam etiam si esset seipsum mouens, in esse illi oporteret [vt demonstratum est] partem mouentem immobilem.

Textus. xlvj.

Vnumquodque igitur immobilium quidem non autem mouentium, perpetuum esse, nihil ad præsentem sermonem. Quod autem necessarium est esse aliquid quod semper immobile quidem ipsum sit omni extranea mutatione & simpliciter & secundum accidens, motiuum autem alterius manifestum est considerantibus sic. Sit autem si quis velit: in quibusdam contingens, vt sit aliquando & non sit sine generatione & corruptione. fortassis enim necessarium est si quid impers aliquando quidem est, aliquando autem non est: sine mutatione aliquando quidem esse aliquando autem nõ esse omne tale. Et principiorum immobilium quidem motiuorum autem quædam aliquãdo quidem esse aliquando autem non esse contingat & hoc. Sed nequaquam omnia quidem possibile est. Manifestum enim est quod causa quædam ijs quæ ipsa seipsa mouent inest, vt aliquando quidem sint, aliquando autem non sint. ipsum enim seipsum mouens omne necesse est magnitudinem habere si nihil mouetur impers. Id autem quod mouet nulla necessitate est ex dictis. Vt igitur alia quidem generentur, alia vero corrumpantur & hoc sit continue: nulla causa est, immobilium quidem, non semper autem existentium. Neque eorum quę semper quidem hæc mouent, his autem alia. Ipsius enim quod semper est & continui: neque vnumquodque ipsorum causa est, neque omnia, Nam sic se habere: perpetuum & ex necessitate est. Omnia autẽ, infinita: & non simul omnia sunt.

¶ At quoniam a Peripateticorum ingenio alienissimum est, quęstiones permiscere ⁊ confundere, ⁊ animalia omnia seipsa mouent, in quibus anima est pars illa mouens per se immobilis, ⁊ fuit Pythagoricorum opinio (vt extat. 1. de anima) vniuersas animarum species esse perpetuas abstinet modo ab hac disputatione, dicẽs, ꝙ vnunquodquę immobilium mouentium puta animarũ, perpetuum esse nihil ad pręsentem sermonem: quamuis sola rationalis sit perpetua. Appellat iam hinc animas, mouentia immobilia secundum propriam opinionem, contra Platonem: qui dicebat eas a seipsis per se proprie moueri: vt super text. 34. explicuimus. Sed tamen hoc tantum constituere vult in singulari, ꝙ sit aliquid semper immobile omni extranea mutatione. Quod adiecit ne excluderet internam operationem intellectus animę, quę dum mouet corpus intelligit: ⁊ ideo quodammodo patitur vt habetur. 3. de anima: licet non sit proprie motus: id quod ⁊ intelligentijs

pręterea

pręterea conuenit, & citra fidem nostram opinari quis poterat congruere primę causę, de qua nihil in superioribus definiuit. Sed ait immobile, & simpliciter & secundum accidens, ad significandũ primum motorem, altioris esse naturę, & multo magis a materia abstractę, quam animam, nam hęc licet per se sit immobilis, mouetur tamen ad motũ corporis per accidens: primus autem motor nec per se nec per accidens mouetur illo motu quo mouet corpora [Si autem si quis velit] Hic antequam ingrediatur veram legitimãque rationem refutat aliam, qua forsan antiqui vtebantur ad ratiocinandum perpetuitatem primi motoris, quę tamen non est concludens. Arguebant enim sic fortasse ab immobilitate ad perpetuitatem. Nihil ingenerabile & incorruptibile potest quandoque esse, & quandoque non esse: omne mouens immobile est ingenerabile & incorruptibile: ergo non potest quandoque esse & quandoque non esse, estque ideo perpetuum. At vero maior est falsa, si intelligatur de ingenerabili & incorruptibili per se, nam indiuisibilia, puncta non per se generantur aut corrumpuntur, quia neque per se sunt: imo nõ generatur nisi compositum, vt habetur. 7. meta. cętera vero congñant, & idcirco absq; gñatiõe p se conuenit illis quandoq; esse, & quandoq; non esse. [Et principiorum] Pari ergo ratione concedit principiorum immobilium, mouentium tamen, vt pote animarum aliquas quandoque esse et quandoque non esse: atque adeo neque esse perpetuas [excepta rationali in futurũ] quanquam sint per se in generabiles & incorruptibiles: siquidem non generantur per se nisi homo & equus, sed anima est id, quo generatur. Attamen q omnia immobilia mouentia quandoque sint quandoque non sint, hoc est impossibile. Animaduerte quam se acute insinuat ad celestes motores omnino separatos, vt qui non sunt actus coniuncti corporibus enim ostendere pergit, omnes esse perpetuos (Manifestũ em̃ est) Prima ergo via demonstrandi perpetuitatẽ primi motoris initur ex perpetuitate cursus generationum. Assumit enim concessionem, quod sint quędam mouentia seipsa: vti sunt animalia ex quo fit vt in illis sit aliqua magnitudo, nã quicquid mouetur, est partibile, vt ex. lib. 6. identidem inculcat quanuis id, inquit, quod mouet, non ex necessitate sit partibile, vt patet ex dictis de anima. Omne autem partibile si sit compositum, est generabile & corruptibile, fit ergo vt talia seipsa mouentia aliquando sint & aliquando non sint per generationem & corruptionem. Est ergo Syllogismus talis. Huius quod est, aliquando esse & aliquando non esse, idque nunquam deficere, sed per continuas generationes & corruptiones perpetuari aliqua est causa nam nihil in natura fit sine causa alias fieret a casu: eius autem causa non potest esse aliquid illorum immobilium non semper existentium, puta aliqua anima: quia temporarium nequit esse perpetuitatis causa: neque vero rationalis anima quia licet sit in futurum perpetua, non tamen in pręteritum ergo confitenda est aliqua causa perpetua eiusmodi vicissitudinis. Minorem subdit illic (vt igitur) Quod autem sequitur. Neque eorum quę semper &c. in vniuersis trãslationibus, quas viderim: corruptum est. Habent enim Nec rursus eorum quę semper quidem hęc mouent, horum autem alia. Quod nullatenus est intelligibile. Secundum tamen ambiguus casus grecus fuit illis causa vertendi per genitiuum, horum, id, quod vertendum erat per ablatiuum, his. Est enim sensus. Nec aliquid eorum, quę mouent hęc, his autem, id est, per hęc alia. At duo nihilominus sensus tribuuntur huic literę. Aliqui enim, vt Nimphus, sentiunt literam hanc de cęlis: vt velit Aristo. dicere, quod neque aliquid immobilium quandoque non existentium, vt puta animarum, neque rursus aliquid eorum (nimirum intelligentiarum) quę mouent corpora celestia, & per illa hęc inferiora, potest esse causa perpetuitatis generationis. At vero nulla hic intelligentiarum videtur in mentem venisse Aristoteles. nam illę perpetuę sunt apud ipsum, vult igitur hic prorsus ostendere [vt colligitur ex subiuncta statim ratione] quod nulla causa eorum quę oriuntur & occidunt, potest esse causa illius perpetuitatis generatione. Commentator ergo legit expositorie scilicet, quod nullum immobilium aliquando non existentium, vt pote animarum est causa perpetuę successionis. per hoc, quod vnum producat aliud, & aliud aliud. Sed hunc sensum nullo modo fert greca lectio. Sensus igitur planissimus est per negationem prius animarum, deinde totius generis formarum causarumque generabilium & corruptibilium. Quasi dicat. Causa illius perpetuę successionis nec est aliquid immobilium, puta animarum, quę sunt partes mouentes, suo gradu immobiles, nec vero aliquid eorum, quę mouent hęc, & per hęc alia: hęc est neque formarum omnino aliqua corruptibilium, neque suppositorum vllum, vt ignis, qui generat alterum ignem per quem rursus generat alium (ipsius enim) Probat eandem minorem sic. Ipsius quod semper est & continuum simul collectim: influxus autem generationum, perpetuus est & necessarius: ergo causę corruptibiles non sunt causę illius. Probat maiorem: nam quod vnum seorsum eorum non possit esse causa, manifestum est, cum illa causa corrupta, post durat generationis cursus: sed quod neque omnes simul, patet duplici doctissimo verbo sic: Causę per se alicuius rei, si constarẽt ex pluribus caussis, nec debent esse infinitę: alias non sequeretur motus [vt probatum est text. 34.). & prętere a debent esse simul alias non essent ex se causę, quandoquidem aliqua deficientem reliquę nihilo secius agunt, quanuis possit pręcedens disponere ad effectum subsequentis, vt vsu fit in guttis perforantibus lapidẽ istę causę corruptibiles quia secundum Aristote. non habuerunt principium, fuerunt infinitę: neq; vero sunt simul sed dilabuntur curriculo temporis, ergo non sunt per se causę talis perpetuitatis ob idque indaganda est alia perpes, perpetuoque mouens.

Manifestum est igitur quod quanuis decies millies aliqua principia immobilium quidem mouentium autem & multa eorum, quæ ipsa seipsa mouẽt corrumpantur alia vero insuper generentur & hoc quidem immobile existens hoc mouet, alterum autem, hoc at nihilominus, aliquid esse quod continet Textus. xlvij.

continet. Et hoc preter vnumquodque eſſe id quod eſt cauſa, vt alia quidem ſint alia vero non, & continuæ mutationis. Et hoc quidem his, hæc autem alijs, cauſa motus ſint.

¶ Confirmat ergo in tex. 47. apertius prędhabitã rationem, dicens, ꝙ quamuis decies millies (accipit finitum numerum pro infinito) aliqua principia immobilium mouentium, nimirum animarũ ⁊ multa eorum quę ſeipſo a mouent, ſecundum animalia, corrumpantur: eorum loco generentur ſubrogenturque alia: ⁊ inter hęc, hoc quidem immobile exiſtens, puta hęc anima moueat hoc animal, ⁊ hoc alterum: id eſt alia cauſa moueat alterũ mobile, ita vt ſingulis mobilium ſingulę adſcribantur mouentes formę ⁊ cauſę, hoc non ſufficit ad perpetuitatem generationis, eo quod cauſę huiuſmodi claſſis ſuccumbunt, ⁊ deficiunt, ſeries autem generationum perpetuo eſt permanſura. Sed aliud eſt horum prima cauſa, cui nimirũ hęc omnia competant. Primum, vt ſuprema ſua virtute caducas has cauſas contineat. Secundo vt ſit preter hęc inferiora, id quod eſt, hoc eſt ſtabile, ⁊ firmum, ⁊ nunquam caſurum principiũ, propterea enim ſubſtantia dicitur id quod eſt, quia omnia ſuſtinet. Et tertio ſit cauſa, vt alia diſſoluantur, ⁊ pereant, alia vero ſubſtituantur, ſufficianturque illis ad perpetuandam ſpeciem, ne interrumpatur. Et quarto deniq; ijs neq; alijs, nẽpe diffluẽtibus, ac ſibi ſuccedẽtibus particularibus cauſis cauſa ſit vniuerſalis motus: hoc eſt fons ſit et origo vnde virtutes hę inferiores motrices deriuentur. Ac ſi dicat. Nunquam hoc mixtum aliud gigneret, quod poſt ſe relinqueret: niſi a cauſa perpetua, cui negotium perpetuitatis competit, talem virtutem ſuſciperet.

Virtutes primi motoris.

Textus. xlviij. Si igitur perpetuus motus eſt, perpetuum erit & mouens primum, ſi vnum eſt. Sin vero plura: plura perpetua. Vnum autem magis quàm multa: & quã finita, infinita oportet exiſtimare eiſdẽ enim accidentibus, ſemper finita magis accipere oportet. in ijs enim quæ natura ſunt: oportet finitum & id quod melius eſt, ſi contingat, eſſe magis. Sufficiens autem eſt, etiam ſi vnum. quod cum primum immobilium perpetuum ſit, erit alijs principiũ motus.

¶ In hoc vtique textu. 43. quoniam propoſuerat in. 45. ex perpetuitate motus, quę neceſſaria eſt propter perpetuam generationum ſeriem, inferre a poſteriori neceſſitate vnius primi ſempiternique motoris, concludit eandem concluſionẽ cũ eadem ratione, dicens, ꝙ ſi perpetuus eſt motus neceſſum eſt, vt perpetuum ſit mouens primum quidem ſi vnum eſt: ſin vero plura, quod omnia ſint perpetua. Sed animaduerte, quod intelligit de ſingulari motu cęli, de quo vſque ad textũ. 49. nihil meminit: ſed in genere ſicut dixerat textu. 45. quoniam oportet motum eſſe (vnum autem.) De vnitate quidem primi motoris non erat hic proprius locus dicendi, ſed. 12. meta. text. 49. ⁊. 1. de cęlo. textu. 90. internectit nihilominus hic obiter aſſertionem hanc, quam duabus ratiunculis confirmat. Prima eſt peripateticis genuina. Fruſtra fit per plura ⁊c. Ait ergo, ꝙ ſi vnum poſſit ſufficere, vnum potius aſſerendum eſt, quam multa: ꝙ ſi multa ſunt neceſſaria, magis conſentaneum eſt, finita exiſtimare, quam infinita. Eiſdem enim accidentibus: hoc eſt ſi indifferens eſt ijdemque effectus contingunt, magis accipere ⁊ confiteri oportet finita, quam infinita: quia hoc melius eſt. Etenim ſi infinitum accipias ex parte formę ⁊ actus, puta infinitam virtutem vnitam in vno quẽadmodum Deus infinita virtute poſſet, multo id prędſtantius eſt, quam finitum. Et de hoc infinito hic loquitur Ariſto. ſi autem accipias infinitum ex cauſa materię, vel quaſi materię puta infinitum numerum, imperfectionem dicit, puta carentiam termini, qui eſt velut rei forma. Atque id maxime in cauſis eſt impoſſibile, nã tunc, vt probatum, eſt nunquam inciperet motus. Eadem ratione cum pluralitas ad vnitatem per ſe reducatur, vnum ſupremum confiteri oportet, quod cum ſit primum omnium immobilium, perpetuum ſit, ⁊ aliorum principium: a quo ⁊ intelligentię quoque ipſę, quamuis (ſecundum Ariſtotelem) ſint ęternę, nihilominus ſecundum eundem dependeant.

De vnitate primi motoris.

Textus xlix. Manifeſtum autem eſt ex his: quod neceſſe eſt eſſe aliquid vnum, & perpetuum primum mouens. Oſtenſum eſt enim: quòd neceſſe eſt ſemper motum eſſe. Si verò ſemper: neceſſe eſt & continuum eſſe. Etenim quod ſemper eſt: continuum eſt. Quod autem conſequenter eſt: non eſt continuum. At vero ſi continuus eſt: vnus eſt. Vnus autem: ſi & ab vno mouente & vnius ſit ꝙ mouetur. Si enim quiddam aliud & aliud mouebit: non continuus totus motus, ſed conſequenter erit.

¶ Subdit vnitatis eiuſdem ſecundam rationem Syllogiſmus eſt hic, Oſtenſum eſt in ſuperioribus, motum ſemper eſſe: ſi autem ſemper eſt, neceſſe eſt et continuum eſſe: nam ſi motus non eſt continuus, ſed ſit fluxus tantum diuerſorum motuum non erit ſempiternus, ſed conſequenter ſe habẽs, atque deinceps citius, puta vnum poſt alium, quod autem ſic ſe habet, non eſt neceſſe eſſe ſemper: quoniam interciditur, ergo id quod eſt ſemper, opus eſt eſſe cõtinuum. In. 5. enim libro diſtinctę ſunt tres differentię quantitatis: ſcilicet continuę, contingug, ⁊ conſequenter ſe habentes: ⁊ idem eſt de motu, qui fit in tempore, Locus hic fauere videtur Commentatori, qui [vt in exordio lib. 1. annotauimus] opinatur illic cõſtituere Ariſto. vnum ſingularem motum ſempiternum. Ait ſiquidem

Fauet Cõmentatori.

si quidem hic ostensum est, semper motum esse ⁊ si est semper fit ⁊ continuum esse, atque adeo vnum hoc autem nullibi videtur ostensum, quā in prioribus duobus capitulis. At dicendum est nihilominus, quod phrasis ipsa testatur non esse ostensum, nisi in genere quod semper fuerit vnus aut alter motus. Sed tamen quanuis sint qui existiment, nullam hic subinferri mentionem vnius singularis motus perpetui qualis in cęlo est arbitrātes in tex. 53. sermonem illius inchoari [cuius opinionis est illic San. Tho:] nihilominus iudicio meo manifeste fit hic descensus a motu in genere ad singularem perpetuum vt ex vno eliciat alterum indeque ascendat ad demonstrandam perpetuitatem primi motoris. Sic enim palā arguit ostensum est ꝙ necesse est semper motum esse videlicet in genere. Si vero semper, necesse est ⁊ continuum esse. Non intelligas eundem ipsum quem ostensum est semper esse, sed nititur consequentia cuidam sententię quam infra profert tex. 56. scilicet, quod motum, continue esse contingit dupliciter: vno modo vt infiniti consequenter se habeant ⁊ hoc pacto non est proprie sempiternus motus, eo ꝙ interrumpitur. Altero modo, vt sit vnus continuus: ⁊ hic proprie est sempiternus. Intendit ergo hic docere, ꝙ id quod improprie est sempiternum per successionem plurium, necesse est reduci ad vnum motum, qui sit proprie sempiternus: nā quod imperfecte est tale, reducitur ad perfectum ex quo pendet. Et hic sensus maxime confirmatur quia profecto in toto hoc libro nō est pprior locus in quo demonstretur motus sempiternus continuus, quam hic: vt textu. 53. ⁊. 54. apertius monstrabimus. Arguit igitur, ꝙ cum ostensum sit semper motum esse, fit vt sit assignandus vnus motus continuus: nam quod semper est scilicet proprie, continuum est. Etenim quod consequenter est, licet sit quodammodo semper nō est continuum sed est deinceps ⁊ contiguum per intercisas partes quod idcirco referri superius oportet in motum proprie sempiternum.

Text. 1. Ex his igitur crediderit aliquis esse quid primum immobile: & rursus cum respexerit ad principia mouentium. Esse igitur quædam entium, quæ aliquando quidem mouentur, aliquando vero quiescunt: manifestum est. Et per hoc fuit manifestum: quod neque omnia mouentur, neque omnia quiescunt, alia vero semper mouentur. Quenanque ad ambo prona sunt, & potentiam habent vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant, demonstrant de ipsis. Quoniam autem huiuscemodi, omnibus sunt manifesta, volumus autem demonstrare & duorum vtranque naturam, quod sunt alia quidem semper immobilia, alia autem quæ semper mouentur, procedentes autem ad hoc & ponentes omne quod mouetur ab aliquo moueri, & hoc esse aut immobile, aut quod mouetur, & quod mouetur, aut a seipso aut ab alio semper: processimus vt acciplamus quod eorum quæ mouentur est principium. Eorum quidem quæ mouentur, id quod ipsum seipsum mouet omnium autem id quod immobile est. Videmus autem & manifeste esse eiuscemodi quæ mouent ipsa seipsa: vt animatorum & animalium genus. Hæc igitur & opinionem præbebant: ne forte contingat motum fieri, cum non esset omnino. Propterea: quod nos in his videmus hoc contingere. Immobilia enim cum sint aliquando: mouentur rursus vt videtur.

¶ Post priorem locum probandi perpetuitatem primi motoris ex perpetuitate vicissitudinis generationum ⁊ corruptionum, commigrat ad secundum qui sumitur ex natura principiorum mouentium animalia, puta animarum, quę suo gradu sunt mouētia immobilia. At quoniam. cap. 3. duo hęc proposuerat demonstranda, quę sunt immobilitas primi motoris, et ęternitas primi motus, quę quidem iam iam concludere properat partitionem propemodum repetit illic pręfatam. Resumit inquam manifestum esse, ⁊ sensibus peruiū existere entium quędam quę ad vtrumque potentiam habent nimirum vt quandoque moueantur quandoque vero quiescant: ⁊ per hoc iam fuit explosa Heracliti opinio quod omnia semper mouentur, atque altera Zenonis, quod alia semper quiescunt alia vero semper mouentur. Hęc enim tria membra vno experimento refutantur, earum rerum, quę pronę sunt ⁊ propensę, vt aliquando quidem moueantur, aliquando vero quiescant. Hęc igitur, inquit cum sint omnibus in propatulo alia duo (tex. 27. proposita) nobis restant demonstranda nempe quod sint alia quidem semper mobilia, vt cęli, alia vero semper immobilia vt intelligentię, ac potissimum prima causa: vt rerum vniuersitas in tria pateat dispertita, in hęc nimirum duo sublimium genera, ⁊ tertium sublunarium mixtorum, quę vicissitudini motus ⁊ quietis obnoxia sunt (Procedentes autem) Recolit deinde processum, quo in huiusmodi demonstrandis progressum est: nam supposito illo fundamento, omne ꝙ mouetur ab aliquo mouetur atq; id pręter ea a quo res mouetur aut immobile esse, aut qđ mouet, ⁊ tertio id ꝙ mouetur aut a seipso moueri aut ab alio, inde, inquit, processim⁹ vt acciperem⁹ principium eorum, quę mouētur atq; id quidē duplex. nā in ordine eorū, quędam mouent mouētur

conscendimus

conscendimus vsque ad vnum quod mouet nõ motum ab alio, sed a seipso: in ordine vero mouentiũ simpliciter statuere conamur vnum summũ principium immobile. quod sit omnium caput supremaque causa, etiam eorum quę seipsa mouent. Hic videtur affirmare primum mobile mouere seipsum ad quod reducitur ordo eorum quę mota mouent. sed de hoc. q. 3. Nam exemplum mouentium seipsa solum ponit in animalibus, sicuti in textu. 20. Hac habita repetitione descendit ad propositum, dicens (videmus autem) Hoc est oculata experientia comperimus, esse aliqua, quę seipsa mouent, vt genus animalium. Et hinc, inquit, sumebatur supra, puta textu. 20. argumentum, motum in orbe toto aliquando incepisse, per quod argumentum videtur corruere id, quod modo connitimur statuere, puta tam primum motorem esse perpetuum, quam primum motum. Argumentum autem sumebatur a simili. quod si in animali ⁊ presertim in homine hoc vsu venit, vt moueri incipiat cum antea quieuerit, cur non idem ⁊ de vniuerso orbe confiteamur.

Text. lj. Hoc autem oportet accipere, quod secundum vnum motum ipso mouent & quod secundum hunc non proprie. Non enim ex ipsis est causa: sed insunt alij motus naturales animalibus, secundum quos non mouentur per seipsa. Vt augmentatio diminutio respiratio quibus mouetur animalium vnumquodque cum quiescit: & non mouetur secundum eum motum, qui est a seipso. Horum autem causa est continens, & multa ingredientium. Vt quorundam alimentum. Nam dum concoquitur, dormiunt: dum autem disgregatur, excitantur, & mouent seipsa cum primum principium ab externo sit. Quapropter: non semper mouentur continuè a seipsis. Aliud enim est mouens ipsum, quod mouetur, & mutatur ad vnunquodque mouentium seipsa. In omnibus autem his mouetur prim' mouens: & causa est vt ipsum seipsum moueat a seipso, secundum accidens tamen. Mutat enim locum corpus. Quare & quod in corpore existit & vectis motione, mouet seipsum.

¶ Obiecto igitur argumento in contrarium dissoluit ipsum in textu. 51. quę quidem solutio probatio est destinatę conclusionis. Ait ergo ꝙ ad diluendam hanc obiectionem, pręmonendi sumus hic suppositionis illic factę, videlicet quod proprius motus animalium quo scilicet a rebus cęteris discernuntur, est motus localis, vt dictum est tex. 20. veluti progressiuus, ⁊ alij aliorum membrorum, hic enim tum appetentia excitatur, tum etiam voluntatis imperium subit, quorum alterũ est animalibus proprium, alterum vero homini. Sed tamen hic nihilo secius non omnino proprie tribuitur animali, hoc est non ita enascitur a principio interno animalis, vt non alij extrarij ab obiectis sensum antecedant, quibus forinsecus animal prius immutatur, quam seipsum hoc motu cieat. Et hoc est, quod subdit. Non enim ex ipsis est causa. At vero (vt illic partim admonuit Aristo. ⁊ hic apertius edocet) sunt ⁊ alij pręterea motus naturales animalium, secundum quos non mouentur per seipsa: vt augmentatio, diminutio, respiratio, quibus animal incipit nonnũquam de nouo moueri, licet non a seipso: quia non est in sua potestate illis moueri dum vult nisi aduentantibus extrinsecus prioribus causis, vt aere ad respirandũ, aut calore, aut frigore, quę omnia proueniunt a continenti puta ⁊ a cęlo et ab aere. Et preterea ministrato alimento, quod dum concoquitur (vt commento. 20. exponebamus) ad fumiculos conscendentes, cerebrum ac torpore afficientes sensoria organa causa fit somni, sed perfecta tamẽ digestione, ⁊ per venas distracto alimento, redit vigilia atque adeo localis motus qui fit ab intrinseco per appetitum: cuius tamen primum principium fuit extrinsecus (Qua ppter.) Confirmat eandẽ assumptam propositionem, nimirum prędictum motum localem, non esse omnino proprium animalium: nam si a seipsis omnino mouerentur, continue quidem sine cessatione mouerentur: at vero non ita fit, sed fit frequenter pausatio propter mouens extrinsecũ, puta aerẽ, qui dũ mouet mouetur: nã calefactus aer calefacit animal, ⁊ infrigidatis infrigidat. ⁊c. quibus alterationib' varie afficit, inficitꝙ animal, vt modo benigna sit nutritio, modo maligna: cuius vtique gratia languidum animal non perinde se mouet, ac dum est firmũ. (In omnibus autem his) Confirmat varietatem motuum animalium, ⁊ docet huiusmodi motus non esse in illis perpetuus ex eo, ꝙ non modo circunstantia mouentia extrinseca non mouent nisi mota, verum neꝙ anima quippe quę dum corpus mouet, mouetur ⁊ ipsa non quidem per se, at per accidens ad motũ corporis rationalis scilicet motu locali, reliquę vero quę adducuntur de potentia materię, motu etiam augmentationis, animę potissime serpentũ, qui viuunt incisi: quę quidem animę citra controuersiam sectiles sunt ⁊ augmenti decrementique capaces Subiungit exemplum vectis, qui motus ab alio mouet lapidem, ad cuius motum per accidens ⁊ ipse mouetur. Cum ait motum animali intercipi nec esse continuum, haud sic absolute intelligas, vt actio calidi in humidum, in quo vita consistit cessare nisi per mortem, possit. Sed loquitur de alijs motibus.

Ex quibus credere licet, quod si quid est immobilium quidem mouentium autem, & ipsorum quæ mouentur secũdum accidens: impossibile est cõtinuo motu mouere. Quare si necesse est quidem continue esse motum: esse quid oportet primum mouens immobile Tex. lij.

⁊ non

& non ſecundum accidens, ſi futurum eſt (vt diximus) in ijs quæ ſunt vt ſit inceſſabilis quidam & immortalis motus, & manere ens ipſum in ſeipſum & in eodem: Principio enim manente: neceſſe eſt & omne manere continuũ exiſtens ad principium. Non eſt autem idem: moueri ſecundum accidens a ſeipſo, & ab altero moueri enim ab alio: & eorum quę ſunt in cælo quibuſdã principijs ineſt, quæ ſecundum plures feruntur lationes. Alterum autem corruptibilibus ſolum.

¶Hac pręhabita ſuperiorum recapitulatione, probat perpetuitatem, in hoc quidem text. 52. primi motoris, ⁊ in ſequenti, primi motus. Ait ergo per hęc quę dicta ſunt confectum eſſe, vt cum immobilia mouentia, puta animę, moueantur ſecundum accidens, impoſſibile ſit eorum quippiam eſſe cauſa vt continuo ſit motus: nam quod eſt mobile, nõ ſemper eodem modo ſe habet, et ideo nequit eſſe cauſa continuitatis motus. Eo pręſertim cum animę moueantur per accidens ad motum corporis caduci, et quod laſſitudine poteſt ſuccumbere. Fit igitur vt ſi neceſſe ſit continuum eſſe motum, oporteat ſubinde ⁊ primum eſſe mouens immobile omnino, tam per accidens: quam per ſe: at monſtratum iam eſt in ſuperioribus, in his quę ſunt ideſt in partibus vniuerſi inceſſabilem quendam ⁊ immortalem motum eſſe, ⁊ manere ens ipſum, puta totum vniuerſum in ipſo et in eodem puta in ſua figura, ſtatu, ordine ⁊ modo. Subticet concluſionem, quam tu ſupple: ergo neceſſe eſt exiſtere vnum immobile, idemque perpetuũ principium. Et ratio conſequentię eſt, ꝙ totum vniuerſum nunquam perlabiles cauſas et tranſitorias perpetuo manente, ad quod vniuerſum ipſum ab illo dependens, referretur. [Non eſt autem,] Satiſfacit obiectioni, quę illico ſe offerebat Dixerat enĩ, ꝓpterea, nullã animarũ exiſtere cauſã perpetui mot⁹, ꝙ ſit ⁊ ipſa per accidẽs mobilis, cõtrariũ aũt videtur cõtingere motoribus Planetarũ quippe qui perpetuo, continuoque motu circunuoluunt ſuos orbes ab occidente in orientem ſuper ſuos ipſorum polos, non obſtante ꝙ per accidens moueantur ad motum primi mobilis contrario motu ab oriente in occidentem ſuper polos mundi, reſpondet ergo, ꝙ commoueri quippiam per accidens, ſtat dupliciter: vno modo a ſeipſo, ⁊ hoc conuenit animabus corruptibilium, anima enim mouendo corpus ſeipſam mouet, ſed alio modo contingit moueri per accidens non a ſeipſo, ſed ab altero, ⁊ hoc inquit conuenit quibuſdã principijs eorum, quę ſunt in cęlo. Litera hęc tamen anceps eſt, ⁊ explicatu neceſſaria, vtrum intelligat motores ipſos orbium per accidens moueri ab alio an non niſi ſolos orbes. Alexander enim ⁊ qui putant motores orbium eſſe coniunctos orbibus, veluti corporibus animas aiunt ⁊ motores ipſos ſicuti animę circunferri per accidens circulatione orbis, et ita hic intelligunt Ariſtotelem. At tunc profecto nullum eſſet diſcrimen hac parte inter animam ⁊ motorem cęli: quoniam motor mouendo orbem a ſeipſo per accidens moueretur. Cuius contrarium ait Ariſto. Indubie ergo dicendum eſt, ꝙ Philoſophus non ſenſit motorem cęli moueri per accidens ad motum ſui orbis quoniam non in eſt illi tanquam forma ſed eſt vno loco immobilis, vnde orbem mouet. Quare neq; ab oriente in occidentem, neque econuerſo mouetur, veruntamen ait, ꝙ improprie, ⁊ per abuſum poſſet dici moueri per accidens ab altero id eſt, ratione alterius, puta ſui orbis, quẽ mouet qui quidem mouetur per ſe proprio motu, et per accidẽs motu primi mobilis: cum tamen intelligentia ſit ſimpliciter immobilis. Qua de cauſa perpetuo cõtinuoque motu ⁊ ſibi ſemper ſimili mouet.

At vero ſi aliquid eſt ſemper huiuſmodi, mouens quidem, immobile autem & ipſum perpetuum neceſſe eſt & ipſum primum quod ab hoc mouetur, perpetuum eſſe. Eſt autem hoc manifeſtum quidem: & ex eo quod non aliter eſſet generatio & corruptio & mutatio in alijs, niſi aliquid moueat id quod mouetur. Immobile enim eodem & vno motu ſemper mouebit eodem modo, tanquam nihil ipſum mouetur ad id quod mouetur. Quod autem mouetur ab eo quidem quod mouetur, ab immobili autem mouetur iã propterea, quod aliter ac aliter ſe habet ad res ipſas, non eiuſdem motus erit cauſa. Sed propterea quod in contrarijs eſt locis aut ſpeciebus: contrarie præſtabit vt moueatur vnumquodque aliorum, & aliquãdo quidem quieſcat, aliquando autem moueatur. Manifeſtum igitur factum eſt ex dictis, & ꝙ in principio dubitabamus: cur nam nõ omnia aut mouentur aut quieſcunt aut alia quidem mouentur ſemper alia vero quieſcunt, ſed quædam aliquando autem non. Huius enim cauſa: manifeſta nunc eſt, quod alia quidem ab immobili ſempiterno mouentur. Quapropter ſemper mutantur. Alia vero, ab eo ꝙ mouetur & mutatur. Quare: & ipſa neceſſarium eſt mutari. Immobile autem, vt dictum eſt, tanquam ſimpliciter, & eodem modo, Textus. liij.

& in eodem permanens: secundum vnum & simplicem mouebit motum.

¶ In hoc.53.tex. arbitratus est. S. Tho. Aristotelem monstrare perpetuitatem primi motus, obidque reprobat Commentatorem dicentem, in superioribus Aristotelem meminisse primi motus: nã tunc circulari vitiosaque adeo demonstratione vsus fuisset dum in precedentibus per eternitatem primi motus demonstrasset eternitatem primi motoris nunc vero conuersim per eternitatem primi motoris demonstrat eternitatem primi motus. At vero vt facile crediderim, contra Commentatorem, in duob9 primis capitulis nihil fuisse locutũ Aristotelem de primo motu, sed de perpetuitate motus in genere, tamen in text.59. id, ni fallor negari non potest. Et preterea in text. proximo forsan licet non ita clare eũdem commemorabit per illa verba. Ut sit incessabilis quidam & immortalis motus. Igitur si verum habet quod hic demonstratur eternitas primi motus, dicendum est ꝙ hactenus probauit a posteriori per continuitatem primi motus eternitatem primi motoris nunc vero a priori conuertitur demonstratio. Attamen aperte videtur Aristote. hic demonstrare, non quidem perpetuitatem primi motus, sed reuera primi mobilis, cuius hactenus non meminerat. Itaque ex perpetuitate fluxus generationum ascendit ad primum motum sempiternum, indeque ad primum motorem, & iam nunc inde descendit ad primum mobile, vt rationem afferat tam perpetuitatis generationum, quam varietatis & vicissitudinis, vt aureo hoc circulo eo reuertatur vnde profectus est. Ait ergo ꝙ si vnum extat mouens immobile, ipsumque perpetuum, necesse est & ipsum primum quod ab hoc mouetur perpetuum esse, Cuius ratio prima est, & si non prolata quod vnicuique motori proportione respondet suum mobile, cum ergo primus motor sit perpetuus, fit vt sit etiam et primum mobile. At vero subdit secundam rationem de media Philosophia depromptam: alias inquit si mouens illud primum immobile inferiora a se immediate moueret, & non per aliud sempiternum mouens quod moueretur, non posset exhiberi ratio varietatis diuersatisque, tum temporum, tum maxime rerum generabiliũ, que in diuersis temporibus, & climatibus procreantur, nam mouens immobile cum semper eodem, sibique simillimo se haberet modo nunquam ex eisdem elementis tantam rerum diuersitatem gigneret. (Quod autem mouetur. Id est cum autem globus hic sublunaris moueatur ab eo quidẽ quod mouetur ab immobili, puta mouetur a celo quod mouetur ab intelligentia propterea, inquit quod celum ipsum, & potissimum orbes planetarum aliter atque aliter se habent ad res ipsas inferiores contingit tanta earum varietas ac diuersitas. Siquidem propter obliquum motũ sub Zodiaco, nunc sol aliaque astra appropinquant aliquibus climatibus a quibus post elongantur, & ideo non eiusdem prorsus motus sunt semper causa sed propterea ꝙ sol in contrariis est locis, aut speciebus contrarie prestabit vt moueatur vnumquodque horum inferiorum: & quandoque quiescant quandoque autem moueantur. Adiecit, [vel speciebus] aut propterea quod nondum huc vsque definiuit an celum sola latione locali moueat, an vero influentia aut propterea ꝙ cogitauit adijcere inter causas etiam ad elementa. nam propterea ꝙ aer motus mouet animal, fit vt quandoque calefactus calefaciat, & aliquando infrigidatus infrigidet. (Manifestum igitur) Concludit tandem id quod.c.3. proposuerat: nempe, cur nam aut omnia moueantur (vt dicebat Heraclitus) aut non omnia quiescant (vt docebat Zeno) Rursus cur non omnia diuidantur tantum in duo vt alia quidem semper mouentur, alia vero semper quiescunt, sed sit medium quorundam que aliquando mouentur & aliquando quiescunt huius namque postremi membri causa manifesta nunc est per hanc proximam rationem. Enimuero quoniam sunt alia duo genera rerum alterum quod mouet semper immobile, alterum quod semper ab eodem immobili mouetur: hac quippe de causa illa, que mouentur ab immobili sempiterno, vt celi semper vno simplici motu mouentur propter simplicitatem primi mouentis: alijs vero puta his inferioribus, quia mouentur ab eo, quod mutatur, vt pote a celesti corpore, quod mutatur per accessum & recessum, contingit diuersitas, vt aliquando moueantur, aliquando vero quiescant. Immobile autem (vt dictum est) scilicet primum mouens, simpliciter & eodem modo permanens, secundum simplicem motum semper mouebit. In summa, causa varietatis diuersitatisque rerum generabilium, et eius, quod diuersis temporibus quiescant, & moueantur, causa sunt celi mouentes moti causa vero perpetuitatis in eisdem generationibus, vt nunquam deficiant, causa est primum mouens immobile. Ex cuius immobilitate argumentum asciscimus. q.1. quod Deus agat per modum nature. Animaduerte hic id, quod semper hactenus admonuimus, videlicet, ꝙ nunquam Aristote. motus inferiores reduxerit ad primum quod seipsum mouet sed ad primum mobile, quod mouetur immobili separato. Neque vero rationes iste Aristotelice conuincũt perpetuitatem primi motus: quia secundum fidem primum mouens absque sui mutabilitate inchoauit motum, quando illi placuit.

## QVOD SOLVS MOTUS secundum locum possit esse perpetuus,

## CAPVT. VII.

AT vero & alio facto principio magis erit de his manifestum. Considerandum enim est: vtrum aliquem motum contingat esse continuum an non & si contingit quis est hic, & quis primus est motuum. Manifestum enim est ꝙ si necessarium quidem est semper motum esse, primus aũt hic & cõtinuus est ꝙ primum mouens mouet secundũ hunc motum quẽ necessarium est vnũ & eundem esse, & continuũ & primũ. Tex.liiii

¶ Cum hucusque de primo motore, motu, & mobili in genere disputauerit, an sint tria hec perpetua, iam modo sermonem accõmodans ad singu-

laria

laria, incipit explorare, quis qualisq; sit mot⁹ iste, & mobile, & mouens. ¶Proponit ergo considerandū esse, vt hęc magis fiant manifesta, vtrum aliquem singularem motum contingat esse continuum: intellige nō modo cuius partes faciant vnum, sed cuius nullum fuerit initium, neq; futurus sit finis: & si sit, quis nam ille, quisq; sit primus. Dicit autem alio facto principio, quia nouā exorditur materiā. In hoc ergo. 7. c. ostendit talem motum cōtinuum & primū neutiquam esse posse, nisi localem. At ne quis hallucinaretur, non esse eundē motum, qui cōtinuus, vnusq; est, puta infinitus, & qui est primus, subdit manifestū esse, ꝙ si necessariū est semper motum esse [vt iam modo deductū est] hic autem motus. s. qui semper est, primus est, & continuus: nam id, quod sempiternum est, prius est temporalibus, & sempiternus est, continuus est, & vnus, sequitur, ꝙ primum mouens mouet secundum hunc motū, quem necessarium est vnum & eundem esse, & continuum, & primum: nam eo, ꝙ mouens, est primum, fit vt suus quoq; motus sit primus: & ex eo, ꝙ est immobile, sequitur, ꝙ continuo moueat, atq; adeo ꝙ eius motus sit vnus, & idem. ¶Perinde est, ac si dixisset, ꝙ primus ille motus, quē quęrimus, est ille, quo primum mouens mouet. Et hoc est quod proponit Aristo. manifestum facere.

Tex. lv. ¶Tribus autem existentibus motibus, alio quidem secūdum magnitudinem, & alio secundum passionem, & alio secundum locum, quē vocamus loci mutationem: hūc necessarium est esse primum. Impossibile enim est augmentationem esse, alteratione nō præexistente. Quod enim augmentatur: est quidē vt simili augeatur, est autem vt dissimili. Contrarium enim alimentum dicitur esse contrario. Adiungitur autem omne: factum simile simili. Necesse igitur est alterationem: esse eam, quæ in contrarium est, mutationem. At verò si alteratur: oportebit esse alterans, & agens, & potentia calido actu calidum. Manifestum est igitur: quòd mouens non similiter se habet, sed aliquando quidem propinquius est, aliquando autem longius, ab eo, quod alteratur, est. Hæc autē sine loci mutatione non contingit esse. Si ergo necesse est semper motum esse: necesse est & loci mutationem esse semper primam motuum. Et si loci mutationis alia quidem prior, alia vero posterior est: primam. Amplius autem, omnium passionum principium est: densitas & raritas. Etenim graue & leue, & molle & durum, & calidum & frigidum: densitates videntur esse, & raritates quædam. Densitas autem & raritas: congregatio & disgregatio, secundùm quas generatio & corruptio substantiarum dicitur. quæ autem congregantur & disgregantur: necesse est & secūdùm locum mutari. At verò & eius, quod augmentatur, & diminuitur, mutatur secundùm locum magnitudo.

¶Probat igitur primum omnium, motuum necessario esse lationem secundum locum, duabus rationib⁹. Prior supponit, tres omnino esse species motus, scilicet augmētationem, alterationem, & motū localem. Et est talis. Augmentationem necessario antecedit alteratio, alterationem motus localis: ergo primus omnium motuū est localis. Probatur prior pręmissa, quoniam augmentatio fit per alimētum, quod in initio est dissimile rei, quę alitur, & in fine simile: non enim adiungitur, hoc est, conuertitur in substantiam aliti, nisi quando est simile, nihil autem mutatur a contrario in contrarium nisi per alterationem, quę est motus inter contrarias qualitates: ergo alteratio pręcedit augmentationem proprie dictam, nam illa, quę fit per infusionē aquę in aquam, non est proprie augmentatio. (At vero.) Quod autem alteratione prior sit motus localis, inde patet, ꝙ ad alterationē requiritur agēs alterans, quod facit [verbi gratia] de potentia calido actu calidum: hoc autem non semper est similiter propinquum passo, alias non magis nunc, q̄ antea calefaceret: ergo ad agendum necesse habet admoueri passo, hęc autem admotio fieri non potest sine motu locali: ergo hic est prior. Exemplum patescit in alimēto, quod nisi applicetur stomacho, non fiet digestio, neque nisi pręuia digestione, fiet augmentatio. Concludit ergo, ꝙ si necesse est semper motum esse, necesse est lationem, hoc est, motū localem esse primam. Quod si inter lationes vllus sit ordo prioris & posterioris (qualis est inter rectā & orbicularem) illa, quę inter eas est prima, erit simpliciter motuū prima: vt de orbiculari fiet manifestum. (Amplius autem) Adiungit rationem secundam, quę non tam de sua opinione profert, q̄ de illa, quę fuit antiquorum, vt idem secundum omnes persuadeat. Fuit enim antiquorum opinio, vti Democri. & Anaxagorę, ꝙ raritas & densitas, nō solum essent omnium qualitatum primę, verum & propria generationum initia. Nam raritas fiebat secūdum Democritum per atomorū disgregationem, & densitas per earundem congregationem, per quod penitus differebat mixta: vt lana a ferro: & a raritate emanabat calidum, humidum, leue, molle, &c. a densitate vero frigidum, siccum, graue, durum. Deceptio autē Democriti erat, ꝙ non speculabatur causas, nisi ratione materię: & quidem ex parte materię rarum & densum, quę illi conueniunt ratione quantitatis pręcedunt cęteras qualitates: & sic experimur, ꝙ mobile dum per calorem disponitur, rarefit, & dum disponitur per frigus, cōdensatur. Si autem cōsiderationē ad causas retulisset agentes, agens potius per calorē rarefacit materiā, q̄ e conuerso rarefactio sit causa caloris. Igit̄ q̄a vsq; ad librum

brum de generatione nihil de his definiuit, accipit tanquam probabilem, opinionem illam, vt ostendat motum localem non solum anteire alterationi, sed etiã generationi, quam quis posset putare esse priorem motu locali, pro eo, quod per generationem fit substantia, quę prima est rerũ oim prędicamentorum. Arguit ergo. Raritas & densitas principia sunt aliarũ qualitatũ: densitas vero & raritas, cõgregatio & disgregatio dicũtur (puta ab antiquis) secundũ quas generatio fit & corruptio substantiarũ: cõgregatio & disgregatio sunt quidã motus secũdum locum: ergo hic est primus tam generatione quam alteratione. At vero quod prior sit quoque augmentatione & diminutione, pręter superiorem rationem, est & altera, quod augmentatio & diminutio non fiunt nisi per motũ localem: tum quod alimentum, per quod fit alimentatio distribuitur per arterias, tum per accretio ipsa est dilatatio ad maiorem locum, & decretio coartatio ad minorem.

Tex. lvj. ¶Amplius & hinc considerantibus erit manifestum: quòd loci mutatio, prima est. Primum enim: vt & in alijs, sic & in motu dicetur vtique multifariam. Dicitur enim prius: &, quo non existente, nõ erũt alia, illud verò sine reliquis. Et quod tempore. Et quod secundùm substantiã. Quare quoniam motum quidem necessarium est esse continuè, erit autem continuè, aut qui continuus est, aut qui consequenter, magis autem qui continuus est, & melius est continuum quàm consequenter esse, quod autem melius est, semper arbitramur in natura esse, si possibile est, posibile autem est continuum esse, demonstrabitur autem posteriùs, nunc autem hoc supponatur, & hunc nullum posse esse nisi lationem: necesse est lationem esse primam. Nulla enim necessitas est: aut augmentari, aut alterari id, quod fertur. Neque igitur generari, aut corrumpi. Horum autẽ: nullum esse contingit: si continuus non sit secundum quem mouet primum mouens.

¶In hoc text. 56. tertia, eademque tripertita ratio. Haud enim satis duxit asserere, motũ localẽ, primũ omnium esse, nisi & commonstraret cunctis modis esse primum, quibus res aliqua prior esse potest, quam alia. Trifariam enim id quidem contingit, videlicet, secundũ existentiã: vt idem est prius, quo non subsistente, nec alia existunt, potest tamen absque aliorum cõsistentia subsistere, qua ratione vnũ prius est, quam duo. Mox secundum tempus: vt id sit prius in prętieritum, quod remotius est a pręsenti: in futurum autẽ, quod est propinquius vt lib. 4. dictum est tex. 129. Atque adeo tertio modo secundũ substantiam: hoc est, secũdũ rei absolutionem & virtutem: vt actus prior est potẽtia: & perfectum imperfecto. (Quare quoniam) Probat lationem secũdũ motũ esse primo modo primam, hoc Syllogismo. Hoc, quod simpliciter est sempiternem, prius secundũ existentiam est illis, quę genita sunt, & caduca: localis motus possibilis est esse in sempiternum continuus (vt in subsequentibus demonstrabitur, & nũc supponitur) reliqui autem motus, vt augmentatio, alteratio, & generatio caduci sunt, & fluxi: est ergo localis motus omnium primus. Maiorem autem explicat distinctione illa, quam text. 19. pręnotauimus: nempe, quod continue, & semper motum esse, contingit, aut quia infiniti consequenter sibi succedunt: vt generationum vsu venit in sublunaribus rebus: & hic (vt illic dicebamus) non est proprie sempiternus: quia neque est posterior priori cõtinuus, vt fiat ex ambobus vnus: alio modo vt sit omnino continuus: & hic inquit, melior est altero, quod autẽ melius est, id natura semper conatur, si possibile est: fit ergo, vt sempiternitas prior illa motus, hanc referatur, vt sine qua esse nequeunt mutationes reliquę (Nulla enim) Probat quod viceversa motus localis non pẽdeat ex alijs generibus: quia nulla inquit, necessitas est, vt id, quod secundũ locum fertur, augeatur, aut alteretur, aut generetur, & corrumpatur: cum tamen horum nullum esse cõtingat sine motu illo, quo primũ mobile fertur: est ergo ille motus prior secundum existentiam.

¶Adhuc: tempore primam. perpetuis enim solum: competit moueri secũdum hunc. Sed in vnoquoq; eorum quidem, quę habent generationem, loci mutationẽ necesse est postremum esse motuum post enim generationem primum alteratio est, & augmẽtatio. Sed loci mutatio: iam perfectorum motus est. Sed alterum necesse est moueri secundùm loci mutationem prius quod & generationis causa erit ijs quę fiũt nõ & generatum, vt id quod genuit, eo quod generatum est. Videbitur autem generatio vtique esse prima motuum: propterea quod factam esse oportet rem primum, hoc autem in vno quidem quouis eorum, quæ fiunt, sic se habet: sed alterum quid necesse est prius moueri, ex ijs quæ fiunt, quod & ipsum non fit, & hoc alterum prius. Quoniam autem generationem imposibile est esse primam (omnia enim quę mouentur, essent corruptibilia) manifestum est, quòd neque eorum, qui consequenter sunt, motuum vllus prior est. Dico autem consequenter: augmentationem, postea alterationem, & diminutionẽ, & corruptionẽ Textus lvij.

omnes

omnes enim: posteriores sunt generatione. Quare si neq; generatio prior loci mutatione est: neque aliarum vlla mutationum.

¶Mox text.57. probat & tempore primũ esse, ratione subiecti. Nam ille est primus omnium motus, qui mobilibus perpetuis congruit: reliqui siquidem tempore collabuntur, sicuti subiecta quę illis mouentur. Itaq; qualis est mobilis ad mobile, talis est ordo, secundum tempus, motus ad motum. (Sed in vnoquoq;.) Preoccupatio est, qua obuiat latenti obiectioni: videntur enim alij motus, omnes esse tempore priores locali: experimur nanq; in his inferioribus, & maxime in animalibus, quibus proprie conuenit seipsa de loco mouere, ꝙ localis motus pręsupponit omnes alios: nã esse rei quę mouetur pręsupponitur eius motui: ob idq; non mouetur nisi tres existens. Et ideo generatio videtur prima, qua [verbi gratia] animal existit. Neque vero tunc statim solide mouetur secũdum locum antequam per alterationem nutriatur, ac deinceps ad debitum veniat augmentum, quo firmis robustisq; membris possit se apte iuxta suam naturam mutare. Occurrit ergo Aristot. huic obiectioni per distinctionem, dicens, ordinem motuũ considerari posse, vel ratione subiecti in singulis indiuiduis, quę per generationem esse recipiunt: & secundum hunc ordinem militat argumentum. Vbi tu obiter contemplare, quemadmodum accidentia nõ recipiantur in materia, sed in toto composito: ea enim est causa, cur & substantia antecedat alijs accidentibus, & ob id generatio cęteris motibus. Si autem ordo consideretur in toto vniuerso, quod constat ex perpetuis & corruptibilib⁹, tunc, inquit, necesse est his labentibus motibus, lationem localem ante iste illi⁹, scilicet mobilis, qđ ingenitum sit. Ac si dixisset. Quoniam necesse est generans pręfuisse genito [nec enim in infinitum progreditur] deueniendum est ad primum mobile ingenitum, quod cum sit ab his corruptorijs mutationibus immune, moueatur tantum secundum locum. (Videbitur autẽ.) Colligit ergo, ꝙ licet videatur generatio esse prima in rebus, quę fiunt, propterea ꝙ rem oportet prius esse, ꝙ̃ moueatur, nihilo secius necesse est alterum prius moueri ex his quę fiunt, puta generans, quod itidem est de numero generabilium: quod quidem ipsum nõ fit dum generat: quia generare pręsupponit esse: et hoc alterum, scilicet, & isto generante necesse est esse alterum prius, nẽpe illud, quod aliud genuit. Et sic ascendendo. At vero diceret nihilominus aduersarius, ꝙ cum ascensus non abeat in infinitum, peruenietur ad primam generationem, quę sit omnium prima specierum motum: ob hoc igitur subiungit. (Quoniam autem.) Vbi monstrat possibile esse, vt generatio sit motionum prima: nã primus motus est ille, qui conuenit primo mobili: si autem primum mobile esset generabile, esset & corruptibile, ac subinde omnia, quę sub illo mouentur, essent pariter corruptibilia. Si autẽ omnia essent corruptibilia, nulla esset causa ꝑpetui, continuiq; fluxus, & ordinis generationum, vt supra monstratum est. Igitur quoniam generationem, inquit, impossibile est esse primam, manifestũ est, ꝙ neque vllus eorum motuum, qui eam consequuntur, sit primus, quandoquidem posteriores sunt generatione: vt augmentatio & reliqui fluidi motus. [Quare] Concludit itaque, ꝙ si generatio est prior latione, hoc est, motu locali secũdum tempus, fit, vt neq; vllus alius motus, atq; adeo localis omnium est primus. Sed dubium est profecto graue, quod hic mouet Cõmẽtator & Albertus & reliqui circa propositionem Aristo. ꝙ generatio est prior alteratione & augmentatione: nam vel hic loquitur ratione subiecti, & in eadẽ re, propterea, ꝙ prius res fit per generationem ꝙ̃ secundũ qualitatem vel quantitatem moueatur: & hoc non sufficit: nam cum hic habeatur sermo de priori secundum tempus, non obstante, ꝙ motus localis sit secundum illam rationem subiecti posterior generatione simpliciter tamen eum asserit esse priorẽ: nihil ergo ad rem prioritas hęc ratione subiecti. Si autem intelligat, ꝙ simpliciter generatio sit secũdum tempus prior alteratione, id apparet falsum: quippe cum generationi necessario pręcedat alteratio: non quidem rei quę gignitur, sed tamen subiecti, ex quo est generanda. Et sic videtur simpliciter secundum tempus alteratio prior: vel saltem (vti ait Commen.) neutra est altera prior: quia sicut ante omnem generationem fuit alteratio, ita ante omnem alterationem fuit generatio. Albertus quidem concedit, ꝙ vniuersaliter alteratio est prior secundum tempus, sed in eodem tamen subiecto prior est generatio. At ꝑfecto hoc est expresse contra Aristotelem, qui hic loquitur de priori simpliciter & vniuersaliter, dum ait lationem esse priorem generatione: quare cum non loquatur ęquiuoce, alias nihil probaret, eodem modo accipit generationem esse priorem reliquis: siquidem inde infert lationem esse omnium primam. Ait ergo Cõment. ꝙ ratio prioris in rebus generabilibus debet accipi secundum ordinem rerum prędicamentorum, quę sunt termini motuũ: vnde cum substantia est prima, fit vt generatio sit etiam prima. Alberto tamen, & Nimpho, & alijs non satisfacit Cõmen. quia putant eum per hoc tantum concedere, ꝙ generatio sit prior natura, non autem tempore. Tamen arbitror, ꝙ nulla alia possit responsio consistere, ꝙ̃ Commentatoris, si sane intelligatur. Meditatur enim, ꝙ cum mundus secundum Aristote. fuerit ab ęterno, nõ potest in hoc genere labentiũ motuum signari prius simpliciter secundum tempus: quia sicut ante omnem generationem necessaria est alteratio subiecti, ita illi alterationi pręfuit alterans, quod per generationem recepit esse. Et ideo quisnam sit simpliciter prior, deprehendi non potest nisi ex natura terminorum: & quia substantia est prior accidente, generatio est prior alijs motibus. Etenim quanuis lationem localẽ probauit simpliciter esse primam secundum tẽpus, non tamen fuit re vera ante totum genus generationis, & alterationis: siquidem istorum series tam perpetua fuit, quam cęlorum orbiculationes. Sed tamen quia mobile ipsius est ęternum, quod suapte natura corruptibilibus antefertur, intulit lationes esse priores tempore. Quare Comment. nõ dixit, ꝙ generatio non est prior tempore, sed ꝙ est prior natura, & per se, alteratio vero secundum accidens, propterea, ꝙ ex elementis non generãtur mixta nisi per eorum qualitates. At vero in rei veritate confitendo mundum habuisse initium, quia res condi per generationem nequierant, eo ꝙ nullum pręfuerat subiectum, necessariũ fuit post creationem vt primus generabilium motuum esset alteratio, facta applicatione agẽtis ad passum: quia nihil generatur, nisi pręuia alteratiõe. Apud Aristotelem vero nusquam legisse memini, alterationem fuisse simpliciter priorem.

Accidẽtia in toto cõposito.

Textus lviij. ¶Omnino autem videtur id quod fit, esse imperfectũ: & ad principium ire. Quo fit, vt quod generatiõe posterius est: natura priùs sit. Vltimò autem, loci mutatio: inest omnibus ijs, quæ sunt in generatione. Quapropter viuẽtium alia quidem omnino immobilia sunt: propter indigentiam instrumenti. Vt plantæ, & multa genera animalium. Alijs autem cùm perficiuntur: inest. Quare si magis inest loci mutatio, ijs quæ magis nacta sunt naturam, & motus hic primus aliorum erit secundum substantiam.

¶Probat quinta ratione motum localem esse primũ etiã perfectiõe. Et syllogism⁹ est. Id qđ primo natura intendit, perfectius est: sed inter motus generabilium primo intendit localem: ergo. Posterior pręmissa probatur, quia prior notissima est: cum naturę semper intẽtio ad id, quod melius est, destinetur. Id quod est vltimum in progressu, est primum naturę propositum, nam id, quod fit, semper est imperfectum, quãdiu fit, eo ꝙ ad suum pergit principium, id est, vt simile ei fiat: & ideo postremum quod attingit est sua perfectio: motus autẽ localis est postremus in generatione: excernimus enim in animalibus, quę omnium sunt viuentium pręstantissima, illa quę imperfectiora sunt, nõ moueri localiter ob defectum instrumentorũ, & organorum vt Cõchylia. Perfectis autem animalibus prope ortum nõ ita datur expedire moueri quoad vegetentur, & firmis sint viribus. Quare si latio magis inest ijs, quę magis nacta sunt naturam. i. quę perfectiorem gradum naturę nanciscũtur, fit, vt talis motus sit aliorum secundum substantiam, hoc est, suapte natura excellentior.

Tex. lix. ¶Et propter hæc, & quia minimè motuum id quod mouetur dum fertur à substantia discedit. Secundum enim solum: nihil mutatur abesse. Vt cùm quid alteratur qualitas: cum verò augetur & diminuitur quantitas.

¶Addit & secundã ad id rationem, quę. 6. est in ordine. Motus ille est pręstantior, per quem minus disceditur a substãtia subiecti. i. minus ei nocumẽti affertur, talis vero est motus localis, vt secundũ quem nihil deperit subiecti: nam per motum alterationis immutatur qualitas: in motu augmentationis & diminutionis, quãtitas: per generationẽ autem ipsa quoqꝫ substantia interijt: est ergo localis motus, pręstantissimus.

Tex. lx. ¶Maximè autem manifestũ est, quòd mouens ipsum seipsum: maximè secundùm hunc mouet propriè, qui secundũ locum est. Et etiam dicimus hoc esse eorum, quæ mouentur, & mouent principium: & primum ijs, quæ mouentur, id scilicet quod ipsum seipsum mouet.

¶Septima vtiqꝫ eius ratio, quę postrema est, sumitur ex dignitate subiecti: nã hoc genus motus ꝓprie conuenit his, quę seipsa mouent: hęc aũt sunt dignissima omnium generabilium: quoniam sola animalia mouẽt seipsa, ideo ꝙ in sua potestate habent hac spe motus cieri, nam reliquis motibus alia pręterea mouentur: ergo hic est motuũ excellentissimus. Mox & idem per hoc cõfirmat, ꝙ hoc (scilicet motus genus) principium est eorum, quę mouentur, & mouent, quandoquidem primum eorum quę mouentur, & mouent, est celum, ꝙ sola latione mouetur. Et pręterea primũ, inquit, ijs quę mouentur, est seipsum mouens. Hic videri cuipiam posset Aristo. insinuare, ꝙ primum mobile seipsum moueat: nam illud est moueutium primum, quod mouetur: sed tamen in contrarium aperte sua stat sententia, quippe qui primum mouẽs nusquam suspicari visus est esse actum & formam primi mobilis, sed intelligentiam separatam.

¶Quod igitur loci mutatio prim⁹ motuum sit manifestum est ex his. Quę autem loci mutatio prima sit: nunc demõstrãdum est. Simul autem & quod nũc, & quod prius suppositum est, quòd cõtingit quendam motum continuum esse & perpetuum, manifestum erit eadem methodo. Tex. lxj.

¶In tex. iam hoc. 61. pręfixa cõclusione: quod loci mutatio sit prima, descendit ad indagandũ, quęnã sit hęc prima loci mutatio. nam (vt lib. 7. tex. 10. referebãt) cõplures sunt eius species. Atqui eadẽ, inquit, methodo & arte manifestum id erit, qđ nũc & prius suppositum est, puta, ꝙ contingit quendã esse motum perpetuum & continuum.

¶Quòd igitur aliorum motuum continuum nullum cõtingit esse: ex his manifestum est. Omnes enim ex oppositis ad opposita sunt & motus & mutationes. Vt generationi & corruptioni: ens & non ens termini sunt. Alterationi autem: contrariæ passiones. Augmẽtationi verò & diminutioni, aut magnitudo & paruitas, aut perfectio magnitudinis & imperfectio. Contrarij autem sunt, qui sunt in contraria. Id autem quod nõ semper mouetur hac motione, existit autem prius, necesse est prius quiescere. Manifestum est igitur, quòd quiescet in cõtrario id quod mutatur. Similiter autem, & in mutationibus. Opponuntur enim generatio & corruptio simpliciter, & singularis singulari. Quare si possibile est simul Textus lxij.

mutari

mutari ſecundùm oppoſitas: non erit continua mutatio, ſed inter ipſas mediū erit tempus, nihil enim differt contrarias aut non contrarias eſſe, quæ ſecundum contradictionem ſunt mutationes, ſi modò impoſsibile ſit ſimul eidē adeſſe. Hoc enim rationi nihil vtile eſt, nec ſi non neceſſe eſt quieſcere in contradictione, neq; eſt mutatio quieti contrarium (non enim fortaſsis quieſcit: quod non eſt, corruptio autem eſt in nō ens) ſed ſi ſolum medium ſit tempus, ſic enim: non eſt mutatio continua, neque enim in prioribus contrarietas, vtilis erat. ſed non contingere ſimul eſſe. Non oportet autem turbari: quòd idem pluribus erit contrarium, vt motus, & ſtatui & motui qui eſt in contrarium. ſed ſolum hoc accipere: quod opponitur quodāmodo & motui & quieti motus contrarius. Vt æquale & mediocre: excedēti & ei quod exceditur, & quod nō contingit ſimul oppoſitos eſſe: aut motus aut mutationes.

¶Atvero in text. 62. prſtituit, ꝙ nullū aliud gen' motus prterꝙ localis fieri poſſit vt ſit perpetuū. Hoc autem quanuis probabiliter inde eliciatur ꝙ dixerat lationem eſſe tempore priorem ceteris, nō tamen adeo plane, vt non ſit reddenda ſingularis ratio quandoquidem ſeries horum motuum perpetua eſt. Ante demonſtrationem ergo pmittit nōnulla, nempe omnes alios motus eſſe progreſſus quoſdam puta motus aut mutationes ex oppoſitis ad oppoſita, vt lib. 5. text. 48. ⁊ lib. 6. in fine habitum eſt, nam generationis ⁊ corruptionis termini ſunt ens ⁊ non ens: alterationis autem contrarię paſſiones: vt calidum, ⁊ frigidum: augmentationis vero ⁊ diminutiōis magnitudo ⁊ paruitas, ſeu potius perfectio ⁊ imperfectio eiuſdem magnitudinis, vt in hominis ſtatura puerilis ⁊ virilis ſeu minimus homo ⁊ maximus: nā ſi abſolute accipias paruum ⁊ magnū in formica ⁊ elephante non ſunt termini augmētationis eiuſdem rei, hęc autem omnia ſunt contraria: motus autem, quorum termini ſunt cōtrarij, ⁊ ipſi ſunt cōtrarij: vt in. 5. lib. pmonſtratum eſt: ergo ſinguli horum motuū habet contrarium vt augmētatio, diminutionem: ⁊ generatio, corruptionē: ⁊ denigratio, dealbationem: cōtraria autem non poſſunt eſſe ſimul: ergo dum aliquid nigreſcit, non dealbatur: quod autem non dealbatur, quieſcit quiete oppoſita dealbationi. Similiter autem in mutationibus generatio opponitur corruptioni: ſingularis, ſingulari, puta generatio hōis corruptiōi eiuſdē ex his ergo cōſtruit illic ſyllogiſmū. (Quare ſi īpoſſibile) Impoſſibile eſt duos motus cōtrarios ſimul eſſe: ergo dū vnus ſuccedit alteri, vt frigefactio calefactioni, neceſſe eſt tēpus intercipi, quo mobile quieſcat, nā omne, quod reflectitur, in puncto reflexionis quieſcit: fit ergo, vt non poſſit eſſe continuus motus. Quod ſi dicas, licet probe hoc cōuincitur in motu cōpoſito ex duobus contrarijs: cur tamen vnus motus inter duo cōtraria nō poſſit eſſe perpetuus, vt calefactio, vel localis motus, hoc non demonſtrat. Reſpondetur, hoc iam in fine ſexti demonſtratum reliquiſſe, quia inter duo contraria non poteſt eſſe latitudo infinita, quare neq; motus infinitus. Et ideo ſic pmiſit ꝙ id, quod non ſemper mouetur hac motione, ſi prius exiſtebat, quieſcebat. Et pari ratione cum fit reflexio, neceſſe eſt vt in termino prioris motus quieſcat mobile ſub illa forma, quā acquiſiuit: qm̄ latitudo acquiſita per tempus, non poteſt tantum durare per inſtans. (Nec ſi non neceſſe eſt.) Occurrit cauillationib', quas quis poſſet obijcere de mutationibus generationis ⁊ corruptionis, quarū termini non ſunt contrarij, ſed contradictorij, vt homo, ⁊ non homo, nec proprie homo modo genitus quieſcebat in non homine: quia quod non eſt, non quieſcit: neq; abſoluta corruptione rei poſt quieſcet, quia corrumpitur in non ens: puta homo in non hominē. Reſpondet ergo, nihil referre quatenus ad propoſitū attinet, qualis ſit oppoſitio, neq; an ſit vera quies, ſed hoc tantum facit ad rem pſentem, ꝙ ſit medium tempus interſecās illas mutationes. Per hoc quippe ſatis conficitur, non eſſe in ſempiternum perpetuas: quia neq; in prioribus, ſcilicet in motu alterationis ⁊ augmenti contrarietas vtilis erat, id eſt, ad aliud conducebat, niſi vt indicaretur, nō poſſe eſſe ſimul motus contrarios: id quod pariter indicat, contradictio terminorum in generatione ⁊ corruptione. (Nō oportet autem) Excludit ambiguitatem, quę poſſet angere lectorem. Dixit nanq; duo, quę videntur ſecum pugnare: primum, ꝙ illi motus ſunt contrarij, qui habent contrarios terminos, ⁊ ideo non poſſe eſſe ſimul: alterum, ꝙ nec motus ⁊ quies poſſunt eſſe ſimul: vbi inſinuat contrariari etiam motum quieti: atq; adeo motū puta calefactionem contrariam eſſe duobus, ſcilicet infrigidationi, ⁊ quieti. Admonet ergo, ne quis conturbetur, an eidem duo cōtraria ſint, necne: quanuis quies non proprie contraria ſit motui, ſed priuatiue oppoſita. Sed ait hęc omnia negotio pſenti non referre: ſiquidem ſatis eſt, ꝙ motus opponitur, tam quieti, ꝙ̄ contrario, vt ęquale ⁊ mediocre, puta virtus opponitur excedēti, ⁊ ei, quod exceditur, nam conſiſtit virtus inter excedens ⁊ exceſſum: ⁊ ꝙ non contingit, vt vel motus ⁊ quies ſint ſimul, vel duo motus contrarij.

¶Ampliùs autem & in generatione & corruptione, etiam penitus abſurdum eſſe videbitur, ſi factum confeſtim neceſſe eſt corrumpi, & nullo tēpore permanere. Quare ex his: vtiq; fides alijs fiet. Phyſicū enim eſt: ſimiliter ſe ſe habere in omnibus. Textus. lxiij.


¶In text. 63. adhibet rationem, quę rem patētius demōſtrat, nā generatio, inqt, ⁊ corruptio, ad quas reliqui duo motus ordinantur non poſſunt connectere vnū perpetuum motū. Etenim in illis patentiſſima eſt pauſatio ⁊ ceſſatio abſcindens motum. Abſurdum enim, inquit, eſt penitus, id, quod factū eſt per generationem, eodem modo corrumpi, nec vllo tēpore permanere. Quare p hoc (ait) quę manifeſta

nifesta sunt fides habeatur oportet & alijs, nempe ꝙ contingat quies inter contrarios motus. Enim uero Physicum & naturale est, vt similiter se habeant: nam sicut in generatione acquiritur substãtia, ita & in alijs qualitas & quãtitas, quę sunt pariter accidentia, quę permanent.

## QVOD SOLVS MOtus localis possit esse perpetuus, CAP. VIII.

Textus. lxiiij. QVOD autem contingit esse quendam infinitum vnũ existentem, & continuũ, & hic est circularis: nũc dicamus. Omne enim quod fertur: mouetur aut circulari, aut recto, aut mixto, quare si neq; illorum alter continuus est: neque illum, qui ex vtrisque compositus est, esse est possibile: quod autem id, quod fertur recto & finito, non feratur continuè, manifestum est, reflectitur enim reflexum autem recto: contrarijs mouetur motibus, contrarius enim secundùm locum est, is, qui est sursum ei, qui est deorsum, & qui est in ante, ei, qui est in retro. & qui est ad sinistram, ei, qui est ad dextra, loci enim contrarietates hæ sunt. Quis autem est vnus, & continuus motus: prius definitum est, quòd is, qui est vnius, & in vno tempore, & in non differenti secundum speciem, tria em̃ sunt: & qđ mouetur, & hõ, aut deus, & qñ: vt tẽpus. & tertiũ id in quo. hoc autem est: locus, aut passio, aut species, aut magnitudo. contraria autem differunt specie: & non vnum sunt. Loci autem sunt, dictæ differentiæ. Signum autem est, quòd motus cõtrarius est, qui est ab a. ad b. ei qui est ab ipso. b. ad. a. quia stant & sistunt se inuicem si simul fiant. & in circulo similiter. vt qui est ab. a. ad. b. ei qui est ab. a. ad. c. sistunt em̃ si continui sint, & non fiat reflexio: propterea quòd contraria mutuo se corrũpunt & impediunt. Sed non is, qui est in latus, ei, qui est sursum.

¶ Postquam. c. precedenti reprobauit motus aliorum generum, pręter localem posse esse perpetuos & infinitos, prosequitur in pręsenti demonstratione, ꝙ neque omnis localis motus, sed ille prorsus qui est simpliciter circularis, potest perpetuitatẽ habere. Ad cuius euidentiam distinguit trifidam speciem localis motus. Est enim vel circularis, vel rectus, vel mixtus, vt qui fit per arcum, & qui fit per chordam, & qui ex ambobus conflatur. Et subdit, ꝙ si neq; illorum alter continuus est, puta vel circularis vel rectus, multo ille minus, qui ex ambobus componitur: eadem enim erit prorsus ratio de motu reflexo, siue rectilineus sit, siue per chordam progressus regrediatur per arcum quod neutro modo esse potest perpetuus. Et ideo hoc tertio scilicet mixto, pręter misso, de duobus tantum prioribus disputat. Arguit ergo de rectilineo, ꝙ non possit esse infinitus, & continuus, sed ꝙ si est infinitus, non est continuus, neque vnus. Et ratio, inquit, est, quia necesse est vt reflectatur. Supponit enim ex lib. 3. text. 56. ꝙ non potest esse infinita magnitudo, per quam rectus fiat mot⁹ infinitus, per finitum autem spatium, quod (vt ostẽsum est lib. 6. text. 60.) necesse est tempore finito absolui, non potest fieri infinitus motus, nisi identidem iterato gressu & regressu. Quod autem recte reflexeq; mouetur, contrarijs mouetur motibus: sunt enim in motu locali tres contrariorum differentię: scilicet sursum deorsum, ante & retro in dextrum & in sinistrum: si autem termini motuum contrarij sunt, fit vt & motus sint contrarij: ex duobus autem cõtrarijs non constat vnus motus, eo ꝙ specie differũt. Digreditur autem occasione huius ad ostẽdendũ quot sunt necessaria ad motus vnitatem. Etenim (vt lib. 5. dictum est tex. 41.) vnus motus est, qui est vnius subiecti, in vno tempore, scilicet non intercisso, & in non differenti secundum speciem: hoc est in re, vel forma eiusdem speciei. Tria nãq; sunt in motu, scilicet mobile qđ mouetur, vt homo aut Deus, puta cęlum vel astrum, quod ab Empe. & sui temporis Philosophis appellabatur Deus, propter immortalitatem motus. Cõmemorat enim vnum mobile corruptibile, & alterum incorruptibile. Et pręterea in motu est quãdo scilicet tempus: & tertium id in quo hoc, vt puta locus, si est motus localis, & passio seu species, si est motus alteratiõis, & magnitudo in motu augmentationis. Quę omnia requiruntur esse eadem, vt motus sit vnus. Perspice ꝙ cum text. 52. satis duxerit ostẽdere motum rectum & reflexum interrumpi media quiete ad probandũ non esse continuum, hic nouam rationem adhibuit q̃ est superioris explicatio & fundamentũ, vt statim videbimus: nam quia illi motus differũt specie, nõ faciunt vnum numero. (Signũ autẽ est) probat illã pręmissam, scilicet, motus locales tendentes in oppositos terminos esse contrarios, puta illũ, qui est ab. a. ad. b. illi, qui est ab. b. ad. a. & id ex conditione quodammodo contrariorum, quę est, ꝙ inuicem se propellant: nam si simul duo sibi obuiã proficiscantur, in occursu se inuicẽ sistũt. Nec id tantũ in motibus rectilineis, verũ & in circularibus, quos itidem contingit esse contrarios: vt si ab eodem puncto circuli puta. a. proficiscantur duę muscę versus semicirculos oppositos, cũ vtraq; egerit suum semicirculum, obuiabunt sibi in. b. puncto opposito interrumpẽtes suos motus. Quo fit vt sint motus contrarij. Ille autem, qui est in latus, puta ad dextram vel sinistram, non est omnino contrarius illi, qui fit sursum, quandoquidem non se impediunt, quamuis sint diuersi.




Textus. lxv. ¶ Maximè autẽ manifestũ, est quòd impossibile est eum motũ esse continuũ, quia super recta fit linea, quia reflexum necessarium est stare: non solum su-

per recta

per recta; sed etiam si secũdum circulũ feratur. nõ enim idem est: circulo ferri, & secundum circulum, est enim aliquã do quidem vt id continuet, quod mouetur: aliqñ autem vt in idem profectũ vnde moueri cœpit, reflectatur iterũ. Quod autem necesse est stare: fides est non solũ in sensu, sed & in ratione. Principium autem: hoc est. tribus enim existentibus principio medio, & fine: medium ad vtrunq; ambo est, & numero quidem vnũ: ratiõe vero duo. Amplius autẽ aliud est esse potentia: & esse actu. Quare rectè quodlibet signum eorum, quæ inter extrema sunt, potentia quidẽ est mediũ. actu autem non est, nisi diuiserit hanc, & super stans iterũ cœperit moueri, sic autẽ: medium ipsum principium fit, & finis. principium quidem, posterioris: finis autẽ, prioris. Dico autẽ: vt si. a. qđ fertur stet in. b. & iterum feratur in. c. cum autem continue feratur neq; adesse, neq; abesse potest. a. in. b. signo, sed solum esse in ipso nunc, in tempore autem nullo, nisi cuius ipsum nũc diuisio est, in toto. a. b. c. Si autẽ affuisse ponat aliquis & abfuisse, semper stabit a. quod fertur, impossibile enim est simul & fuisse. a. in. b. & abfuisse. in alio ergo & alio signo temporis. tempus igitur erit, quod in medio est. quare quiescet, a. in. b. Similiter autem, & in alijs signis. eadem enim ratio est, & in omnibus. Cùm autem vtatur ipsum. a. quod fertur ipso. b. medio, & fine, & principio necesse est stare, propterea quòd duo facit, similiter atq; si cogitauerit. sed ab. a. quidẽ signo, abfuit principio. in. c. autem affuit: cũ finierit & steterit.

¶ In tex. 65. adiungit secundam rationem supra tactam nimirum, q̃ sit impossibile motum rectilineum continuum, esse in infinitum propter mediam quietem, quę in articulo reflexionis dissecat illos motus. At quia neq; motus circularis omnis est continuus, subiungit q̃ non solum super rectam lineam, verũ etiã super circulũ contingit sectio motus, reflexionis causa. Ad cuius demõstrationem supponit non esse idem circulo ferri, & sm circulũ: ferri eñ circulo, est ferri ĩ orbẽ sm perpetuã figurã circuli, quę neq; initiũ habet, neq; finẽ: ferri aũt sm circulũ, est cõplere vnũ orbẽ quoad vsque reuertat̃ mouẽs ad pũctũ vnde soluit. Quod si nõ pertrãseat, sed reuertatur, vt verso motu peragat eundẽ circulũ, erũt illi quidẽ cõtrarij motus, & se impediẽtes: vt patet ad sensum ĩ muscis supra memoratis. [Quod aũt] Qm̃ sępe & sępius resumpsit illud celebratũ axioma. Id qđ mouet̃ ĩ tẽpore reflexionis quiescit, explicat id iã nũc subtili rõne Physica. Et ideo ꝓpõit, q̃ tale mobile stare; fides est, nõ solũ per sensum, qui patẽter distiam percipit motus & quietis, verum & validissima rõne. Atqui vt euidẽtior res fiat, ostẽdit in linea recta necessariũ esse, vt motus p quietẽ rũpatur, ex q̃ fides nobis fiat quietis reflexionis. Est eñ in linea recta signare tria pũcta, scz initiũ, mediũ, & finẽ, quę sint a. b. c. Item supponit, aliud pũctũ esse mediũ lineę potentia, & aliud actu. v. g. Inter. a. & c. quodcũq; punctũ signetur, est medium motus in potẽtia: fit tñ mediũ ĩ actu, qñ actu illic terminat̃ motus pręteritus, & inde incipit futurus: ita vt seiungatur vnus motus ab altero: sicuti pũcta, quę potentia sunt in cõtinua linea, fiunt actu, dũ diuidit̃. [Cum aũt cõtinuo feratur] Explicat ergo cur cũ mobile mouet̃ motu cõtinuo super aliquã lineã, nullũ mediũ punctũ fiat actu, aut terminus pręcedẽtis motus aut initiũ subsequentis, sed solũ sit punctũ in quo fit cõtinuatio motus per mutatum esse illi respondens. Quod vt intelligas, recolenda tibi sunt quę tractabamus lib. 6. c. 3. de quiete. & c. 5. de terminis motus. Monstrabamus enim, motum non posse desinere per vltimum sui esse, sed per primũ non esse, neq; incipere per primum sui esse, sed per vltimũ non esse. Rursus notato, q̃ ad hoc, vt instãs sit actu finis motus, non sat est, q̃ in illo nõ sit nũc motus, qui proxime ante fuerat, sed q̃ nec tũc mobile moueatur, neq; immediate post: quoniam motus non terminatur nisi per oppositam quietem, quę [vt illic demonstratum ostendebamus] non potest esse in instanti, sicut neq; motus cuius est priuatio. Quare quiescere, inquit, illic. Arist. tex. 32. dicimus id, quod similiter se hẽat nũc, & prius. Eodẽ modo ad hoc, vt aliquid incipiat moueri, nõ sat est, q̃ nunc nõ moueat̃, & proxime post moueat̃, sed q̃ neq; nunc moueatur, nec proxime ante: vt pręsens instans sit vltimum instans quietis. Ait igitur Aristoteles, q̃ id, quod continue fertur, neq; ad esse neq; abesse potest. a. in. b. signo. A non est nũc nomẽ puncti [vt nuperrime] sed mobilis: hoc est non põt accedere & recedere in aliquo instanti medio, sed simpliciter esse in ipso nunc, non autem in tẽpore: nisi dicas id esse in tempore, quod est in nunc temporis, puta esse hodie, quod est nũc. Ad esse ergo hic idem est, quod aduenisse, & stare mobile, tanquam in termino motus, modo quã proxime exposito. Hoc est ergo quod ait Aristo. [Si autem adfuisse ponat aliquis & abfuisse semper stabit. a. quod fertur]. Id est quiescet. Et subdit rationem, quia impossibile est simul & adfuisse & abfuisse in. b. nam hęc sunt duo contraria, quę non possunt esse in eodem instanti. Est autem hic locus, nunquam explicatus. Putãt enim quotquot viderim, mentem Aristotelis esse, inferre hanc contradictionem, quod si quid in eodem instanti accedit ad certum punctum, & eodem instanti recedit ab illo, quod tunc simul adest et abest illi. Cum tamen nunquam hoc cogitauerit. Nã quod incipit moueri ab aliquo puncto [quod est recedere ab illo] non incipit per primum non esse in illo puncto, & per consequens non abest tunc ab il


a b c

lo puncto. Etenim si mobile nunc non esset hic, & immediate ante fuisset, daretur primum esse motus: sed incipit moueri per vltimum esse in illo, qd est vltimum esse quietis, & vltimum nõ esse motus. non ergo vult Aristoteles, q̃ repugnet adesse & abesse mobile in eodem instãti, propterea quod inde sequatur, esse in illo, & simul non esse in illo: sed propterea q̃ si adest, hoc est, accedit tanquam ad terminum, necesse est, q̃ sit nunc in illo, & pariter immediate post. Nam adesse, in proposito (quod maxime notandũ est) non significat simpliciter, esse, sed opponitur huic, quod est, transire. Unde (vt iam nunc docuit Philosophus) quãdiu res mouetur, nulli adest puncto spatij, quod est in potentia, sed transit per omnia, sed illic dũtaxat adesse dicitur vbi cessat motus. Et ideo, adesse, est, accedere, et motum finire. Et abesse, est recedere, & abire. Quapropter, quod abest, nunc est hic & non immediate post hoc erit: esse autẽ posthac, & non esse posthac cum sint contraria, non possunt eidem instanti cõpetere. Subditur ergo. (in alio ergo & ĩ alio signo temporis) videlicet necesse est accedere & recedere. Et cum neutiquam sint duo instantia immediata, fit, vt tempus intersit mediũ, in quo quiescet. a. in. b. q̃ ideo. b. signum non est possibile esse instans, sed tempus. Accedit quippe mobile in instanti initiatiuo quietis, & recedit in instanti terminatiuo eiusdem. Quocirca quando dicitur, id quod mouetur in puncto reflexionis quiescere, nõ accipitur punctum pro indiuisibili, nisi quod in illo puncto incipit quies. Preter it autem subsumptionem & conclusionem destinatã, veluti res planissimas. Reliquit inquam pro compertissimo, qd dum mobile recta mouetur per certam magnitudinem, & a puncto terminatiuo reuertitur absoluit totam latitudinem, peruenitq̧ ad terminũ: atque adeo illic terminatur eius motus, & inde inchoatur alter: hac enim ꝺ causa prestituit illos motus esse contrarios & differentes specie. Fit ergo, vt inter instans terminãs primum motum, & alterum vnde inchoatur reflexus, interstet temporalis quies, licet sensu vix perceptibilis: ob idq̧ imbecilli tenuiq̧ experientie adiecit rationem.

Textus lxvij.

¶Quapropter: & ad dubitationẽ, hoc est dicendum, si enim sit linea. e. lineæ. f. æqualis, & . a. feratur continuè ab extremo ad. c. simul autem fit. a. in. b. signo, & . d. feratur ab extremo ipsi⁹. f. ad g. regulariter & velocitate eadem ipsi. a. ipsum. d. ante veniet ad ipsum. g. quã ipsum. a. ad. c. prius enim se mouens & discedens: prius venire necesse est. Non ergo simul abfuit. a. in. b. & abfuit ab eodẽ, quapropter posterius fit si enĩ simul nõ posterius erit, sed necesse erit stare. Non ergo ponendum est: cum. a. affuit in. b. ipsum. d. moueri simul ab extremo ipsius. f. si enĩ affuerit. a. in. b. erit & abfuisse, & non simul. sed erat in sectione tẽporis: & non in tẽpore. Hic igitur est impossibile sic dicere in continuo. sed in eo q̃ reflectitur: necesse est sic dicere. Si enĩ. g. ferat̃ ad ipm. d. & iterũ reflectẽs deorsum ferat̃: extremo. d. fine & principio vtet̃ vno signo vt duobus. Quapropter stet, necesse est: & nõ simul affuit ĩ ipso. d. & abijt a ipso. d. ibi enĩ simul esset, & nõ esset: in eodẽ nũc.

¶Nox maioris claritatis causa predictorũ appendet quasi corollarias trium dubitatorum solutiones. Primũ est. Si sint due linee prior. a. b. c. posterior. d. e. equalis. b. c. puta medietati prioris: mobile autem. f. moueatur continuo ab. a. ad. c. Tamen cum primum attigerit punctum. b. tunc. g. alterũ mobile incipiat moueri a puncto. d. alterius linee eadem prorsus celeritate. Aliter iste litere ab alijs disponuntur, sed tamen descriptio hec Argyropili est perspicua, & mentis Aristotel. fidelis index. Tunc est argumentum, obscurum quidem, sed hoc tamen pacto meditandum. Si dederis. f. dum attingit. b. punctum illuc accedere, indeq̧ recedere, ac si. b. esset actu terminus, puta finis & principiũ duorum motuum, tunc. g. citius perueniet ad. c. terminum suum quam. f. ad. c. nam prius fuit discedens. a. d. quam. f. a. b. & hoc compertissimum habet Aristo. nam si in illo instanti, quo primum. f. attingit. b. cepit moueri. g. per vltimum non esse motus, citius abcessit inde q̃. f. cuius motus fuit illic intercisus. (Non ergo) Ex hac ergo experiẽtia infert, q̃ si. f. vt tu concedis, accessit illo pacto ad. b. & recessit ab eodem, non fuerunt simul accessus & recessus: hac enim de causa posterius deuenit ad. c. q̃. g. ad. e. si enim simul fuisset accessus & recessus, non posterius peruenisset ad terminum: sed quia si accessit & recessit, necesse erat stare, inde fuit, q̃ posterius recessit q̃. g. (Non ergo ponendum est.) Sequitur responsio, q̃ cum falsum sit. f. posterius recessisse. a. b. q̃. g. ab. e. posteriusve peruenisse ad terminum, consequens est, vt retineamus sententiam superius definitam, scilicet, q̃. f. non affuit in b. tanquam in puncto actu medio, id est terminante motum atq̧ adeo. g. non cepit moueri quando. f. affuit, idest accessit: nam alias debuisset idem f. etiam abscedere, & non simul, & idcirco retardaretur, vt monstratum est. (Sed erat) Scilicet. f. in puncto. b. tanquam in sectione temporis, scilicet in nunc indiuisibili & nõ in tempore pausante motum, atq̧ adeo (vt supra expositum est) non affuit, sed transiuit per. b. (Hic igitur, inquit, in cõtinuo impossibile sit dicere) quod in puncto medio vllo pacto terminetur motus. (Sed in eo quod reflectitur necesse est sic dicere). Si enim. g. feratur vice versa ascendendo ab. e. puncto ad. d. & illo vtatur vt fine & principio, dum reflectitur & recedit ab extremo. d. ad. e. necesse est vt quiescat in puncto. d. alias simul & accederet & recederet, quod probatum est esse falsum, vnde consequitur corollariũ: q̃ si simul dum. g. incipit ascendere ab. c. ad. d. f. incipiat ascendere. a. c. vsq̧ ad. a. citius. f. perueniet ad a. perpetuo ascensu, quam. g. ascendat vsq̧ ad. d. & descendat iterum ad. e. & hoc propter quietem interceptam in. d.




¶At vero quæ olim illata fuit solutio: non dicenda est. non enim cõtingit dicere, q̃ est in. d. ipsum. g. in sectione, neque aũt affuit, neq; abfuit, necesse enim Textus lxviij.

est ad

est ad finem venire: quia actu est, non potentia, quod igitur in medio est, potentia est. hoc autem actu, & finis quidem à deorsum: principiũ autem, de sursum. Et motum ergo similiter. necesse est ergo stare: quod reflectitur super recta non igitur contingit: continuum motũ esse perpetuum super recta. Eodem autem modo occurrendum est, & ijs, qui interrogant Zenonis rationem, & volunt si semper dimidium transire oportet. hæc autem infinita sunt, infinita autem transire impossibile est. Aut vt eandem hanc rationem quidam aliter interrogant, volẽtes simul cum quid mouetur, dimidium prius numerare cùm adest secundum vnum quodque dimidium, quare cum pertransierit totam: infinitum accidit numerasse numerum hoc autem in confesso est: impossibile esse.

¶In priori parte. tex. 67. quã nõ erat operepretiũ dissectam esse a superiori text. explicatius repetit idẽ responsum, dicẽs, ꝙ in motu reflexo nõ est dicẽda illa solutio, quę olim, idest, quę prius in motu cõtinuo: videlicet, ꝙ. g. cum reflectitur in puncto. d. non est illic, nisi velut insectione: vt puta in nũc indiuisibili, & ꝙ neq; adfuit neq; abfuit, hoc est neq; accessit neq; recessit, sicut rñdimus de mobili. f. in pũcto. b. ꝯtinui motus. Quũ necesse est, inquit, ascẽsum illũ rectũ ad finem venire, qui est actu, non solum potentia. Quod igitur in medio est (scilicet cõtinuę magnitudinis) potentia est medium, hoc autem vt pote. d. est mediũ in actu: nimirũ finis magnitudinis, quę est a deorsum, & principium illius, q̃ est de sursum. Et eadem ratione est finis et principium motuũ, vt pote ascẽsus ac descẽsus. Et sic cõcludit necessario, stare, hoc est, quiescere id quod reflectitur super recta linea, atq; adeo non contingere motum rectilineum esse perpetuum (eodem autem modo) In secunda particula, vbi aptius designaretur textus per eandem doctrinam diluit sophisma Zenonis Eleati, quam aliter eluserat in li. 6. tex. 19. vbi respõsionis huius loci admonuimꝰ lectorẽ. Arguebat eñ Zeno suã ludicrã opinionem, ꝙ nihil mouetur, preterq̃ alijs sophismatibus, et hoc quoq;. Infinita non possunt pertransiri: in quacunq; quantitate sunt infinita dimidia: nam est vnũ dimidiũ totius, & aliud dimidium prioris medietatis, & sic in infinitũ: ergo nihil mouetur. Vel sic, q; eodem recidit. Infinita non possunt numerari: id autẽ, qđ transit vnã magnitudinem, prius numerauit eius medietatem, & priusq̃ illã, medietatẽ eius, & sic in infinitũ: ergo vel numeratur numerus infinitus, quod est impossibile, vel nihil mouetur.

Zenonis sophisma.

Textus. lxviij. ¶In primis ergo de motu sermonibus, soluebamus: quia tempus infinita habet in seipso. nihil enim absurdum est: si in infinito tempore infinita transit aliquis. similiter autem infinitum & in longitudine est, & in tempore. Sed hæc solutio: ad interrogantem quidem se habet sufficienter, interrogabatur enim si infinito contingit infinita transire, aut numerare. ad rem autem ipsam adque veritatem: non sufficienter. si enim aliquis dimittens magnitudinem, & interrogationem si infinito tempore contingit infinita transire, interroget de ipso tempore hæc (habet enim tempus infinitas diuisiones) non amplius sufficiens erit hæc solutio, sed verum illud dicendum est: quod quidem diximus in nuper dictis sermonibus. Si enim aliquis continuam diuiserit in duo dimidia: hic vno signo tanquam duobus vtitur, facit enim ipsum: & principium & finem, sic autem facit: & qui numerat, & qui in dimidia diuidit. Sic autem diuidente: neque erit continua linea, neque motus, continuus enim motus, continui est. in continuo autem: insunt quidem infinita dimidia, sed non actu, sed potentia. Si verò faciat actu, non faciet continuum, sed stabit quod quidẽ in numerante dimidia: manifestum est quod accidit, vnum enim signum: necesse est ipsi numerare duo. alterius enim dimidij principium, alterius autem finis erit: si non vnam numeret continuam, sed duo dimidia. Quare dicendum est ad interrogantem si contingit infinita transire, aut in tempore, aut in longitudine: ꝙ est quidem sic, est autem non sic. actu enim si sint: non contingit potentia autem: contingit. qui enim cõtinue mouetur secundum accidens infinita transiuit, simpliciter autem non. accidit enim lineæ: infinita dimidia esse. substantia autem ipsa altera est, & esse.

¶Subijcit in text. 68. responsum: vocat autem primos sermones de motu, sex superiores libros: & in sexto sophisma hoc potius infringens, quam soluens

uens, respondebat, q; quemadmodum in magnitudine dantur infinitę partes, ita et in tēpore: quocirca nihil absurdi accidet, si tempore certo emetiatur mobile certum spatium. Sed hęc, inquit, solutio ad interrogantem quidem se habet sufficienter: satisfacit enim per dicta ipsius arguētis: nam qui admittit infinita media in magnitudine finita, is negare nequit infinita in tempore. Ad rem autem nulla est responsio: nam si omisso spatio, arguatur de tempore, quod non posset pertransiri, vt cuius infinita sint media, tunc hęc solutio non consistit. Sed respondendum est sicut iam modo dicebamus: videlicet, ꝙ qui magnitudinem, per quam fit motus, actu diuidit in duo dimidia, & prius dimidium in duo &c. iam tunc vtitur puncto magnitudinis in actu, tanquam fine prioris partis & initio sequentis: atq; pari ratione diuidit & motum: nam motus continuus non est, nisi fiat super quantitatem continuam: si vero arguens non actu diuidat magnitudinem, tunc in illa non sunt infinita in actu, sed solum in potentia, quę ideo non numerantur, neque pertranseuntur, seriatim & per ordinem, sed quouis puncto signato, iam fuerunt infinita transmissa (Quare dicendum est) Respondendum ergo inquit, est sub distinctione, cũ a parte Zenonis interrogatur, an liceat pertransiri infinita, seu in magnitudine seu in tempore quod non contingit pertransiri infinita in actu, eo ꝙ neq; continuum potest actu diuidi in omnem suam partem: possunt autem transiri infinita in potentia: illa autem sunt infinita quodammodo per accidens propter infinita mediantia puncta, quę sunt tantum in potentia: sed tamen ipsa inquit, linea per se finita est, atq; adeo altera, id est, differēs substātia & esse ab ipsis punctis: quoniam linea nō componitur ex indiuisibilibus. Dicitur autem linea differre substantia a puncto, q2 linea, directe est de prędicamento quantitatis, puncta vero non nisi reductiue. Et differt etiam esse, quia linea coexistit corpori, per quam ideo potest fieri motus, nō autem per puncta.

in quo.c. hoc autem iam posterius, & si fiebat non album, & corrũpebatur album in toto.a. factum est aut corruptũ in.c. quare album aut non album, primum in illo verum est dicere: aut cum est factum non erit & cum corruptum est, erit. aut simul album & non album, ens & non ens esse, necesse est. Si vero quod fuerit prius non ens, necesse est fieri ens: & cum sit ens non est: non est possibile in impartibilia tempora diuidi tēpus, si enim in.a. tempore, fiebat.d. album, factum est autem simul & est in altero impartibili tempore sed contiguo in.b. si in.a. fiebat non erat, in.b. vero est: generationem oportet esse quandam mediam. Quare & tempus erat in quo fiebat non. non enim eadem ratio erit, & ijs qui non impartibilia dicunt. sed ipsius temporis in quo fiebat, factum est & est, in vltimo signo cui nullum est contiguum aut consequenter, impartibilia autē tempora, consequenter sunt, manifestum autem est si in.a. toto tēpore fiebat, quod non est maius tēpus in quo factum est, & fiebat, quã id, in quo toto solum fiebat.

Tex. lxix ¶Manifestum autem est, & quod nisi aliquis faciat temporis signum (quod prius & posterius diuidit) semper posterioris ad ipsam rem: erit simul idem ens & non ens, & quando factum erit non erit signum, igitur vtriusq; cõmune est, & priori & posteriori: & idem & vnum numero, ratione autem non idem: huius enim, finis est: alterius autem, principium: id ipsam autem rem, semper posterioris passionis est. Sit tēpus: in quo. a.c.b. res: in quo.d. hæc in a. quidem tēpore, alba: in.b. vero, non alba. in.c. ergo: alba & non alba. in quolibet enim ipsius.a. verum est dicere, albam, si toto hoc tempore erat alba: & in.b. non albam.c. autem: in vtrisque non ergo dandum est, in toto: sed præter vltimũ nunc

¶In text. 69. per idem documentum satisfacit tertię dubitationi: vbi ostendit, id quod generatur, incipere esse per primum sui esse, atq; id quod corrũpitur, desinere per primum non esse. Ait ergo manifestũ autem esse, ꝙ nisi quis fecerit signum ꝙ diuidat tēpus prius & posterius, scilicet illud, in quo fit gñatio, & illud in quo facta est, taliter, vt illud signũ pertineat ad posteriorē passionē: id est, in generatione sit primum esse geniti, in corruptione autem primum non esse rei corruptę, continget vt sit simul ens & non ens. Item consequens fiet, ꝙ id, quod factum est, non sit quando factum est. verbi gratia, fiat ex aere ignis in tempore.a.c.b. ita vt in.a. sit aer, duretq; generatio vsq; ad.c. & inde iam fit ignis. Dicit ꝙ signũ illud medium.c. vtriq; est cõmune. sc3 priori tēpori generationis, & posteriori quo facta est generatio: nam in illo vniuntur ambo tempora: atq; adeo illud instans, vnum quidem numero est, sed ratione, duo, puta finis prioris temporis, in quo fit generatio, & initium posterioris, in quo facta est. Si tamen referatur ad rem, quę mouetur, erit quidē semper posteriori passionis: hoc est, similiter se res habebit in illo, & in tempore sequēti: nempe quod si ex aere tunc generatur ignis erit.c. primum esse ignis, qui inde permanebit et primũ non esse aeris, qui inde non erit. Format ergo Aristo. argumentum sic. Si res ex alba fit non

alba

alba,tũc cum in.a.quidem tẽpore terminato ad.c. erat alba:in tẽpore vero.a.c.vsq; ad.b. est non alba:videtur contingere vt in.c.medio sit alba & nõ alba,eo ꝙ.c.sit instans cõmune vtriq; tẽpori.[Nõ ergo dandum est[Responsio ergo est,ꝙ nõ est cõcedẽdum in tota.a.fuisse alba vsq; ad terminũ inclusiue,sed in toto preter terminum in quo est.c. hoc autẽ iã posterius:hoc est,ad posteriorẽ passionẽ ptinet,vt vz iã nõ sit albũ.(Et si fiebat] Hoc est cũ in illo toto tẽpore.A.ex albo fiebat nõ albũ & corrũpebat albũ,sequit vt in.c.in toto factũ iã sit non albũ & corruptũ albũ.Quare albũ,inquit,aut non albũ primũ in illo,scilicet in.c.verũ est dicere.Hoc est si ex nõ albo fiebat albũ,illud est primũ esse albi:si aũt cõtra ex albo fiebat nõ albũ, illud est [primũ]esse nõ albi.(Aut cũ est factũ)Aut si hoc inqt, renueris,continget tibi vt res,cũ facta sit,nõ sit,& cum fuerit corrupta,sit:nam in illo instanti.c.res quę fiebat,facta est:quã si negaueris illic esse,iam quod factum est,non erit:& res quę corrumpebatur,tunc iam est corrupta:quare nisi dederis illud esse primum non esse,dabis subinde rem esse quando est corrupta.[Aut simul] Hoc est,aut relaberis in primum absurdũ :scilicet , ꝙ tũc simul res erit alba & non alba.Resolutio elucidatioq; huius rei est hęc,ꝙ sicut de motu locali dictum est, ꝙ si res mouetur ab.a.in.b.qui sit terminus motum,in.b. primum verum est dicere esse in termino per primum non esse motus,ita si res alba fit.ab.a.vsque ad.c.in.c.primum verum est dicere est alba:cuius vtiq; ratio in summa est,ꝙ cum motus non terminetur intrinsece per vltimũ esse,sed extrinsece per primũ nõ esse:& gñatio,ꝙuis nõ sit mot⁹ est tñ ipsi⁹ terminus,fit vt si aer per alterationem corrumpatur in ignem,alteratio illa corrũpetur extrinsece per primum esse ignis,ꝙ est primum nõ esse aeris De hac autẽ materia in primo de generatione[Si vero quod] Hec est secunda pars tex.qua ex dictis elicit corollarium,non esse possibile,vt tempus diuidatur in impartibilia:aut cõponatur ex illis.Nã alias detur.v.g.ꝙ.d.in.a.tẽpore indiuisibili fiebat ex nõ albo albũ:tũc arguit sic.Si in.a.fiebat albũ, non erat tunc albnm,quia quod fit,nõ est:ergo necesse est designare alterum posterius tempus puta.b.priori contiguũ,si in quo primo sit album:qđ quidem tempus per te pari ratione est indiuisibile:et cum a nõ esse ad esse nequeat fieri transitus sine mutatione,necesse est inter.a.et.b. interiacere tempus,quo fiat illa generatio.Des ergo tempus medium,quod cum,te authore,necesse sit pariter esse indiuisibile:idem recurrit argumentum de illo tempore.c.nam si in illo fit album,nondum tũc erat album:et cum modo sit album,necesse est signare aliud intermedium,in quo mutabatur de nõ albo in album:et sic in infinitum.Cum autem infinita non possint hoc pacto absolui,fit vt impossibile sit mutatio de non albo in album.[Non enim eadem)Respondet ergo,argumentum nihil contra nos militare,quippe qui nõ admittimus impartibilia tempora:nam respõdebimus,ꝙ res facta est et existit in vltimo signo ipsius temporis, in quo fiebat.Itaque motus,in quo fiebat,terminetur extrinsece ad illud instãs,in quo facta est:cui quidẽ instanti non est aliud contiguum,sed inter quęcũque duo interstat tempus.Qui vero admittũt insectilia tempora,fateri coguntur,illa esse contigua (Manifestum autem est)Infert ex proximo corollarium alterum:vt puta tempus in quo res fit, et facta est,nõ esse maius toto illo,in quo fiebat,nam cum instãs,in quo primum res facta est, sit indiuisibile,nõ auget elapsum tempus,in quo fiebat.Illi autem,qui fatentur tempus componi ex indiuisibilibus, dicere compelluntur , quod indiuisibile per appositionem indiuisibilis excrescat:vt lib.6. pręmonstratum est.

¶Quibus igitur aliquis tan quam proprijs credet rationibus:hæ & huiusmodi quædam sunt. Rationaliter autem considerantibus:& ex his videbitur alicui idem hoc accidere , Omne enim quod continue mouetur,si à nullo prohibeatur,in quod quidem venit secundum loci mutationem, in hoc & prius ferebatur, Vt si ad.b.venit, ferebatur ad b.& nõ cùm prope erat,sed mox vt cœpit moueri,cur enim magis nunc quam priùs?similiter autem,& in alijs. Quod autem ab.a.ad.c.fertur,rursus veniet ad a.continue motum.Cum ergo ab.a.ad. c.ferebatur:tunc & ad.a.fertur eo qui.a. c.est motu. Quare simul cõtrarij enim sunt:qui secundum rectam fiunt.Simul autem & ex hoc mutatur:in quo nõ est si igitur hoc impossibile est, necesse est stetur in.c.non est ergo vnus motus, qui enim statu intercipitur : non est vnus. Textus. lxx.

¶Concludit ergo in hoc tex.70.motum reflexum nequire esse perpetuum:idque rationibus proprie sumptis ex eius natura:proponitque idem confirmare dialectice[id quippe sonat rationabiliter)puta rationibus generalibus a natura cõtrarietatis petitis:quę sunt quatuor. ¶Prima innittit proprie in motu locali.Id quod continue secundum locum monetur,si a nullo in medio motu prohibeatur,cõtinue fertur in terminum et scopum illius motus vt si feratur in.b.semper intentio mobilis fertur in.b.non modo quando prope est,sed statim ab initio,ex quo motum inchoauit, quia nulla est ratio cur magis feratur in.b.quãdo appropinquat,quãdum longius aberat.Neque id quidem proprium est motus localis,verum aliorum quoque commune.Si ergo quod ab.a.proficiscitur in.c.et rursus reflectitur ad.a.continuo mouetur,vt tu largiris, qui dum negas,quiescere in puncto. c.fateris vnicum esse totum motum continuum ,fit vt ab ipso protinus exordio,quo mobile profectum est ab. a. semper feratur in ipsum.a.ad quem terminũ per c.medium motu vno fertur.Et ex consequenti sequitur,vt simul moueatur motibus contrarijs,puta ab.a.in.c.et.a.c.in.a.Et rursus sequitur aliud absurdum,quod mobile antequam sit in.c.moueatur a.c.in.a.igitur cum hęc impossibilia sint, necesse est concedere tale mobile quiescere in.c. inibique interrumpi motum,atque adeo non esse eundem.

Amplius

Textus. lxxj. ¶Ampliùs autem: & ex his manifestũ est vniuersaliter magis de omni motu: si enim omne quod mouet, moueatur aliquo dictorum motum, & quiescat aliqua oppositarum quietum (non enim erat alius præter istos) quod autem non semper mouetur secundum hunc motum, dico autem quicunq; sunt diuersi specie, & non si qua pars est totius: necesse est prius quiescere secundum oppositam quietem, quies enim: priuatio motus est. Si igitur contrarij quidem motus sunt, qui secundum rectam fiũt, simul autem non contingit moueri contrarijs motibus: quod ab a. ad. c. fertur non vtiq; feretur simul & ab ipso. c. ad a. Quoniam autem nõ simul fertur, mouebitur autem secũdùm hunc motum: necesse est prius quiescat apud. c. hæc enim est: opposita quies ei, qui est. c. motui. Manifestum igitur est ex ijs, quæ dicta sunt, ꝙ non est continuus motus,

¶Secunda ratio supponit principia quędam vniuersalius in quocunq; genere motus. Supponit inquam, tantum esse tria genera motus [vt lib. 5. ostẽsum est] preter quos nullus est alius. Et rursus supponit omne ꝙ mouetur aliqua specie horũ motuũ, necesse esse prius quiescere quiete opposita vsque ad illud temporis punctum, quo moueri cepit. Cuius gratia exempli accipiantur, inquit, duo motus qui distinguantur specie, vt dealbatio & denigratio, vel calefactio, & non tantum differant tanquam duę partes eiusdem motus. Nam quando inchoatur secunda pars dealbationis, non est necesse vt illic quiescat mobile, sicut quando incipit distinctus motus specie. Tunc formatur ratio conuersiua superioris, nam alia deducebat respondẽtem ad impossibile, hęc autem assumit contrarium conclusionis. Motus contrarij nequeunt esse eodẽ tempore simul: motus ab. a. ad. c. &. a. c. ad. a fient contrarij: ergo non possunt esse simul. Rursus, ergo quanto tẽpore mobile ferebatur ab. a. ad. c. nõ ferebatur. a. c. ad. a. atq; adeo quiescebat quiete opposita. Nã duorũ priuatiue oppositorũ, quãdiu vnũ abest, alterũ inest: & ideo cũ quies & motus priuatiue opponãtur, quãdo mobile nõ mouebatur. a. c. ad. a. quiescebat quiete cõtraria vsq; ad pũctũ. c. et per cõsequens nõ fit vnus motus ex illo, q est ab. a. ad. c. & altero. a. c. ad. a.

Textus. lxxij. ¶Ampliùs autem & hæc ratio magis ꝓpria est ijs, quæ dicta sunt, simul enim corruptum est non album: & factum est album. Si igitur continua alteratio est ad album: ex albo, & non manet aliquo tempore, simul corruptũ est nõ albũ, & factũ est non albũ, trium. n. erit idẽ tp̃s.

¶Tertia ratio constituitur in contradictione generationis et corruptionis. Quę sic procedit ad impossibile, si motus directus & reflexus vnus essent continuus, supponantur esse ex albo in nigrum, et ex nigro in album. Et pariter supponatur, idẽ esse, corrumpi nõ albũ, & fieri album: nam corruptio vnius contrarij, est factio alterius. Tunc sic. Si motio ex albo in non album continuatur illi reflexo ex non albo in album, sequitur (vt monstratum est in ratione prima) ꝙ statim a principio fiebat motus ex albo in album: ex quo fit rursus, ꝙ simul eodem tempore corrumpitur non album, & fit non album Nam motio ex nõ albo in album, quę est corruptio non albi, simul erat cum motione ex albo in non album, quę est factio non albi. Enimuero secundum opinionem tria hęc concurrunt simul, scilicet, fieri album, & corrumpi non album, & rursus ex non albo fieri album. Ex quo fit, vt non solum contrarię, sed contradictorię actiones sint simul, puta corruptio & generatio eiusdem. Et quia in contradictorijs patentior fit repugnantia naturę, quam in contrarijs, ait hanc rationem esse magis propriam, ꝙ superiores, hoc est, quę maiori demonstratione rem euincit.

## C A P. IX.

AMpliùs non si continuum est tempus: & motus, sed cõsequenter, quomodo enim erit vltimum idem contrariorum. vt albationis & denigrationis. Fragmentum eiusdẽ text.


¶Fragmentum hoc superioris textus, quo quarta continetur ratio, poterat quidem in calce superioris capituli collocari: haud tamen inepte initiũ fit capituli noui, propterea, ꝙ hęc ratio ansam prębet subsequenti disputationi de motu circulari. Est ergo ratio quarta, qua respondetur rationi contrarię. Poterat enim quis arguere, ꝙ cum tempus amborum motuum ab. a. ad. c. & c. ad. a, sit continuũ ipsi etiam motus constituant vnum cõtinuum. Respondet, inquam, consequentiam nullam esse, vt. 5. lib. pręhabitum est. Possunt quippe duo contrarij motus sibi succedere, vt albatio denigrationi, in eodem continuo tempore, qui tamen non possunt esse continui. Nam contrariorum, inquit, quomodo erit vnum vltimum, puta vnum punctum quo iungantur? Quasi dicat, nequaquam.

¶Qui autem super circularem fit: erit vnus & continuus. nihil enim impossibile contingit. quod enim ex. a. mouetur: simul mouebitur ad. a. secundùm idem propositum, ad quod enim veniet: & mouetur ad hoc, sed non simul mouebitur contrarijs neque oppositis: non eñ omnis qui est ex hoc: ei qui est ad hoc contrarius est aut oppositus. Sed contrarius quidem est: qui super recta fit. huic enim est contrarius: secundùm locum, vt qui secundùm diametrum fit. distat enim plurimum. Textus. lxxiij.

Opposi-

Oppoſitus autē eſt: qui eſt ſecundū eandem lōgitudinem. Quare nihil prohibet: cōtinuè moueri, & nullo tempore deficere. Circularis enim motus eſt, qui ab eodem in idem. rectus autē: qui ab eodem in aliud. Et qui in circulo quidem fit: nunquam in eiſdem eſt. qui veró ſecundùm rectam, ſæpe in eiſdem. Eo igitur, qui ſemper in alio & alio fit, cōtingit moueri continuè. eo verò qui in eiſdem ſæpe. non contingit. neceſſe enim eſſet: ſimul moueri oppoſitis. Quare neque in ſemicirculo, neq; in alia circumferentia vlla: contingit moueri continuè. ſæpe enim neceſſe eſt: ſecundum eandem moueri, & contrarijs mutari mutationibus. non enim copulatur principio: finis, qui autem circuli eſt, copulatur & ſolus eſt perfectus.

¶ Poſtquam demōſtrauit, ꝙ nullus motus localis rectus poteſt eſſe cōtinuus in perpetuū, hoc eſt, in infinitum ꝓpterea ꝙ non poteſt dari ſpatium infinitum, per quod motus rectus protrahatur, ⁊ tñ motus rectus ⁊ reflexus non faciant vnum, proſequitur vt demonſtret, circularem poſſe eſſe vnum ⁊ perpe[tu]ū. Facit autem in hoc textu duas ratiões quę ſumūtur ex duobus cōtrarijs principijs ad superiora, ⁊ fundantur in duas proprietates contrariorum. Prior eſt hęc. Illud eſt poſſibile, ad quod nullum ſequitur impoſſibile: ex hoc autē quod circularis motus ſit perpetuus, nullum ſequitur impoſſibile: ergo illud eſt poſſibile. Probat minor nā ratio impoſſibilitatis in motu recto ⁊ reflexo erat hęc, ꝙ ſi m[otus] ab a. ad. c. ⁊. a. c. ad. a. erat vnus, fiebat conſequens, vt ſtatim ab initio mobile moueretur ab. a. ad ipſummet. a. hoc autem non inconuenit in motu circulari: quinuero eſt ꝓprietas eius, vt fiat ab eodem pūcto in idem punctum. Etenim quod circulariter mouetur, ſecundum eundē aſpectum ⁊ partium poſitionem reuertitur in idē punctum: vt patet ſi muſca moueatur per circulum: quod autem reuertitur per eandem lineam rectā aut debet retrocedere, vt pars quę erat poſterior, fiat interior: aut debet aſpectum retrouertere: ergo in circulo nihil repugnat motum fieri perpetuum. Declarat hoc amplius: q2 ex hoc non ſequitur hic, ſicut illic, vt idem ſimul moueatur motib9 contrarijs, aut vlla ratione oppoſitis: q2 non omnis motus qui fit ab. a. eſt contrarius ei, qui reuertitur ad ipſum. a. ſed illi ſoli, qui reuertitur per lineam rectam: vt motus ab. a. ad. c. per diametrum cōtrarius eſt ei, qui fit. a. c. ad. a. ꝑ candē diametrum. Qui aūt per ſemicirculū. b. non eſt cōtrarius ei qui fit. a. c. in. a. per ſemicirculū. d.




Et ratio eſt: q2 (vt definitū eſt lib. 5. tex. 24.) contraria ſunt, quę maxime diſtant: maxima autem diſtantia inter duo loca non ſumitur per lineam circularem: eo quod infinitę tales poſſunt duci inter eadem duo puncta: ſed per lineam rectam, quę eſt breuiſſima, atq; adeo omnium diſtantiarū mēſura. Ex quo fit vt contrarietas ſecundum locum non ſit pēſanda penes lineam circularem, ſed penes rectam. Et hoc eſt, qđ ait Ariſtotel. motus diuerſos per eandem diametrum eſſe contrarios, eo quod plurimum diſtāt ſecundū rectam: alios vero per ſemicirculos diuerſos minime. Et ideo nihil vetat ſic continuo fieri motum per circulum, vt nullo tempore deficiat. Circularis enim motus eſt, qui ab eodem in idem fit: rectus autem qui ab eodem in aliud: puta in contrarium extremum quapropter in illo nulla dignoſcitur contrarietas, ſicuti in hoc: ⁊ ideo neq; illi repugnat continuatio, ſicuti huic, dum reflectit. (Et qui in circulo) Subiungit rationem ſecundam ſuperior enim fundatur in eo, ꝙ contraria ſunt illa quę maxime diſtant: hęc vero in hoc quod verſantur circa idem: vt habetur in prędicamentis cap. 10. dealbatio enim, quę eſt in genere coloris, ⁊ fit in ſuperficie, non contrariatur iuſtitię, quę verſatur in actionibus. Eſt ergo ratio huiuſmodi. Motus qui fiunt in circulo, nunquam fiunt per idem medium, ſed pars vna procedit per vnum ſemicirculum, ⁊ altera per alterum: recti autem ſępe fiunt per idem: vt patet in recto ⁊ reflexo per eandem diametrum: ergo illi non ſunt contrarij, ſed iſti, q2 contraria ſunt circa idem. Et rurſus: ergo circulari, quippe ſemper fit per aliud ⁊ aliud punctum, contingit vt poſſit eſſe continuus, ac ſemper vnus recto vero id repugnat: nam contrarij motus non poſſunt eſſe continui. (Quare neque) colligit ex ſuperiori concluſione, nullum alium motum, pręter circularem, eſſe continuum, ⁊ perpetuum: ſiue procedat per ſemicirculum, ⁊ reuertatur per diametrum: ſiue per maiorem minorem ve portionem ſemicirculi: quia vbi linea incipit eſſe recta, pauſatur motus: eo ꝙ recta cum circulari habet ſpeciē contrarietatis: adeo vt finis circularis motus nequeat vniri principio recti: ſolus ergo circularis eſt vnus atq; perfectus.

Manifeſtum autem eſt & ex hac diuiſione ꝙ non alios contingit motus eſſe continuos, in omnibus enim accidit: ſecundum eandem moueri ſæpe. vt in alteratione per media: & in eo, qui eſt quantitatis, per medias magnitudines & in generatione & corruptione: ſimiliter. nihil enim differt: ea pauca vel multa facere, in quibus eſt mutatio aut medium addere quidpiam, vel auferre. vtroq; enim modo accidit per eadem moueri ſæpe. Manifeſtum eſt igitur ex his, ꝙ neque qui de natura diſſerunt bene dicunt, qui omnia ſenſibilia moueri ſemper dicunt. moueri enim neceſſe eſt, aliquo illorum motuum, & maximè ſecundum illos eſt alterari. fluere enim dicunt ſemper, atque diminui. Amplius autem & generatio- Textus. lxxiiij.

nem & corruptionem: alterationem esse dicunt. Ratio autem nunc dixit vniuersaliter de omni motu: ꝙ nullo motu contingit moueri continuè, præterquã circulari. Quare neque secundum alterationem, neque secundum augmentationem. Quod igitur neque infinita sit mutatio vlla, neque continua preter circularem lationē, tot á nobis dicta sint.

¶ In hoc tex. 74. duo infert phi. corollaria. Prius est, ꝙ neq; in vllo aliorum generum motus, esse põt quispiam vnus & perpetuus. Et ratio est: quia in illis, licet appareat fieri circulatio, non fit tamen nisi per modum reflexionis per eadem media. Ratio ergo est talis. Vbi progressio & regressio in motu non fit per diuersa media, vt in circulo, sed per eadem veluti in diametro, non potest esse continuatio motus: vt iam visum est: quia necesse est in puncto reflexionis pausari: in alteratione autem: cum ab albo progredit̃ in nigrum, & a nigro regreditur in album, fit regressio per eadem media: transitur em̄ per sub album & sub nigrum, & viceuersa reuertit̃: ergo cum ex nigro fit reuersio, illic cessatur. Profecto ratio est ingeniosa. Et idem, inquit, vsu venit in augmento & decremento quantitatis: imo vero & in generatione & corruptione. Nam si dum ignis vertitur in aerem, medium aliquod transitur, per idem fit regressio, dum aer vertatur in ignem. (Nihil enim differt) Neque vero, inquit, differt, vnum sit, plura ve media: positiuũ ve (vt in hoc posito exemplo) an priuatiuum: sicut est inter bonum & malum. [Manifestum igitur] secundum corollarium est contra philo. antiquos, qualis erat Heraclitus, de quorũ opinione meminit tex. 23. Aiebãt enim, sensibilia omnia, esse in continuo motu. Hos quippe confutat hic. Quoniam necesse illis erat illud asserere, non de motu circulari scd̃m locum, vt experimento constat, sed, vel de motu recto, vel de motu alterationis: de quo ipsi potissimum loquebantur, dicentes omnia esse semper in continuo fluxu. Imo vero aiebant generationes non esse aliud, quã alterationes quaspiam, qm̄ non agnoscebãt substãtiales formas, sed sensibiles prorsum qualitates. Et tamen ratio proxima vniuersaliter conclusit de omni motu, pręter circularem, ꝙ non possit esse continuus. Concludit ergo epilogũ dicens, satis esse ostensum: ꝙ nulla, pręter circularem, mutatio, potest esse infinita.

Textus. lxxv. Quod autem lationũ circularis prima sit manifestum est. Omnis enim latio, sicut & priùs diximus: aut circularis est, aut super recta, aut mixta. Hac autē necesse est: priores esse illas. ex illis .n. constat. Recta autem: circularis. simplex em̄: & perfecta, est magis in infinitum enim non est: secundum rectã ferri, quod: n. sic est, infinitum non est, sed neq; si esset, moueretur vtique aliquid. non em̄ id fit: quod imposibile est. transire autem infinitam: imposibile est. Ea autem latio, quæ super finita recta fit, si reflectatur, quidem composita est, & duo motus, si verò non reflectat̃: imperfecta est, & corruptibilis. Prius autē & natura, & ratione, & tempore, quod perfectum quidem est, imperfecto est: corruptibili autem in corruptibile. Ampliùs motus prior est, quem contingit ꝑpetuum esse: eo quem non contingit: circularem igitur: contingit perpetuũ esse. aliorum autem: neq; loci mutationem, neque alium vllum. statum enim oportet fieri: si autem status est: corruptus est motus.

¶ In tex. 75. ex superiori conclusione elicit alterã: nempe circularē motũ esse omnium primũ iam em̄ supra text. 55. & infra constituerat, omniũ motuum localem esse primũ: hic autē pergit demonstrare, ꝙ inter locales, circularis est primus. Supponit. n. id, qd̓ textu. 64. pręmiserat, videlicet tres esse species localis motus. s. circularem, qui fit per semicirculum, & rectum, qui fit per diametrum, & mixtum qui constat ex vtroq;. Et ꝙ hoc tertio alij sint priores, inde constat, ꝙ partes semper sunt priores toto. At ꝙ recto circularis sit prior ꝓbat ratione duplici. Prior est hęc. Id qd̓ est simplex & perfectum prius est illo, qd̓ non adeo simplex neq; perfectum circularis autē motus simplicior est ac perfectior recto, ergo prior. Probat prius minorem ex eo, ꝙ motus circularis, põt esse infinitus, vt dictum est, rectus vero minime. Nam vel fieret infinitus, extensus per magnitudinem infinitã: & hoc non: tum qr neq; talis magnitudo est possibilis: tum etiã qr neq; si esset posset pertransiri, atq; adeo neque motus in illa fieri posset infinitus. Vel fieret ĩfinitus per reflexionem super eãdem finitam magnitudinem iteratus: & hoc non, qr ille motus [vt dictum est] non esset vnus, atq; adeo neq; simplex, sed cõpositus ex duobus. Id autē, qd̓ est infinitum, est ꝑfectum: qr nulla ei fieri potest additio: & simplex: qr non constat ex motibus duobus: estq; adeo incorruptibilis: qr non abrumpit̃ dum venit ad terminum vnde reuertit̃: rectus vero, si reflectat̃, non est simplex, neq; vnus, si autē non reflectatur, est imperfectus: qr põt ei fieri additio: & est pręterea corruptibilis: qr mobili ꝑueniente ad terminũ, cessat. Ecce minorē. Maior autē cõstat, qr perfectum imperfecto, & corruptibile incorruptibili perfectius est. [Amplius] secunda ratio est hęc. Perpetuũ prius est temporali. sicut & ęternitas, tēpore, quia temporale dependet a perpetuo: circularis autem mot⁹ perpetuus est: rectus vero, temporalis: ergo circularis est prior secundum tempus.

Textus. lxxvj. Rationabiliter autem accidit: circularem vnum esse. & continuum, & non enim, qui super recta fit. eius enim, qui super recta fit: determinatum est & principiũ, & mediũ & finis, & oĩa habet

in seipso

in seipso. Quare est: vnde incipiat qd mouetur & vbi desinat. apud terminos quiescit omne aut vnde aut vbi. Ipsius auté circularis: indeterminata sunt. cur enim magis quoduis eorum quæ sunt in linea: terminus erit? similiter enim vnumquodque: & principium, & medium & finis est, vt semper id, quod mouetur, sit quodammodo in principio, & fine, & nunquam in vno eorum tantùm. Quare mouetur & quiescit quodammodo: sphæra. eundem enim occupat locum, causa autem est: quoniam omnia hæc acciderunt ipsi centro principium enim, & medium magnitudinis, & finis est. Quare fit vt propterea quod hoc extra circunferentiam, est, sit vbi, id quod fertur quiescat, quasi transierit. semper enim fertur circa medium: sed non ad extremũ propterea autem quòd hoc manet, & semper quiescit quodammodo totum, & mouetur continuè. Accidit autem econuerso. etenim quoniam mensura motuum circulatio est: primam necesse est ipsam esse. Omnia enim: mensurantur primò. & quia primò est: mẽsura est aliorum. Ampliùs autem & regularem contingit circularem esse solum. qui enim super recta fiunt. irregulariter & á principio feruntur, & ad finem omnia enim quanto plus distant ab eo quod quiescit feruntur velocius. Circularis autem: solius neq; principium fini in ipso natura est, sed extra.

¶Superioribus rationibus, quę a propria natura circularis motus proficiscebantur adhibet ꝛ hoc textu.76. tres alias dialecticas. Hoc enim sonat rationabiliter. Porro autem prima ex legitima philosophia deprõpta est. supponit enim in linea recta palam esse tria puncta, initium, scilicet, medium ꝛ finem: quę puncta sunt in linea ipsa: in qua idcirco facile est designare vnde incipiat motus ꝛ vbi desinat: fit enim (vt libro.5.textu.54. visum est) inter duas quietes. Ab vna quipppe incipit, ꝛ in alteram terminatur. Circularis autem linee indeterminata sunt talia puncta: nulla siquidẽ ratio extat, cur vnum punctũ lineę, initiũ sit, medium ve, aut finis, potius q̃ aliud vnũ quodlibet. Quinuero vnũquodque potest ratione cõcipi tãquam principiũ, medium ꝛ finis, quia quodlibet est finis precedentis portionis circuli, ꝛ initium sequentis, atque adeo medium vtriusque. Qua vtique ratione id, quod in circulum vertitur, semper est in initio, ꝛ medio, ꝛ in fine. Ex quo rursus fit consequens, vt sphera. (vt libro.6.tex.42. dictũ est) simul mouetur quodammodo, quia mutat locum secũdum partes ꝛ quodammodo quiescit qm̃ secundum totã nõ mutat locum. (Causa aũt est) subdit causam, cur huiusmodi puncta nõ sint determinata in circulo: videlicet quoniam centrum circuli, est eius initium: nimirum vnde omnes lineę prodeuntes sunt ęquales, ꝛ est pariter finis in quẽ lineę a circunferentia conductę terminantur: et est medium, circa quod vertitur circunferentia. Quocirca hęc tria puncta non sunt in ipsa linea circunferentię, sicuti in recta, vt mobile transeat talia puncta, quoniam centrum, quod eorum vice fungitur, est extra circunferentiam ob, idque motus circularis non fit transeundo media, ꝛ tendendo in extrema: sed fit semper circa medium. Et qz illud medium semper est fixum sphera quodammodo quiescit secũdum se totam in loco: sed mouetur secundum rationem partium transeuntium per pũcta circunferentię. Est ergo forma syllogismi hęc. Omnis ille motus, qui nunquam est in principio ꝛ in fine, est continuus quia motus non interpolatur nisi in talibus extremis: motus autem circularis est huiusmodi: ergo est continuus. Et per contrariam rationem motus rectus non potest esse perpetuo continuus (Accidit autem) Secunda ratio est hęc. Id quod est enim prius in aliquo genere, ꝛ quod est omnium mensura, conuertuntur: sicuti vnitas que est initium numerorum, est omnium mensura vt.10.meta.textu.4.constitutum est: motus autem circularis est mensura omnium aliorũ [vt textu.133.demonstratum reliquit] ergo est primus. Et econuerso quia primus est, fit, vt sit mensura, aliorum. Imo vero hęc est ratio a priori: nempe quia primus, ideo est mensura (Amplius) tertia ratio est superioris expositoria: nam ob id ꝙ motus cęlestis regularissime fit, est aliorum mensura. Supponatur (ex libr.5.tex.44) illum esse motum regularem, qui ęqua fit velocitate per omne tempus. Tũc si motus regularissimus est primus quia inde habet vt sit aliorum mensura: circularis est regularissimus: ergo primus. Declaratur minor. Motus rectus, si sit naturalis, velocior est in fine quam in principio, eo ꝙ quanto propinquius est suo fini, auidius fertur, atque adeo intensior fit eius impetus: in motu autem violento vice versa, quo distantius fit mobile, a mouente, eo segnius mouetur ex remissiori impetu. Ratio autem huius varietatis est propter extrema, quibus motus terminatur. Igitur cum circularis non fiat secũdum se totum ab aliquo vel ad aliquod punctum sed circa idem medium: nulla est ratio inequalitatis in celeritate. Et ideo, ꝙ regularis, fit, vt sit primus, ob idque adeo per illum certiores efficimur de motibus horũ inferiorũ. In hoc enim nobis horologia inseruiunt vt, ꝑ illa nobis innotescant horę quę sunt ęquales portiones solaris lationis.

Quod autem ea, quæ est secundum locum mutatio, primus motuum sit: testantur omnes, quicunque de motu fecerunt mentionem, principia enim, ipsius tribuunt mouentibus secundum Textus. lxxvij.

huiusmodi motum: disgregatio enim & congregatio: motus secundum locū sunt. sic enim mouent amicitia & lis: ipsarum eñ hæc disgregat, illa autem congregat. Atque intellectum primum mouente dicit Anaxagoras: disgregare. Similiter autem: & quicunque talem quidem nullam causam dicunt, sed propter vacuum moueri dicunt. Etenim hi eo quod secundum locum est motu, naturam moueri dicunt. motus enim, qui propter vacuum fit loci mutatio est, & vt in loco. Aliorum autem nullum in esse primis: sed ijs, quæ sunt ex his, putant, augmentari enim & diminui, & alterari, cùm congregantur & disgregantur impartibilia corpora: dicunt. Eodem autem modo: & quicunque per densitatem, aut raritatem conficiunt generationem, aut corruptionem congregatione: enim & disgregatione hæc disponunt. Amplius autem & præter hos qui animam causam motus faciunt. ipsum enim seipsum mouent principium esse dicunt eorum, quæ mouentur. mouet autem animal seipsum, & omne animatum: eo, qui secundum locum est motu. Et propriè autem moueri dicimus solum qđ mouetur eo, qui secundum locum est, motu. si autem quiescat quidem in eo dem. augmentetur autem, aut diminuatur, aut alteretur: quodammodo moueri simpliciter autem moueri non dicimus. Quòd igitur semper & motus erat, & erit omni tempore, & quodnā sit principium perpetui motus, ad hæc autem quis motus primus, & quem motum perpetuum cōtingit solum esse, & quod primum mouens immobile sit, dictum est.

¶Tandem in hoc text. 77. confirmat sententiā suā authoritate antiquorum: non quidem ꝙ motus circularis, sed ꝙ motus localis sit primus. Nam vtcunque antiqui de principijs hallucinati sunt in hoc tamen omnes recidebant, ꝙ primus omnium motuum fuerit localis. Et continet hic tex. membra. 7. Primo opinionē Empedoclis qua posuit mundum amicitia dissolui, cum partes cōfluūt in chaos, lite vero constitui, dum inde disgregantur. Disgregatio nanque & congregatio motus locales sunt. (Atque intellectum) idem fatebatur Anaxagoras, qui posuit separatam mentem esse primam causam mundi. Id enim efficiebat mens per eandem disgregationem, quam Empedocles adscribebat liti. (Similiter autem) eodem prorsus relabebatur Democritus, qui nullā cognoscebat causam efficientem, se docebat, omnia per se moueri ad replendum vacuū: talis quippe motus localis est. Aliorum autem motuū nullum aiebat in esse primis, sed ex primis fieri: hoc est alterationē, & augmentationem non aiebat esse primos motus sed fieri ex congregatione, aut disgregatione atomorum ad replendum vacuum, quę erant corpora impartibilia. (Eodem autem modo) Quarto idem quoque fatebantur & Parmenides & Melissus, & reliqui, qui ponebant omnia esse vnum principium materiale puta aquam vel ignem vel aerē, ex quo principio omnia dicebant generari. Apud hos nāque generatio & corruptio rerum non fiebat nisi ꝑ quandam rarefactionem, aut condensationē: quę sunt motus locales partiū: puta dilatatio a medio, vel contractio ad medium. (Amplius autem) Quinto & Plato ipse, qui dicebat, animam eo ꝙ seipsam mouet, esse omnium principium [animam autem appellabat, primam ac diuinam causam) tenebatur idem confiteri. Nam motus, quo animal & omne animatum se ipsum mouet est ille, qui est secundum locum per quem adeo prima causa deberet se ipsā omniaque mouere. (Et proprie) Sexto id demum confirmat vulgari opinione. vulgus. n. ea prorsus existimat moueri, quę secundum locum mouentur Si quid autem quiescat in eodem loco, quamuis augmentetur, diminuatur ve, aut alteretur, id quodammodo quidē moueri concedimus, simpliciter autē moueri negamus: documentum ergo est hoc ꝙ motus localis sit omnum primus, ac dignissim⁹. (Quod igitur semper) Septimum hoc membrum collectio est omnium supradictorum. Proposuerat nanque tex. 23. diuisionem illam quinque membrorum. s. aut omnia semper moueri, aut omnia semꝑ quiescere &c. intendens quitum membrum constituere: nempe, eorum, quę sunt alia quandoque moueri, & quando quiescere, vt sublunaria: alia vero semper quiescere, vt primum motorem: alia vero semper moueri: vt cęlestes orbes. Concludit igitur iam esse monstratum, motum semper fuisse, & semper fore, id quod absoluit in viginti prioribus textibus. Deinde monstrauit, quod nam sit principium perpetui motus. nam primus motor immobilis quod ostendit textu. 52. Atque adeo demonstrauit quisnā motus sit primus, ac perpetuus, atque adeo ꝙ primum mouens sit immobile.

## CAPVT. X.

QVOD autē hoc necesse est impars esse, & nullā habere magnitudinem nūc dicamus primum de prioribus ipso definientes. Horū autē vnū quidē est quòd īpossibile est vllum finitum mouere infinito tempore. Tria enim sunt. quod mouet Textus lxxviij.

uetur, & mouens, & tertium in quo, scilicet tempus. Hæc autem, aut omnia infinita sunt, aut omnia finita: aut aliqua vt duo, aut vnum. Sit igitur .a. mouens: quod autem mouetur, b. tempus infinitum: in quo .c. ipsum. d. igitur moueat aliquam partem ipsius .b. quæ sit in quo e. Non igitur in æquali ipsi .c. in maiore enim maius. quare non est infinitum tẽpus illud, quod est ipsius .f. Sic itaq; ipsi d. addendo consumam ipsum .a. & ipsi. e. ipsum .b. tempus autem, non cõsumã semper. Quare totum .a. totum .b. mouebit, in tempore finito ipsius .c. non ergo posibile est, à finito moueri aliquid secũdum infinitum motum. Quod igitur non contingit finitum infinito tempore mouere, manifestum est.

¶ Postquam ĩ superioribus de perpetuitate primi motus, & immobilitate primi motoris satis dictum est in hoc tandem postremo capite de primo motore demonstrare adornat, ꝙ sit impartibilis, hoc est incorporeus. Id autem colligit ex eo, ꝙ est infinitę virtutis: acsi eiusmodi virtus in magnitudine inesse nequeat. Ob idque in hoc textu probat, primum motorem infinita vigere virtute. Et est profecto phrasis eis nodis implexa, vt sit non solum intellectu, verum & creditu non facilis. Syllogismus autem hic cõcipiendus est iste. Impossibile est virtutem finitam quippiam tempore infinito mouere: virtus primi motoris mouet primũ mobile tempore infinito: ergo non est finita, sed infinita. Ad maioris autem demonstrationẽ supponit, tria esse in motu consideranda, videlicet mobile, & mouens & tempus in quo fit motus. Et contendit probare hęc tria debere semper esse eiusdem rationis: nempe, ꝙ si aliquod illorũ sit infinitũ, & reliqua debent esse infinita. Et q2 ratio procedit ad impossibile, petit contrarium a respondente. Detur enim, inquit .a. mouens finitum scilicet virtutis vt quatuor quod mouet. b. mobile. quadrupedale per .c. tẽpus infinitũ. Tunc sequitur, inquit, ꝙ .d. pars ipsius .a. quę sit .v.g. virtus vt vnum, mouebit .e. quę sit quarta pars ipsius .b. & non in ęquali tempore ipsi .c. sed in minori: quia totum mobile maiori tẽpore indiget, quã minus. Tempus ergo .f. in quo d. mouet .e. necesse est vt sit finitum: siquidem est pars totius .c. Tunc rursus sequitur, ꝙ pars duplo maior quã .d. mouebit partem mobilis duplo maiorem, quã .e. in duplo maiori tempore ꝙ̃. f. & pars tripla, partem triplam in triplo maiori tempore: ergo tota virtus .a. mouebit totum in tempore quadruplo ad .f. quod ideo erit finitum: quandoquidẽ excedit .f. proportione finita. Et hoc est, quod ait, ꝙ addendo ipsi .d. consumetur totum .a. & addendo ipsi .e. consumetur totũ .b. nunquam autem consumetur tempus: quia est infinitum. Cõcluditur igitur ꝙ nihil a virtute finita potest moueri tempore infinito. Neque vllius est momenti redargutio Auicennę, ꝙ in corporibus cęlestibus nulla potest fieri subtractio, aut diuisio vel mouentis, vel mobilis, quoniam argumento Aristotelis nihil refert subtractio re fiat, an sola cogitatione possumus enim partiri ad imaginationem virtutem cęli motricem & mobile ipsum. Maioris autem multo ponderis est bina alia dubitatio tum in conclusione tum etiam in ratione Aristotelis. In ratione quidẽ, quoniã illatio illa. Si tota .a. virt9 mouet totũ .b. in aliquo tẽpore, pars illius virtutis mouebit partẽ in minori tẽpore, nulla porro est. Quin vero suã ipsi9 regulã auersatur superiori li. tex. 36. qua docuit, ꝙ si virt9 aliqua mouet mobile in certo tẽpore, media virtus mouebit medietatem resistentię tempore ęquali: quoniam vt declaratum est .q. 4. eiusdem lib. eadẽ est proportio medietatis ad medietatem, quę totius ad totum: quapropter eadem erit motus cęleritas. Conclusio autem cum veritate ipsa aperte pugnat: nam constat intelligentiam finita virtute secundum eundem Aristotelem mouere orbem tempore infinito: ad quod satis est, vt virtus sit incorruptibilis, et indefessa. Ad primum autem respondendum quod duplex est comparatio temporis motus, vna quidem ad partes spatij & altera ad partes mobilis. Si fiat comparatio ad partes spatij, argumentum hoc nostrum concludit, ꝙ dimidia virtus eodem tempore mouebit per idem spatium dimidiatum mobile: quo tempore tota mouet totum: quia est eadem proportio: si vero comparatio fiat ad partes mobiles, tunc si totum quadrupedale mobile pertranseat certo tempore per designatum signum in spatio fixum, medietas illius mobilis transibit per idem signum in dimidiato tempore. Medietas enim solis exurget per orizontem in medietate tẽporis, quo totus exoritur vt libr. 6. text. 48. & 90. monstratum est. Hanc ergo comparationem temporis ad partes mobiles sequitur hic Aristoteles. Sed tunc recurrit altera dubitatio de conclusione: nam si superius ostendisset, primum motorem mouere mobile tempore infinito, si vt motu recto duraret transitus per idẽ signum tempore infinito, probe demonstrasset virtutem mouentis infinitam: quia tunc illud mobile deberet esse infinite longum veruntamen cum non demõstrauerit, nisi ꝙ moueat orbem tempore infinito per finitum spatium quod perpetuo circulo recurritur, non subinde hic commonstrat virtutem motricem infinitam, sed solum quod motor duret tempore infinito. Caietanus in suo illo infinito opusculo de infinitate Dei nescio quam excogitauit distinctionem, per se, & per accidens, nempe, ꝙ vt virtus moueat per accidens tempore infinito, sat est, ꝙ ipsa duret tempore infinito, licet sit intensionis finitę, attamen vt per se moueat tempore infinito, requiritur inquit, ꝙ sit intensionis infinitę. Hoc tamen profecto nulla ipse ratione corroborat, quin responderi semper possit, quod per se mouere tantum mobile, & tanta celeritate, competit intensioni virtutis, sed ad mouendum tanto tempore etiam per se, solum requiritur duratio virtutis. Et ideo multo est apparentior glossa hic Sancti Thomę qua ratio per se infinitatis motus explicatur. Ait quippe, quod virtus primi motoris, ex qua virtutes alię intelligentiarum deriuantur, debet sic esse infinita, vt sit causa illius infinitatis motus, qui per se & intrinsece est infinitus: nam id quod est per accidens, debet reduci ad id quod est per se. Per se autem infinitas motus est illa, quę conuenit mo-

Caietanus

S. Thom.

 bili

bili ab intrinseco ratione suarũ partium: qꝛ videlicet cum habeat infinitas equales, nunquam posset eius transitus per aliquod signum finiri. Sicuti si sol esset infinitus, nũquam totus posset oriri per orizontem: infinitas autem motus per accidens est que non conuenit mobili ratione partium infinitarum ab intrinseco, sed ꝓpter figuram motus: nẽpe qꝛ fit circulariter per infinitas repetitiones eiusdem finiti spatij. Intelligentię quidem sunt causę illius infinitatis motus, quę est per accidens: requiritur ergo, vt earũ causalitas reducatur in primã causam, quę posset efficere motum, qui per se esset infinitus, si esset possibilis. Et hoc per se ⁊ per accidens multo est explicatius illo Caietani: nam explicatur hic ratio, non solum per se causę quę ratio videt ad libitum conficta, sed per se infinitatis motus ex parte mobilis. Et si quid certi Arist. hic ꝓposuit demõstrare, reuera non fuit, nisi hoc, ꝙ nõ potest virtus aliqua mouere mobile tẽpore infinito, hoc est infinitatem per se motus efficere, nisi faciendo illud transire per certum signum, taliter, vt in perpetuũ duraret motu recto transitus omnium partium: quod fieri non posset, nisi mobile esset infinitę quantitatis, atq; adeo virtus esset infinita simpliciter.

Textus lxxix.

Quod autem omnino non contingit in magnitudine finita, infinitam esse potentiam, ex his manifestum est. Sit enim maior potẽtia semper, quæ æquale in minori tpe facit. vt quæ calefacit aut dulcefacit, aut proijcit, & oĩo mouet. Necesse est ergo & finito quidem infinitam autem habente potentiam pati aliquid patiens & plusquam ab alio. maior enim est: infinita potentia.

At vero tempus quidem non contingit esse vllum, sit enim in quo .a. tempus, in quo infinita vis calefacit, aut pepulit .a. b. autem: in quo finita quædam ad hanc maiorem semper accipiendo finitam, perueniam aliquando ad id, qđ est in .a. tempore mouisse. ad finitum eñ semp addens, excedam omne determinatum & auferens faciã similiter. In æquali ergo tempore mouebunt, finita ac infinita. hoc autem est impossibile. nullum itaque finitũ, contingit infinitam potẽtiam habere.

¶ Consequenter tex. 79. Probat ꝙ virtus infinita non põt esse in magnitudine finita: vt ex superiori ⁊ ista concludat, Deum expertẽ esse magnitudinis molis. Ubi considerandũ est, non satis esse probare ꝙ nõ possit esse in magnitudine finita, sed simpliciter ꝙ non põt esse in magnitudine. At qꝛ li. 3. satis demonstrauit, impossibile esse magnitudinem infinitam: ⁊ maxime in primo motore: nam tũc nulla esset alia res, quã moueret, ꝓponit non esse virtutem infinitã in magnitudine finita. Ratio tamẽ quã adducit, simpliciter probat ꝙ nequeat esse in magnitudine: ⁊ ita nos cõcludemus. Demonstratio autem hęc deducit item sic ad impossibile. Si virtus infinita esset in magnitudine: illa moueret in nõ tempore: motũ autem fieri nõ tempore, est impossibile: ergo ⁊ infinitã virtutem esse in magnitudine. Itaq; non vult hic probare possibilem esse motũ in nontẽpore. Quinuero ex hoc impossibili concludit, aliud esse pariter impossibile. Supponit igitur, ꝙ maior virtus in minori tempore ęqualem facit effectũ illi, quẽ minor virtus faceret in maiori tempore, vel in eodẽ facit maiorẽ. Ex hoc autem fit, vt quicquid patiatur a potentia infinita, maiorẽ effectũ suscipiat, quã si pateretur ab infinita; quoniã infinita, maior est quã finita. [At vero tempus quidem inquit, non contingit esse vllũ] Ac si dicat, eiusmodi tamen passio ⁊ motus in nullo fieret tempore, sed in non tẽpore: qđ est impossibile. Probatur autem hęc minor. Detur oppositum, ꝙ infinita virtus in .a. tẽpore facit vnum certũ ac finitũ motum puta in vna hora: ⁊ sit virtus alia finita, q̃ eundẽ faciat motum in tpe maiori, puta duplo, vel decuplo, nihil .n. refert, ꝙ sit .a. b. tunc sic. Quacunq; potentia finita põt dari maior, etiam finita. Detur ergo maior, q̃ in tempore minori quã .a. b. perficiat eũdẽ motũ: ⁊ rursus alia maior, q̃ in tempore etiã minori efficiat eundẽ motũ. Perueniet ergo sic ascendẽdo ad virtutem finitã, q̃ in tẽpore .a. efficiat eundẽ motum, quẽ virtus infinita in eodẽ perficiebat. Et hoc est, qđ ait, ꝙ addendo ad virtutẽ finitã, ⁊ auferendo a tẽpore maiori, perueniet ad id, qđ eodem tẽpore infinita virtus ⁊ finita ꝑficient eundẽ effectum. Quod cũ sit impossibile, infertur, ⁊ impossibile esse infinitã virtutẽ existere in magnitudine. Percontaris autem, quid opus erat collocare hic virtutem infinitã in magnitudine ad concludẽdũ ꝙ moueret in tempore. Cur inquam nõ intulit, impossibile esse infinitã dari virtutem etiã extra magnitudinem: siquidem vbicunque esset moueret in non tẽpore. Cõmentator nescio quid super hoc comminiscitur. Ait enim, ꝙ quia finitum ⁊ infinitum (vt in vltimo tex. lib. 1. visum est) non conuenit nisi quantitati, vt loqueretur proprie de infinita virtute, constituit eam in mole. Hoc autem manifeste est contra Aristotelẽ, qui superiori tex. ex eo ꝙ prima causa mouet infinito tempore, intulit ꝓprie ac simpliciter esse infinitam ⁊ inde rursus hic inferre contendit, nõ esse in magnitudine. Et preterea est contra rationem: nam cum virtus sequatur perfectionem formę: ⁊ quo forma abstractior est a materia perfectior sit consequitur, vt ratio infinitatis multo sit congruentior separatę formę, quam materiali, quę tamen dicitur infinita ex parte materię: eo scilicet, ꝙ est absq; termino ꝓtensa. Respondendum ergo est ad interrogationem, ꝙ per virtutem in magnitudine intendit illam, quę non potest agere nisi secũdũ suam totam potentiam: qualis est virtus in igne. Nam immaterialis spiritualisq; virtus nõ est necesse, vt semper agat scđm vltimũ suę potentię: quia cum (vt habetur .3. de anima text. 6. ⁊ 46.) intellectus non sit virtus corporis, virtus spiritualis debet esse intellectualis: talis autẽ virtus non agit secundum totam naturalem formam sed scđm illam, quã apprehendit: vt patet in ędificatore. Et ideo si virtus infinita esset in magnitudine, ageret quidem secundũ vltimũ suę potentię, puta infinita velocitate, atque adeo in non tempore quod est impossibile. Id autem non sequitur de infinita virtute spirituali que agit per intellectũ

vt q.

vt.q. 5. exactius patebit. Uide quomodo ratio Aristo. non ſolum probat infinitam virtutem nõ poſſe eſſe in magnitudine finita, verum ꝙ neqꝫ in vlla magnitudine.

Textus. lxxx.

Neque igitur in infinito: finitam attamen contingit in minori magnitudine maiorem potentiam eſſe. ſed adhuc in maiori maiorem. ſit igitur id in quo. a.b. infinitum, pars igitur. b. c. habet potentiam aliquam: quæ in aliquo tempore mouit. b. in tempore ſcilicet in quo. f. Si igitur ipſius. b. c. duplum accipiam: in dimidio mouebit tempore ipſius. e. f. ſit enim hæc proportio. Quare in f.h. mouebit. ergo ſic accipiendo ſemper ipſum. a.b. nunquam trãſibo. tempore autem dato: ſemper minus accipiam. Infinita ergo potentia erit. omnẽ enim finitam potentiam excedit. Omnis autem finitæ potentiæ: neceſſe eſt finitum eſſe & tempus. ſi enim in quodam tanta maior in minori quidem, ſed determinato mouebit tempore ſecundũm cõuerſionem ꝓportionis. Infinita autem omnis potentia eſt: vt & multitudo, & magnitudo, quæ excedit omnẽ finitam.

¶ Subſequenter in tex. 80. conuertendo ſuperiorem concluſionem, demonſtrat, ꝙ neque in magnitudine infinita poteſt eſſe finita virtus. Non quod eſſet concluſio hęc ad propoſitum, neceſſaria, ſed quod annexa erat, ⁊ affinis ſuperiori. Et quia poſſet quis ſtatim obuiare. Contingit enim in minori magnitudine maiorem ineſſe virtutem, vt in minore igne cumulatior viget, quam in maiori aere, indeque ſequitur, ꝙ proportio virtutis non conſequitur quantitatem molis, atque adeo videtur ſubſequi vt in aere infinito, poſſit eſſe finita virtus Admittendo antecedentia, negandoqꝫ hãc poſtremam conſequentiam, ait ꝙ licet in minori magnitudine contingat eſſe maiorem potentiam, vt in igne, nihilominus magnitudo aeris poteſt multiplicari, vt attingat virtutem ignis: magnus enim aer pollebit tanta virtute, quanta eſt in paruo igne atque adeo multiplicata aeris magnitudine in infinitum, pari ratione multiplicabitur ⁊ potẽtia: vnde fit conſequens vt in quacunque magnitudine infinita ſit maior virtus, quam in quacunque finita. (Sit igitur) Reuertitur ergo ad demonſtrationem. Sit, inquit. a b. virtus finita magnitudinis per impoſſibile infinitę. Omnis autem finitę potẽtię (vt ait paulo inferius) neceſſe eſt tempus eſſe finitum in quo mouet. Nam licet quo maior eſt potentia, eo in minori tempore moueat, tamen quacunque finita data, mouebit tempore determinato, ſecundum conuerſionem proportionis, vt quantum addetur potentię dematur de tempore. Hoc ſuppoſito, detur vna alia virtus finita magnitudinis etiam finitę, quę ſit. b c. illa etiam mouebit ipſum. d. quod. v. g. mouebatur a potentia finita magnitudinis infinitę: ⁊ mouebit illud in tempore certo, puta. e f. Tunc ſi dupletur ea magnitudo, duplabitur potentia, quę ideo mouebit idem. d. in duplo minori tempore, ſcilicet. f h. ⁊ eadem ratione ſic multiplicando potentiam. b c. imminuetur tempus, in quo mouebitur. d. at vero nunquã b c. poteſt ſuperare potentiam. a b. quia nunquam ſua magnitudo poteſt adęquare magnitudinem alterius, quę eſt infinita: ⁊ in magnitudine infinita (vt iam oſtenſum eſt) non poteſt negari: quin ſit virtus maior, quam in quacunque finita: eo ꝙ creſcente magnitudine, neceſſe eſt. vt creſcat aliquantum virtus.

Eſt autem & ſic demonſtrare ho. accipiemus enim quandam potentiam eandem genere ei, quę eſt infinita magnitudine, in magnitudine finita exiſtentem: quæ menſurabit eam, quæ infinita eſt finitam potentiam. Quod igitur non infinitam contingit eſſe potentiam infinita magnitudine. neque finitam in infinita: ex his palam eſt. Textus. lxxxj.

¶ Subdit ſecundam demonſtrationem, quę a ſuperiori hoc tantum differt, ꝙ illa accipiebat magnitudinem finitam alterius generis ab infinita: hęc autem aſſumit ambas eiuſdem generis. Si videris, inquit finitam virtutem aeris ſub magnitudine infinita, tunc ſequitur poſſe dari aliquam virtutem finitam itidem aeris eidem ęqualem ſub magnitudine finita: nam detur. v. g. ꝙ illa virtus finita infiniti aeris ſit vt centum ⁊ ſignetur altera vt vnum: tunc eadem centuplicata, erit ęqualis alteri: ⁊ tamen ſua magnitudo ſemper erit finita, conſequens autem eſt impoſſibile: nã in ſubſtantijs eiuſdem generis nulla ſubeſt cauſa, cur ſub ęquali magnitudine non vigeat ęqualis virtus: adminus cur ſit tãtum interuallum, vt in magnitudine infinita non ſit maior, quam in altera finita.

De his autem, quæ feruntur, bene ſe habet dubitare quandam dubitationẽ primum. Si enim omne quod mouetur, mouetur ab aliquo quęcunque non ipſa ſeipſa mouent, quomodo mouentur aliqua continue non tangente eo quod mouit vt proiecta? ſi autem ſimul mouet & aliud quid. is qui mouit vt aerem, qui cum mouetur mouet ſimiliter impoſſibile eſt primo non tangente neque mouente moueri. ſed ſimul omnia & moueri & quieſcere: cum id, ꝙ primo mouet ceſſauerit & ſi facit quẽadmodũ lapis: veluti ſi mouet id ꝙ mouit. Neceſſe autẽ eſt hoc quidẽ dice Textus. lxxxij.

re

re, quod primum mouens facit vt poſſit mouere aut aer, hic aut aqua, aut aliud quid huiuſmodi, quod aptum natura eſt mouere & moueri, ſed non ſimul ceſſat mouere & moueri, ſed moueri quidem ſimul cum mouens ceſſauerit moueri, mouens autem adhuc eſt quapropter mouetur quid alij contiguum, & in hoc eadem ratio eſt. Ceſſat autem: cum in ipſo contiguo minor fuerit virtus, quam vt moueat. tandem autem ceſſat: cum non amplius fecerit prius mouens, ſed motum patiens ſolum hæc autem neceſſe eſt ſimul ceſſare: hoc quidem mouere, hoc autē moueri & totam motionem. Hic igitur in his, quæ poſſunt aliquando quidem moueri, aliquando quidem quieſcere, fit motus. & non continuus, ſed videtur. aut enim exiſtentium conſequenter eſt aut ſe tangentium. non enim vnū mouens eſt: ſed contigua ad inuicem ſunt. Quapropter & in aere & in aqua fit huiuſmodi motus, quem dicunt quidam antiperiſtaſin eſſe. Impoſſibile autem eſt aliter dubitata ſoluere, niſi dicto modo. Antiperiſtaſis autem ſimul omnia moueri facit & mouere. quare & ceſſant. Nunc autem videtur vnum aliquid continue moueri à quouis, non enim ab eodem.

¶ Conſtituit ergo hactenus duas pręmiſſas, ſcilicet primum motorem eſſe virtutis infinitę, infinitamque ineſſe non poſſe magnitudini. Veruntamen antequam inde concluſſionem eliciat, videlicet eundem primum motorem alienum eſſe a magnitudine molis, interſerit hoc textu quādam dubitationē, quę definitu neceſſaria eſt, nē quis poſſet ratiocinationem cauillare. Dictum enim eſt ſupra ꝙ animalibus demptis, quę a ſeipſis mouētur reliqua mouentur ab alio: nunquam tamen monſtratum eſt a quo moueantur proiecta, poſtquam proijciens moueri ceſſauit: nam cum demonſtratum ſit omne agens agere per contactum videntur non moueri tunc a proijciente. Et ille cui hoc appareat ęqua ratione reſpondebit, quod primus motor licet cepit omnia mouere, non tamen continuo ſemper mouet tempore infinito, atque adeo neqꝫ inde probabitur, eſſe infinitę virtutis. Hac vtiqꝫ de cauſa huc induxit quęſtionē hanc Ariſtote.

Ait ergo congruens eſſe dubitationem hanc prius terminare nempe. Si omne quod mouetur (pręter animalia: que ſeipſa mouent) neceſſe eſt, vt ab alio moueatur quomodo fieri poteſt, vt continue moueantur proiecta, non tangente proijciēte hoc eſt, poſtquam eminus ab eo ſunt elōgata. (Si autē ſimul) Recitat ſolutionē quam quippiā dicunt fuiſſe Platonis non vt prorſus reijciat, ſed vt apertius exponat. Solutio eſt ꝙ proijciens ſagittā vel lapidem vna percuſſit proximum ſibi aerem, ⁊ ille rurſus alium, quę quidē impulſę aeris vnde deferunt ſagittam. Sicuti apparet in aqua, dum iniectus lapis vndas in gyrū expandit ad ripam vſque, quę ſecundę ferunt natantem ramuſculum. Ait igitur reſponſum non abunde ſic nudum ſatiſfacere: nam ſimiliter eſt impoſſibile, vt primo nō tangente, hoc eſt, non mouente, cętera mota moueant: vt iam ſupra declaratum eſt tex. 34. ⁊ habetur. 2. meta. tex. 6. Et ideo ſubdit ꝙ neceſſe eſt primo motore mouente, omnia mouere ⁊ eodem quieſcente, omnia quieſcere (Et ſi facit quemadmodū lapis) Placet hic nomen lapidis per antonomaſiam vſurpari pro magnete: vt Argyropilus tranſfert, quem Albertus, ⁊ plerique ſequuntur. At ſit ſenſus, ꝙ qñ res mouet mota ab alio, nihil refert, fiat ne per impulſionē, vt dictū eſt an ꝑ attractionē vt ſi ferrum motum a magnete ſecū traheret paleam ceſſante motu magnetis ceſſauit ⁊ ferrum paleam vehere. (Neceſſe aūt eſt) Explicat ſententiam propriam, quę in hoc conſiſtit videlicet, ꝙ primum mouēs, puta iaciens lapidem, dat aeri vel aquę circunſtanti vt moueatur, ⁊ vt moueat lapidē: ſiquidē aer ⁊ aqua apta ſunt media, vt moueantur ⁊ moueant, nā quia facile cedunt percutienti, poſſunt deferri proiecta. At vero virtus motiua, ⁊ paſſiua motio, non ſimul ceſſant, ſed prius aer vel aqua moueri ceſſat quam mouere quod patet primo ratione: qꝛ datur mouens non motū, vt patet in primo motore, moueri aūt ſemper dependet a mouēte, ob quā rationem re ceſſante moueri, non ceſſat mouere. Et ſecundo id patet experientia: nam in termino motus, qui deſinit per primū non eſſe, res non mouetur: mouere tñ tunc poteſt, vt ſi mobile ad ſuū introitum in talem locū rem aliam inde locatam excludat. Atqui hoc pacto excogitauit Ariſtot. fieri motum proiectorū, non ꝙ hic aer percuſſus a chorda balliſtę moueatur perpetuo cum ſagitta, ſed ꝙ iſte pellit alium, atqꝫ alius aliū: ⁊ ideo ait ꝙ in puncto, quo iſte deſinit moueri, mouet alium Ceſſat ergo mobile moueri, cum mouēs ceſſat mouere: non tñ tūc mobile ceſſabit mouere, niſi quādo ceſſauerit virtus eius motiua. Nam virtus illa, quam primus motor imprimit in contiguum ſibi aerem, remiſſius imprimitur a prima aeris portione in alteram quę eſt ſibi contigua: ⁊ remiſſius a ſecunda in tertiam: quo aduſqꝫ fit tandem adeo remiſſa: vt mouere nequeat. Appellat contiguam, qꝛ ad rem nihil refert, ſit ne continua, an cōtigua: quoniā vicem gerunt duorum mouentium: vt ſtatim eſt oſtenſurus. Tunc ergo ceſſabit totus motus violentus, quando aer nō ſufficiet dare portioni ſibi contiguę virtutem mouendi, ſed tantum vt moueatur. Et hoc eſt ꝙ ait. Cum non amplius fecerit prius mouens, hoc eſt pręcedens aeris portio, vt ea quę ſubſequitur ſit mouens ſed ſolum vt ſit motum patiens (Hic igitur) Conſequenter demonſtrat, huiuſmodi motum proiectorum non eſſe vnum ⁊ continuum. Ait ergo ꝙ hic motus fit quidem in his medijs, ⁊ ſpatijs, quę aliquando quidē

moueri

moueri, aliquando quidem quieſcere poſſunt: vt ſunt aer ⁊ aqua. Nam ſi immobilia eſſēt huiuſmodi media nullatenus ſuo motu poſſent deferre ſagittam: ⁊ rurſus ſi perpetuo motu cierentur, nunquam proiectum ceſſarent mouere. At vero talis motus non eſt continuus: licet ob nimiam pernicitatem continuus videatur. Quod autem nō ſit continuus, inde cōfirmat, ꝙ non ſit ab vno motore ſed a pluribus conſequenter ſe habentibus, ac tangentibus: vti expoſitum eſt. Plura ſe tangere, plus ponit, quam conſequenter ſe habere: quod libro. 5. t. 6. expoſitum eſt. Habent ſe nanque conſequenter milites in phalange, licet non ſe tangant. Impetus vero aeris antecedens ferit ſubſequentem.

Et quamuis aeris portiones, continuę ſint, pulſus tamen ſit per modum plurium. vt patet in circulo fluuialium vndarum ad iactum lapidis, quę non continuo ſed fracte ⁊ refracte mouentur: quare ramuſculus per ipſas delatus non facit continuum curſum, ſed ancipiti motu retrorſum, nunc in rectū fertur. Conijcit ergo Ariſtoteles ſimiliter fieri in motu ſagittę propter ſibi ſuccedētes appulſus variarum portionum aeris. Tametſi ſenſu non percipiatur: niſi veluti motus vnus. Quapropter, inquit, in aere ⁊ aqua ſit huiuſmodi motus: eo quod ſunt elementa facile ductilia: non autem per terram niſi vehementi impetu ⁊ per paruam particulam. Non ſubiunxit exemplum de igne: eo ꝙ locus illius elemēti remotus eſt a noſtris ſenſibus. Subdit autem, quoſdam dicere illum motum fieri per antipariſtaſim: id quod iam tetigit libro. 4. textu. 68. hoc eſt, per reuerſam actionem: nam cum profectum citiſſime exeat ab hoc loco, ſit, vt ne relinquatur vacuus circunſtans aer impetuoſe concurrat, feriatque a dorſo proiectum: atque ipſum rurſum ſcindat anteriorem aerem, qui eodem impetu a dorſo itidem concurrit, caditque rurſus proiectū: itaque ſecundum hanc opinionem aer non cogitur a proijciente, ſed ſuapte natura mouetur ad vacuū Impugnat autem opinionem hanc Ariſtotel. dicēs impoſſibilem eſſe hunc modum, ſed recurrendum eſſe ad pręſcriptum. Et probatio eſt adeo implexa, ⁊ obſcura, vt cum varię totidemqꝫ ſint gloſſę, quot gloſſatores, vix vllam reperias, quę ſatiſfacit. Arbitror tamen mentem Ariſtotelis ſic ex his verbis eruendam. Antipariſtaſis in propoſito eſt locatorum, hoc eſt profecti ⁊ aeris fuga, ⁊ viciſſitudinaria expulſio, qua ſe mutuo a ſuis proprijs locis inuicem depellunt, locorum cambium faciendo. Exemplum eſt in deambulatione. Deambulans enim ſecat anteriorem aerem, qui deambulanti cedens, retrocedit in locum, vnde deambulans exiuit. Ut enim finditur, ſic eius latera dorſumque deambulantis comprimunt. Itaque deambulans occupat locum aeris, ⁊ aer locum deambulantis. Dit ergo, quod hęc antipariſtaſis conceditur quidem omnia ſimul facere mouere ⁊ moueri: omnia ſcilicet circūſtantia media, per quod ſit motus: attamen niſi aliam adhibeas cauſam, non poſſunt eſſe cauſa motus proiectorum: ſicuti neque ſunt cauſa motus deambulantis. Haud enim deambulans mouetur ab antipariſtaſi: quin potius antipariſtaſis ſit per motum deambulantis. Et hoc quod ait. (Quare ⁊ ceſſant) Quaſi dicat, cum primum illa media mutent locum, ne detur vacuum, ceſſat motus mediorum: ⁊ per conſequens non poſſent longius deferre proiectum, niſi concedatur id, quod aſſertum eſt, ſcilicet, proijciens per impulſum conferri aeri, non ſolum moueri paſſiue, ſed virtutē quoqꝫ ⁊ impetū ad pellēdū alium aerē, vt per tales appulſus cōtinuo proiectum ſubmoueatur alio ⁊ alio loco. Neque ſatis id facit, quod aliqui fingunt: ſcilicet propterea quod citius iuſto profectum erit a loco, aerem a dorſo impetum facere, quia ille impetus eſt per ſe adeo tenuis, vt niſi aer verberaretur a proijciente nunquam ſufficeret mouere proiectum: vt patet in vndis aquę a lapide cōmotis. Hęc [vt reor] expoſitio optime huic literę quadrat. Quę ⁊ lucidior ſit per verbum ſubiunctum in textu. (Nunc autem videtur vnum aliquod continuo moueri a quouis non enim ab eodem). Acſi dicat. Antipariſtaſis nō facit vnū aliquid moueri: ſed ſolum vt media, inter ſe, ⁊ cum eo, quod mouetur permutēt ſua loca: quę quidem permutatio conſequitur ad motum interſecātis aerem: in proiectione autem vnum aliquid puta proiectum videtur continuo moueri quouis id eſt ab vna ac ſubinde alia portione aeris impulſa: non autem ab eodem agente. Et ideo licet motus videatur eſſe continuus, non eſt tamen. Reliqua de motu proiectorum diſputantur. q. 3.

Quoniam autem in his quæ ſunt, neceſſe eſt ſemper motum eſſe continuū. hic autem: vnus eſt. neceſſe autem eſt vnum: & magnitudinis alicuius eſſe (non enim mouetur quod magnitudine caret) & vnius, & ab vno. non enim eſſet continuus, ſed contiguus alter alteri, & diuiſus. Mouens igitur ſi vnum eſt: aut ſubiens motum mouet, aut immobile exiſtens. Si igitur motum ſubiens: conſequi oportebit & mutari ipſum, ſimul autem moueri, ab aliquo quare ſtabitur & peruenietur ad id quod eſt moueri ab immobili, hoc enim non neceſſe eſt ſimul mutari: ſed ſemper poterit aliquid mouere. nā ſine labore eſt ſic mouere: & regularis hic motus, aut ſolus, aut maxime, nō eñ habet mutationem vllā: id quod mouet, oportet autē id, quod mouetur ab illo: non habere mutationem, vt ſimilis ſit motus. Textus. lxxxiiij.

¶Expedita quęſtione de motu proiectorum, ad inceptum propoſitum huius capitis reuertitur: videlicet ad demonſtrandum, primum motorum eſſe impartibilem, atque adeo ſimpliciter vnū, ⁊ ſimplicem. Aſcendit autem ad hoc gradatim ex ſupra cōſtitutis. Reſumit inquā primum neceſſe eſſe ſemper continuum motum. vt a tex. 54. ⁊ infra demonſtrare perſeuerauit: quem quidem motum deinde demonſtrauit eſſe vnum: quoniam eſt circularis, qui non perinde ac rectus, interrumpitur. Sub hac autē aſſumpta propoſitione ſubſumit trimembrem alteram, qua exprimit naturā viſꝰ motꝰ nimirum neceſſe eſſe, vt motus ſit vnꝰ, ꝙ ſit alicuiꝰ

magnitudinis: siquidem lib. 6. text. 29. ostensum est nihil posse moueri motu physico, nisi sit partibile. Secundo requiritur, vt sit vnius magnitudinis, hoc est, vt sit continuum: nam (vt lib. 5. defi nitum est) vnus motus debet esse vnius subiecti. Sed additur hic noua conditio, ꝙ debet etiam esse ab vno motore, quod tex. hic proximo docuit: nam a diuersis motoribus, qui non sunt essentialiter subordinati, sed quorum vnum aliud pellit & aliud aliud, non potest vnus peruenire motus, sed discõtinuus: sicuti motus ipsorum mouentium. Tunc super hanc basim construit suam argumentationem. Si mouens igitur vnus est, tunc aut mouet tanquam mobilis, aut tanquam immobilis existẽs Si mouetur tanquam immobilis, sequitur, vt etiã ipse pariter moueatur dum mouet. Si autem mouetur, vel a se mouetur, vel ab alio. Si ab alio, cum iam supra monstratum sit, non abiri in infinitum, deueniendum est ad illud, quod non mouetur ab alio, sed vel a seipso mouetur, vel ab aliquo, quod est immobile. Et habito illo, ꝙ a seipso mouetur, tunc superius necesse est ascendere vsque ad mouens immobile. vt text. 40. & infra probatum est. Nam in illo, quod seipsum mouet, necesse est distinguere inter partem per se motam et aliam per se mouentem, quam non necesse est amplius moueri. Et quod illic ostendit in partibus magnitudinis, hic explicat in rebus seorsum sumptis, nimirum concludens, necesse esse deuenire ad primum mobile, quod mouetur a mouente immobili. Hoc enim & demonstratu erat necessarium ac demonstrandum primum mouẽs esse impartibile, vt tex. vltimo patebit. Hoc enim &c. Declarat ingenium & naturam primi motoris immobilis. Ait quippe eiusmodi motorem nullatenus moueri: quia oportet omnino esse immobilem. Ex quo fit rursus vt semper & perpetuo possit moueri: nam mouenti ꝙ semper mouet, hoc accidit propter laborem, & lassitudinem, si sit animal, vel quia deteritur & tabescit, si sit inanimatum: eo ꝙ dum mouet, mouetur: & inde rursus fit, vt non semper regulariter moueat: nam cum ex labore langueat, cogitur motum remittere. Mouens autem immobile, quia vires nunquam relaxat, semper & regularissime mouet. Quare vel solus motus quo primum mouens mouet, regularis est, & vniformis, vel ille iter omnes maxime. Moderatur dictum hac diuisione: quoniam in his etiam inferioribus poterit per aliquam temporis particulam motor quispiam vniformiter mouere, quoadusque mouendo remittatur eius virtus, non tamen semper vt ille primus. Subdit autem huiusmodi motorem, non habere mutationem vllam: nimirum, quia neque mouetur motu quo mouet, neque alio, Idcirco admonuit, eo ꝙ cęlum quamuis non moueatur motu alterationis, quem effecit in his inferioribus, mouetur tamen motu locali: primus autem motor omnium est motuum prorsus expers. Et ideo oportet (inquit) vt id quod ab alio mouetur, puta primum mobile, nullam in suo motu diuersitatem patiatur, sed sit semper eius motus sibi simillimus. Neque vero primũ tantum mobile, verum & alij orbes regularissime mouentur, quia neque intelligẽtię fatigantur. De hoc autem quęstione. 5. adhibemus verbum aliquod.

Textus. lxxxiiij. Necesse est autem aut in medio, aut in circulo esse, hæc enim: principia sunt. sed celerrimè mouetur: quæ proxima sunt mouenti. Huiusmodi autem est ipsius totius motus, illic ergo est: ipsum mouens,

¶In tex. 84. docet primum mouẽs non esse in centro circularis mobilis, sed in circumferentia. Poterat enim quis dubitare, an esset in centro, propterea ꝙ paulo ante determinatum sit, initium circularis motus esse in centro, vbi est mobilis medium. Quod autem primum mouens non sit illic, sed in suprema circunferentia primi mobilis in de demonstrat ꝙ quanto mobilia propinquius accedunt ad primum motorem, celerius mouentur: orbes autem cęlestes, quo longius distant a terra, eo mouentur pernicius: ergo illic sursum est primum mouens, & non in centro. Loquitur nanque de motu diurno primi mobilis ab oriente in occidentem, quo rapiuntur inferiores sphęrę vt quotidie iustum circulum cõpleant: hoc em̃ motu euidens est, eo velocius mouere orbem die quo ampliorem circulum describit: eoque describere ampliorem, quo est superior. Secus autem res habet in motibus particularibus planetarum: nam quãto quisque propior est terrę, velocius fertur: orbis em̃ lunę singulis mensibus explet propriũ motum ab occidente in orientem. Sol vero in vno anno: Mars in duobus, Jupiter in duodecim. & Saturnus in triginta. Ex his colligitur, ꝙ cum orbes cęlestes moueantur mutando locum secundum partes in circunferentia, id habent a motore, qui illic est: sed ꝙ non mutentur secundum se totos, habent a centro, quod est immobile: vt dudum dicebamus. Quomodo autem primus motor, quem cęli capere non possunt, dicatur esse in cęlo. & an motrices itelligentię sint in oriente potiusquam in alia parte aliqua ex parte disputatum est. q. 4.

Habet autem dubitationem, si cõtingat aliquid quod mouetur, mouere continuè: sed non vt id quod pellit iterũ & iterum, & eo cõsequenter sint cõtinue. aut enim ipsum oportet pellere, aut trahere, vel vtrumq; aut alterum aliquid excipiens aliud ab alio, sicut dudum dictum est in his, quæ proijciuntur, si cum diuisibilis sit aer aut aqua mouet, sed vt qui semper mouetur. Vtroque aũt modo non possibile est vnum esse, sed cõtiguũ solus itaq; is cõtinuus est: quo ipsum immobile mouet, semp enim similiter se habens: & ad id quod mouetur, similiter se habebit, & continuè. Textus. lxxxv.

¶Quia definiuerat, mouens immobile posse perpetuare vnum continuum motum, dubitabat an idem pręstare possit, id, quod dum mouet, mouetur. Et congruentissime huc protulit hanc quęstionem accedens nimirum iam proxime ad concludendũ primum mobile esse incorporeum. Etenim rẽ quę mota mouet, necesse est esse corpus. Nihil enim mouetur motu physico, vt pręhabitũ est in. b. nisi habeat corpus. Et ideo tãtũdem quęrit, ac si interrogasset, an virtus corporea possit esse causa continui motus. Atqui subiunctum verbũ. [Sed nõ vt id quod

id quod, pellit iterum & iterum. [Non est intelligendum tanquam responsio negatiua, sed tanquã quęstionis expositio. Quęrit enim (vt Themistius author est) an possit corporea virtus mota efficere ea ratione continuum motum, vt sit etiam vniformis & regularissimus qualis demonstratus est motus cęlestis, & non illo tantummodo continuum, quo apparet esse motus nauis semel ac subinde iterum atque iterum pulsę, intersciffis vicibus. Hic quippe, licet appareat esse simpliciter continuus, non est tamen, vt patet in eius difformitate: etenim quando segnius mouetur, tunc iterum pellitur: & sic sunt potius motus consequenter se habẽtes: quos vocant deinceptitios. [Aut enim ipsum oportet pellere.] Non respondet expressa negatione, sed negationi subtacitę subdit rationem. Enim uero dum causa mouet mota, aut id facit pulsu, aut attractu, aut vertigine, qui est motus medius: ad has enim tres motus species ostensum est libro. 7. text. 1. reduci locales omnes: at nullo istorum modorum potest corpus mouere continuo. Et quia eadem de tractione ratio est (vt in magnete) quę est de appulsu, rursus quęrit an ipsum idem mouẽs immediate per se deberet semper pellere, aut per aliqua media: vt dudum expositum est in motu proiectorum. At quia motus huiusmodi videtur ad sensum esse continuus, ait fieri in aere & aqua, eo ꝙ facile diuisibiles sint, & ideo fit in eis motus, vt eius rei quę semper, id est, continuo mouetur: sed tamẽ non est continuus propterea, ꝙ aquę vel aeris vnde per modum plurium se propellunt. nullo ergo istorum modorum fieri potest, vt corporea virtus continuo semperque moueat. Nam si id facit hoc postremo modo pellendo per media, tunc multiplicatis agentibus, non erit idem motus. Si autem per se ipsum pellat iterum atque iterum interpolatis vicibus non erit vniformis & simpliciter continuus: si denique per se moueat continue, sicut qui manu, aut pede circungyrat tonsoris rotam, tunc necesse est motorem defatigari, atque adeo defessũ pausari. Duo sunt hic tamẽ animaduertenda, pri⁹ qḋ cum in sempiternitate mot⁹ duo sint consideranda, videlicet infinita duratio, & vniformitas regularis, illud adscripsit superius Aristoteles immensitati vnitatis, hoc autem nũc attribuit eius immobilitati: inde enim prouenit, vt actiones eius sint inuariabiles. Posterior vero consideratio, est ꝙ hac eadem de causa, qua hic constituit primum motorem esse immobilem, vt motus primi mobilis sit vniformis, constituit & 12. metap. text. 44. & infra, substantias etiam motrices aliorum orbium, quę contra motum primi mobilis ab occidente in orientem propriis singulorum motibus eos reuoluunt, immobiles esse pariter motu physico: licet infinita virtus non sit illis necessaria, sed satis est virtutibus pollere indefessis quia non sunt potentes efficere infinitum motum per se (vt supra declaratum est) mouendo infinitum mobile, sicuti posset id primus motor, si talis motus esset possibilis.

Determinatis autem his: manifestũ est, quod impossibile est primum mouens & mobile habere aliquam magnitudinẽ: si enim magnitudinem habet necesse est aut finitam ipsam esse, aut infinitam. Quod igitur infinitam non cõtingat magnitudinem esse ostẽsum est prius in physicis. Quod autem finitam impossibile est habere infinitam potẽtiam, & quod impossibile est a finita moueri aliquid infinito tẽpore, demõstratum est nunc. primũ autem mouẽs perpetuo mouet motu, & infinito tempore. Manifestum itaque est: quod indiuisibile est, & impers, & nullam habens magnitudinem. Textus. lxxxvii.

¶Concludit itaq; in hoc postremo textu, primum mouens, ꝙ immobile est, esse incorporeum, & impartibile. Resumit autem, ꝙ immobile est propterea, ꝙ si mobile esset motu physico, oporteret habere magnitudinem. Et ideo in propinquis supra verbis ostendit esse immobile. Quod igitur sit impartibile, patet: nam si haberet magnitudinem, vel illa esset finita, vel infinita: non primum, quia demonstratum est in libr. 3. impossibile esse infinitum magnitudine. Quod autem non sit finita, probat hoc syllogismo. Infinita virtus esse non potest in magnitudine finita: virtus primi motoris est infinita: ergo non potest esse in magnitudine finita. Prior pręmissa supra probata est textu. 79. & posterior in tex. 78. eo ꝙ perpetuo mouet tẽpore infinito, & posset efficere motum per se infinitum: fit ergo consequens impartibilem esse primum motorem: qui est Deus per infinita seculorum secula omni adoratione & cultu ęstimandus.

Finis expositionis Octaui Physicorum

# REVERENDI PATRIS Dominici Soto Segouiensis Theologi ordinis prædicatorum super Octo libros Physicorum Aristotelis Quæstiones.

SECVNDA AEDITIO NVPERRIME AB Authore recognita, multisq; in locis aucta & à mendis quàm maximè fieri potuit repurgata.



SALMANTICAE,
In ædibus Audreæ à Portonarijs. S. C. M. Typógraphi.
M. D. L X I I I.
Cum Priuilegio.

# Illustrißimo ac Reuerendißimo. D. D. Ioanni à Toleto, Cardinali Burgensi, ex ordine prædicatorum assumpto suus frater Dominicus Soto S.

NON SATIS REI PHYSICAE ME ADmodum fecisse arbitror, antistes reuerēdissime, nisi cōmentarijs super Aristotelem, quæ amplitudini tuæ dicaui, volumen hoc disputationum adhibeo: quibus quæsito & responso res amplius explicata, quantum meum fert ingenium, elucidetur. Nam cùm dubitationis solutio, authore Aristotele, veritatis sit inuētio, mirabilē quandā habet ratio hæc disserēdi indagandæ veritatis energiam. Enimuero ratiocinatiuum animal homo verbo sciscitandi, vtrum, suapte natura excitatur, & sese ad respondendum exacuit. Atqui nec ferrum aut aurū, nisi continenti motatione politum, splendere vnquā potest: neque ea quæ ambigua sunt & abstrusa, nisi ingeniorum congressu vltro citroq; iactata, collucere. Quamobrem natura certè magistra, philosophorum antiquißimi hunc modum philosophandi excogitarunt. Quem deinde Plato informauit, Aristoteles collimatum exhibuit, & posteri hactenus obseruauerunt: ac demum Theologi ante quadringentos hinc annos iure & merito susceperunt: id planè intelligentes, quòd quæ patres, doctißimè quidem & copiosißimè, sed tamen diffusè scripserant, aliter in ordinem, certamq; sentētiarum seriem redigi atque concludi neutiquam possent. Quocirca mirari satis nequeo, cur huius ætatis nonnulli, alioquin sciētiarum cultores, hanc quæstionibus interrogandi disputandiq; formam eiectam esse, atque ab re literaria penitus explosam velint. Fateor equidem (id quod inficias ire nemo potest) sophismatibus propemodum infinitis nulliusque momenti tricis ac nenijs, rationem hanc disputandi hisce retro actis temporibus indignè fuisse obtenebratam, & pene in barbariem versam: sed nunquid, si oculi ophthalmia laborāt, continuo sunt cerebro eruēdi? ac non potius arcenda corrigendaq; rheumatis exuberantia: vt qui infirmi in causa erant doloris, sani vsui esse poßint? Est modus in rebus. Ita profecto portenta illa verborum reuelli est operæpretium, vt tamen nō simul eradicetur & triticum. Tametsi neque integrum nobis fuit, quæ missa fieri poterant, vniuersa resecare, quo minus temporis nonnulla concederemus: neque profecto in re Physica eam semper & rerum & verborum grauitatem seruare possumus, quin captui nos multorum accommodantes, aliquando nos ad minora summittamus. Accipe ergo præsul clarißime, bipertitum opus Physicum, quod tui nominis authoritate protectum, in lucem audet fidenter prodire. Vale.

# Reuerẽdi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, in inclyta Salmanticensi academia professoris super octo libros Physicorum Aristotelis, Quæstiones.

## PROLOGVS.

ADest opus alterum: qđ in ipso statim fronte commentariorum super octo libros physicorũ Aristotelis polliciti sumus: nẽpe vt questionum volumen adhiberemus, quo (id quod breuitas illius modusq́ expositionis non sinebat) maiora dubia disseramus. In qua quidem disputatione nihil mihi amplius authoritatis arrogari volo, q̃ si eorum quecunq́ dixero, aut Aristotelis testimonio, aut argumentis naturali ratione profectis, fidem fecero. Liberum tñ lectorẽ deprecor: sane qui in verba magistri nõ adeo iurauerit, vt pluris authorũ nomina estimet, q̃ pondus rationũ perpendat. Eo pręsertim ꝙ nominalium realiũq́ diuersa nomina in opinionibus penitus de vniuersalibus, ⁊ fere de distinctionibus metaphysicis locũ habẽt: in reliquis vero quę ad naturalem philosophiã attinent, nõ est cur hec factionũ symbola fouere contendamus. Horsum hęc dixerim, ne quis scripta nos nostra scholis tñ modo. S. Tho. accõmodare putet. Quin potius vt in dialecticis, ita ⁊ hic cunctis in vniuersum cuiusq́ vię studiosis consultum iri diximus. Enimuero (vt nunq̃ nõ hoc admoneamus) scire quid. S. Thomę, aut cuiusuis authoris habeat opinio, absoluta sciẽtia non est: sed tum omnino quippiã nos scire existimandũ nobis est, cum rationibus id ex rei causis accersitis habuerimus persuasum. Haud verum tñ vitio mihi vertendũ est, si in philosophia. S. Tho. cui citra inuidiam de hac re primas deferunt, ego etiam propemodum auscultauerim. Et modo lege, vt eius, non nuda authoritate nitamur, sed vim robur q́ argumentorum expendamus. Nam superstitiosam illam. Pythagoricorũ religionem, quibus pro rerum assertione satis erat, ꝙ magister dixisset, abolitam iure esse voluit, maior quã Pythagoras, Augustinus Epist. 19. ad Hieron. quippe vbi hanc legem pręscripserit, vt pręter canonicos libros, ⁊ Ecclesię catholicę authoritatem, nemini quantalibet sanctitate, aut doctrina polleat, tantum deferamus, vt verum quicquam putemus: quia ipse ita sensit: sed quatenus id, aut per canonicos authores, aut probabili ratione persuadere potuerit. Igitur, vt rẽ tãdẽ diuino fauore auspicemur, de ijs quę in prologo cõmẽtariorũ super libros Physicorũ diximus, nẽpe philosophiã naturalẽ sciẽtiã esse de ente mobili speculatiuã, mouetur prima questio.

## Quæstio prima.

### VTRVM PHILOSOPHIAE naturalis, quæ speculatiua scientia est, subiectum sit ens mobile.

A Parte negatiua arguitur. Et primo cõtra id quod titulus primũ supponit, philosophiã. s. naturalem esse sciẽtiã. Scientia omnis, aut necessaria mortalibus est, aut saltẽ vtilis: nã authore Aristot. in prologo metaphi. omnis hõ suapte natura scire desiderat: ⁊ naturalis hoĩs inclinatio, nisi ad bonum, esse non potest: at cognitio rerũ naturalium nec necessaria, nec vtilis est: ergo non est scientia. Probatur minor, finis vltimis hominis est cognoscere Deũ cognitione illa quę nos ad visionem ipsius perducat, ſm illud Joã. 17. hęc est vita ęterna vt cognoscant te. ⁊c. cognitio vero rerũ naturalium parum, aut nihil ad hoc cõducit: quippe cũ plurimos rusticos bonos esse videamꝰ, plurimosq́ contra philosophos esse prauos: quod Paulus ad Rom. 1. testatur dicens philosophos illos gentiles scientiarum naturaliũ plenos, Deũq́ naturali lumine cognoscentes, non sicut Deũ glorificasse. Quinimo vt ipsorum id philosophorũ testimonio cõprobemus, pręter Diogenẽ in vita Socratis, Cicero etiã. lib. 1. acade. questio. eo (inquit) Socrates philosophia naturali neglecta ad moralem se transtulit, quod celestia. i. cęlorũ ⁊ eorum q̃ sub illis continetur, natura, aut procul est a cognitione nostra, aut si maxime esset cognita, nihil tamen ad bene viuendum conferret. ¶ Et cõfir. 1. argumentum ꝙ non solum philosophia naturalis ad bene viuendum non prosit, sed sit etiã perniciosa. Negantibus. n. patrẽ ⁊ filium in diuinis personas esse distinctas eiusdẽ essentię, Deum verum vere esse hominem, corpus Christi in hostia latere, virginem parere incorrupta manente, mundum esse ex nihilo creatũ, aliaq́ id genus, philosophia hęc omnia dissuasit, eo ꝙ rerũ naturis videant cõtraria: cum tñ sint supra, non cõtra naturã. Unde apostolus ad Colossen. 2. Uidete (inquit) ne quis vos decipiat per philosophiã ⁊ inanem fallaciã, ſm traditionem hominum ſm elementa mundi. ⁊c. vbi Hiero. contra philosophos (inquit) loquitur quorum omnis pene disputatio de elemẽtis est. Unde. 1. Corinthio. 1. illud citat Esaię. 29. Perdam sapiẽtiam sapientum ⁊ prudentiã prudẽtium reprobabo: adiungens, ꝙ stultam fecit Deus sapientiã huiꝰ mũdi: quia non cognouit mũdus per sapientiã Deũ.

 ¶ Et

¶Et.2.confir. Philosophia & scientie iste naturales dicuntur ortum habuisse eo tẽpore quo septem illi sapientes Athenis floruerunt: si tñ res fuisset tam necessaria, nunꝗ̃ Deus permisisset vt tot antea seculis fuissent homines huiusmodi scientiarũ ignari: ergo. Secundo principaliter arguit̃ ꝙ philosophia non sit scientia. Scientia enim nõ est nisi eorum que nõ possunt aliter se habere.1.post. text. 5. vnde infert illic Arist.tex.43. ꝙ scientia non est sensualium obiectorum. Physica vero vt asserit in hoc prologo Commen. est de rebus sensibilibus, et per consequens est de rebus mutabilibus, et que possunt aliter se habere. v.g. de ortu & occasu & coniunctione astrorum, que non sunt semper, sed certis temporibus, & possunt deficere, vt patet in fine mundi: & de eorum defectibus, puta ꝙ hyeme sint frequentes pluuie, ꝙ in estate sint ardẽtes soles, ꝙ homo nascatur bipes & similia, que nonnunquã deficiunt: ergo Physica non est scientia.

¶Et cõfir. ex ipsis antiquis philosophis, nam hac ratione Heraclitus & Cratilus, quos.4. metaphysicorum text.xxii. Aristote. commemorat, negabãt scientiam vllam rerum naturalium esse possibilẽ, ꝙ videlicet res sensibiles continuo motui essent subiecte. Unde Socrates vt lib.1. academicarum questio. refert Cicero, inde maxime Socrates pre aliis omnibus Apollinis oraculo sapiens enunciatus est, ꝙ nihil se scire dixit, nisi hoc ipsum quod nihil sciebat. Atqui vt Lactantius libro.3. adnotauit, propterea Pythagoras noluit sapiens, sed sapientie studiosus appellari, quod intellexerat cognitionem rerum naturalium non esse scientiam. Quod reuera veteres ipsi philosophi re ipsa testãtur: qui de rebus naturalibus tam varia tamq; diuersa placita & commenta dixerunt, vt satis cõprobauerint, nullam habuisse veram scientiam.

¶Tertio principaliter arguitur cõtra alterum in titulo suppositum, scilicet Physicam esse scientiã speculatiuam. Scientia practica est illa que nos dirigit ad operandum vt habetur.3. de anima. text. 49.&.2.metaphysi.text.3.sed talis est physica: ergo physica non est scientia speculatiua, sed practica. Probatur minor: primo quia physica est de obiecto operabili, est enim de his que in nobis fiunt, atq; adeo aliqua pars eius est de natura actuum & habituum intellectualium & sensualium, qui in nobis generantur: que in libris de anima posita est. Et preterea quia physica ostendit nobis Deũ esse primam rerum causam vnde nos nostraq; pendẽt, nosque natura esse mortales: que quidem cognitio in contemptum rerum & amorem Dei, atque adeo ad recte operandum allicere nos potest.

¶Et confirmatur argumẽtum. Medicina est pars quedam philosophie: tum quia huius subiectum est corpus sanabile, quod est inferi⁹ ad corpus mobile: tum etiam quia tractat de naturis herbarum de corporum complexione & similibus naturalib⁹: & ideo vbi desinit physicus, incipit medicus, de sensu & sensato capitu.1. sed medicina cẽsetur a doctoribus esse practica, vt docet. S. Tho. opusc.70. quest.5. articulo.1. super Boetium: ergo & physica est scientia practica.

¶Quarto principaliter arguitur. Physice nõ est vnicum subiectum: ergo titulus supponit falsum. Antecedens probatur: quia alias sequeretur physicam esse vnam scientiam, quia vt habetur.1.post. textu.43.&.4.metaphysico.textu.ii. ex vnitate obiecti sumitur vnitas scientie: consequens tamẽ est falsum: nam Physica idem est quod scientia naturalis: sed res de quibus tractant & Metaphysica & Methematice sunt res naturales: ergo physica cõprehẽdit sub se Metaphysicam & Mathematicas, & per consequens non est distincta ab illis: vt prologo Commentariorum dictum est.

¶Et confirmatur. Physica etiam vt distinguitur a Metaphysica & Mathematicis tractat non solum diuersas conclusiones, sed res diuersissimas, scilicet de materia, de motu, de loco, de celo, de anima. &c. ergo constat ex pluribus habitibus: & per consequens non est vna, sed aggregatum ex pluribus habitibus.

¶Et confirmatur.2. Physica continet in se multas opiniones, vt an elementa maneãt formaliter in mixto, an sit possibile infinitum, an intentio fiat per radicationem in subiecto. &c. & tamen non potest vnicus habitus esse sciẽtia, & opinio: ergo physica non est vna scientia.

¶Quinto principaliter arguit̃, ꝙ ens mobile non sit subiectum huius scientie. Ens non est genus vt in principio predicamentorũ ostendimus, quia est analogũ: ergo non est simpliciter vnus conceptus: & per consequens non potest esse vnum subiectũ.

¶Et confirmatur si ens mobile esset subiectũ physice, sequeretur ꝙ physica esset aut pars metaphysice, aut saltem illi subalterna: nam si ens mobile accipiatur loco vnius cõceptus simplicis absoluti, tũc ens mobile est inferius quiditatiue ad, ens, & per cõsequens physica est species metaphysice, sicut scientia de triangulo est geometria: si autem mobile sit conditio accidentalis que additur enti, tunc physica est subalterna metaphysice, sicut perspectiua que tractat de linea visuali est subalterna geometrie que tractat de linea: vtrunq; tamen est falsum, cum sit ex equo diuisa philosophia in metaphysicam & physicam.

¶Sexto tamen & postremo arguitur. Corpus mobile, congruentius ponitur subiectum physice ꝙ̃ ens mobile: ergo ens mobile non subiectum. Probatur antecedens. Primo quia si ens mobile ponatur subiectum, sequitur physicã tractare de intelligentiis, quippe que sint entia mobilia localiter: consequens tamen est contra Aristot.2. physi. text.29. vbi ait considerationem physicam non extendi vltra formas que sunt actus corporum: quare intelligentiarum consideratio non est physica, nisi quatenus sunt orbium motrices que quodammodo pertinent ad physicam.

¶Et.2. probatur antecedens. Motus & quies est prima passio physica: ergo subiectum talis prime passionis est subiectum talis scientie: sed subiectũ adequatum motus est corpus. vt patet ex Arist.6. physic. textu.32. vbi probat omne mobile esse diuisibile, & per consequens corpus: ergo corpus mobile potius quã ens mobile est subiectũ huius scientie. Quod hic Commen. insinuat, dicens res sensibiles esse materiam huius scientie.

¶Et.iii. confirmatur idem antecedens: quia in tota philosophia non tractatur nisi aut de corporibus, aut de pertinẽtibus ad corpora: scilicet de celis, mixtis, & de elementis, de anima inquãtum est actus corporis, de motu inquantum est eius passio: de materia & forma, non certe inquantum sunt entia mobilia, sed inquãtum sunt principia entis, id est corporis mobilis.

¶Sed in ɔ̃rium est Arist. qui.6. meta. text.1. physica, inquit, est circa id genus entis in quo principiũ est motus & quietis: & lib.11.c.3. Physica speculatio de ente est, non prout ens est, sed put motu participat: ex quibus locis aliisq; similibus colligitur ens mobile esse subiectum Physice.

¶Super

¶ Superuacaneũ duximus tot hic questiões proemiales, quot in dialectica, multiplicare: nempe an philosophia naturalis sit necessaria, an sit scientia, an sit vna, an sit speculatiua. In introitu enim illic rationalis scientię necessarium fuit vniuersos hos terminos exponere, quos subinde non opus est hic iterato repetere. At suppositis terminorum illinc expositionibus, quas quicũq; libuerit reuisere potest, ad hęc omnia quinq; conclusionibus iuxta ordinem argumentorum quę posita sunt respondebimus.

Prima cõclu. Philosophia est necessaria.

¶ Prima conclusio. Philosophia naturalis est homini ⁊ suapte natura, ⁊ ad eius finem consequendum necessaria. Dupliciter nanq; (inter alias acceptiones) diximus illic quęst. I. accipi necessarium, scilicet ⁊ intrinsece ex natura rei, sicut homini necessarium est esse risibile ⁊ ratione finis, vel simpliciter ad illum adipiscendum, sicut cibus ad vitam: vel ad commode consequẽdũ, sicut ęquus ad iter. Probatur ergo conclusio in primo sensu. Omne illud ad quod hominis natura integra et incorrupta proprie inclinat est illi intrinsece necessarium: sed rerum naturalium cognitio est ex huiusmodi inclinatione naturali: ergo est illi necessaria. Minor constat ex illo. I. metaphy. omnis homo naturaliter scire desiderat. Vbi quantũ fert mea opinio non exprimitur qualiscunq; appetitus naturalis hominis, vti sunt comedere, ambulare, et reliqua quę sunt homini naturalia: aut tanꝗ media ad seruandam vitam, aut tanꝗ officia vitę: sed exprimitur vltimus finis hominis, vt quemadmodum vltimus finis grauium est descẽdere ad centrum: ⁊ leuiũ, est ferri sursum in quibus locis quiescunt, ita vltimus finis in quem hominem natura produxit, est, vt rerũ veritates agnoscat. Quod vel vsus ipse satis testatur cum cognito effectu quocũque, suapte natura homo cupit cognoscere causam: propter admirationem enim suapte ingenio ceperũt homines philosophari. I. metaphy. capitul. ij. Nec tanto moles impetu ad centrũ tendit, quanto homo ad cognitionem propenditur veritatis. ¶ Hinc natura magistra, philosophi, qui hoc nomine digni censentur, in rerum contemplatione summam felicitatem collocarunt, vt. x. ethic. cap. 7. ⁊. 8. author est Aristote. Vnde manifeste constat non esse hominibus tam naturalis ⁊ necessarius appetitus ridẽdi, ꝗ sciendi. ¶ Hoc sepe soleo argumento vti in cõfirmationem huius, ꝙ hominis beatitudo in visione potius diuinę essentię, quam in amore consistat.

Visio Dei beatitudo.

Vltima enim hominis felicitas idem est quod eius vltimus finis: sed finis vltimus hominis est scire, qui tunc satiabitur, cum in Deo omnia viderit: ergo videre potius Deum est essentia beatitudinis, quam eum amare. ¶ Quod preterea confirmatur: nam beatitudo consistit in Dei comprehensione iuxta illud apostoli. I. ad Corinth. 9. Sic currite vt comprehendatis: sed inter potentiam cognitiuam ⁊ appetitiuam hoc interest, ꝙ cognitiua est apprehensiua obiecti, appetitiua vero potius trahitur ⁊ tenetur ab obiecto amato, quam teneat ipsum: ergo in actu potius intellectus tenentis Deum consistit beatitudo iuxta illud August. lib. de vita beata. Beatus est qui Deum habet. Addiderim nec abs re verbum hoc ad comprobandum finem vltimum hominis esse scire. ¶ Hoc tamen differt inter philosophos illos qui reuelatione Christi seruatoris nostri non fuerunt digni, ⁊ nos Christianos, ꝙ illi, non cognoscentes felicissimam illam supernaturalem rerum cognitionem in verbo, felicitatem collocarunt in contemplatione naturali dignissimarum substantiarum, scilicet intelligentiarum; vel in hoc seculo, qui aliam vitam non cognouerunt, vel qui aliam crediderunt, in seculo venturo. Fides vero ⁊ religio nostra est, ꝙ vltimus finis et hominis felicitas in intuitiua illa contemplatiõe Dei, vbi omnia cognoscuntur, consistit.

¶ Sed arguis quid ergo ad rem ad probandũ philosophiam esse hominibus naturalem? Respondetur philosophiam rerum naturalium esse hominibus naturalem, non tanquam vltimum finem, sed tanquam medium ad illum consequendum. Vnde notanter ait Aristote. ꝙ omnis homo naturaliter scire desiderat: non hoc, aut illud, sed res vniuersas. At vero. x. Ethico. dicit felicitatem vltimam consistere, non in rerum veritatis inquisitione, sed in rerum potius iam inuentarum cõtemplatione.

Philosophia necessaria.

¶ Hinc facile probatur secunda pars conclusionis, nempe ꝙ Philosophia ad finem hominis, scilicet Dei veram cognitionem ⁊ amorem conducat. Naturale enim est hominibus per cognitionem effectuum ad cognitionem causarum peruenire, quod Paulus ad Romanos. I. affirmat, dicens, inuisibilia Dei per ea quę facta sunt intellecta conspici: sed philosophia naturalis nihil aliud est quam rerum, quę sunt effectus Dei cognitio: ergo illa confert ad cognoscendum Deum. Ad hos nanq; duos vsus mundus creatus est, ⁊ in dominium hominibus traditus. Primo vt eius ministerio vita hominis alatur ⁊ conseruetur: ⁊ preterea vt eius contemplatione in Dei homo ⁊ notitiam perueniat, ⁊ amorem alliciatur. Per cognitionem enim motus venit Aristote. in cognitionem vnius primę causę a qua hominum vita suspensa semper est: ⁊ ex intellectus operatione, quę a materia non pendet, cognoscitur anima esse immortalis: ⁊ ex magnitudine cęlorum, eorumq; affluentia bonorũ quę in subsidium huius vitę mortalis nobis diuina prouidentia largita est, ratiocinari possumus, quam sint incomprehensibilia, quę in vita illa immortali pręparauit diligẽtibus se. Quę profecto, plurimaq; alia quę longum esset recensere, homines qui modo saxa non essent, in amorem ⁊ obsequium vnius Dei satis pellicerent. Et hoc est de quo Paulus philosophos reprehendit, nempe ꝙ cum Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt.

Ad duo philosophia necessaria.

¶ Adde ꝙ obueniunt mortalibus a philosophia naturali multa alia commoda. Nam cognitio herbarum, temporum ⁊ complexionis humanę, medendis corporibus apprime confert: aliarumq; multarum rerum cognitiones ad alios sunt hominum vsus maxime vtiles, vt Valerius Maximus libr. 8. ⁊ hic Commen. ⁊ Themis. commemorant.

¶ Accedit ad cõclusionis cõfirmationem ꝙ Deus primum parentem nunquam omnium sciẽtiarum genere ornatum creasset, si scientię rerum naturalium non tam essent mortalibus necessarię.

¶ Hinc apud philosophos tam multis philosophia laudibus passim effertur, vnde Cicero libro. I. Tusculan. quęst. philosophiam ait donum esse, aut inuentum Deorum, ⁊ libro quinto. O vitę, inquit, philosophia dux, virtutis indagatrix, expultrixq; vitiorum, non modo nos, sed nec omnino vita hominum sine te esse potuisset. ⁊c. Et Seneca ad Lucillum libro secundo. epistola decima sexta. Philosophia nos tueri debet, hęc adhortabitur vt, libenter Deo pareamus, vt fortunę contumaciter resistamus. Hęc docebit vt Deum sequaris, feras casum. ⁊c. ⁊ libro. 14. Epistola. xix. Deorũ, inquit, immortalium munus est, ꝙ viuimus, philosophię autem

Philosophię encomium.

autem ꝙ bene viuimus: vnde tanto plus philosophię quam diis deberemus, quanto maius beneficium est bene viuere quam viuere, nisi & philosophia ipsa munus etiam esset Deorum. Loquitur autem Stoicorum more de philosophia, quę studium & sapientię & simul virtutis est: quas adeo coniunctas esse censebant, vt nomine sapiẽtię, virtutem intelligerent. Atqui Aristot. 10. Ethic. per philosophiam, inquit, homines sese immortales faciunt: cuius delectationes & firmissimę sunt & purissimę: quippe cum de rebus sunt, & incorruptibilibus, & a sensibili materia abstractis. ¶ Quapropter quanꝙ ad nullum alium finem studium philosophię vtile esset, at propter se tamen esset supra humana omnia exercitia expetendum. In summa Commenta. hic per hyperbolen affirmat nomen hominis: ęquiuoce dici de sapiente & de eo qui ad sapientiam ineptus est. Nec solum ab ethnicis testimonia petere possumus, cum Salomon ille Rex cui Deus quicquid peteret pollicitus est, nihil aliud quam sapientiam postulauit: qua proinde prę omnibus mortalibus diuinitus donatus est: de cuius subinde laudibus duos prouerbiorũ, ac sapientię integros libros composuit. ¶ Ueruntamen quo amplius conclusio elucidetur, respondetur ad primum principale argumentũ. Cui negatur philosophiam non cõducere ad rei cognitionem: nam si philosophi in lumine naturali Deum non glorificauerunt, non fuit ex defectu scientię, sed quia affectiones illorum excęcarunt illos et impedimento fuerunt ne Deum, sicut cognoscebant, colerẽt. Et hoc docet Apostolus. Qua ratione modo et sapientissimos Christianos prauos esse contingit, si prauus dignus est sapientię nomine. Et ꝙ econuerso rustici, maxime nunc inter Christianos Deũ & cognoscunt & colunt, id certe fidei catholicę debetur, quę breuissimo compendio tradit nobis veram & supra naturalem cognitionem Dei, quã philosophia naturalis non attingit. Quocirca ita intelligamus conclusionem, vt quis singulis personis non sit necessaria philosophia, sit tamen necessaria reipublicę: nempe vt sint aliqui scientiis naturalibus instructi, qui reliquo sint populo velut oculi. ¶ Ad confirmationem primam respondetur, ꝙ philosophia naturalis ad cognitionem eorum quę Deo, inquantum creaturarum principiũ est, conueniunt, simpliciter est vtilis: puta ad cognoscendum ꝙ sit vnicus Deus, cui creaturę obsequium debent, & alia id genus: tamen ad mysteria fidei, licet multum Christianis conducat, qui fidei reuelatione illuminati sunt, tamen illis quibus fides non erat infusa, aut non erant in ea firmi impedimento fuit in primitiua Ecclesia ad recipiendam fidem, propterea ꝙ illa quę Christus supra cognitionem naturalem prędicauit, contra naturam esse putabant. Et inde hęreses pullularunt: atque adeo philosophi naturales hac de causa apud sanctos male audiunt. ¶ Ad secundam confirmationem qua petitur scientiarum ortus. Gręci hanc sibi gloriam arrogarunt, vt inuentores se scientiarum prędicarent. Unde dialecticam dicunt ortum habuisse a Zenone, & perfectam fuisse a Platone. Philosophiam vero moralem a Socrate, quẽ Cicero lib. 5. Tusculanarum quęst. e cęlo eam deuocauisse asserit. Philosophiam vero naturalem a Thalete vno ex septem sapientibus, quem Aristo. 1. metaphysi. capit. iii. huius philosophię principem appellat. Quam postea Pythagoras auxit, vt ibidẽ capi. 5. habetur. Unde vt Sanctus Tho. illic lectione septima: sed latius Diogenes libr. primo. explicat: duo fuerũt antiquitus philosophię initia & capita: alterum Ionicum a Thalete sic denominatũ, qui fuit Ionicus a Mileto: alterum vero Italicũ a Pythagora, qui vt Cicero lib. primo. Tuscul. quęstio. refert, regnãte Tarquino superbo in Italiam venit: illamqꝫ oram tenuit, qui magna Gręcia tunc dicebatur, modo autem Calabria & Apulia. In secta Pythagorę successerunt Xenophanes, Parmenides, Xenocrates, Leucippus, Democritus, vsque ad Epicurum. In secta vero Thaletis successerunt Anaximander, Anaxagoras, Socrates. A quo tres iam inde celebres vię hoc modo diriuatę sunt, Plato nanqꝫ discipulus fuit Socratis. In quo desiit iam nomen Ionicum, & cepit academia vetus, a nomine Gymnasii in quo legebat. Tametsi a Socrate existiment aliqui nomẽ academię incepisse: nam potissimũ dogma, quod academicis ascribitur, est illud Socratis, ꝙ nihil contingit scire. A discipulis vero Platonis Xenocrate et Aristotele, vt libro primo academicarum quęstio. commemorat Cicero, cepit diuisio academicorũ et peripateticorum. Nam Xenocrates cum in eodẽ gymnasio successisset, nomen retinuit scholę, vt scilicet eius discipuli dicerentur academici. Aristot. vero qui in Lycęo cepit docere, nomen seruauit deambulandi, quomodo docebat Plato: atque adeo dictus est peripateticus, quod est deambulatiuus. Unde (vt inquit illic Cicero) academici & peripatetici solo nomine in principio differebant.

¶ Alter discipulus Socratis fuit Antisthenes cui successit Diogenes ille Cynicus, qui fuit mundi contemptor. Deinde Zeno qui princeps fuit tertię sectę, scilicet Stoicorum: cui successit Chrysippus. Dicti sunt Stoici ab, stoa stoas, quod est porticus, legebat nãqꝫ Zeno in porticu Poecili. Diogenes vero laer. libro septimo, in vita Zenonis dicit fuisse coeuum & auditorem Xenocratis. Horum potissimum dogma fuit ꝙ nulla cadit in sapientem passio: nam sapientes appellabant eos tantum qui habebant virtutes in gradu heroico: quam viam constantissime secutus est Seneca. Hac ergo ratione tres vię academicorum, peripateticorum, & stoicorum, separatę sunt. ¶ At vero vt ad scientiarum initium & ortum redeamus, quemadmodum Josephus aduersus Appionem lib. primo. & Eusebius de prępa. Euang. lib. x. egregie demonstrant, scientiarum inuentio nõ a Gręcis, sed a Chaldęis & Hebręis quin potius a Deo per Adam dimanauit. Cum enim Adam tãquam naturę caput omnium scientiarum plenus fuisset creatus, verisimile est in eius semper posteritate semen fuisse scientiarũ. Unde vt Berosus lib. iii. author est, Noe postquam Armenos scientiis & virtutibus instituit, Italiam venit: quam etiam humanarum et diuinarum cognitionem docuit. Cui Jano appellato antiquissimum templum pacis post multa tempora Romę dedicauerunt. Cuius filius Saturnus scientiarum Deus, habitus est. Unde solennis illa religio perpetui ignis in templo Vestę postea ortum habuit. Nam vxor Noe, Vesta, appellabatur. Et quia Judęis, vt patet Leui. 6. solenne erat, vt ignis perpetuus nunquam in altari deficeret, inde finxerunt Vestam fuisse Deam quę hunc ritum puellas suas docuit. Hoc enim modo Gentiles fabulas suas et ritus ex sacra historia confinxerunt, vt recens quidam bonus author in sua philosophia perenni docte & copiose disserit. Postmodum vero Abraham, & deinde Moyses in Aegyptum peregrinantes, astrologiam aliasqꝫ scientias eos docuerunt. Quapropter historiographi ab Aegyptiis consentiunt

Astro-

Philosophia ꝓpter se expetenda.

Ad. 1. principale.

Quõ necessaria.

Ad. 1. confir. Philosophię ort⁹

Ad. 2. confir. Philosophię ort⁹

Philosophorum capita.

Stoici.

Aca. Peri. Stoi.

Astrologiam emanasse. Unde Diogenes in vita Thaletis ab Egyptijs asserit eruditum esse pręcepta geometricę. Et libro quinto idem affirmat de Pythagora, nempe ꝙ patria relicta literarum amore Egyptum petijt, & apud Chaldeos conuersatus est ibique philosophiam edoctus. Et libro tertio in vita Platonis idem affirmat de Platone, videlicet ꝙ in Egyptū ad prophetas sacerdotesque se recepit studiorum gratia quod itidem in prologo Biblie Hieronymus retulit. Quam obrem certum est Grecos ab Egyptijs & Chaldeis, qualis fuit Abraham et Moyses, literas recepisse. Patriarche enim illi multo antea fuerunt in Egypto ꝙ septem sapientes fuissent in Grecia: nam sapientes, vt refert in de temporibus Eusebius ab olimpiada trigesima octaua vsque ad quinquagesimam floruerunt, nempe sexcentos annos ante aduentum Christi, post diluuium Thessalicum sub Deucalione, quod multo post tempora Moysi deleuit totam Greciam. Sed dicuntur illi sapientes inuentores scientiarum, vt Themistius ipse Grecus hic etiam meminit, quia post illud diluuium studium philosophie in Grecia instaurauerunt et excitauerunt.

¶Hęc pluseulis ꝙ institueram verbis dicta sint, vt qui philosophiam profitentur, Deum intelligentes & authorem primum scientiarum, etiam naturalium, fuisse, & vltimum esse earum finem sciant. Philosophiam aliasque naturales scientias nisi ad Dei amorem & cultum dirigantur, nihil aliud esse quam vnam ex vanitatibus que sub sole sunt, et laborem & afflitionem spiritus, vt sapientissimus ille Ecclesiastes concionatur. Sed tunc admodum esse vtiles: si qui sapientie a timore domini initium sumant, vt creaturarum contemplatione ad amorem creatoris excitati ad eius tandem felicitatem perueniant.

2. Cōclusio Physica ē scientia.

## ¶Secunda conclusio. Physica

est vere & proprie scientia. Contrarium fuit dogma academicorum, vt modo dicebamus, inter quos fuit Heraclitus. De quo themate Cicero scripsit academicas questiones. Augustinus libros tres composuit aduersus academicos, quibus conclusionem hanc nostram demonstrauit: nempe ꝙ sit possibilis scientia etiam rerum naturalium. Supponatur hic vsque ad quintam conclusionem, nomine rerum naturalium intelligere nos corpora hec sensibilia, vt cęlos, elementa, & mixta. Item ex secunda questione proemiali super dialecticam, et ex secundo latius. post. questione prima, supponamus nomine scientie intelligere habitum conclusionis necessarię per demōstrationem acquisitum videlicet quo cognoscimus conclusionem et eius causas. Tum primo probatur conclusio authoritate Aristotel. qui. 1. poste. textu vigesimo primo: ait ꝙ scientia non est corruptibilium per se, sed per accidens, quales sunt res naturales: & .iij. physic. textu vigesimo quarto, ait ꝙ scientia naturalis versatur circa magnitudines, motum, & tempus: et secundo metaphy. textu. iij. ait ꝙ philosophiam, sciētiam veritatis appellare, recte se habet. & libro. 4. textu vigesimo tertio, irridet Heraclitum et alios negantes scientiam rerum naturalium: et tandem libro. 6. textu. 2. diuidit scientiam contemplatiuam in Metaphysicam Physicam et Mathematicas. ¶Et probatur pręterea ratione, primo quia vt habetur. 1. poster. textu. 5. et in hoc libro textu sexto. scire est rei causas vsque ad prima principia cognoscere: sed rebus naturalibus conueniunt passiones que ex proprijs rei causis procedunt: ergo res naturales sunt vere scibiles, & per consequens illarū potest esse scientia.

¶Secundo. De mathematicis est scientia certissima: vt ꝙ omnis triangulus habeat tres angulos ęquales duobus rectis. &c. sed tam necessarium et perpetuę veritatis est hominem esse animal, aut ignem suapte natura esse calidum: ergo istorum est etiam scientia proprie.

¶Item tertio, vt videtur arguere Aristote. 4. metaphysi. aduersus Heraclitum. Si aliquid obstaret quominus de rebus naturalibus posset esse scientia, maxime quia sunt mutabiles, et quando res mutatur, idest acquiritur, tunc non est: sed hoc non obstat: primo quia si res tunc cum mutatur non est sub illa forma ad quam mutatur, iam hoc est scibile, quod non sit, & quod mutatur: imo profecto tam scibile, est res istas sensibiles, esse mutabiles, ꝙ intelligentias esse immutabiles: & per consequens sicut de immutabilitate scientiarum potest esse scientia, ita de mutabilitate rerum neque obstat ratio ni scientię totalis, ꝙ habeat admixtas aliquas opiniones, vt. q. citata super dialecti. meminimus. & cōclus. quarta statim dicturi sumus. Et pręterea de cęlis manifestum est esse scientiam, cum nō sint naturaliter mutabiles generatione, aut corruptione, aut alio motu ꝙ locali.

¶Unde ad secundum principale respondent recentiores Dialectici ꝙ scientia quanquā sit de rebus corruptibilibus prime intentionaliter, est tamen de incorruptibilibus, secunde intentionaliter, id est de propositionibus. Attamen in. 1. poster. tex. 21. aperte monstrauimus hunc modum loquendi non satis consequi mentem Aristot. Nam quamuis ita sit, scilicet scientiam naturalem esse de propositionibus necessarijs tanquā de obiecto immediato, tamen est de rebus tanquā de obiecto principali. Et maxime quia isti non censent hanc propositionem omnis ignis est calidus, & similes esse necessarias, nisi in sensu modali, quod Aristotel. nunquam somniauit. Mens ergo eius illic est, ꝙ scientia est de incorruptibilibus per se, corruptibilibus vero per accidens, id est de rebus quatenus per intellectū abstrahuntur a singularibus, & fiunt vniuersales. Que quidem vniuersalia, inquantum abstracta, non sunt corruptibilia: sed inquantum sunt in singularibus, vt prima questione de vniuersalibus super Porphyr. exposuimus. Ad. 2. principale. Scientia de incorruptibilibus.

¶De illis vero, ꝙ sol oritur sol occidit, de coniunctionibus siderum, iam diximus primo poste. questione secunda, ad. iij. argumentum & questi. iij. ad primū, ꝙ est sciētia de illis, eo quod naturaliter ista non possunt deficere quin certis temporibus contingant. Et de pluuijs & alijs naturalibus, scilicet ꝙ tales talibus temporibus contingant etiam est scientia proprie: nam ad certitudinem scientię satis est ꝙ regulariter ita contingat, licet aliquando possint deficere. Infra latitudinem enim proprię scientię, vt illic adnotauimus, sunt diuersi gradus certitudinis. Quod expresse docet Aristo. 2. metaphy. textu. 16. Certitudinem enim (inquit) nō oportet in cunctis querere, sed in his que non habent materiam. Quasi dicat. In naturalibus scientijs que non abstrahunt a materia & motu, non est tanta certitudo quanta in mathematicis: que abstrahunt a materia. ¶Et per hoc patet ad primam particulam confirmationis. In hoc enim Heraclitus et Cratillus decipiebantur, ꝙ non abstrahebant vniuersalia a singularibus: cum tamen debuissent conside-

considerare ꝙ quamuis res ipse in singulari sint mutabiles (quicunque enim homo nascitur ꝛ moritur, ꝛ quodcunq; mixtum generatur et corrumpitur sitq; modo calidum et modo frigidum. ꝛc.) tamen ꝙ homo sit risibilis, ꝛ ꝙ ignis sit calidus. ꝛc. semper sunt perpetue veritatis. ¶ Hinc item colligitur responsio ad illud quod tangitur in .1. argu. scilicet ꝙ scientia non sit sensibilium: quod preter Aristo. loco citato, etiam astruit August. lib. 83. q. vbi ait ꝙ non est expectanda sinceritas veritatis a corporis sensibus. Cuius ratio est ꝙ a sensu multe fiunt deceptiones. Iudicamus enim per sensum solem esse minorem tota terra, baculum cuius medietas est in aqua esse fractum, hostiam consecratam esse panē, imo demum potest multas illusiones causare, vt cum in tentatione sub forma hominis apparuit, qui tamen nō erat homo: ꝛ per magicas artes potest fieri vt res appareant vere, que tamen sunt solū apparentes ꝛ ficte. ¶ Non equidem necessarium est solutionem argumenti exponere quo modo sensus non fallitur circa proprium obiectū, vt visus circa colorem, nisi forte aut ex alteratione medij, aut organi: vt .2. de anima. textu. 152. author est Aristote. vbi id nos explicabimus: sed abunde ad argumentum respondetur, ꝙ solum probat de sensibilibus non esse scientiam ea sola ratione qua cadunt sub sensu, idest inquātum sunt singularia. Non enim habemus scientiam ꝙ hoc est panis, aut homo, aut album, aut nigrū: quia potest aliter esse, aut per miraculum, aut arte demonis, aut ex alteratione medij, aut organi: sed tamen est scientia in vniuersali, ꝙ homo est risibilis, ꝙ panis nutrit. ꝛc. ꝛ ita colligit. S. Thom. 1. p. quest. 84. articul. 6. ꝙ hec fuit necessitas intellectus agentis, vt scilicet a phantasmatibus, que non sufficiunt ad generandum scientiam, abstraherentur species intelligibiles que res vniuersales representarent, de quibus est scientia. Et hoc est quod dixit Aristote. sensibilium non esse scientiam. Non enim negauit, quin sensuum adminiculum necessarium sit ad acquirēdas scientias: immo .1. poster. textu trigessimo tertio dicit ꝙ deficiente sensu necesse est deficere sciētiam illius sensibilis, ꝛ lib. 2. textu. 8. dicit ꝙ nō possumus cognoscere quod quid est proprie nisi earū rerum quarum per se habemus sensationem.

Sensibiliū non est sciētia.

¶ Ad vltimam particulam confirmationis qua arguebatur philosophos antiquos raras habuisse rerum veritates: qua de causa Socrates Physicam deseruit, respondetur. quod ante Platonem ꝛ Aristotelem, genus humanum in sciētijs naturalibus erat sicut infans, quando homines potius hallucinabantur ad veritatem, ꝙ illam attingerent: ob idq; innumeros habuerunt errores, tam de principijs naturalibus, ꝙ de felicitate morali. Plato vero et presertim Aristoteles quantum naturale ingenium valuit, philosophiam ad verum exegerunt. At vero naturales ingenij vires antequam lumen fidei nobis irradiaret non fuerunt sufficientes rerum naturas penetrare. Cum enim scientie etiam naturales a Deo deriuentur, iuxta illud psal. 4. signatū est super nos lumen vultus tui domine, non sufficiunt sine lumine fidei veritatem etiam naturalium attingere, nisi multis erroribus admixtis. Et ideo Aristot. non potuit cognoscere mundum habuisse principium, ꝛ alia id genus plurima. Et hac ratione Lactantius lib. iij. eleganter ostendit illos phylosophos ante lumen Christi non habuisse perfectas scientias.

Lumen fidei ad philosophiā necessarium.

¶ Tertia cōclusio. Physica est scientia speculatiua. Conclusio expressa est Aristotel. 6. metaphysicorum. textu primo. vbi premissa distinctione inter scientiam speculatiuam ꝛ practicam, speculatiuam subsecat in Metaphysicam Physicam et Mathematicas. Et quod Physica sit speculatiua probat illic Aristoteles ex natura speculatiue scientie. Scientia enim speculatiua ꝛ practica (vt citatum est in tertio argumento) differunt fine, scilicet ꝙ practica est propter opus, speculatiua vero solum propter veritatem contemplandā: sed Physica non ordinatur ad opus: quia finis eius est cognitio, et contemplatio veritatis: ergo est speculatiua. Minorem probat illic Aristoteles quia rerum naturalium pricipia sunt in seipsis ꝛ nō in nobis ꝛ ideo nō sunt a nobis operabilia. Principium autem rerū artificialium ꝛ moraliū est in nobis, atq; adeo sunt a nobis operabilia ꝛ per consequens eorum scientie sunt practice.

Tertia conclusio. phy

losophia speculatiua.

¶ Ad cuius notitiam videre quicunque potest que in quarta questione proemiali super dialecticam copiose de hac re diximus. Nunc vero satis est verba Aristote. exponere. Ad hoc ergo vt scientia sit practica non satis est ꝙ obiectum eius sit res factibilis, vt illic exposuimus, alias omnis scientia creaturarum esset practica, cum omnes creature sint factibiles a Deo: sed requiritur ꝙ sit factibilis a nobis: et hoc est quod ait Aristoteles ꝙ principium talium rerum artificialium non est in ipsis, sed est ars que est in nobis. Principium autem rerum naturalium est in ipsismet rebus. Si enim statuam ligneam viridem subtus terram condas, non nascetur inde statua, sed lignum: quia natura ipsa ligni sufficit generare lignum: statuam autem solus homo facit. Hinc est quod scientia de statua est practica, cognitio vero ligni est speculatiua. Homo enim potest cognoscere naturam ligni, non tamen facere lignum. Quinimo licet Deus daret nobis facultatem faciendi lignum, non possemus per scientiam quam habemus id facere: quia non docet modum faciendi lignum. Dico quod non possumus facere res naturales, nisi applicando actiua passiuis: animal enim generat animal ponendo semen in loco apto ad generationem. In Deo autem non distinguitur scientia practica et speculatiua, nisi solum ex parte finis. Respectu enim rerum que sunt vel erunt dicitur scientia practica, sed respectu earum que nunquam erunt dicitur mere speculatiua. Simili ratione Philosophia moralis est practica, quia est de rebus cuius principium est in nobis, idest de operabilibus a nobis. Principium enim moralium actuum est electio. Sicut enim ars facit opus bonū, idest laudabile secundum intellectum, ita et electio facit opus bonum ꝛ laudabile moraliter. Et ideo Aristote. 2. Ethicor. capit. 2. dicit Philosophiam moralem non esse solū contemplationis gratia, sed vt boni efficiamur. Cetera de scientia speculatiua et practica. q. citata satis dicta sunt.

Scientia prac. ꝛ spe

¶ Unde ad tertium principale argumentum negatur minor, scilicet ꝙ physica sit scientia practica: ꝛ ad primam probationem respōdetur, ꝙ quāuis alique res naturales generentur in nobis, vt habitus ꝛ actus intellectus, tamen physica non tractat de illis inquantū operabiles a nobis. Quemadmodum enim physica considerat naturam nutritionis, augmentationis ꝛ generationis: non quidem docendo quomodo nos illa faciamus, sicut ars scribendi docet scribere, sed tradendo diffinitiones et demonstrando passiones earum,

Ad .3. principale.

ita

tia: τ physica est de habitibus τ actibus nostris, nō modo operatiuo, sed modo speculatiuo. ¶Philosophia moralis τ physica tractant de actibus τ habitibus nostris, scilicet de temperantia, fortitudine intentione, τ electione. τc. diuersimode tamē: quia physica tractat de illis speculatiuo modo, scilicet, ꝙ habitus est difficile mobilis, actus vero facile mobilis, ꝙ intētio sit in intellectu. τc. philosophia vero moralis tractat de illis practice in quantum ex electione operamur secundum regulas virtutis vt scilicet operemur scientes τ eligentes τ propter talem finem: τ ideo physica est speculatiua, τ moralis, practica. ¶Ad 2. probationem, ꝙ cognitio rerum naturalium allicit nos in amorem dei, respondet et credo Scotus. 4. questi. prologi concedendo subinde ꝙ sit practica nam simile dicit de theologia quantum ad illas veritates speculatiuas, Deus est vnus, Deus est trinus. τc. Nihilominus neganda est consequentia: non enim satis est ad rationem scientię practice ꝙ mediante eius cognitione excitet voluntatem ad amādum rem: nā tūc cognitio speculatiua de natura auri, aut de natura cuiuscunque delectabilis cibi, esset practica, quod certe est falsum: sed requiritur ꝙ ipsa scientia sit de re operabili τ modo operabili, idest, ꝙ per se immediate doceat operari, quod physice non cōuenit.

*Ad confir. Medicina*

¶Ad confirmationem respondetur cum S. Tho opusculo citato in argumento, ꝙ medicina non continetur sub physica sicut species sub genere vt scientia de triangulo continetur sub Geometria, τ scientia de plantis, sub physica, quia corpus sanabile, vt est subiectum medicine, non est inferius quiditatiue ad corpus mobile. Corpus enim sanabile a natura est species corporis naturaliter mobilis, sed corpus sanabile ab arte est subiectum medicine. At vero quia ars non est nisi auxilium nature, hinc est physica ꝙ tradit propter quid cōclusionem medicine: τ hac ratione medicina subalternatur physice. Et hoc est quod ait Aristote. de sensu sensato, videlicet ꝙ physici desinunt in consideratione corporis sanabilis a natura, τ inde medicus incipit sumere sua principia quibus arte sanet. Et ideo nihil obstat quin physica sit speculatiua, et medicina in parte sit practica. ¶Habet enim medicina duas partes, vna que est cognitio nature herbarum τ complexionis humane, τ illa est speculatiua τ pars physice: alia vero est que docet applicari medicinas ad sanandum per artem: et hec est practica.

*Quarta cōclusio. Physica ē vna scientia.*

¶Quarta cōclusio. Physica est vna scientia. Conclusio hec colligitur manifeste ex Aristote. loco citato. 6. metaphysic. vbi distinguit physicam tanquam vnam scientiam contra metaphysicam τ mathematicas. Et preterea probatur: quia vnitas scientie, vt citatum est in. iiij. argumento sumitur ab vnitate formali obiecti sicut vnitas potentie: sed physica, que cunque tractat, considerat sub vnica ratione mobilis, vt questione sequenti palam fiet: ergo est vna scientia. ¶Et confirmatur quia ridiculum profecto esset dicere ꝙ sint diuerse philosophie, illa que tractat de materia et illa que tractat de forma, τ que tractat de motu et que tractat de loco. τc. sicut ridiculum esset dicere ꝙ alia est Geometria que tractat de linea et alia que tractat de superficie aut de corpore, τ alia que tractat de triangulo τ alia que tractat de quadrāgulo: et ꝙ in philosophia morali alia esset temperātia que precipit abstinere a carnibus, et alia que precipit abstinere a vino, quantumuis obiecta differant specie. Docet enim Aristo. v. metaphysi. tex. 7. (quod recentiores parum considerant) aliquid esse vnum in vno genere, quod est plura in alio: vt domus est plura in predicamento substantie. s. plura ligna et plures lapides: τ tamen est vna in predicamento qualitatis, puta vna domus: τ decē homines sunt plures in genere substantie, tamen in genere quātitatis sunt vnus numerus. Et eodem modo albedo τ nigredo sunt plures species in genere qualitatis, τ tamen conueniunt in vna ratione visibilis quia: s. eodem modo immutant potentiā τ per consequens ab vna potentia percipiuntur. Ad hunc ergo modum dicendum est de obiecto scientie, quod videlicet quanuis res que considerantur in physica sint plura in predicamento substantie aut qualitatis, aut quantitatis, conueniunt tamen in vna ratione scibilis: quia considerātur sub ratione mobilis. Et ideo simpliciter τ sine addito physica est vna scientia. Que tamen secundum diuersas species motus distinguitur in diuersas partes, scilicet in libros de celo, de generatione de anima. τc. At vero libri physicorum nō condistinguntur ab alijs tanquam species distincta, vt aliqui putant, sed habent se ad alias partes sicut consideratio rei mobilis in vniuersali ad considerationes diuersorū mobilium in particulari.

*Unica simplex.*

¶Quod si quis percontetur an intelligamus physicam, saltim que pertinet ad libros physicorum, ita esse vnam scientiā vt sit vnica simplex qualitas, is consulat questionē nostram tertiam proemialē super dialecticā, vbi id amplè tractauimus. Et forsan est vnica simplex qualitas propter rationes illic adductas. At vero quicquid sit siue sint plures siue vna qualitas, nihilominus sunt simpliciter vna scientia τ vnus habitus: sicut quanuis visus esset plures res, esset nihilominus simpliciter vnica potentia.

*Ad. 4. principale.*

¶Unde ad. 4. argumentum quanquā sint qui dicant philosophiam naturalem posse esse genus ad mathematicas et metaphysicam, nihilominus hoc negatur.

*Physica. Meta. Mathe.*

¶Philosophia enim naturalis idē est quod physica: vnde philosophia naturalis nō dicitur quia tractat de re naturali, sed quia tractat de re naturali inquantum est res naturalis. i. ea ratione qua se habet in se principiū motus: hac ēm rōne dicit ens mobile: metaphysica vero τ mathematica tractant de rebus naturalibus, sed nō ea ratiōe qua habent in se principiū motus. Enimuero cum scientiarū diuisio (vt. q. iij. proe. super dialecticā. τ. 1. post. q. 7. adnotauimus) sumenda sit ex diuisione obiecti, ea ratione qua est scibile. i. inquantū sit quoddā mō immateriale, sicut intellect⁹ ipse, cuius est obiectū, est immaterialis: τ immateriale fiat per abstractionem a materia et motu, sequitur vt secundū diuersos gradus abstractiōis obiecti distinguantur diuerse scientie.

*Tres gradus immateria.*

Sūt autē tres gradus abstractiōis τ immaterialitatis vt. 6. meta. tex. 2. τ in. 11. c. 6. docet Aristo. nam aliqua sunt entia a materia separata, non solum secūdum considerationē intellectus, sed secundū rem vel quia nulle talium rerum possunt esse in materia, vt Deus τ intelligentie, vel quia non vniuersaliter sunt in materia, sed indifferenter se habēt ad res materiales τ immateriales, vt substantia, ens, τ similia: τ de his omnibus tractat metaphysica, cuius subiectū adequatum est ens. Alie vero sunt res que licet secundum rem esse non possunt nisi in materia sensibili, tamen inquantum sunt obiecta scientie abstrahunt a materia sensibili, vt est quantitas, inquantum est obiectum mathematice: licet enī quātitas non sit nisi in corpore materiali τ sensibili: consideratur tamen a mathematico vt abstra-

hit a materia: non enim considerat de triangulo in quãtum ferreus, aut ligneus sed simpliciter. Alie vero sunt res que non solum secundum rem, sed neque secundum considerationem scientię abstrahunt a materia & motu, vt homo, equus, lignum, simum, aquilum: & de his tractat philosophia naturalis seu physica, cuius proinde subiectum est ens mobile: tractat enim de ente quocunque quatenus est in materia & subijcitur motui. Exempli gratia. Rectum & curuum, cadunt sub consideratione mathematica: quia non dicunt nisi lineam talem abstrahendo ab hac vel illa materia, sed tamen, simũ & aquilum, cadunt sub consideratione physica: quia non dicunt indifferenter quãcunque curuitatem sed talem curuitatem nasi: nam simus dicit nasum cauum, aquilus, vero, gibbosum. ¶ Quod siquis arguat, quod tunc obiectum philosophie naturalis non dicit quid intelligibile, sed mere sensibile siquidẽ non dicit quid abstractum a materia, & per consequens non est obiectum scibile. Respõdetur quod ratio immaterialitatis communis obiecto cuiuscunque scientię est quod abstrahatur a singularibus, quod etiam conuenit philosophie naturali que tractat non de hoc aut illo indiuiduo sensibili, sed de rebus ipsis sensibilibus in communi. Quare secũdum hãc abstractionem non sumitur distinctio inter has scientias: sed secundum abstractionem a materia & motu non solum in singulari sed in communi. Mathematica enim non solum abstrahit ab hoc vel illo triangulo ferreo, sed a triangulo ferreo in communi: quia nec tractat de ferreo, nec de ligneo, sed de triangulo. Et sic mathematica simpliciter abstrahit a materia sensibili: puta ab albo, nigro, calido & frigido. &c. Non tamen abstrahit a materia intelligibili: quia quantitas ipsa de qua tractat, quatenus est subiectum, quo, aliorum accidentium, intelligitur quodammodo sub ratione materię, vt. 1. par. questione. 85. articu. primo ad. 2. argumentum meminit Sanctus Thomas. Atqui inter quantitates, continua habet adhuc magis rationem materię intelligibilis respectu discrete secundum Aristote. 7. metaphysi. tex. xxv. quia diuisio continui in plurales vnitates est diuisio materialis.

*Materia intelligibilis*

¶ Ex his sequitur quod philosophia & physica, se habẽt vt genus & species. Nam philosophia complectitur & moralem & rationalem & naturalem: physica vero solum dicit philosophiam realem & speculatiuam naturalem que est de ente mobili. Possumus ergo dicere philosophiam speculatiuam, naturalem, sed tamen physicam naturalem seu speculatiuam, inepte diceremus: nam physica totum hoc dicit quod sit scientia realis & speculatiua & naturalis.

*Philosophia & physica.*

¶ Ad primam confirmationem. 4. argumenti responsum est iam, quod quamuis physica sit de rebus diuersis tamen omnia tractat sub vna ratione formali entis mobilis. ¶ Ad secundam confirmationẽ respondetur, quod etiam si teneatur opinio Sancti Thome, quod vna tota scientia est vna simplex qualitas, non tamen subinde tenendum est quod sit vnica simplex qualitas respectu omnium conclusionum que certo sciuntur, & eorum simul de quibus tantũ habemus opinionem: nam vna qualitas non potest habere tam diuersas naturas: nihilominus quanquam sint diuerse qualitates tamen habitus opinatiuus reducitur ad eandem scientiã propter eandem rationem formalem obiecti: quare omnes simul dicuntur vna scientia.

*Ad confirmationes.*

*Quinta cõclusio. sub*

¶ Quinta conclusio. Subiectũ physicę, idest philosophie naturalis, est ens mobile. Que nam sint conditiones ad rationem subiecti pertinentes, questione quinta proemiali super dialecticam satis, super quod expositum est. Ens mobile idem est quod ens naturale. Ad cuius notitiã notandum est, quod Aristote. vt videbimus. 2. huius tex. iij. & 4. & 5. distinguit inter naturam, & ens naturale, & ens secundum naturam. Natura vt illic explicauimus, est tam materia quam forma que sunt principia motus naturalis: ens vero naturale est ens habens naturam, idest suppositum quod ex materia & forma componitur: sed ens secundũ naturam est motus ipse & passiones naturales: vt ferri sursum aut deorsum, calefacere & calefieri. &c. Et quia natura idem est quod principium motus, fit vt ens naturale, idest, habens, naturam idem sit quod est ens mobile, idest, habens in se principium sui motus: ad differentiam rerum artificialium, & moralium quorum principia sunt extra in artifice aut in eligente.

*iectũ physi ce ens mobile.*

¶ Quocirca distinguunt nonulli ens mobile, vt mobile dicatur, aut subiectum, aut terminus motus. Et accipitur hic motus, non ita stricte vt accipit Aristo. 5. huius. tex. 8. vbi ait generationem non esse motum, sed mutationem, at accipitur hic vt nomine motus comprehendatur etiam generatio. Itaque materia (vt aiunt) dicitur mobilis tanquam subiectum generationis, et forma dicitur mobilis tanquam terminus, quo, generationis, & totum compositum tanquam terminus quod idest tanquam id quod generatur. Et in alteratione totum compositum est mobile tanquã subiectum, & calor qui acquiritur dicitur ens mobile tanquam terminus, quo, alterationis, & calidũ tanquam terminus quod, idest tanquam id quod fit calidum. Et pariter in augmentatione, & suo modo in motu locali.

*Ens mobile.*

¶ Bipartita ergo est opinio de subiecto philosophię. Albertus Magnus cui Egidius subscribit, ait subiectum philosophię esse corpus mobile. Cuius rationes tetigimus in. 6. argumen. At. S. Tho. in hoc itidem prologo dicit subiectum esse ens mobile. Rationes huius inter alias quidam ex discipulis. Sancti Thome assignant hanc. Subiectum scientię communitatis, seu totalitatis debet prędicare in recto de omnibus contentis in illa scientia (subiectum enim est quod omnia sub se continet) at corpus mobile non prędicatur in recto de omnibus, nam tractat hec scientia de materia & forma & accidentibus, que non sunt corpora: sed tamen, ens mobile, prędicatur de illis: ergo nõ corpus mobile, sed ens mobile est subiectũ physice. ¶ At vero ratio hec profecto nec est. S. Thome neque verum assumit. Ens enim est subiectum metaphysice, vt docet Aristoteles. 4. metaphysice tex. 1. & tamen non prędicatur in recto de omnibus de quibus tractat metaphysica: quippe que tractat de natura accidentium, que non sunt entia sed entis entia. 7. metaphy. text. ij. & subiectum librorum de anima est anima, que tamen scientia tractat de potentijs & actibus que non sunt anima, sed anime potentie, & subiectum theologie est Deus: qui non prędicatur de omnibus contentis in illa scientia, ergo ad rationem subiecti illud nõ requiritur. Quod manifeste affirmat. S. Thom. in hoc. 1. libr. lec. ij. in diuisione textus vbi ait quod in hoc libro determinat Aristoteles de principijs subiecti huius scientię, idest de principijs entis mobilis: nõ ergo dicit materiam, aut formam considerari in physica quia est ens mobile: sed quia est principium entis mobilis. ¶ Ex quo sequitur quod quãdo dixit ens mobile esse subiectum physice, non accepit ens in illa generalitate vt dicatur de materia, aut forma aut

*Due opiniones.*

ma aut de accidentibus,sed solum vt dicitur de toto supposito. Imo vero ens non prędicatur in recto de materia aut forma, quia analogice dicitur de substantia totali ⁊ accidentibus: quare de sola substantia dicitur in recto,materia vero aut forma non est substantia directe sed principia substantię: ⁊ ideo nec est ens sed principium entis. ¶Sequitur.2.ꝙ nec mobile accepit in illa generalitate sicut materia dicitur mobilis aut accidens dicitur mobile sed pro supposito:quia simpliciter loquendo certe,nec materia,nec forma dicuntur mobilia,sicut nec dicuntur entia naturalia: sed principia entis mobilis ⁊ naturalis,vt ait.S.Tho.loco citato:q2 neq; materia neq; forma generatur, sed totum vnde sola substantia completa corporea simpliciter ⁊ absolute dicitur ens naturale ⁊ mobile, quę videlicet habet in se naturam.i. principium motus.¶Ex quo sequitur tertio ꝙ quando dixit ens mobile esse subiectum,et non corpus mobile, non accepit,ens,tanquam aliquid in supponendo superius ad corpus,vt comprehēderit materiam vel formā,vel accidens:sed tanquam superius in significando.s.ꝙ ens mobile, non inquantum corpus, sed inquantum ens, est subiectum physicę. Cuius ratio est subiectum scientię est id quod tanquam notissimum supponitur in tali scientia,vt.1. post.text.2.habetur:corpus vero mobile, non supponitur tanquam notissimum in physica, sed ens mobile:ergo,ens mobile,est subiectum et non corpus mobile. Minorem probat.S.Tho.ex.6.physi. text.xxxij.vbi probat Aristote.omne mobile esse diuisibile,⁊ per consequens esse corpus.¶Sed offert se statim argumentum ꝙ Aristo. non probat corpus mobile esse in rerum natura, sed id solum ꝙ omne mobile est corpus:imo corpus mobile esse in rerum natura est per sensum notissimum,⁊ per cōsequens non probatur,corpus mobile,non esse subiectum.¶Hic notandum est ꝙ.S.Tho. nunquam somniauit,[vt quidam opinantur] ꝙ corpus mobile esse in rerum natura probetur ab Aristo. imo certo sciebat hoc esse sensu notissimum. Sed ratio S.Tho.consistit in hoc.Subiectum scientię est illud de quo tanquam notissimum supponitur in tali scientia esse primum fundamentum ⁊ rationem omnium passionum quę demonstrantur in tali sciētia,nam subiectum est vnde immediate fiunt passiones,⁊ per consequens est fundamentum totius scientię[vt.q.5.proe.super dialecticam expositum est]sed motus ⁊ quies est prima ⁊ potissima passio de qua physicus considerat:ergo illud est subiectū in physica de quo tanquam notissimum supponitur esse subiectum ⁊ rationem motus:supponitur tamen tanquam notissimum ꝙ omne quod mouetur est ens,nō tamen supponitur, sed probatur ꝙ omne mobile est corpus:ergo,ens mobile est subiectum potius quam corpus mobile.¶Confir.hęc ratio.Motus diffinitur.iij.physic.text.6.ꝙ sit actus entis in potentia,⁊ non dicitur ꝙ sit motus corporis mobilis:ergo formaliter loquendo ens est subiectum motus,⁊ per consequens subiectum physicę.¶Unde non videor mihi consentire cum domino Caietano in suo opusculo de subiecto scientię, ꝙ requiratur ad rationem subiecti,quando exprimitur per subiectum ⁊ accidens,ꝙ tale accidens sit conuertibile cum tali subiecto:nam linea visualis,est subiectum perspectiuę,⁊ numerus sonorus subiectum Musicę,tamen nec, visuale, conuertitur cum linea,nec,sonorum,cum numero,est enim aliqua linea quę non est visualis, ⁊ aliquis numerus qui non est sonorus: sed satis est ꝙ tale accidens illi soli subiecto conueniat, licet non omni. Imo si illud esset necessarium,sequeretur ꝙ ens mobile,non esset subiectum physicę: quia aliqua sunt entia,quę non sunt mobilia,vt Deus ⁊ intelligentię.¶Est veruntamen hic vnum argumentum quod illic Caieta.obscurioribus verbis format.Si ens mobile esset subiectum physicę,sequeretur ꝙ passio ipsa de qua physica considerat includeretur in ratione subiecti,consequens est falsum,quia ratio subiecti tota presupponitur in scientia, passiones vero non supponūtur,sed demonstrantur. Sequela tamē patet,quia mobilitas est passio de qua tractat physica. Nec satis est respondere ꝙ mobilitas,vt dicit aptitudinem ad motum,est ratio subiecti, physica autem solum considerat de motu. Non inquam hoc plane satisfacit:nam physica non solum tractat de motu:sed de mobilitate:nam moueri nō est passio,sed mobilitas,cuius effectus est motus:sicut scientia de homine non tractat de risu solum,sed de risibilitate.¶Propter argumentum respondet Caieta.ꝙ mobile vt est subiectum, non dicit aptitudinem,sed fundamentum mobilitatis.Quod profecto explicare vix potest quid sit Res tamen est clarissima:nec opus est in illas angustias incidere.Etenim cum dicimus ens mobile esse subiectum,nihil aliud intelligimus, ꝙ ens naturale.i.ens habens in se naturam quę est principium motus.Et certe hoc tanꝙ notissimum supponit physica esse.¶Ex his sequitur primo ꝙ non est opus hic distinguere[vt aliqui discipuli. San. Tho.distingunt]ꝙ duplex est subiectum physicę: aliud.s.totalitatis, seu communitatis: ⁊ illud est ens,mobile quod[vt dicūt]in recto prędicatur de toto mobili ⁊ de eius principijs ⁊ accidentibus:et aliud est subiectum principale: ⁊ illud est corpus mobile,de quo principaliter physica considerat. Hęc inquam distinctio non est necessaria:quia ens mobile,vt est subiectum,iam ostensum est,non esse superius in supponendo ad corpus:nec supponere pro principijs ⁊ accidentibus:sed sola ratione esse in significando superius.Et hac de causa.S.Tho. licet hic vbi erat quęstio de ratione formali subiecti,dixit ens mobile esse subiectum,tamen vbicunque loquitur materialiter de subiecto physicę, asserit illud esse,corpus mobile,vt patet.1.p.qō.84. articu.1.in argumento:sed contra,⁊ de verit. quęstio.14.arti.8.ad.16.argumen. ¶Sequitur secundo ꝙ ens mobile non accipitur hic vt discipuli isti S.Tho.iuniores(alias egregię docti) existimant, videlicet pro composito tam substantiali,vt est homo,quam accidentali,vt est aggregatum ex corpore ⁊ albedine,pro quo aggregato dicunt supponere ly album. Enimuero quanuis aggregatum ex homine ⁊ albedine sit ens per accidens,vt ait Aristo.6.meta.tex.4.tamen nunquam,nec ipse,neque aliquis philosophus admisisset ꝙ album supponeret pro illo aggregato: nam illud non est ens simpliciter,sed entia,album vero est ens, solū pro corpore supponens,quod habet albedinem. Unde sicut illud aggregatum non est corpus, vt illi fatentur,ita nec est album. Est enim album nomē denominatiuum,quod proinde non supponit, nisi pro re cui inest albedo. ¶Et pręterea aggregatum illud non solum non est album, verum neq; ens simpliciter,sed solum secundum quid:atq; adeo, ens mobile,quod est subiectum philosophię, non verificatur simpliciter de illo.Qua de causa Aristot.loco citato dixit ens per accidens nō esse subiectum scientię.Accipit ergo hic ens mobile pro substātia mobili, quę est corpus directe positum in prędicamento

Ens mobile.

Nō est duplex subiectum.

camento

camento substantię. Nulla me certe cupido tenet, aut concertādi, aut comparatione aliorum gloriā aucupandi: obidq; quam fuerit possibile, paucissimos citabo, cum quibus contendam. Erit tamen nonnunquam necessarium adnotare aliquas opiniones extraneas, quę philosophiā exosam faciūt.

Ad. 5. principale. Ens dicit vnum conceptum.

¶ Ad quintum ergo argumentum negatur primo ꝙ ens non dicat vnum conceptum, etenim, vt. q. 1. super. 4. capi. prędicamentorum explicauimus, nihil vetat ens esse analogum, ⁊ nihilominus simplici conceptui subordinari. vnde Aristo. ipse vtrunq; simul asserit. iiij. meta. ⁊ ꝙ ens sit analogum, ⁊ ꝙ sit nihilominus subiectum metaphysice. Sed secundo dicimus, ꝙ hic non est subiectum secundum totam analogiam, sed vt dicitur de substantia mobili ¶ Ad confirmationem respondetur ꝙ physica nec est pars subiectiua. i. species metaphysice, neq; illi subalterna. Ad hoc enim vt sit pars subiectiua, requiritur ꝙ contineatur sub eadem ratione scibilis: sicut scientia de triangulo est pars mathematice, quia scientia de triangulo abstrahit a materia sicut geometria. Attamen ens, vt est subiectū metaphysice: abstrahit a materia ⁊ motu, quomodo non abstrahit, ens mobile, ⁊ ideo non est directe inferius ad ens in ratione scibilis. Erit tamen hoc modo sciētia de celo, aut de generatione, pars subiectiua physice. ¶ Item ad rationem subalternationis requiruntur duo. Primum ꝙ subiectū sciētię subalternatę sit accidentaliter inferius ad subiectum subalternantis. i. sit contractum per accidens, quod sit extra essentiā illius subiecti (quod. 1. posterio. capit. 7. text. 20. explicuimus) vt visuale, contrahit lineam ad subiectum perspectiue. At tamen ens quod est subiectum metaphysice est de intrinseca quiditate cuiuscunq; rei: siue sit substantia, siue sit accidens: vt. q. 1. super capit. iiij. predicamentorum adnotauimus: ⁊ ideo, ens mobile, non est accidens omnino extraneum ab ente, vt faciat subalternationem scientię. Secundo, requiritur ad rationem scientię subalternatę ꝙ eius principia probentur a scientia subalternante, vt. 1. post. super tex. xxiij. expositum est: sed tamen principia physice non probantur in metaphysica (nisi quatenus metaphysica est generalis scientia) quia physica resoluit sua principia vsq; ad immediata ex per se nota sensui. ¶ Ad sextum deniq; argumētum responsum est in. 5. conclusione, cur corpus mobile non ponatur subiectum physice. At vero primam probationem in contrarium assumunt Scotistę in fauorem conclusionis. Probant inquam, ens mobile, esse subiectum physice, potius quam corpus mobile, eo ꝙ physica (inquiunt) tractat de intelligentijs, quę sunt quidem entia mobilia, non tamē sunt corpora. Ratio tamen vtranq; pręmissam habet falsam. Enimuero intelligētię non sunt entia mobilia motu physico: cum motus physicus mēsuretur loco ⁊ tempore, a quibus tamen angelus, cū sit incorporeus non dependet. Sed mouentur angeli motu discreto independenter a loco: potest enim esse hic ⁊ immediate post hoc in loco distanti sine transitu per medium: quod alterius est negotij disputare. Qui quidem motus non est physicus. Nec intelligentię sunt mobiles alio genere motus physici. Quamobrem falsum etiam est ꝙ physica tractet per se de intelligentijs, sed tota eius consideratio terminatur ad animam, quę est actus corporis, vt. 2. physi. videbimus. ꝙ si tractet physica de intelligentijs, non est per se, quia sunt mobiles, sed ad explicandum naturam mobilium celorum quorum ipsę sunt motrices. Qua ratione tractatur etiam. 8. physi. de primo motore. ¶ Igitur ad argumentum negatur sequela. s. ꝙ si, ens mobile, sit subiectum physice, tūc physica tractet per se de intelligentijs: nam quāuis sint entia, non tamen sunt entia physice mobilia. ¶ Ad secundam probationem, quidquid sit de ratione corporis, an illa sit fundamentum ⁊ ratio: vt res sit mobiles: tamen non est hoc ita manifestū sub ratione corporis: quin aliqua manifestatione indigeat: ⁊ ideo ponitur, ens mobile, subiectum cum per se sit manifestissimum omne mobile esse ens. Ad Commēta. vero respondetur ꝙ dicit, res sensibiles esse subiectum non solicitus de ratione formali subiecti, sed quia in rei veritate sole res sensibiles sunt entia mobilia. ¶ Ad tertiam probationem conceditur ꝙ tota physica non tractat, nisi de corporibus: nō tamen inde sequitur ꝙ ratio corporis sit manifestissima ratio mobilis, sed id solum ꝙ nullū est ens mobile, nisi sit corpus. ¶ Sequitur in textu caput primum. Hoc enim vt in prologo Commentorum admonuimus, obseruandum est: nempe in cuius questionis fine fiat ad commenta remissio.

¶ Text. I. Manifestum est.

## Quæstio secunda.

¶ VTRVM MODI PROcedendi: quos Aristo. proponit à principijs ad composita & ab vniuersalibus ad particularia: sint commodi.

ARguitur primo aduersus partem affirmatiuam. Conclusiones duę Aristotelis sibi ipse repugnant: ergo altera earum est falsa. Probatur antecedens. Principia rei sunt notiora naturę, nobis vero minus nota, vt patet primo authoritate Cōment. cōmen. iij. ⁊ secundo, authoritate Arist. tex. iiij. vbi ait totum notius nobis esse quā partes: ⁊ tertio experientia, q2 sensui prius sese offert totum quā partes: naturę vero simpliciora sunt notiora: quia a simplicibus principijs procedit ad cōposita, sed in secunda conclusione asserit Arist. a notioribus nobis, nature vero minus notis, incipiendum esse: ergo non est inchoādū in physica a cognitione principiorū, vt asserit prima cōclusio. ¶ Et cōfirmatur argumētum. Si incipiendum esset a cognitione principiorum, id maxime esset [vt dictū est in expositiōe primi tex.] vt seruem⁹ naturę ordinē, sane quę a principijs ad cōposita procedit in rerū productiōe: sed hoc nō: ergo. Probatur minor: quia ordo cognitionis cōtrarius est ordini productiōis. Quod enim est primū in cognitione, est vltimum in productione, vt. 2. physi. videbimus: artifex namq; prius proponit facere domū, licet in operatione a fundamētis incipiat: ⁊ ideo. 11. meta. cap. 1. docetur ꝙ finis est primum mouens. ¶ Secūdo principaliter arg. Si a cognitione principiorū esset inchoandū, id esset pręsertim q2 cognitio totius pendet ex cognitione principiorū, elementorū, ⁊ causarum, vt Aristo. probat: sed hęc ratio assumit falsum: ergo ⁊ conclusio ē falsa. Probat minor. Si illa eēt v̄a, seqret ꝙ nulla res naturalis eēt naturalit cognoscibilis: qđ est falsum, nā cū res naturales createę sint finitę entitatis, ⁊ ens sit obiectū intellectus, oēs sunt a

poten

potentia finita, & per consequẽs naturaliter cognoscibiles. Sequela tamen probatur. Quęcunq; res habet infinitas partes quantitatiuas, & homo (in via Aristotelis) dependet ab infinitis hominibus, scilicet a patre, auo, proauo, & sic in infinitum: infinita autem nõ possunt naturaliter cognosci: ergo. Quod si dicas illa esse infinita principia per accidens, quorum proinde cognitio non est necessaria ad cognitionem rei, arguitur aliter. De homine & de quacũq; re dicuntur infinita prędicata essentialia: nam inter quęcunq; duo prędicata potest assignari perfectio media, vt. a. quę sit imperfectior q̃ natura hominis, & perfectior q̃ natura animalis, & b. medium inter. a. & animal. Item possunt multiplicari infinitę passiones & proprietates, & sunt infinita alia accidentia, & effectus quę possunt conuenire homini: quę omnia requirũtur ad perfectam rei cognitionem: quę tñ cum sint infinita, non possint cognosci. Et id maxime patet de fine hominis, qui est causa per se ipsius, tamen non potest naturaliter cognosci: cum cõsistat in aliquo supranaturali, puta in visione Dei. Imo vero cum Deus & intelligentię, & sol, & orbes cęlestes, omnes sint horũ inferiorum per se causa: sequitur ꝙ nulla creatura harum inferiorum posset cognosci, quin cognosceretur natura Dei & omnium cęlorum & supracęlestium, & per consequens nulla posset esse scientia rerum naturalium, vt dicebat Heraclitus.

¶ Et confir. Sequeretur ꝙ scientię mathematicę, quas Aristot. vbiq; appellat scientias certissimas, non essent proprie sciẽtię: nam vt diximus in expositione textus primi, non demonstrant nisi solum per causam formalem, quę abstrahunt a materia, & sic per scientiam mathematicam non cognosceretur perfecte natura triãguli, cum non sit cognitus quo ad omnes eius causas. ¶ Tertio principaliter arguitur contra secundam conclusionem. Cognitio nr̃a incipit a sensu: sed singularia sunt sensibus propinquiora, quam vniuersalia: ergo singularia sunt nobis magis nota & ab illis inchoandũ est: quod Aristo. expresse asserit. 1. poste. text. 5. vnde. 1. de anima text. 8. vniuersale, inquit, aut nihil est aut posterius est: ergo cum hic doceat ab vniuersalib⁹ incipiendum esse, non solum falsum, sed contra se ipse loquitur. ¶ Quarto principaliter arguitur aduersus eandem. Uniuersalia sunt nobis cognitu difficilima, eo ꝙ sunt a nostris sensibus remotissima, vt est sententia Aristot. 1. meta. cap. 2. ergo falsum est ꝙ vniuersalia sunt nobis notiora.

¶ Et confir. Si vniuersalia essent nobis notiora, sequeretur eadem ratione ꝙ quanto essent vniuersaliora tanto essent notiora, & per consequens conceptus entis omnium vniuersalissimus, esset primus quem de rebus conciperemus, consequens est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor. Uniuersalia fiunt ab intellectu per abstractionem a singularibus: ergo quanto sunt propinquiora singularibus facilius abstrahuntur, & quanto remotiora, difficilius. ¶ Quinto principaliter tandem argu. contra illam propositionem in text. 2. s. ꝙ non sunt eadem nobis nota & naturę. Magis vniuersalia sunt nobis prius nota, vt dicit. 2. cõclu. sed eadem sunt etiam notiora naturę: ergo eadem sunt nobis notiora & naturę. Probatur minor. Ea sunt notiora naturę (vt ait commentator) a quibus natura incipit operari, ideo principia sunt illi notiora, sed natura incipit operari ab vniuersalibus: prius enim embrio viuit vita plantę, mox vita animalis, & tandem vita hominis vt habetur. 2. de gene. animali. cap. 3. ergo animal notius est natura quam homo, sicut & nobis. ¶ Et confir. Color notior est nobis quam species visibiles, quę producuntur per medium, cum species ipsę non sentiantur, licet sint instrumenta quibus colorem sentimus, & idem color etiam est notior naturę quam species, cũ color sit causa specierum: ergo. ¶ Et confir. 2. In mathematicis eadẽ sunt nobis & naturę notiora. vt. 1. poste. q. 2. adnotauimus: nam principia illa, a quolibet puncto in quodlibet punctum lineam ducere, & super quamlibet lineam triangulum constituere, sicut sunt notiora naturę conclusionibus inde illatis, quia sunt causa illarum, ita & sunt nobis notiora, quia sunt simpliciora & sensibus magis manifesta: ergo non est vniuersaliter conclusio vera, scilicet ꝙ quę sunt naturę notiora sunt nobis minus nota. ¶ In contrarium est authoritas Aristo. qui text. 1. statuit primum ordinem a principijs ad cõposita, & text. 4. secundum ab vniuersalioribus ad minus vniuersalia.

¶ De hac quęstione multi multa dicunt, etiam ex doctoribus scholę. S. Tho. quę vera forsan esse possunt, nobis tamen, pręterquam ꝙ sunt prolixa, & plusquam metaphysica, ad rẽ parum pertinere videntur. Quod ergo ad mentem Aristote. & veritatem exponendam satis est, sex cõclusionibus subijciam. ¶ Supponendum est in primis ex textus expositione ꝙ Aristo. in. 1. capit. primi libri, non loquitur de principijs aut causis secũde intẽtionaliter & posterioristice, quales sunt pręmissę respectu conclusionis (hoc enim alterius est negotij) sed solum loquitur de obiecto scientię et eius principijs a quibus realiter depẽdet. Nec loquitur de vniuersalibus aut particularibus ꝓpositiõibus, vt in li. Periherme. sed solum de cognitionibus quibus res confusę magis, aut distincte cognoscuntur. Intendit enim vt illic dicebamus, statuere duos ordines quibus tradenda est doctrina de aliqua re. Primus spectat ad res de quibus est scientia: vt. s. cognitio incipiat a cõsideratiõe principiorum rei de qua traditur scientia: secundus vero spectat ad ordinem cognitionum: vt videlicet qui doctrinam tradit, incipiat prius per notitias magis vniuersales & confusas. Quamobrem duo erunt articuli in hac. q. Primus erit de primo ordine: qui habebit tres conclusiones, & secũdus de secundo, qui habebit item tres. ¶ Hoc supposito incipiendum est a materia quarti & sequentium argumentorum, quibus petitur quę sint nobis notiora, & quę sint notiora naturę: vnde tota materia pendet. Et prius de notioribus naturę Paulus venetus & fere expositores respondent aliquid esse notius naturę quadrupliciter. Uno modo illud est notius naturę quod secundum naturam est magis cognoscibile: & sic perfectiora sunt notiora naturę. Et hoc modo ait Aristote. 2. meta. tex. 1. ꝙ sicut vespertilionum oculi ad lumen diei, ita & intellectus animę nostrę se habet ad manifestissima naturę. Secundo modo illud est notius naturę, quod est principaliter intentum a natura. Et hoc modo species est notior q̃ genus: quia natura non intendit animal producere nisi intendendo aliquam certam speciẽ. Tertio modo est notius naturę illud quod potest cognosci sine alio. Quemadmodum ait Aristo. 5. meta. text. 16. illa esse priora quę possunt esse sine alijs & non econuerso, vt principia possunt intelligi sine composito & genus sine specie. Quarto modo illa dicuntur prius natura, a quibus natura incipit operari. Et hoc modo ait hic Commẽta. tex. 3. ꝙ principia sunt notiora naturę q̃ cõpositũ, & minus

Duo ordines doctrinę.

Notiora naturę, quatuor modis.

⁊ minus nota nobis. ¶ Isti vero modi quamuis lucide sint collecti, tamen videntur ad libitum multiplicati: nam certe nihil aliud est magis notũ esse naturę, quam esse notius secũdum naturam, vt nomen ipsum pręse fert. Atqui id quod est notius secundũ naturam, eo modo quo est notius, est prius intentum a natura priusq; cognoscibile. Et pręterea quia tertius ⁊ quartus modus videntur in idẽ incidere. ¶ Quocirca aliter mihi videor hęc omniaque proposita sunt intelligere. Unde prima cõclusio sit hęc generalis. Aliquid esse notius naturę nihil aliud est quam ꝙ secundum naturam suã sit magis ⁊ prius cognoscibile: sicuti aliquid esse nobis notius, nihil aliud est quam ꝙ secundum nostram naturam sit nobis magis ⁊ prius notum. Hanc conclusionem nomina ipsa notiorem faciunt quam vt pluribus testibus indigeat. ¶ Ex quo sequitur ꝙ cum dicitur aliquid notius naturę, non opus est quęrere quę sit illa natura quę res magis aut minus cognoscit. Aiunt enim nõnulli aliquid esse notius naturę. i. Deo qui perfectiora magis cognoscit. Hoc tamen est falsum: nam pręterquam ꝙ Deus vniuersa ęqualiter cognoscit per suam essentiam, tamen licet per impossibile ab eo res non cognoscerentur, nihilominus essent cognoscibiles secundum naturam. ¶ Paulus ⁊ alij ex Commentatore hic commen. iij. eliciũt hunc modum loquẽdi conditionalem, videlicet id esse notius naturę, quod si natura cognosceret pri⁹ cognosceret. Sed neq; hoc plene satisfacit: tum quia antecedens est impossibile: tum quia per modum intrinsecum, si per impossibile ignis cognosceret, tunc aut cognosceret sicut brutum, ⁊ tunc non cognosceret vniuersalia: aut cognosceret sicut nos, ⁊ tunc eadem essent notiora illi ⁊ nobis: nam sicut angelus non posset cognoscere: siquidem est materialis. ¶ Igitur quando dicitur aliquid esse notius aut minus notum naturę. i. secundum naturam, non intelligitur aliqua cognitio actiue. i. ꝙ aliqua potentia quę est natura, magis aut minus cognoscat illam rem: sed solum intelligitur cognoscibilitas passiua: vt illud dicatur notius naturę, cuius natura de se habet plus cognoscibilitatis. ¶ Quod si quęrat quid est rem plus cognoscibilitatis habere. Respondetur ꝙ cum ens sit obiectum intellectus vt colligitur ex. 9. meta. tex. xxij. vbi ait Aristote. ꝙ nihil cognoscitur, nisi inquantum participat rationem entis sit, vt illa res habeat plus cognoscibilitatis, quę plus habet entitatis. i. actualitatis et perfectiõis. Unde illa quę sunt a materia abstracta, sunt perfectiora ⁊ secundum naturam magis cognoscibilia quam materialia. Obidq; Deus est suapte natura summe cognoscibilis: quia est lumẽ ipsum intellectuale ⁊ veritas per essentiam. Mox intelligentię iuxta ordinem ⁊ gradum suarũ perfectionum. Deinde anima rationalis. Atqui inter materialia homo forsan ratione animę est magis intelligibilis: deinde alia viuentia, aut forsan cęli: non enim modo determinamus an omne viuens sit cęlo simpliciter perfectius. ¶ At vero in compositis totum simpliciter est perfectius secũdum naturã quam partes: sed quia cętera non sunt paria, partes quia sunt simpliciora sunt prius ⁊ magis cognoscibilia cognitione distincta, vt iam nunc dicere pergimus. Quapropter cum Arist. ait. 2. meta. illa quę sunt notiora natura, esse minus nota secundum nostram naturam, intelligit tam de intelligẽtijs a materia separatis, quam de alijs rerum caussis. Cuius profecto accommodatissimum subiecit exemplum. At enim sol inter sensibilia propter vehementiam luminis est secundum suam naturam summe sensibilis, tamen natura vespertilionis est in causa vt propter oculorum imbecillitatem non habeat proportionem ad solem: eodem modo natura intellectus nostri est in causa, vt non habeat proportionem ad ea quę secundum naturam sunt maxime cognoscibilia.

Prima cõclusio.

Cognoscibilitas.

¶ Sed tamen vt hanc generalẽ conclusionẽ ad particularia applicemus notandũ est duplicẽ esse notitiã rei, aliam confusam, aliam vero distinctã. Notitia confusa est notitia qua cognoscimus totum simul non cognoscendo seorsum partes: qualis est notitia quę exprimitur per nomen, vt homo, equus, animal. ⁊c. Alia est notitia distincta, qua. s. cognoscimus totum cognoscẽdo seorsum partes: qualis est illa quę exprimitur per diffinitionem explicantẽ compositionẽ rei, siue physicam, siue metaphysicam, vt cũ cognosco materiã ⁊ formam vel genus ⁊ differentiã ex quibus species constat. At inter notitias confusas illa quę vniuersalior est, est magis confusa: vt animal, quã homo, ⁊ corpus, quam animal. ⁊c. Unde quia notitia partium, dupliciter dicitur aliqua notitia confusa, sicut duplex est totum. Est vnum totũ actuale. i. qd actu continet in se partes, vt homo respectu materię ⁊ formę: ⁊ species respectu generis ⁊ differentię: ex quibus metaphysice componitur. Et hoc dicitur simpliciter totum. Aliud est totum potentiale respectu partium, quas tantum continet in potentia: vt genus dicitur totum respectu specierũ: quas non actu sed potentia continet. Et hoc non dicitur totum simpliciter, sed secundum quid: quẽadmodum dixit Porphyrius in capi. de differẽtia ꝙ vniuersale totũ quoddam. i. quodam modo totũ est: quod antiqui appellabãt totũ in modo. ¶ Caietanus in prologo de ente ⁊ essentia hac ratione distingsit duas notitias confusas, ⁊ duas distinctas, in confusam speciei, quę opponitur distincte diffinitionis, quam appellat confusam totius diffinibilis, ⁊ confusam generis respectu specierum quam appellat confusam totius diuisibilis. Super quam distinctionem longam construit disputationẽ. At vero quãuis hoc verum sit, perspicacior tamẽ erit forte sermo sine tot distinctionibus. Satis enim est dicere, ꝙ inter confusas, illa quę est magis vniuersalis, est magis confusa. At confusa notitia dicatur dupliciter, aut quia inadęquate ⁊ tanquã genus significat species, vt animal significat hominẽ ⁊ ęquũ: cui opponit distincta: sic dicta, q; adęquate significat, vt ly homo, adęquate significat hominem ⁊ ly, ęquus, ęquum: ⁊ alio modo dicatur confusa, quia est nomen speciei confusę significãs partes diffinitionis: ⁊ cui opponitur distincta notitia diffinitionis. Itaq; homo, respectu suę diffinitiõis est confusa: sed respectu generis animalis est distincta. ¶ Hoc supposito sit secunda conclusio hui⁹ articuli. Cognitione cõfusa totũ est notius ⁊ prius notũ suis partibus, tam naturę, quã nobis. Quod nobis totum sit notius, asserit Arist. in primo exẽplo text. 4. nã videntibus rem aliquã a longinquo prius sensui sese offert totũ ꝙ partes. Et ratio est quia obiecta sensus sunt accidentia, quę per se primo conueniũt toti composito, ⁊ per consequens secundũ nostrã naturã totũ est nobis notius. Quod aũt sit notius naturę, probatur: q; id est notius naturę qd est prius intentũ a natura: sed natura primo intendit producere totũ ꝙ partes: ergo totum est prius notius naturę cognitione confusa. Mi-

norem

Notitia cõfu. ⁊ distincta.

Duplex totum.

Secũda cõclusio.

notem expresse cōfirmat Arist. 2. phi. tex. lxxv. & infra vbi ait q sicut artifex primo cognoscit finē quē intendit puta domum, & deinde inquirit media q ordinat in ipsum, ita facit natura. Unde sicut i his qui intellectu operantur finis est prius cognitus cognitione cōfusa, ita & secundum suam naturam totum est prius notum quam partes. ¶Tertia conclusio. Cognitione distincta partes sunt notiores toto, tam nobis, quam naturę. ¶Probatur quia cognitio distincta totius, vt paulo ante dicebam⁹, est cognitio qua cognoscimus totum resoluēdo illud in suas partes: ergo cognitio distincta toti⁹ depēdet ex cognitione partiū. Et de hac notitia distincta intelligendus est Commentator quando dicit principia esse notiora naturę, quam compositum. Sed in hoc videtur defecisse: nempe q dixerit eadem principia esse nobis minus nota: cum profecto sicut cognitione confusa totum est prius notū & naturę & nobis, ita cognitione distincta principia sunt prius & magis nota nobis atq naturę. Licet enim cognitione confusa a toto procedamus ad partes, tamen in cognitione distincta ex cognitione partiū reuertimur ad cognitionem totius. Quare de ordine cognoscēdi totum & partes, nulla est differentia inter nos & naturā. ¶Hinc sequitur prima propositio Aristotelis, quę est premissa primę conclusionis. Scientia totius dependet ex cognitionibus principiorum, causarum, & elementorum. ¶Probatur, nam scientia est distincta rei cognitio: sed distincta cognitio totius dependet ex distinctis cognitionibus principiorum & causarum: ergo. ¶Hanc conclusionem tanquam communem animi conceptionem probauit Arist. 1. poste. tex. 5. ex communi consensu omnium tam vere scientium quam eorū qui aliquid scire se putant: omnes enim consentiunt q tunc aliqua res scitur, cum causę cognoscūtur. Et ratio colligitur ex illo. 2. meta. 4. q rei veritas, quę est obiectū intellectus, sumitur secundum esse ipsius rei: & quia esse rei non est aliud quam quod habet ex suis causis, fit vt cognitio scientifica rei ex cognitione principiorum eius proficiscatur. ¶Ex his tandem colligitur primus ordo tradendi doctrinam alicuius rei expressus in prima conclusione principali Aristo. vt. s. ab eius principiis sumatur exordium.

*Margin:* Tertia cōclusio — Prima ꝓpositio Aristote.

¶Vnde ad primum argumentum principale distinguitur antecedens, videlicet q principia rei sint notiora naturę. Si enim intelligatur de cognitione distincta, cōceditur: sed negatur tunc q isto modo sint nobis minus nota. Nec Arist. nec Commentat. nec experientia docet, nisi q totum est nobis notius cognitione confusa: qua etiam secundum naturam est notius, vt probatum est. Et quia ordo tractandi de re est secundum cognitiones distinctas, incipiendum est a principiis. Neq huic repugnat. 2. conclu. in qua solum habetur q in ordine cognitionum incipiamus a confusioribus & magis vniuersalibus: quę, vt videbimus articulo sequenti, sunt nobis notiora, & minus nota naturę. ¶Ad confirmationem facilis est per ea quę dicta sunt solutio. Concedimus namq rationem incipiendi a principiis esse quia natura inde incipit operari: & quando subsumitur quod ordo cognitionis est contrarius operationi, distinguitur: ordo namq cognitionis confuse contrari⁹ est ordini compositionis: nam artifex prius confuse & abstractiue cognoscit domum, cuius ideā format in mente, quam tamen domum vltimo in re facit, veruntamen ordo cognitionis distincte sequitur ordinem compositionis. ¶Prius namq distincte & intuitiue artifex cognoscit lapides, quos manu tenet ad conficiendum parietem, quam parietem ipsum, & prius parietem intuitiue quam totā domum. Et ita in naturalibus cognitione distincta principia sunt secundum naturam prius & magis cognoscibilia quam totum. Ad secundū principale illic responsum est q cognitio causarum & principiorum per accidens, quę multiplicatur ratione materię, aut indiuiduorum (vt sunt partes continui, aut parientes omnes a quibus homo descendit) non est necessaria ad cognitionem rei. Et eadem ratiōe nec requiritur cognitio omniū accidentium communium, sed satis est cognoscere potentiam passiuam recipiendi illa. Neq requiritur cognitio omnium effectum: sed satis est cognoscere potentiam actiuom. ¶Ad aliud vero de predicatis quiditatiuis, in primis negatur q de homine sint dicibilia infinita quiditatiua predicata [quod in predicabilibus questione de specie satis vt credo monstrauimus] non enim de homine sunt plura predicata essentialia, quam vsq ad generalissimum substantię, vel vsq ad ens. Et quamuis animal. v. g. forsan diuidatur in alia genera subalterna, vt in canem & pecus, quę sub se habēt alias species, non tamen inde sequitur q inter quascunq duas species sit dabilis conceptus medius, qui cōstituat nouam speciem, imo in hoc Aristo. 10. meta. text. 8. comparat species numeris, q quamuis quinarius in infinitum excedat quaternarium, ad hūc sensum, q nunquam perfectio quaternarij potest attingere ad perfectionem quinarij, nihilominus inter quaternarium & quinarium non est dabilis medius numerus: ita in speciebus licet ad hunc sensum in infinitum distent, vt nulla possit attingere perfectionē alterius, nihilominus possunt esse duę ita immediate, vt inter illas nō possit esse medium predicatum essentiale. Quo circa. 8. meta. text. 10. ait q resolutio deffinitionis non procedit in infinitum. Et eadem ratione nec sunt infinite passiones essentiales alicuius speciei. ¶Unde negatur creaturam non posse comprehēdi ab alia creatura. Quinimo profecto non dubito quin angelus naturaliter possit comprehendere totā quiditatem cuiuscunq inferioris creaturę. Nam comprehendere aliquam rem nihil aliud est, quam illam cognoscere quantum illa secundum naturam suam est cognoscibilis, vt ly cognoscibile dicat potentiam passiuam in re ipsa, & cum omnis creatura sit finite perfectionis & entitatis, habet finitum cognoscibilitatis passiue: & ideo nihil repugnat quominus a potentia finita comprehendatur. ¶Dixerim, vt cognoscibile dicat potentiam passiuam eo q Ocham in. 4. questione. 13. quem fere iuniores imitantur, opinatur nihil comprehendi, nisi cognoscatur summa notitia qua cognosci potest & quia quęcunq creatura potest adeo cognosci infinita notitia, infert nullam creaturam esse comprehensibilem, nec a summo angelo: quippe qui non potest creaturam cognoscere summa notitia qua creatura est cognoscibilis. ¶Attamen isti profecto tam incomprehensibilem faciunt creaturā, quam Deum: cum tamen Hiere. cap. xxij. de Deo specialiter dicat q est magnus consilio & incōprehensibilis cogitatu. Et preterea qui creaturam dicit esse incomprehensibilem nisi a Deo, preterq q male loquitur in fide, non respicit naturam cōprehensionis, quę est vt tantum cognoscatur quātum est passiue secundū suam naturam cognoscibilis, & non quantū est cognoscibilis a tali vel tali cognoscente

*Margin:* Ad. 1. principale. — Ad confir. — Creatura est comprehensibilis.

scente. Quantuncunq; enim deus infinita notitia cognoscat creaturam, non vetat quo minus angelus cognoscens formicam quantum ipsa est cognoscibilis, simpliciter comprehẽdat illam: sicuti qui paruam habet manum simpliciter comprehendit lapillum paruum, non obstante ꝙ qui maiorem haberet manum, melius comprehenderet. Et ideo Deus a se solo est cõprehẽsibilis: quia sicuti passiue est infinite cognoscibilis, ita est infinitę cognoscitiuus: vtrunq; enim habet ratione infinite essentię. Unde Arist. infra text. 35. ait ꝙ infinitum eo ꝙ infinitum, non est cognoscibile. i. comprehensibile: insinuans id quod est finitum posse quidem a nobis comprehendi. ¶ Dixerim tamẽ ꝙ angelus. ⁊c. quia forsan homo pro isto statu nullam creaturam cognoscit quantum est cognoscibilis: quia. v. g. nõ cognoscimus omnia genera subalterna vsq; ad immediata genera specierum, neq; in substantiis neque in accidentibus: atque adeo nec vltimas differentias, neq; omnes ꝓprias passiones. Cuius causa est materialitas corporis cui submergitur anima. De anima separata alia erit ratio, quę non est loci pręsentis. ¶ Hoc tamen non obstante non est philosophis adeo anguste loquendum de scientia, quo minus concedatur veram ⁊ propriam scientiam physicam nobis esse possibilem. Satis enim est ꝙ habeamus rerum scientias humano modo. Quemadmodum in operabilibus ait Aris. 1. ethi. homines esse beatos non vt deum vel angelos: sed vt homines. Ad quod satis est cognoscere naturã materię ⁊ formę, causam agentem ⁊ finalem in naturalibus, atq; adeo scire naturam passionũ quas in rebus experimur. Ita nanque ⁊ Aristo. ⁊ philosophi loquuntur: ⁊ subinde nobis loquendum est. ¶ Neq; opus est ad cognoscendum naturam hominis cognoscere finem eius supranaturalem, neque Deum quantum ad ea quę naturaliter nõ sunt cognoscibilia, sed satis est cognoscere Deum ⁊ orbes celestes: quatenus sunt horum causa inferiorum quemadmodum hęc Aristo. nouit. ¶ Ad confirmationem negatur ꝙ ea quę cognoscuntur scientiis mathematicis nõ sint vere scita. Etenim cum Geometria. v. g. tractet de triangulo quatenus abstrahitur a materia, ⁊ per consequens a fine ⁊ efficiente, satis scitur natura trianguli inquantum est abstractus, si sciantur eius passiones quas Geometria de eo demonstrat.

Sciẽtia humana.

Arti. scds.

Uni. ⁊ singu. dupliciter.

## ¶ Secundus articulus est de secundo ordine ⁊ conclusione Aristo.

Ubi hoc primo notandum est, ꝙ tam vniuersale quam singulare dupliciter accipitur apud Aristote. Enimuero. 1. post tex. 5. accipit singulare simpliciter pro indiuiduis, quę sunt sensuum obiecta, ⁊ vniuersale opposito modo pro eo qđ abstrahitur per operationem intellectus a singularibus: vt species comprehendat ⁊ genera. Hic vero accipit singulare pro speciebus specialissimis, quę dicuntur singularia inter obiecta scientiarum, propterea ꝙ in illis terminatur scientia: quippe cum non descendant ad indiuidua, vti cap. de specie ex Platone refert Porphi. in specialissimus esse quiescendum. Et vniuersale accipitur pro genere quod in potentia ⁊ confuse continet sub se species. Et respectiue inferius genus subalternum, dicitur etiam singulare respectu superioris. ¶ Est ergo quarta conclusio huius. q. ⁊ prima huius articuli. Loquendo de vniuersali ⁊ singulari primo modo, singulare est prius cognoscibile nobis quam vniuersale. Hanc conclusionem expresse Aristote. asserit loco citato. Cuius ratio est: quia cognitio nostra incipit a sensu: ⁊ singularia obiiciuntur sensui, ⁊ inde per abstractionem intellectus cognoscit vniuersalia. Non est hic locus disputandi, an intellectus cognoscat prius singularia quam vniuersalia, an vero prius cognoscat vniuersale, ⁊ postea per reflexionem ad phantasma cognoscat singulare. Est nanq; opinio Duran. 2. sen. d. 3. q. 7. ⁊ Gregorii lib. 1. d. 3. q. 3. ar. 2. ⁊ fere recentiorum, ꝙ quemadmodũ sensus: ita intellectus prius cognoscit singularia, ⁊ deinde abstrahit vniuersalia. Alia est opinio contraria. S. Tho. 1. p. q. 85. ⁊. 86. ⁊ alibi frequentissime: ꝙ videlicet prius intellect⁹ cognoscit vniuersale, ⁊ deinde per reflexionem ad phantasma singulare. Quę absq; dubio videtur esse expressa sententia Aristot. 2. de anima tex. 60. vbi ait ꝙ sensus est singularium, sciẽtia vniuersaliũ: sed expressius in. 3. tex. 10. ⁊. 11. vbi ait ꝙ intellectus est vniuersalium, sensus vero singularium: ⁊. 5. meta. text. 16. vbi expresse ait vniuersalia esse priora cognitione secũdum intellectum, singularia vero secundum sensum. Et ratio naturalis est, quia cum intellectus sit potẽtia passiua immaterialis, non potest pati nisi ab obiecto itidem immateriali. Quocirca phantasma, quod est materiale, non potest immediate mouere intellectum, nisi negotio intellectus agentis abstrahantur species immateriales (⁊ per consequens vniuersales) quę receptę in intellectu possibili ipsum immutent ad cognoscendum. Atqui re vera si intellectus agẽs, quem expresse ponit Aristot. iii. de anima text. 17. admittitur, ad hoc potissimum officium a natura datus est, vt faciat obiectum intelligibile. ¶ Unde Duran. inde sumpsit ansam suę opinionis ꝙ negauit intellectum agentem. Arguit enim. Obiectũ ⁊ ratio obiecti debet pręcedere actum potẽtię: ergo obiectum intellectus pręcedit actum intellectionis: sed nulla res pręcedit actum intellectus, nisi res singularis, quia quicquid est in rebus est singulare: ergo singulare primo intelligitur. Cui nos, concedentes obiectum pręcedere actũ potentię respondemus ꝙ quanuis nulla sit res nisi singularis in essendo, tamen ante intellectionem pręcedit species intelligibilis producta per intellectum agentem, quę est vniuersalis in repręsentando: quia in illa relucet ratio formalis obiecti. Obidq; cum dicitur intellectus abstrahere vniuersale a singularibus, non est intelligendum de intellectu possibili, qui videlicet primum intelliget singulare, ⁊ inde abstrahat vniuersale: sed de intellectu agente qui abstrahit species vniuersales representãtes rationem obiecti abstractam a singularib⁹. Et de intellectu agente intelligitur verbũ Com. 1. de anima, cõmen. 8. Intellectus est qui agit vniuersalitatem in rebus. Qua de causa non requiritur sensus agens: nam cum sensus sit potentia passiua materialis, immediate patitur ab obiecto materiali. Quo fit vt cum species quę recipitur in intellectu sit vniuersalis, primo repręsentet vniuersale, ⁊ per determinationem a phantasmate singulari, representet singulare. Non tamen requiritur processus semper temporis perceptibilis: nam cũ a phantasmate singulari producuntur species vniuersalis, sine mora determinatur species ad representãdum hoc singulare quod est representare singulare per reflexionem intellectus ad phantasma. Et ideo quam primum videmus singulare intellectus illud intelligit. At proprius locus hęc disputãdi erit in. iii. de anima, loco citato. Neq; amplior facienda est hic de hoc disputatio. ¶ Unum tamen hoc adnotare superest: sane ꝙ non dicimus singulare

Quarta cõclusio.

Utile pri⁹ cog. ab intellectu.

Durãdus.

late magis simpliciter esse nobis cognoscibile: nã simpliciter loquendo, quod est magis cognoscibile secundũ intellectũ: est magis cognoscibile. Tametsi ad sensum sit magis cognoscibile singulare. Ex his tandẽ solutũ restat tertium argumentum principale: cũ dictũ est aliter loqui Arist. in. 1. post. & hic aliter de singulari & vniuersali.

Ad tertiũ principa. Scotus.

¶ Accipiẽdo singulare & vniuersale secundo modo: vt sit comparatio inter ipsa vniuersalia superiora & inferiora est opinio Scot. 1. sen. dist. iij. vbi, inter alias, ponit duas propositiones quę ad pręsens attinẽt negotium. ¶ Prima est. Cognitione confusa prius cognoscitur species specialissima ꝙ superiora genera. Quo fit vt conceptus entis sit vltimus via generationis. Quam probat tribus rationibus. Primo vniuersale cognoscitur per abstractionem a singularibus, ergo illud vniuersale prius mouet quod est perfectius, & cuius singulare vehementius mouet: sed species specialissima inter vniuersalia est perfectior, cum actu contineat superiora genera: ergo prius mouet. Et quod singulare, hic hõ, fortius moueat quã hoc animal: probat quia est propinquius sensui, cũ magis accedat ad singulare determinatum. ¶ Secundo quia metaphysica, vt ait Auicẽna. 1. meta. capit. ij. est vltima in ordine doctrinę: ergo substãtiuum eius qđ est ens, postremo cõcipit ab intellectu, quã obiecta aliarũ scientiarũ q̃ sunt minus vniuersalia. ¶ Tertio quia si ab vtilioribus inciperet intellectus, primus cõceptus quẽ de rebus formaret esset ens, vnde tũc sequeret ꝙ oporteret cõsumere multũ tẽpus: antequã cõciperet cõceptus speciei specialissimę: qđ est cõtra experientiã. ¶ Secunda eius cõclusio est. Cognitione distincta primus cõceptus est entis, & deinde descendit vsq; ad vltimã speciẽ. Probatur: q2 cognitio distincta speciei dependet ex distinctis cognitionibus partiũ definitionis: quare non põt distincte cognosci hõ: quin prius distincte cognoscatur animal: neq; animal, quin prius distincte cognoscat corpus: & ita ascẽdẽdo: ergo prius distincte debet cognosci ens ꝙ substãtia, & substãtia quã corpus. &c. ¶ Et possum⁹ adiuuare opinionẽ Scoti: quia ita nos monstrauimus de toto physico & eius partibus: nẽpe ꝙ pri⁹ confuse cognoscitur totũ quã partes: sed distincte prius partes quã totũ: idẽ enim prorsus ipse dicit de toto metaphysico & partibus eius. s. ꝙ confuse prius cognoscitur tota species, sed distincte prius cognoscuntur superiora gñã quę sunt partes speciei. ¶ Nihilominus est quinta cõclusio huius quęstionis, & secunda huius articuli.

5. Conclu.

Cognitione confusa primo concipitur res ab intellectu conceptu entis, deinde per ordinẽ quanto conceptus est vniuersalior tanto est prior intellectui. In primis est expressa sententia Auicẽnę. 1. meta. capi. 5. quã S. Tho. in principio statim de ente & essentia sumit pro fundamento, videlicet primum qđ intellectus cõcipit de re est ens. Et profecto expressissime asseritur hic ab Aristo. vbi ait ab vniuersalioribus esse incipiendum, eo ꝙ sunt nobis notiora. Et manifeste id confirmatur in tertio exemplo Arist. Intellectus enim in cognitione vniuersalium eo ordine procedit, quo sensus in cognitione singulariũ: sed sensus procedit a cognitionibus vtilioribus, nam paruuli incipientes cognoscere prius de rebus cognoscunt esse entia quędam cõfuse, deinde esse homines, & postea esse patrem, aut matrẽ, non cognoscendo distincte quę est ratio entis aut ratio hominis: & videntes a remotis aliquod singulare prius cognoscunt esse ens, mox per motum cognoscunt esse animal, deinde per figuram esse hominem, postremo de facie cognoscunt esse Petrum: ergo ita intellectus procedit. ¶ Secũdo arguit rõne. S. Tho. 1. p. q. 85. ar. iij. vbi eandẽ asserit conclusionem. In omnibus his quę reducuntur de potentia in actũ cõpertũ est ea procedere ab imperfectioribus ad perfectiora, vt embrio prius viuit vita plantę quã vita animalis. 2. de ge. animali. ca. iij. & homo prius est infans, postea adolescens, & tandem augetur in virum perfectũ: ergo cũ intellectus per species rerum procedat de potentia ad actũ, procedit ab imperfectioribus: sed cognitiones vtiles sunt minus perfecte, quia cõfuse magis attingunt naturas rerũ: ergo intellectus ab vtilioribus procedit. ¶ Tertio probatur conclusio. Primus omnium conceptuum, quos vna quęlibet potentia format, est obiecti sui adęquati, vt primũ quod sensus videt est color, & per colorem videt, aut vestem aut arborem, et primum quod auditus audit est sonus, & per sonũ audit campanam, aut tubam, aut musicam: sed obiectum adęquatum intellectus est ens, vt colligit ex Arist. 9. meta. tex. 22. & est cõmunis sñia omniũ philosophorum (quam nec Scotus ipse negat) ergo primũ qđ intellectus concipit est ens, & per cõsequens quanto prędicata sunt vniuersaliora tãto sunt priora in intellectu.

Concor. cõclu.

¶ Itaq;, vt consonãtia primę & secũdę conclusionũ huius articuli euidẽtius appareat, colligimus ꝙ singularia in supponendo quę tamen sunt singularia vaga, priora sunt quam vniuersalia in supponendo: nam prius per sensum cognoscimus hunc hominẽ quã hominẽ: & hoc animal, quã animal: & hoc ens quã ens. Et hoc est qđ voluit Arist. 2. poste. text. v. Sed tamẽ cõparando vtiliora ad minus vtilia in significando, tam in intellectu quã in sensu pręcedunt notitię magis vniuersales, vt prius in sensu est hoc ens quã hoc animal: & prius hoc animal quam hic homo. Et eadem ratione in intellectu prius est ens quã animal & animal quam homo. ¶ Ex quibus tandem colligitur secundus ordo doctrinę expressus in secunda conclusione principali Aristo. videlicet ꝙ secundũ naturam nostram ab vtilioribus debet in nobis incipere doctrina, cum innata sit nobis via a notioribus nobis procedere. i. ab his quę primo occurrũt cognitioni nostrę, siue sensitiuę: siue intellectiuę: & confusa magis. i. magis vniuersalia primo occurrant tam sensui quam intellectui. Et hos ordines seruat hic, nam secundũ priorem, prius tractat de materia & forma, quam de ente mobili, secundũ posteriorẽ prius in genere quęrit an sint aliqua principia rerum naturaliũ, & quot sunt: deinde in particulari an sint materia & forma. Et proportionabiliter. 1. Ethi. q2 finis in operabilibus est sicut principium in speculabilibus, pri⁹ incipit tractare de vltimo fine, quam de virtutibus: atq; adeo prius in genere, & deinde in particulari. ¶ Cum dictum sitens esse primum cognitum ab intellectu, non intelligimus ens sub hac vel illa cõditione. i. ens sensibile aut ens materiale: sed cõfuse accipiendo ens pro vt quicunq; latinus accipit. Quod est dicere, id quod est, vt dicat vnum conceptum formalẽ indifferẽtem ad materialia & immaterialia substãtiã & accidens, deum & creaturas vt. q. 1. super quartũ cap. prędicamentorum expositum est. Hic enim dicitur conceptus confusus entis quem pueri primo concipiunt de rebus, & per consequens quẽ primo format intellectus.

6. Conclu.

¶ Subiicitur hic demũ tertia cõclusio huius articuli, quę sit sexta totius quęstionis. Cognitione distincta, eodem modo incipit

intellectus ab vtilioribus. Et in hoc cõuenim⁹ cũ Scoto propter eius rõnem: qꝛ nõ possumus distincte cognoscere hominẽ quin distincte cognoscamus animal: nec animal quin distincte cognoscamus corpus. Itaqꝫ prius est totus ordo notitiarũ confusarũ a superioribus ad inferiora: deinde via resolutionis resoluimus hominem in animal rationale, & animal in corpus & sensibile: & corpus in substantiam & corporeum, vt expresse ait Aris. 8. met. tex. 10. Et hac de causa quo ad vsqꝫ supremũ distincte cognoscamus, non cognoscimus infimum.

Ad. 1. sco. ¶ Ad primũ igitur argumentum Scoti negatur consequentia: nam quãuis vniuersale abstrahatur a singularib⁹: eo modo quo expositum est in prima conclusione huius articuli, non subinde sequitur ꝙ species vniuersalis prius moueat ad conceptum speciei specialissimę. Imo cum sit agens naturale, & intellectus pro isto statu sit immersus materię, non statim mouet ad perfectissimum conceptum quem producere potest: sed procedit ab imperfectioribus: quales sunt conceptus magis vniuersales. In angelo autem, vbi nõ est species sumpta a materialibus, non prius produceret vnũ conceptũ quã aliũ. Nec forsan in anima separata.

Ad secũm. ¶ Ad secũdum respondetur quod metaphysica non est postrema sciẽtiariũ, eo ꝙ ens, qđ est eius subiectũ, vltimo cognoscatur cognitione cõfusa: sed qꝛ tractat de ente: vt est cõmune ad res realiter separatas a materia, quales sunt intelligẽtię, quę quidem sunt a nostro sensu remotissimę, et ideo sunt intellectu difficillimę. Quam quidem rationem expresse dat Aristo. 1. meta. capi. 2. Ob idqꝫ nihil obstat obiecta aliarum scientiarum facili⁹ cognosci a nobis q̃ obiectum metaphysicę: qꝛ cognitio. v. g. mathematicarum aut moralium scientiarum, non dependet ex tali cognitione entis. ¶ Secundo possumus dicere ꝙ quanuis cognitione confusa prius cognoscantur vniuersalia, tamen ad cognoscendum distincte proprietates magis vniuersalium debemus procedere per resolutionem inferiorum specierum in superiora genera, vt modo dicebamus vsqꝫ ad ens, qꝛ particulares causę & passiones sunt nobis notiores quam vniuersales. Et hac de causa metaphysica est etiam postrema scientiarum.

Ad tertiũ. ¶ Ad tertium argumentum respondetur ꝙ quanuis conceptus entis sit primus quem concipit intellectus, non tamẽ requiritur semper successio temporis perceptibilis ad formandum conceptum speciei, sed solum, aut quando defectu ętatis in puero, aut quando propter longã distãtiam loci, nõ repręsentatur obiectum perfecte. At quando ego in debita distantia video hominem, sine mora temporis cognosco esse ens, & esse animal, & esse hominem. Item si aduerto adesse hominem prius formo iudicium ꝙ est homo, quã quod est animal, aut ens: nã cũ illa species omnes illas rõnes vniuersales repręsentet, sequitur vt quando est debite applicata, posset quencunqꝫ conceptum primũ producere. Quin etiam vt respondebamus Durãdo si intellectus aduertat ad Petrum, prius iudicabit esse Petrum, quam esse hominem. ¶ Ad nostrum argumentum quod fecimus in gratiã Scoti respondetur ꝙ latet subtus fallacia: nam cũ cõparamus totum physicum ad suas partes, comparamus rem ad rem: & ideo cum totũ prius obiiciat intellectui quam partes, cognoscitur prius totum quam pars. Sed cum comparamus notitiam speciei, aut minus vniuersalis ad notitiam animalis, aut entis, non comparamus nisi notitiam ad notitiã, & ideo non sequitur ꝙ prius cognoscamus speciẽ quam genus, quatenus confuse & in potentia continet species. Si tamen genus comparetur ad speciẽ tanquã pars diffinitionis ad totũ diffinitũ, iam dictum est in tex. 4. in expositione secũdi exẽpli Arist. ꝙ prius notum est hunc esse hominẽ confuse, quã distincte cognoscatur esse animal rationale: per consequẽs, quã cognoscatur animal esse genus hominis. Et in hoc stat similitudo cognitiõis cõfusę inter totũ physicũ & suas partes, & totũ metaphysicum & suas partes.

Ens simpliciter simplex. ¶ Restat hic paruũ dubium. Insinuatum enim est conceptum entis posse haberi & cõfusum & distinctũ: qđ videtur esse falsum. Etenim ens (vt bene ait loco citato Scotus) est conceptus simpliciter simplex: qꝛ non constat ex genere & differentia, sicuti homo & alia genera subalterna, & ideo nõ põt esse conceptus cõfusus, cum non possit distingui in huiusmodi partes. Respondetur tñ ꝙ vocamus cõceptũ confusum, illum conceptũ formalẽ cõmunissimũ quẽ quisqꝫ latinus format. s. quod est, vt paulo ante exponebamus. Et ille est primus quẽ intellectus format. Distinctus autẽ est qñ cognoscitur ꝑ suos modos intrinsecos. i. id ꝙ sit ens ꝑ se, qualis est substantia, vel in alio, qualis est accidens: & sic de aliis distinctionibus.

Ad. 4. pri. ¶ Ad quartũ nostrũ argumentũ in principio quęstionis factũ respõdet. S. Tho. opus. 53. ꝙ vniuersalia accipiũtur vno modo in causando: vt sunt Deus & intelligentię quę sunt causę vniuersales. Et de illis intelligit Aris. 1. meta. cap. 2. ꝙ sunt cognitu difficilima, eo ꝙ sunt a sensibus remotissima: alia sunt vniuersalia in pręd icãdo, vt genera & species, & de illis, si loquamur de cognitione confusa & simplici, magis vniuersalia sunt prius nota: sed distincta cognitione, ꝓprietates magis vniuersaliũ sunt nobis minus notę: qꝛ cognoscuntur per resolutionẽ particulariũ in sua genera vniuersalia, vt mõ dicebamus respondẽdo secũdę rõni Scoti.

Ad confir. ¶ Ad confirmationẽ illa est solutio quã dedimus ad primũ Scoti. Concedimus nanqꝫ ꝙ quanto vniuersaliora sunt, tãto sunt nobis prius nota cognitione confusa: nam quãuis species vniuersales abstrahantur a singularibus, nihilominus nõ producunt cõceptũ perfectũ speciei prius quã cõceptũ imꝑfectũ generis. Sed argumẽtũ ꝓcedit secũdum imaginationẽ eorũ qui putãt intellectũ prius cognoscere singulare, & a notitiis singularibus abstrahere notitias vniuersales: cuius contrarium nos supra monstrauimus cõclusione quarta.

A. d. 5. pri. ¶ Ad quintũ deniqꝫ argumentũ respondetur in primis ꝙ Aristo. nõ ponit regulã generalẽ ꝙ omnia quę sunt nobis nota sint ignotiora naturę & econuerso: sed negatiue, ꝙ non omnia quę sunt nobis nota sunt notiora naturę nec econuerso, qꝛ stat aliquid esse notius naturę, & nobis minus notũ. Quod pręsertim verũ habet in substãtiis separatis a materia, quę cum sint spirituales, sunt suapte natura magis notę: sed tamen nobis, qui per sensum cognoscimus, sunt minus notę. Et secũdo habet verũ đ principiis & caussis occultissimis nobis. De quib⁹ omnibus ait. 2. meta. tex. 1. ꝙ sicut oculus vespertilionis ad lumẽ diei, ita intellectus noster ad manifestissima naturę. Sed de toto physico & partibus eius iam diximus eundem esse ordinẽ in nobis & natura. At vero de vniuersalibus in pręd icando & particularib⁹ de quibus argumentũ formatũ est, respondetur ꝙ quanuis natura ꝓcedat ab vniuersaliorib⁹ in productione rerũ, nõ inde sequitur ꝙ sint magis nota naturę cognitiõe cõfusa: imo oppositũ sequitur, vt secunda conclusione mõstratũ est: qꝛ natura sicut

primo intendit totum physicum quam partes, ita primo intendit speciem quam genus: non enim facit animal aut substantiam aut corpus, nisi intendens facere aliquam certã speciem. Et ideo cognitione confusa vniuersalia sunt nobis notiora: species vero sunt magis notę naturę: cognitione autẽ distincta vniuersaliores causę sunt magis notę naturę. ¶ Quod si quis cõtra solutionem arguat ꝙ inde sequeretur singularia indiuidua esse magis nota naturę quã species: quia cũ species nõ sint realiter separata, vt dicebat Plato, natura nec intẽdit nec producit speciẽ nisi in indiuiduo, actiones enĩ & generationes sunt circa singularia, vt habetur .1. meta. cap. 1. ¶ Respõdetur ꝙ natura per se nõ intẽdit nisi perpetuare speciem, quippe cuius intẽtio semper est ad perpetuum: sed quia indiuidua materialia sunt corruptibilia, intendit de per accidens producere singularia ad cõseruandã speciẽ: ob idq; primo intendit speciẽ quã singulare. Unde in perpetuis, vt in coelis & supracelestibus, in singulis speciebus non producit nisi singula indiuidua, vnũ solẽ, vnã lunam. &c. quod tamẽ nõ est pręsentis loci disputare.

Ad. 1. cõfi. ¶ Ad primã confirmationẽ iam responsum est ꝙ nihil vetat idem esse notius naturę & nobis: & ideo vtroque modo color est magis notus quã species sensibilis: naturę quidẽ, quia est causa, nobis vero, quia est sensibilis. Non tamen intelligo colorem esse notiorẽ nobis, vt aliqui volũt, eo ꝙ per cognitionem coloris veniamus in cognitionem speciei: nam speciem nõ sentimus: sed per cõiectura arguimus aliquã esse speciẽ in medio per quã cognoscimus colorem distantẽ. ¶ Quod si quis arguat speciem esse magis notã naturę eo ꝙ est spiritualior, negatur consequentia: quia cętera nõ sunt paria. Sunt enim minoris entitatis & perfectionis quã color, cum in esse & cõseruari depẽdeant a colore.

Ad. 2. cõfi. ¶ Ad secũdam demũ cõfirmationẽ eodẽ modo respondetur: nẽpe ꝙ in mathematicis eadẽ sunt notiora naturę & nobis: nam prima & simplicissima elementa, & simpliciores cõclusiones quę sunt causę posteriorum, & ideo sunt secundũ naturã notiores: sunt etiã notiora nobis: eo ꝙ prima elementa statim proposita cognoscimus, vt, a quolibet puncto, in quodlibet punctũ lineam ducere, super quodlibet punctum circulũ describere. Et hec de secunda questione, que est circa prologum Aristo. ¶ Sequitur in textu caput secundum & tertium.

Tex. xvij. Habet autem dubitationem. &c.

## Quæstio tertia.

### VTRVM OMNE TOTVM. sit suæ partes simul sumptæ.

TErtia hic questio, si intentionem huius libri nobis imitari liceret, ea nempe futura erat, que est de numero principiorum rei naturalis. Uerũ quia inter impugnandos veteres non nullas profert Aristot. sententias disputatione dignas, propriãq; sententiã de numero principiorum ad textum vsq; sexagesimũ septimũ prorogat, necessarium est ordinem litere in questionibus obseruare. Neq; nobis in animo est circa singula verba Aristo. questiones mouere: sed eas tantũmodo quas excusare non possumus: vt questio quecunq; locũ proprium expectet: ne si omnia locis in omnibus dixerimus, opus in infinitum abeat. ¶ Mouent hic nonnulli primo questionẽ circa textũ. 8. vtrũ contra negantes principia sit physico disputandum. Quã nos tamen ceu facilem super text. 9. terminauimus. Secundo circa textum. 13. disputari posset, vtrum ens analogice de substantia dicatur & de accidente. Hanc tamen questionem circa quartũ nos caput predicamentorum abunde discussimus. Tertio hic disputãt sophistice in fauorem Melissi hanc esse veram, tantũ vnum est ens. Sed hec, sophismata sunt dialectica. Est enim illa simpliciter vera: et gratia alietatis, vt patet per vniuersalẽ, omne ens est vnũ, & preterea per exponentes, vnum est ens, & nihil aliud quã vnum est ens. Et itẽ gratia pluralitatis: quia nõ plura quã vnum est ens. Nisi forte ly, ens absoluatur a numero, vt supponat etiã collectiue pro pluribus. In quo sensu conceditur a Melisso, dicente omnia entia non esse plura, quã vnum ens: & a nobis cum Aristo. negatur. Quarto circa tex. 15. vbi ait Arist. ꝙ substãtia & quantũ sunt duo mouetur hic questio: vtrum quantitas distinguat a re quanta. De qua tamen late nos etiam tractauimus in predicamentis. cap. de quantitate: a qua proinde abstinendum nobis hic diximus. ¶ Ergo circa text. 17. vbi Arist. reuocare in dubiũ videtur an totum & pars sint vnum, queritur. Utrum totũ sit sue partes simul sumptę. Et arguitur a parte negatiua authoritate ibidem Arist. vbi videtur arguere, ꝙ si partes essent idem toti, essent & inter se idem: quod est impossibile. Et. 5. meta. tex. 19. ait ꝙ sex non sunt bis tria. Et. 7. meta. circa finẽ tex. 60. ait ꝙ totũ non est sue partes. Syllaba enim inquit non est elemẽta, puta litere, quibus constat. vt. ba. non est. b. & a. nam si litere (inquit) loco ab inuicem separentur, manẽt litere, & tamen non manent syllabe. Quod itidẽ repetit lib. 8. text. 15. dicens totũ nõ est partiũ coaceruatio, sicut aceruus: sed est aliquid pręter partes. Et. 4. huius tex. 23. ait. ꝙ partes sunt in toto, & vicissim totũ est in partibus: que locutiones trãsitiue nõ essent vere, nisi totũ a suis partibus distingueretur. ¶ Et cõfir. pręterea authoritatibus. S. Tho. qui idẽ frequenter sentire videtur. Nam tertio senten. dist. 2. magister citans Hieronymum in expositione catholicę fidei dicentem ꝙ humanitas ex anima continetur & corpore, inquit, nomine humanitatis animam et corpus intelligi. In cuius litere expositione. S. Tho. ait, non esse intelligendum per humanitatem animam & corpus, quasi proprie dici possit, humanitas est anima & corpus: sed sicut in toto intelliguntur partes, vt in domo paries & tectum: que tamen de toto non predicantur. Hec ille. Et q. 1. eiusdem distinctionis ar. ti. iij. sepe id repetit. Etenim questiuncula. 1. ait ꝙ in Christo fuit corpus & anima, & vlterius forma totius resultans ex cõiunctione vtriusq;: que humanitas dicitur. Et questiuncula. iij. in solutione ad tertiũ exponẽs verba iam dicta magistri. s. ꝙ nomine humanę naturę corpus & anima intelligitur, ait intelligendũ esse materialiter: non ꝙ totũ proprie loquẽdo sit sue partes, sed aliquid ex partibus constitutum. Multa apud. S. Tho. his similia reperiũtur. ¶ Secundo principaliter arguitur. Esse prius est in toto quam in partibus: nam esse est suppositorũ quorũ proprie est subsistere, & partes sustinẽtur in toto cuius esse participant, vt ex. 4. huius modo citabamus (pręterquã anima rõnalis, que cũ in esse non pendeat a corpore sed producitur per creationem prius naturę habet esse quam illud detur corpori. vt. 1. p. q. 76. art. 1. ad. 5. docet. S. Tho.) ergo totum distinguitur a suis partibus: nam alias non videtur quomodo esse prius sit in toto quã in partibus. ¶ Et confirmatur. Accidentia, vt in. 1. de generatione habet videri, subiectantur in toto cõ

Tãtũ vnum est ens.

posito,⁊ non immediate in partibus: quia illi in-
sunt subiecto, de quo prędicantur, ⁊ manifestum
est non prędicari de materia ⁊ forma: sed de toto cō
posito,⁊ propterea indiuiduum completum prędi
camenti substantię dicitur prima substantia quia
primo substat omnibus accidentibus: quę est rece
ptissima doctrina S. Tho. 1. par. q. 76. art. 6. ⁊ alijs
frequenter locis: sed non potest bene intelligi quo
modo accidentia subiectentur in toto ⁊ nō in par-
tibus, nisi totum distinguatur a suis partibus: er-
go. ¶ Tertio principaliter arguit Scotus in. iij. di
stin. 2. quęst. 2. vbi expresse tenet totum distingui a
suis partibus etiam coniunctis. Si totum compo-
situm ex materia ⁊ forma nō distingueretur a suis
partibus, sequeretur ꝙ nulla esset differentia inter
totum, quod est per se vnū (vt homo) ⁊ aceruū qui
est solū vnū per aggregationem: quam tamen po
nit Aristoteles. 7. meta. textu. 60. et. 8. textu. 15.
Quod autē sequatur patet: nam tūc sicut aceruus
est multi lapides simul, ita ⁊ hō est suę partes. ¶ Et
cōfirmatur primo. Termin⁹ p̱ se generatiōis est to
tū ⁊ nō partes vt patet. 7. met. tex. 22. ⁊. 27. ⁊. 1. de
generatione tex. 10. vbi habet̃ ꝙ generatio est mu-
tatio huius totius in hoc totū. Ań licet materia ⁊
forma hominis sint ꝑpetuę, hō cuius actio attingit
nō ad esse animę, sed ad vnionē ipsius cū materia,
vere generat hominē: ergo totū distinguitur a suis
partibus. ¶ Et confirmatur: quia alias (inquit) si to
tum non distingueretur a suis partibus, sequeret̃
ꝙ non daretur aliquid per se causatū ab istis parti
bus. s. materia ⁊ forma. Istę enim partes quando v
niuntur aliquid causant: ⁊ non seipsas: ergo totū,
quod proinde distinguitur ab illis. Et preterea nec
daretur aliquod per se subiectū passionum. Risibili
tas enim per se cōuenit, nō materię nec formę, sed
toti homini. ¶ Quarto principaliter arguitur. Se
quitur bene. Totum corrumpitur: ⁊ partes nō cor-
rumpuntur: ergo totum distinguitur a suis parti-
bus. Uel si totum est suę partes: partes etiam cor-
rumpuntur. Et pariter arguitur. Totum genera-
tur: ⁊ partes non generantur: ergo totum est aliud
ꝙ̄ partes. Argumētum fit manifestum in Christo,
qui in triduo reliquit humanitatem, postꝙ̄ fuit ve
re mortuus: ⁊ tamē neutram partem dimisit, vt do
cet secundum fidem Damascenus lib. iij. cap. 25. Et
postea in resurrectiōe iterum factus est homo per
iteratam vnionem illarum partium. In illo ergo
patet quomodo humanitas fuit prius corrupta si-
ne corruptione partiū, ⁊ postea resumpta sine ge-
neratione partium: ⁊ per consequens videtur esse a
partibus distincta. ¶ Et confirmatur vt arguunt
Dialectici. Si totum nō distingueretur a suis par-
tibus, sequeretur ꝙ homo per corruptionē adhuc
maneret. Detur enim ꝙ nunc homo moriatur gra
tia disputationis per vltimum sui esse: tūc sequitur
bene. Istę partes erūt: et istę partes sunt Petrus:
ergo Petrus erit. Item sequitur esse possibile su-
pranaturaliter ꝙ Petrus ⁊ Andreas erunt Pau
lus ⁊ Joannes: nempe si ex partibus illorum trans
positis fiāt modo isti. Nam sequitur bene. Istę qua
tuor partes sunt Petrus ⁊ Andreas: ⁊ eędē sunt
Joannes ⁊ Paulus: ergo Petrus ⁊ Andreas sunt
Joannes ⁊ Paulus. Et ita inferūt ꝙ vidētes sunt
cęci: si duo priores videāt, ⁊ alteri sint cęci. ¶ Item
sequitur ꝙ duo ⁊ duo sint tria, ⁊ duo ⁊ duo sint vi-
ginti. Nam duę quartę ⁊ alię duę quartę vnius to-
tius sunt tres tertię, ⁊ viginti vigesimę. Et sequi-
tur ꝙ partes essentiales Petri sint partes integra
les, nam materia ⁊ forma sunt Petrus, ⁊ Petrus
est suę partes integrales, ergo. Quod tamen est fal
sum, nā partes integrales sunt q̄ loco ⁊ situ distāt,
partes vero essentiales: quę a se inuicem nō distāt.
Item sequitur quod materię et formę sint eiusdē
speciei. Nam materię Petri ⁊ Pauli et eorū for-
mę sunt Petrus ⁊ Paulus, ⁊ Petrus, et Pau-
lus sunt eiusdē speciei, ergo materię et formę sunt
eiusdem speciei. Multa alia id genus sophismata
pullulant, si concedatur totū esse suas partes. ¶ In
contrarium tamen est Aristoteles in hoc text. 17.
⁊ tex. 21. vbi sępe repetit ꝙ si sit aliquod continuū,
illud est multa, puta vnum in actu ⁊ multa in po-
tentia. Quod verum aliter esse nequit ꝙ̄ si totum
sit suę partes.

¶ Totū quinq; modis, qui ad Totum. 5. modis.
rem pertinent dicitur. Est enim totum vniuersale
potētiale, essentiale, integrale, ⁊ totū per accidēs.
Totum vniuersale est genus respectu suarū specie-
rum, quę sunt velut eius partes subiectiuę. vt cap.
de specie inquit Porphyri⁹, ⁊ pariter species re
spectu indiuiduorum, de quo in quęstione. iij. super
prologum Porphy. diximus vniuersale a suis par
ticularibus sola ratione differre. Totum potentia-
le est subiectum respectu suarum potentiarum, vt
anima respectu intellectus et voluntatis, de quib⁹
in prędicabilibus cap. de proprio disputauimus an
realiter distinguātur a subiecto. Totum essentia-
le est duplex, aut metaphysicum, aut physicum, me
taphysicum est totum diffinitum respectu generis
⁊ differentię, quę quidem sola etiam ratione diffe-
runt a diffinito. At enim cap. de genere dictum est,
animal pariter ⁊ rationale sola ratione differūt ab
homine, postquam vtrunq; formaliter prędicatur
de illo. Sed totum physicū est idem diffinitum cō
positum ex materia ⁊ forma. Et de hoc primo est
pręsens quęstio, vtrum videlicet materia ⁊ forma si
mul sumptę sint totus lapis aut totus homo. Totū
integrale etiā est duplex. s. homogeneum quod cō-
stat ex partibus quidditatiuis eiusdē rationis, vt a
qua lignum ⁊ similia: ⁊ totum eterogeneū quod
constat ex partibus diuersarum rationum, vt ani
mal quod constat ex ossibus, neruis, ⁊ carne: ⁊ pari
ter ex diuersis membris. De quibus etiam totis in
telligitur quęstio. Accipitur pręterea totum pro
eo quod non est totum simpliciter, sed per accidēs:
vt numerus: aceruus, domus, ⁊ similia. ¶ Intelligi
tur ergo quęstio vtrum totum essentiale physicū ⁊
totum integrale homogeneū vel et erogeneū, ⁊ to
tū per accidēs, sit suę partes simul sumptę. De quo
plures sunt opiniones: sed tamē indignū cēseo in
re tam lucida tot enarrare hominū placita. ¶ Sco Scotus
tus loco citato de aceruo (⁊ forsan idē intelligit de
omni toto per accidēs) tenet ꝙ non distinguitur a
suis partibus, videlicet ꝙ cumulus lapidū est lapi
des simul sumpti. Sed de toto physico ⁊ integrali
expresse tenet ꝙ distinguitur. Quod probat tertio
argumento supra facto cū suis confirmationibus.
Cui Capreo. in. iij. dist. 2. ⁊ alij nonnulli Thomistę
prorsus consentiunt, credentes eandē esse opinio
nē S. tho. propter eius verba q̄ in primo argumē
to citauimus. Alij tenēt medio mō, ꝙ totū etero-
geneū distinguitur a suis partibus, homogeneū ve
ro non. Sed valeant cū opinionibus suis. Existimo
tamen rem esse faciliorem: ꝙ̄ quę lōga indigeat dis
putatione. Credo quidem neq; Aristotelem neque
S. Tho. vnquam id suspicatos fuisse. Et quanuis
id alicubi insinuare viderentur, credo mihi non
persuasissent: adeo res mihi manifesta videtur.
¶ Respondetur ergo ad quęstionē duabus conclu 1. Conclus.
sionibus. Prima vniuersalis. Omne totum siue es-
sentiale

sentiale physicū, siue integrale homogeneum, siue totū per accidens, est sue partes simul sumpte. Et vt alijs alias authoritates obijciamus, abunde imprimis locus citatus Arist. in hoc textu conclusionem cōprobat: vbi ait ꝙ cōtinuū est multa. Et inferius tex. 21. dicit ꝙ inuicti discipuli Parmenidis multa concesserunt esse vnū: cùm totū plures habeat partes. Nec satis respondent authores cōtrarie opinionis dicentes, ꝙ hec propositio, continuū est sue partes, intelligenda est, nō identice, sed causaliter. i. cōtinuum diuisibile est in plures partes. Et pariter he partes sunt continuum, in hoc sensu ꝙ ex partibus constat continuum. At in contrariū est, ꝙ cum opinio Melissi esset, id quod est aliquo modo vnum, nullo modo esse plura, intentio Arist. fuit contra ostendere, id quod est vnum in actu, esse plura in potentia: ob idq; in sensu identico concessit, vnū est multa. ¶ Sed preterea. 4. huius tex. xxiij. ex professo, vbi dixit totum esse quodammodo in partibus, ne quis suspicaretur aliquā distinctionem realem, adiunxit. Non enim est preter partes totum. i. totum non est aliud quā partes. Et. 2. de anima tex. x. de partibus physicis ait, ꝙ sicut pupilla & visus sunt oculus, ita anima et corpus sunt animal. Et. 5. meta. tex. xxxi. dicit ꝙ totum cōtinēs est contenta: et vnum quid illa sunt. i. partes sunt vnum in toto. vt ibidem lectione. 20. exponit. S. Tho. Et preterea Cōmentator. Themist. Philop. & omnes glossatores Arist. aiunt hic ꝙ quāuis singule partes non sint totum diuisim: collectiue tamen omnes simul sunt totum. Et Aui. iij. meta. ca. 2. ait ꝙ homo est anima & corpus: et neutrū per se. ¶ Scio contrarios respondere has omnes predicationes que asserunt partes esse totum accipiēdas esse in sensu causali. i. q. faciūt totū. Sed primū eadem facilitate possent dicere has esse causales, homo est animal, homo est alb⁹. Itē q: si ille esset sensus, pariter posset diuisiue concedi ꝙ caput est totum & pedes sunt totum: postquam partialiter cōponunt totum: & tamen Cōmentator & reliqui omnes expresse ponunt differentiam ꝙ partes diuisiue nullatenus sunt totum, collectiue vero simpliciter sunt totū. Adde ꝙ Apostolus, quāuis Physicum non docebat, tñ loquitur vt loquuntur homines.

Pau. Omnia inquit membra corporis cū sint multa, vnum tamen corpus sunt. 1. ad Corinth. 12. ¶ At

S. Tho. S. Tho. manifestū etiā est fuisse in hac snīa. Ait nāque hic lecione. 4. & loco citato. 5. meta. ꝙ partes sunt vnū in toto. Quod itidem repetit prima. p. q. 11. art. 1. vbi ait cū Aristotele ꝙ sunt vnum in actu & multa in potētia: partes autem non possunt esse aliud vnū quā totū ipsum. Et ibi. arti. 2. ait ꝙ tota domus est multitudo partiū. Et. 4. sen. dis. 44. q. 1. art. 1. questiūcula. 2. ad secundū argumentū approbans opinionem Auicene, ait, ꝙ forma totius non est forma partis tātū, nec forma aliqua alia preter formā partis sed totū, resultans ex vnione forme, & materie, cōprehendēs vtrūq;: & hec forma (inquit) dicitur humanitas. Quod adhuc expressius exponens. 4. contra gentiles capit. 51. De humanitate [inquit] non est intelligendū ꝙ sit quedam forma cōsurgens ex coniunctione forme & materie, quasi realiter sit alia ab vtroq;: q: alias cum ex tali coniunctione fiat hec substātia, si illa forma distingueretur, non esset substantialis, sed accidētalis. Unde inferius infert ꝙ humanitas nihil aliud dicit quā principia ipsa essentialia coniuncta. Et. 1. p. q. 75. artic. 4. ad probandum ꝙ homo non sit sola anima citat Augustinū. 19. de ciuitate Dei, in hoc cōmendantē Varronem dicentē, ꝙ homo nec anima sola est, nec solum corpus, sed anima simul & corpus. Et questione. 77. arti. 1. ad primum ponit illam differentiam inter totum vniuersale & totum integrale, quam ponit Arist. 5. meta. text. xxxi. videlicet ꝙ totum vniuersale predicatur de singulis suis partibus. s. speciebus, diuisiue. vt hō est animal & equus est animal: totū vero integrale non predicatur, nisi de omnibus collectiue. Addit autē ꝙ hec predicatio partes collectiue sunt totum est quodammodo impropria. Non tamen dicit ꝙ est falsa. Ac deniq; prima secunde. q. 13. art. 1. animal [inquit] nec est corpus solum, nec anima solū, sed vtrūq; simul. Non ergo fuit opinio aut Aristo. aut. S. Tho. totū distingui a suis partibus. ¶ At vero quicquid ipsi senserint, rationibus id confirmatur. Atqui ante rationes metaphysicas ratio que prima fronte statim manet est hec. Unum per accidens, vt si dicas numerus denarius, nihil aliud est quā sue partes [quod, nisi metaphysicissimi homines, negare possunt] homines enim ita loquuntur. Quinq; & quinque faciunt decem. i. sunt decē: tria & tria sunt sex: & ita in similibus. Eadem ratione cumulus lapidū nihil aliud est quam lapides ipsi, vt Aristote. 7. meta. text. 60. insinuat, & Scotus ipse confitetur: ergo ratione simili domus est sue partes, & lignum sue partes. Probatur consequentia. Cumulus nihil addit supra numerum, nisi ꝙ partes sunt simul loco. Decem enim lapides quantuncunq; distantes, sunt denarius: sed non sunt aceruus, nisi in vnum locum aggregentur. Et eadem ratione domus nihil addit supra aceruū, nisi ꝙ lapides & ligna sint contigua & certo ordine disposita. Tunc sic arguit. Sicut lapides & ligna cū sunt loco separata, sunt numerus, & cumulata, sunt aceruus, & tamen disposita & contigua sunt domus: ita pariter materia et forma, que seorsum sumpta essent binarius, si per informationem vniantur, sunt homo. Et aque, que a diuersis fontibus fluentes, sunt plures, in mari cum vniuntur sunt simpliciter & actu vnum, vt enī quinq; & quinq; facere decem, non est aliud quam quinq; & quinq; esse decem, ita materiam & formā per informationem facere hominem, intelligi aliter nequit, quam ꝙ vnite sint homo. Atqui impertinens est ꝙ ordo exercitus, aut ordo partiū sint relationes distincte, nec ne: q: talis relatio licet singeretur distincta, nec est totū, nec pars totius, cū sit accidens. Profecto non video quomodo materia & forma, que separate essent vnus binarius, qđ est vnum per accidens, si vniantur per informationem non sint vnus homo. ¶ Secundo probatur cōclusio. Si illa entitas que est totum distinguitur a suis partibus simul sumptis, vel est substantia, vel accidēs: accidēs esse nō pōt, siquidē est p̄ma substātia: sed quod nō sit substantia, satis probat S. Tho. loco citato. 4. cōtra gentiles. Nam si distinguitur tunc erit posterior saltim natura, quandoquidem supponit vnionem, & cū per vnionē forme ad materiā materia formaliter est in actu substantiali, quicquid posterius natura sequitur est accidens, sicuti proprie passiones fluūt statim ex vnione forme ad materiam. Nisi ponas duas in supposito complectas subās. ¶ Et cōfirmatur ratio. Uel illa tertia entitas est diuisibilis, vel indiuisibilis: indiuisibilis esse non potest: nam lignum. v. g. est corpus & per cōsequēs substātia diuisibilis. Nec vero esset intelligibile ꝙ homo esset substantia composita, & tamē humanitas, qua est homo esset diuisibilis. Si autē est diuisibilis & cōposita, tunc cum non sit composita ex alijs partibus, q̄ ex materia & forma in quas immediate est diuisibilis, sequitur ꝙ non distinguitur ab

tur ab illis. Est em̃ intellectu impossibile aliquid esse diuisibile, nisi in partes que ipsummet sunt. Et ideo ait Arist. ꝙ continuũ est vnum in actu, ꝛ multa in potentia. ¶ Et tertio arguitur. Si entitas totalis distinguitur a suis partibus, sequitur ꝙ seipsa tota differt ab illis ꝛ ab illarũ qualibet eo modo quo accidens differt a substantia: consequẽs tñ est falsum: qꝛ totũ lignũ nõ differt a forma, nisi per materiã, ꝛ a materia nisi per formã: hoc em̃ est qḋ authoritatibus supra citatis dr̃, animal nec est corpꝰ solum, nec anima solum: sed corpus ꝛ anima: nempe quia animal a corpore differt per animam, ꝛ ab anima per corpus. Si autem totalitas illa se sola differret a partibus, neutrã in sua essentia includeret: ideoq; non differret ab vna per alterã. Et tunc sumitur confirmatio argumenti. Ea que sic se habent vt quicquid prorsus est pars alterius, ꝛ econuerso, sunt idẽ prorsus realiter: sed partes ille vnite ꝛ totum ita se habent, vt quicquid est pars partium vnitarum est pars totius, et econuerso: ergo sunt omnino idem. ¶ Quarto principaliter arguitur: quia reuera si entitas illa realiter distingueretur a partibus simul sumptis Deus posset entitatem separare a partibus vnitis: quod tamen contradictionem implicat. Enimuero responsio istorũ videlicet, non posse vnum separari ab alio eo ꝙ entitas illa necessario consequitur ad vnionem partium, ꝛ per consequens partes vnite non possunt esse sine illa, ꝛ rursus entitatẽ illam necessario dependere a partibus simul sumptis, ꝛ per cõsequẽs non posse esse sine illis manifeste petit principiũ. Propterea namq; implicat contradictionem vnũ esse sine alio: quia certe nõ realiter distinguuntur. Nec est instantia de relationibus: nam idem profecto credendum est de propria passione ꝛ relatione: nam si distinguantur a subiecto, possunt separari. Et tunc si Deus posset separare illam entitatem a partibus vnitis, sequeretur ꝙ si illud totũ eẽt ferrũ põderis vnius libre, separata illa entitate separaretur pondus vnius libre, ꝛ nihilominꝰ partes remanentes eiusdem essent ponderis. ¶ De partibus autẽ integralibus, ꝙ non distinguũtur a toto, est adhuc argumentum, ꝙ non videtur propterea solũ ꝙ guttã maris separes a mare, quã iterũ mari infundas, aliquã entitatẽ corruptã esse ꝛ postea aliã de nouo genitã: sed est profecto idẽ mare. Alia multa id genus argumẽta possemꝰ huc accersere: hec tñ sint satis. ¶ Scḋa cõclusio est hec.

*2. Conclus.* Ista predicatio, materia ꝛ forma sunt homo, ꝛ gñaliter, partes sunt totũ, aut, totũ est sue partes, nõ sunt adeo ꝓprie, ac si dicas, materia ꝛ forma cõponũt totũ, totum resultat ex suis partibus, ꝛ similes. Hanc conclusionẽ asserit. S. Tho. locis citatis. iij. sentẽt. ꝛ. 1. p. q. 77. Et ratio huiꝰ est, quia hec propositio, partes vnite sunt totum, non explicat compositionem qua faciũt totã: nam vt ait Aristo. 2. huius tex. 31. partes oẽs se habẽt vt subiectum ꝛ materia respectu totius, ꝛ totũ, vt forma respectu partiũ. Quod non solum est verum de partibus integralibus: sed quodãmodo etiã de partibus essentialibus: nam licet forma sit forma respectu materie, tamen respectu nature totius habent se ambo sicut materia et quid imperfectũ, ꝛ totum se habet vt forma existẽs in illis. Sicuti domꝰ est vna forma existens in suis partibus. Qua de causa. 4. huius tex. 23 dixit totũ esse in partibus. Unde licet partes et totum sint realiter idem, propter modum tñ significandi terminorũ. s. pars ꝛ totũ, que dicũt quodammodo causam ꝛ effectũ, significantius dicitur, totum componitur ex partibus, quam totum est sue partes.

¶ Ad primam ergo authoritatẽ Aristo. *Ad Arist.* iam in expositione textus respõdimus ꝙ Aristo. non intendit illic partes simul sumptas distingui a toto: sed solũ loquitur de partibus diuisiue. s. ꝙ pars quecũq; est vnũ cũ toto. Et cõtra hoc facit argumentũ ꝙ si vna medietas esset eadẽ toti, ꝛ alia eadẽ etiã toti, inter se esset idẽ. Nã collectiue nulla esset apparentia ꝙ si ambe simul sumpte essent totum, vna esset altera. Sed neq; prima consequentia valet, quia neutra pars est idem toti in hoc sensu ꝙ pars sit totum sed in hoc ꝙ pars non est actu separata ꝛ per consequens nec habet vnitatem distinctã a toto. ¶ Secũda authoritas. 5. meta. potius est pro nobis: ait enim ꝙ sex nõ sunt bis tria, sed semel sex. Unde colligitur ꝙ sex vnitates sunt numerus senarius. Ad authoritatẽ tñ hanc, licet aliter qõne. 2 de quãtitate cũ. S. Tho. respõdimus, dicendum tñ est nunc facilius, ꝙ de numeris possumus loqui aut materialiter, inquãtum sunt vnitates quedã. Et isto modo Aristo. non negasset ꝙ tria ꝛ tria sunt sex. Alio modo formaliter inquã tum quilibet numerus constituit suã speciẽ cuius perfectio in indiuisibili consistit, sicut species animaliũ. Unde sicut species equi quantũcũq; multiplicetur non põt adequare speciem elephãtis, ita species ternarij quantuncunq; multiplicetur nũquam est species senarij. Et hoc est ꝙ ait, bis tria non sunt sex. ¶ Tertia item authoritas. 7. meta. nobis verius quam alteri opinioni fauet. Non enim simpliciter dicit ꝙ syllaba nõ est elemẽta. i. litere: sed ꝙ non est elementa sicuti cumulus. Nã cumulus nihil aliud ponit ꝙ lapides simul loco: syllaba vero non dicit literas quomodocunq; dispositas: sed iunctas ꝛ compositas secundum certũ ordinẽ vt, mus, non dicit solum illas tres literas: sed compositionem et preterea ordinem. Si enim loco dimoueantur, nulla restat syllaba: ꝛ si trnnsponãtur faciunt, sum. Non ꝙ ordo ille sit aliquod accidens, distinctum. Et quando ita esset, tamen nomen, syllaba, non supponeret pro aggregato ex literis ꝛ accidente, vt aliqui falso profitentur: sed pro literis connotando illum ordinem. Et idem prorsus ait lib. 8. tex. 15. videlicet ꝙ totum non est sola coaceruatio partium, sed aliquid preter partes. s. partes que per informationem faciunt vnum. ¶ Ad aliud quarto huius, iam responsum est ꝙ partes dicũtur esse in toto ꝛ totum in partibus: non ꝙ distinguantur, quin potius ex professo subiunxit ꝙ totum nõ est preter partes: sed intendit ꝙ totum habet se vt forma respectu partium, partes vero vt materia.

*Ad. S. Th.* ¶ Ad authoritates. S. Thom. iam responsum est ꝙ non negat veritatem illarum propositionum, totũ est partes, sed solam proprietatem. Et quando ait ꝙ in Christo Jesu non fuit solum corpus ꝛ anima, sed vlterius forma totius que est humanitas resultans ex coniunctione vtriusq;, loquitur aduersus illos hereticos qui dicebant Christum corpus ꝛ animam seorsum assumpsisse, non tamẽ ita ꝙ anima informasset corpus. Et ideo ait secundum fidem ꝙ non solum partes assumpsit, sed partes cõiunctas facientes humanitatem: sicuti est in nobis.

*Ad. 2. prin.* ¶ Ad secundum principale conceditur ꝙ esse prius natura est in toto ꝙ̃ in partibus: attamẽ inde non sequitur totum distingui a suis partibus: sed solũ ꝙ ex vnione partiũ primũ resultat vt res composita sit. *Accidens in toto cõposi.* Nam materia non habet esse nisi per formam, ꝛ forma que educitur de potentia materie: ꝛ non producitur nisi per productionem totius. Nõ enim producitur forma ignis, nisi qꝛ producitur ignis, vt in subse-

subsequentibus patebit.¶Et eodē modo responde
tur ad cōfirmationē ꝙ licet accidentia sint in toto
cōposito,non sequitur ꝙ totū distinguatur a suis
partibus:sed propterea accidētia sunt in toto com
posito,qꝛ esse accidentale presupponit essentiale a
quo depēdet:⁊ qꝛ materia habet esse essentiale per
formā,⁊ accidentale:per accidentia,prius natura
materia habet esse per formam substātialē,ꝙ̄ reci
Ad Sco. piat accidētia.Et ita seipse exponit illic. S.Tho.
¶Ad tertiū principale,quod est Scoti respōdetur
ꝙ differētia inter totum per se[qualis est homo]⁊
totū per accidens[qualis est aceruus]non est ꝙ a
ceruus sit sue partes,homo vero,non:sed ꝙ homo
⁊ quodcūqꝫ ens per se non dicit solas ptes,nec quo
modocunqꝫ vnitas,sed dicit talē vnionē forme sub
stantialis ad materiā,que non est ens in actu nisi
Ad primā confir. per formā.Quare aggregatū ex subiecto ⁊ accidē
ti eo non est per se vnū,qꝛ accidens aduenit enti in
actu.Et hāc differentiā docet Arist.8.met.text.15.
¶Ad primā confirmationē cōceditur terminū ge
nerationis esse totū resultans ex partibꝰ,puta sub
stantiā in recta linea predicamentali,negat̄ tamē
inde sequi totū distingui a suis partibus.Et ad ar
gumenta.Iste partes causant ⁊ cōponunt aliquid
⁊ nō seipsas:ergo aliud quod ab illis distinguitur.
¶Respondetur imprimis ꝙ possemus negare mi
norem dicentes,ꝙ mutuo se causant:nā forma dat
esse actu materie:⁊ materia sustinet formā tanquā
subiectum:qđ est mutuo se causare. Solutio tamē
nō est ad intentionē argumēti:quippe qđ probat
partes efficere vnū cōpositū.Et ideo quidā ex no
minalibus distingūt maiorē.s.ꝙ partes cōponant
aliquid,concedētes ꝙ diuisiue,quelibet pars com
ponit:sed tamē collectiue ambe simul nō cōponūt
aliquid:sed sunt ipsummet cōpositum.Attamē pro
fecto si quelibet pars cōponit,ambe simul sunt cō
ponens ⁊ cōponens,⁊ per cōsequens complexiue
sunt cōponētes:atqꝫ adeo cōponūt.Posset aliquis
forte negare minorē.Nam partes videntur causa
re ⁊ efficere seipsas:qꝛ nihil efficiūt nisi per vnio
nē ⁊ tamē ipse vniuntur.Solutio vero non esset ve
ra:nam cōponere ⁊ efficere accipitur in hoc sensu,
ꝙ generāt:⁊ manifestū est ꝙ non generant se:licet
vniantur.Relatiuum namqꝫ illud denotat ꝙ queli
bet pars generatur siue a se siue ab alia:⁊ manife
stum est ꝙ in resurrectione in die iudicij,nec ani
ma nec materia generabitur:sed totus hō.Quare
nō sequitur:vniuntur ad inuicē:ergo generantur.
Et ideo aliter rn̄detur negādo simpliciter cōsequē
tiā.s.non causant seipsas:ergo aliud:sed solū sequi
tur ꝙ causant ⁊ cōponunt totū qđ ipse sunt:quip
pe qđ ex earū cōiunctione resultat.Nā terminꝰ il
lius gn̄ationis nihil aliud est ꝙ̄ ꝙ ex coniunctione
Ad.2.cofi. illarū fiat vnū totū,qđ antea nō erat. ¶Ad secun
dā confirmationē eodē mō negatur ꝙ nō detur ali
quid per se genitū.Nā homo est aliquid per se ge
nitū:cū nec materia nec forma sint genite.Et idem
est per se subiectū passionū.Quod quidē est vnum
tertiū ens distinctū a singulis partibus,non tamē
Ad.4.pri. ab omnibus simul. ¶Ad quartū pricipale,in quo
tot multiplicantur cōsequentie dialectice,eodem
fere pede claudicātes,rn̄detur per ordinē.Primo
negatur illa cōsequentia:hoc ens corrumpitur:⁊
hoc ens est vel fuit sue partes:ergo partes corrum
puntur:nam arguitur in quatuor terminis.(Sa
ne cū maior extremitas in premissis includit ens
singulariter ⁊ in conclusione pluraliter)sed cōclu
dendum est,ens quod est iste partes corrumpitur.
Quod si arguas in duobus hominibus qui simul
corrūpantur.Isti homines corrūpūtur:⁊ isti sunt
vel fuerunt sue partes:ergo partes corrūpuntur
tunc variatur appellatio,seu relatio partis ad par
tē copulatorū que includutur in numero plurali.
Sensus em̄ maioris est ꝙ Petrus ⁊ Paulus sunt
hoc ens qđ corrūpitur ⁊ hoc ens qđ corrumpitur.
Et ideo idē copulatū est concludendū in cōclusiōe.
s.iste partes sunt vel fuerūt hoc ens qđ corrūpitur
⁊ hoc ens qđ corrūpitur.Et eodē mō dicendum est
in verbo,gn̄atur.Et pariter rn̄detur ad argumen
tū de Christo redēptore nr̄o:qđ profecto potiꝰ est Christꝰ hu
pro nobis:nā illic insinuat Damascenꝰ ꝙ nullā rē manitatē
Christus dimisit in triduo:sed mors facta fuit per dimisit.
solā separationē anime a corpore.Si autē humani
tas esset res distincta a suis partibꝰ,aliquā rem di
misisset:cōtra celebrē illā regulā theologorum:ꝙ
Christus nihil eorum dimisit que semel assumpsit.
Negatur ergo illa cōsequentia.Christus hanc hu
manitatē dimisit:⁊ hec humanitas est vel fuit iste
partes:ergo has partes dimisit:sed solū sequitur
ꝙ humanitatē que est vel fuit he partes dimisit.
¶In contrariū autē arguitur:qꝛ nulla est appella
tio realis,nisi qn̄ duo termini cōnotatiui ponūtur
a parte eiusdē extremi:⁊ tn̄ nec ly,hō,est cōnota
tiuum,nec ponitur a parte eiusdē extremi cū ly,di
misit.Propter hoc argumentū Dialectici huius
tēporis cōcederent,ꝙ Christus dimisit humanita
tem,non tamē humanitatē dimisit. At vero diale
cticam semper vellē ad cōmunē modū loquendi ac
cōmodare:⁊ profecto omnium auribus idē sonat si
ue humanitas precedat siue sequatur. Obidqꝫ post
quam vere anima a corpore fuit separata,non est
negandū,quin humanitas vere desinit esse.Inclu
dit enim ly,desinit,tanquā substantiuū ly,humani
tas:⁊ per consequens humanitatē Christus dimi
sit.Rn̄detur,ergo ꝙ illa regula solū est đ terminis
cōnotatiuis:sed tn̄ in terminis predicamenti sub
stantie pōt esse appellatio predicati super prima
riū significatū subiecti. Et hūanitas formaliter si
gnificat totū compositum:qđ est dicere,partes in
quantum sunt vnite.Hoc em̄ etiam mō peccat illa
cōsequētia.Pater est generās:pater est essentia:
ergo essentia generat:sed inferendū est pater qui
est essentia generat.Et eodē mō nō sequitur,Chri
stus in resurrectione humanitatē resumpsit,⁊ hu
manitas est iste partes:ergo istas partes resum
psit.¶Ad primā partē cōfirmatiōis negat̄ illa con
sequētia quippe q̄ est ī quatuor terminis.Iste ptes Ad vlti. confir.
erunt:⁊ iste partes sunt petrus:ergo petrus erit.
Nā verbū in antecedēti includit entia,⁊ in conse
quēti ens.Qđ si arguas pluraliter de partibꝰ Pe
tri ⁊ Pauli qui simul moriuntur.Iste partes erūt
⁊ iste partes sunt vel erūt Petrus ⁊ Paulꝰ:ergo
Petrus ⁊ Paulus erūt:concedūt aliqui simplici
ter cōsequentiā ⁊ cōsequens:qꝛ Petrus ⁊ Paulꝰ
erūt entia.Sed profecto longe melius est negare
simpliciter cōsequentiā:quia ly,erūt,in antecedēti
includit entia,⁊ in cōsequēti includit in cōi modo
loquēdi idē copulatū qđ ponitur a parte subiecti.
s.Petrus ⁊ Paulus erūt Petrus ⁊ Paulus.Cō
cludendū ergo est Petrus ⁊ Paulus sunt vel erūt
res q̄ erūt.¶Ad alia q̄ ibidē subijciunt̄ sophismata
in libris summularū rn̄sum est.¶Ad aliud vero:li
cet simpliciter hac tempestate cōcedat̄ ꝙ duo sunt
tria ⁊ sunt viginti ⁊ infinita,negādū est id tn̄ in ri
gore.Nā duo ⁊ tria dicunt entia in actu:due autē
medietates nō sunt simpliciter duo:qꝛ cum nō sint
separate,nō habēt duas vnitates. Sed cū addito
sunt due partes aut duo in potentia.Et ideo nega
tur ꝙ duo simpliciter sunt tria:sed duo potentia,
sunt tria in potentia.¶Ad aliud in rigore loquen

do cõcedendũ esset forte ꝙ partes essentiales sunt partes integrales: siquidẽ totũ est sue partes essentiales ⁊ sue partes integrales. Sed ꝑfecto satis est aures cõsulere, ⁊ negare illã. Nã sensus est, ꝙ pars essentialis est pars integralis: ⁊ alia essentialis est alis integralis. Cũ isti termini includũt copulatum: ⁊ ideo tales propositiones in vsu loquẽdi denotãt correspondentiã partiũ copulati inclusi in predicato ad partes copulati inclusi in subiecto. Unde ex illis premissis iste partes essentiales sunt Petrus ⁊ Paulus Petrus ⁊ Paulus sunt partes integrales: concludendũ est ꝙ partes essentiales sunt res q̃ sunt ꝑtes integrales, vt seruetur appellatio. Et eadem ratione negandum est ꝙ materie ⁊ forme Petri ⁊ Pauli sunt eiusdẽ speciei: nam sensus est ꝙ inter se sunt eiusdem speciei. Unde ex illis premissis, materie ⁊ forme sunt Petrus ⁊ Paulus, ⁊ Petrus ⁊ Paulus sunt eiusdem speciei, concludẽdum est ꝙ materie ⁊ forme sunt res que sunt eiusdem speciei. Et omnes iste consequẽtie sunt formales: quia ly, res, ponitur solũ ad seruandam appellationem. ¶ Sequitur in tex. Caput quartum. At autem physici. ⁊c.

¶ Tex. xxxvj. Manifestum est igitur. &c.

## Quæstio quarta.

### VTRVM ENTIA NATVRALIA tam ad maximũ quã minimum terminentur.

Circa illud verbum textus trigesimi tertiũ, ꝙ ex nihilo nihil fit, mouẽda fuisset hic qõ, nisi ꝙ inferius super tex. 78. vbi Aristo. sensum horum verborum distinguit aptius disputabitur nempe. q. 7. vtrum forma educatur de potẽtia materie. De illo vero, ꝙ infinitum non est cognoscibile abunde dictum est in expositione textus. xxxv. ¶ Est ergo quarta questio circa textum. xxxvi. vtrũ entia naturalia ad maximum terminẽtur, ⁊ ad minimum. Ad cuius partẽ negatiuã arguitur. Primo authoritate Aristot. 2. de anima tex. 41. vbi ait ꝙ ignis in infinitum cresceret, si combustibilia in infinitum applicarentur. Et ratione id confirmatur. Ignis quantuscunq; sit, est actiuus: imo quanto maior, magis actiuus: ergo igne quocunq; dato quantũcunq; magno, si applicaretur stuppa, illam combureret, sibiq; vniret: ⁊ per consequẽs non dabitur maximus. ¶ Et secũdo arguit. Si res terminarentur ad maximũ, aut minimũ, maxime id esset ratione quantitatis: sed quãtitas de se nullam certam extensionem determinat: ex ratione enim sua nihil aliud habet, q̃ facere partes extra partes in quacunq; quantitate. ¶ Et tertio est commune argumentũ: quia si daretur maximus homo ⁊ poneretur in loco humido, aut si illi quis pugno maxillas percuteret, vnde necesse esset ipsum tumescere sequeretur ꝙ desineret esse per vltimũ sui esse: qđ est cõtra Arist. 8. huius tex. 69. Et probatur sequela. Tumor fit per motum: ⁊ motus incipere nõ potest nisi per vltimum non esse vt lib. 3. videbimus. Detur ergo illud instãs. Tunc bene sequitur, nũc non tumescit, ⁊ immediate post hoc tumescet, ergo nunc est hõ, ⁊ nõ immediate post hoc erit hõ (alias daretur homo maior maximo) ⁊ per cõsequẽs desinit esse per vltimũ sui esse. ¶ Quarto itidem arguitur de minimo. Quocũq; ligno quantũcunque minimo dato, quecunq; pars est lignum eiusdẽ nature cum toto, ergo potest esse per se sicut totum. ¶ Et confirmatur sicut superius: quia quãtitas de se nullam determinat extensionem quoad paruitatem: quia quacunq; data potest esse minor. ¶ Quinto tandem arguitur: quia etiam dato minimo homine sequeretur pariter ꝙ desineret esse per vltimum sui esse. Nam dato illo minimo, si applicetur aliquid diuisiuũ, aut cõdensatiuum, cum diuisio ⁊ condensatio sit motus, debet condensatio incipere per vltimum non esse: ⁊ illud erit vltimum esse illius minimi. Nam si nunc non condensatur, nunc est minimum: et si immediate post hoc cõdensabitur, non erit minimum. ¶ In cõtrarium est authoritas Aristo. in hoc text. xxxvi. vbi ait impossibile esse carnem, aut os, aut aliquid aliud quantumcunque esse magnitudine, aut in maius, aut in minus. Quod repetit in text. xxxviij. dicens, ꝙ ex minima carne nullum segregabitur corpus: alias erit minor minima.

¶ Quæstio hæc præcipua est in hoc primo libro. Et preterquã ꝙ infra suos ipsa physicos limites lõga est, recẽtiores cumulatis sophismatibus longissimam eam fecere. Unde in multas questiones diuidũt. Aliam questionem de maximo ⁊ minimo, aliam de minimo naturali faciẽtes. Est verũtamen vnica: ⁊ rõnes vtriq; membro de maximo ⁊ minimo fere sunt cõmunes. Ob idq; vnicam facimus questionem. Quã tñ, q2 non põt non esse longiuscula, in tres distribuimus articulos. In primo exponimus terminos, communiaq; iacimus fundamenta: in secundo disputamus de maximo: atque in tertio tandem de minimo. ¶ Duplicẽ ergo sensum habet questio hec. Primus est de re: secundus, de modo, idest, primus est an entia naturalia determinentur versus vtrunque extremum. Itaque forma canis non possit tantam informare materiam, quantum forma equi, nec tam minimam, quantam forma formice. Alius sensus est vtrum esto non possit canis sub quacũq; esse quantitate: terminetur tamen intrinsece per maximũ quod sic, ⁊ per minimum ꝙ sic: an extrinsece ꝑ minimum quod non, ⁊ maximum quod non. ¶ Sunt ergo primum interpretandi quatuor hi termini. Maximum quod sic, est ille terminus quantitatis, sub qua forma naturalis esse potest, ⁊ sub nulla maiori. Minimum ꝙ non, est ille terminus quãtitatis sub qua forma naturalis esse non potest, ⁊ sub quacunque minori (que non sit minor termino paruitatis) esse potest. Et isti sunt termini magnitudinis: primus quidem intrinsecus: secundus vero extrinsecus. Minimum ꝙ sic, est terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse potest, ⁊ sub nulla minori. Maximum ꝙ non, est terminus quantitatis sub qua forma naturalis esse non potest, et sub quacunque maiori (que non sit maior termino magnitudinis) esse potest. Quod dicimus de termino quantitatis quo ad esse forme substantialis, proportionabiliter applicari potest ad potentiam, ⁊ ad motum, ⁊ ad res alias, que terminantur per maximum et minimum. Ut maxima distantia ad quam terminatur visus, est illa ad quam potest videre, et vltra illam nõ potest: ⁊ minima que non, est illa ad quam non potest ⁊ ad quamlibet minorem potest. Et maximum pondus quod potentia potest portare, est illud quod potest, ⁊ nullum maius potest. Et minima frigiditas quam calor vt 4. non potest vincere, est illa quam non potest (puta frigiditas vt. 4.) et quamlibet minorem potest. Et proportionabiliter in reliquis. ¶ Est secundo notandũ ꝙ in quacũq; materia ex duabus subcontrarijs infert alter disiũctiue istoꝝ terminorũ, hoc modo.

Duplex sensus.

Maximũ. Minimũ.

modo. Est aliqua materia quam forma hominis potest informare, ⁊ aliqua quam propter eius magnitudinem non potest. Item est aliqua materia quã talis forma potest informare, ⁊ aliqua quam propter eius paruitatem non potest: ergo datur minima quam potest, vel maxima quam non potest. Et suo cuiusq; modo in reliquis.

Sensus tres questionis.

¶ His suppositis questio, preter sensus supra signatos, adhuc potest intelligi in triplici sensu. ¶ Primus de facto: vtrũ inter entia que modo sunt sit dabile corpus maximũ vel simpliciter, ita ꝙ nullum aliud cuiuscunq; speciei sit maius, aut in propria specie, ita ꝙ nullum eiusdem speciei sit maius. Et proportionabiliter de minimo. Secundus sensus est de possibili supra naturaliter, vtrum detur aliquod corpus ita magnum vt Deus supranaturaliter non possit facere maius, aut simpliciter, aut in sua specie: aut ita paruum, vt nõ possit facere minus. Tertius deniq; sensus est de possibili naturaliter: ⁊ solus iste est ad propositum, tametsi de prioribus duobus singula verba adnotamus. ¶ In primo sensu non est dubiũ quin suprema celestium sphera sit in rei veritate maxima: non solum negatiue, vt nullum sit maius corpus: sed positiue: vt sit quocũq; alio maius. Immo eadem sphera est omniũ maximum corporum que naturaliter esse possunt: non tamen eorum maximum que Deus supranaturaliter potest facere. ¶ At vero in singulis rerum speciebus necessariũ est dare maximũ quod sic negatiue. Aut enim inter homines qui modo sunt est vnus homo, alios quantitate excellens: ⁊ tunc erit maximus positiue: aut sunt aliqui equales, alios vero omnes excedentes: ⁊ tunc quilibet eorum est maximus negatiue. ¶ De minimo vero manifestũ etiam est aliquod esse modo minimum omnium rerum, que sunt in mundo. Nondum tamen compertum est quodnã sit illud: nisi dicas illud esse minimum acarum. In singulis autem speciebus est minimũ quod est per se subsistens in illa specie, aut positiue, aut saltem negatiue, vt dictum est de maximo.

Nõ ẽ max. nec mini.

¶ Sed de partibus que sunt entia tantum in potentia neq; est dabilis maxima, neq; minima: vt patet diuidenti continuũ per partes proportionales. Etenim versus illud extremum quo tendit diuisio non est dabilis minima, ⁊ versus aliud non est dabilis maxima, nã tres quarte est maior pars quam medietas: ⁊ tres quarte cum vna octaua est maior. Et ita consequẽter.

Numerus maximus.

¶ Proportionabiliter loquendum est de quantitate discreta. Numerus enim rerum que actu sunt in mundo separate est maximus de facto numerus, ⁊ finitus: sicuti binarius duarum rerum est minus. Hoc adnotauerim si modo possem persuadere philosophis huius etatis, ne de partibus loquantur, ac si essent entia separata. Aiant enim ꝙ nullus est maximus numerus circa infinitum: eo ꝙ partes continui sunt infinitus numerus. Quod tamen expresse Aristote. negat. iij. huius text. 68. ⁊. 69. vbi expresse ait, ꝙ numerus non est infinitus, nisi in potentia: quia numerus fit per actualem diuisionem continui in plures vnitates, ⁊ ideo quocunque dato potest dari maior: sed quia continuum non potest esse diuisum in omnẽ suam partem, fit vt nec numerus possit esse infinitus. Unde cõtinuum nec est plura simpliciter, nec est numerus: sed omnes partes, sunt vnum, vt frequentissime repetit Aristote. Et eadem ratione nulla pars ipsius continui est maior, aut longior quam ipsummet continuum.

Linea gyratiua.

Fingunt enim in pedali lineam gyratiuam cuius prima pars circuat primã partem proportionalem: secunda vero secũdam, ⁊ ita consequenter. Et hanc dicunt esse infinite longam: Quod profecto falsissimum est, cum nõ sit actu separata: immo nec forte est separabilis, vt videbimus lib. iij. questione de infinito. Quare nulla pars pedalis est longior quam pedale. Nec illa prima pars linee gyratiue est longior, quam semipedale: quia non vltra extenditur secundum lõgitudinem. Et non solum Aristot. sed quicunque sapiens ita loqueretur. Fateor tamen ꝙ si filum separatum circuiret illo modo primam medietatem pedalis esset tam lõgum quam faceret circulum: sed non posset illo modo circuire omnes partes proportionales. ¶ Hinc sequitur cõtra quosdã in hoc loco ꝙ in rei veritate est nunc maxima velocitas mot⁹ vt patet de velocitate primi mobilis. Negãt tamẽ hoc quidam hac ratione: quia cum primum mobile moueatur super polos, quãto partes sunt propinquiores polo tãto minorem circulũ describũt (vt in sphera materiali quisq; potest videre) ⁊ cũ nulla sit pars propinqua polo qua non sit alia propinquior (si diuidatur orbis per partes proportionales versus polum) ⁊ per consequens illa minorẽ circulum describat, dicunt ꝙ versus polos non datur tardissimus motus: sed quocunq; dato adhuc est alius tradior. Et eadem ratione cum nõ sit dabilis pars ita propinqua equinoctiali qua nõ sit alia propinquior (si diuidatur orbis versus equinoctiale) ⁊ per consequens maiorem circulum describat, inferunt ꝙ versus equinoctialem nõ datur velocissimus motus: sed quocunque dato alius est velocior. Eodem modo si diuideretur orbis secundũ grossitiem, tunc versus conuexum non datur velocissimus motus, quia quacũq; parte data adhuc est alia propinquior, que facit maiorem circulum.

¶ Hec tamen profecto non sunt philosophica: nam figurare possumus punctum in superficie conuexa primi mobils in linea equinoctiali: quod quidẽ faciet maximum circulum: ⁊ per consequẽs ille est velocissimus motus totius orbis. Et hoc siue dentur linee ⁊ superficies indiuisibiles siue non: quia sicut partes non sunt actu distincte a toto, sed efficiunt vnum cum toto, ita nec motus partium est alius a motu totius. Et ideo totum primum mobile mouetur tã velociter, ꝙ̃ illud pũctũ ad imaginationẽ signatũ. Unde in primo mobili nec daẽ motus tardior nec velocior nisi in potẽtia: quia. s. per potentiam supranaturalẽ possunt actu diuidi ille partes. Sed de his satis. De secundo sensu questionis an detur aliquod ita maximum quod Deus supranaturaliter non possit facere maius sermonem facturi sumus articulo sequenti postꝙ̃ viderimus quid sit de potentia naturali

## ¶ In secũdo igitur articulo videndũ est an entia naturalia terminẽtur ad maximum, ita vt nõ possint esse naturaliter sub maiori quãtitate.

Articulus secundus.

⁊ vt diximus in principio duplex est sensus: primus de re, an homo. v. g. nõ possit esse quantacũq; quantitate maximus nec quantacunq; minimus: ⁊ secundus de modo, vtrum terminetur intrinsece per maximum ꝙ sic ⁊ minimũ ꝙ sic, an potius extrinsece. Unde ad ambos sensus respondemus sex conclusionibus tam de potentia naturali quã de supranaturali.

1. Conclus.

¶ Et vt certa ab incertis discernamus, prima conclusio est. In omnibus viuẽtibus, tam in animalibus quam in plantis, est dabilis certus terminus augmenti ⁊ decrementi, siue intrinsece terminẽtur siue extrinsece: ita vt nec possit esse homs, aut equus, aut plãta, ita magnus sicut

sicut mons, nec ita paruus sicut formica. Hanc cõclusionem expresse asserit Aristot. hic text. xxxvi. & xxxviij. & presertim. 2. de anima text. 41. vbi ait q omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti. Quod vno consensu quot quot sunt philosophi concedunt. Nec de hoc est cõtrouersia. Et primo id constat experientia: quia quod nunquam hactenus natura fecit, argumentum bonum est in naturalibus, illud natura non posse: nunquam autem auditus est homo quantus est mons, nisi quod poete de Atlante fingunt. Ratio tamen conclusionis in sequenti statim patebit.

2. Conclus. ¶ Secunda conclusio. Viuentia terminãtur quo ad magnitudinem intrinsice per maximum quod sic: ita videtur tantus homo, quo maior per naturam esse non possit. De hac conclusione cõtrouersum est inter philosophos: saltem iuniores. Sunt enim qui eam negant propter tertiũ argumẽtum principale, quod supra fecimus: quia si daretur maxim⁹ homo nõ posset intumescere, quin desineret esse per vltimũ sui esse. Et ideo asserunt augmentũ rerũ non terminari intrinsece per maximũ, quod sic, sed extrinsece per minimũ quod non. Sunt itẽ qui illã concedentes probant: quia possent omnes cause naturales tã bene aptari & cõcurrere ad productionem vnius hoĩs, aut equi, aut ignis, vt optimum & maximum per naturã producerent. Sed tñ prius quã a posteriori per incõueniẽtia, examinãda est a priori veritas ex proprijs pricipijs. Ratio vero potissima cõclusionis est hec: quã docte. S. Tho. 1. p. q. 7. ar. iij. expressit. Forma quecũq; naturalis determinat sibi certa accidentia, vt ignis tantam intensionem caloris & siccitatis &c. inter alia vero accidentia est quantitas & figura que fundatur in quãtitate: ergo forma (.v.g.) humana sicut determinat alia accidentia, ita determinat certam quantitatẽ materie quã animare potest: quã cũ animauerit erit maximus homo. ¶ Sed dicet aliquis hoc solum probare q non poterit animare quãtãcunq; quãtitatẽ, nõ tñ probat q terminetur ad maximũ quod sic. Arguitur nihilominus ostẽdendo vim argumẽti. Forma q̃cunq; intrinsece terminatur ad certã perfectionẽ quam positiue in se habet: itaq; forma equi habet (.v.g.) perfectionẽ vt quatuor inclusiue, & forma elephantis perfectionẽ, vt. 5. & forma hoĩs perfectionẽ vt. 6. Sũt enim species sicut numeri. Tũc sic forma equi intrinsece & positiue includit tantã perfectionẽ q̃ est maxima quã potest habere: ergo intrinsece etiam determinat. v. g. calorẽ vt. 7. frigiditatẽ vt duo, & sic de alijs accidentibus q̃ sunt maxime eius dispositiones: ergo intrinsece determinat tantã quãtitatẽ, quã informare potest q̃ intrinsece terminetur ad maximũ & ad minimum. Quare hoc etiã argumento vtemur ad asserendũ minimũ. Neq; ad vim rationis huius q̃cquã refert quantitatem distingui a re quanta necne. Utroq; enim modo concedẽdũ est q accidẽtalis dispositio est requisita ad cõseruationẽ forme substantialis. ¶ Secundo probatur cõclusio specialiter in viuẽtibus. Anima viuentis auget suppositum per nutritionẽ conuertẽdo alimentũ in substantiã aliti: sed hec virtus augmẽtatiua est finita, cũ essẽtia ipsius forme sit finita: ergo dabitur aliquis terminus vltra quem non poterit progredi in augmentatione. Et q ille sit intrinsecus .s. maximus qui sic, iam probatum est: quia cetera accidentia que talis forma requirit illo modo terminatur ad maximũ: ergo & quantitas. ¶ Et confirmatur. Forma quecũq; viuẽtium determinat sibi certum tempus durationis vltra quod progredi nõ põt. Alia enim animalia sunt diuturniora q̃ alia, & alie arbores diuturniores alijs, nihilominus omnia habent suam vite periodum: ergo pariter in augmento est dabilis terminus. Quod vel experientie ipsa compertũ est. Crescunt enim vsq; ad certum tempus: & tunc cessant augeri. Et tãdem confirmatur authoritate Arist. ponẽtis minimã carnẽ & eadem ratione maximã. Hac de causa non enũciabimus has cõclusiones, vti a quibusdam enunciantur, sub his verbis. Omne totũ eterogeneum, idest habẽs partes alteri⁹ rationis quam totum, terminatur, &c. nam quãuis forsan omne viuens, etiam planta, sit heterogeneum (in planta enim sunt folia, fructus & cortex, &c.) tamen causa cur habent rationem & terminum augmenti, non est quia sunt eterogenea, sed quia habent formam vitalem. Et ideo vt formalis esset oratio, asserimus conclusionem sub verbo quod eius causam insinuaret.

¶ Tertia conclusio. Quod dictũ est de viuẽte intelligendum pariter est de eius partibus, & alijs accidentibus que ad conseruationem forme requiruntur. Jmo non solum in viuentibus sed etiam vniuersaliter in omnibus rebus naturalibus accidentia optime conseruantia formam terminantur ad maximum & minimum naturaliter. Hanc conclusionem pretendit Aristotel. hic in isto text. xxxvi. vbi facit argumentum, q si partes non terminantur in augmento & decremento puta caro, os, caput, &c. [de his enim partibus vt in Comment. diximus loquitur Aristotel.] nec totum terminabitur. Unde ex opposito consequentis sequitur, q si totum terminetur, partes etiam & accidentia terminãtur. Et ratio est eadem, quã iam modo faciebamus, quia vnaqueque forma naturalis determinat sibi reliqua accidẽtia sine quibus naturaliter conseruari non potest: nec enim esse potest aqua tam rara: quam aer, nec aer est tam densus: quam aqua. Et pariter calor non potest esse intensior quam ille qui est naturalis igni: nec frigiditas potest esse intensior, quam illa que est naturalis aque. 3. Conclus.

¶ Quarta conclusio. Elementa & omnia alia mixta non viuentia terminantur naturaliter ad maximum quod sic. Naturaliter inquam, idest ordine rerum vniuersalium seruato, puta orbium celestium & subcelestium elementorũ. Probatur manifeste: nam celestes orbes, cum sint ingenerabiles & incorruptibiles, nõ possunt per naturam ampliores & capaciores esse. Tunc sic. Concauum orbis lune est finitum, ergo intra illud non potest maior esse ignis quam quem orbis lune capiat. Eadem ratione probatur de aere, quia non potest esse maior aer quam qui contineatur sub orbe ignis existentis sub vltima condensatione qua esse potest: aer nanque crescere nõ posset sursum, nisi ignis condensaretur: nec deorsum nisi condensaretur aqua: & cum, vt precedens conclusio asserebat, deueniendum sit ad summam condensationem & ignis & aque, ita vt sub maiori talia elementa esse non possent, non posset amplius aer crescere. Et eadem est ratio de mixtis. 4. Conclus.

¶ Quinta conclusio. Igni ex sua natura non repugnaret in infinitum crescere si infinita combustibilia ei applicarentur: atque adeo in hoc sensu non terminatur eius augmentum, nec intrinsece per maximum quod sic, nec extrinsece per maximum quod non. Hanc conclusionem manifeste asserit Aristotel. loco citato in primo argumento principali. Neque earum vlla, que a doctoribus plurime dantur, satisfacit solutio. Dicere nanque q illa applicatio combustibilium non est possibilis naturaliter, nihil ad rem 5. Conclus.

rem: iam enim id nos concessimus in conclusione
quarta. Sed loquimur conditionaliter, si signato
igni, quem illi ponunt maximum, applicaretur
stuppa, an ignis augeretur. Respondent aliqui
asserentes maximum ignem, ꝙ applicata stuppa,
non inflāmaretur: non ex defectu particularis
agentis, sed ratione vniuersalis nature. Quemad
modum aiunt aqua per foramina clepsydre attra-
cto aere ascēdit, ne detur vacuum in clepsydra, na
tura vniuersali id prouidente. Alij dicunt ꝙ bene
inflammabitur tunc, sed nō vnietur igni, ne detur
maius maximo: alij vero ꝙ bene quidem vnietur
sed tanta particula aliunde maximi ipsius ignis
corrumpetur. Iste tamen solutiones volūtate ma-
gis quam ratione nituntur. Nam nō disputamus
supposito ordine vniuersali rerum: iam enim asse-
ruimus cōclusione quarta, ꝙ suppositis locis ⁊ a-
lijs dispositionibus naturalibus elementorum, da
tur maximus ignis, ⁊ maximus aer. Et tunc bene
respondetur ꝙ si elementa essent in summa densi-
tate, intra concauum lune implicat posse ignem
crescere sine corruptione. Sed solum disputamus
de natura particulari ignis, si disputationis gra-
tia poneretur extra orbes celestes, ⁊ illic applica-
retur stuppa. Tunc autem profecto dicere ꝙ non
inflammaretur, est dicere contra naturam ignis,
qui quanto maior est, tanto magis est actiuus: est
mirabile ꝙ minor ignis posset illam stuppam com
burere, ⁊ nō ille maximus. Et dicere quod nō vnie
tur illi: nisi alia pars corrumpetur, est contra com
munem sensum humanum. Nam tunc ex tali vnio
ne nulla sequeretur dissolutio, aut euersio vniuer-
si. Unde potius profecto negarem decies Aristo-
telem, quam hanc conclusionē possem mihi persua
dere. Non enim propter authoritatem Aristo. aut
cuiuscunq; asserentis maximū naturale, debemus
concedere id quod multo plus repugnat modo cō
cipiendi, quam rationes ponderēt naturales per
suadentes maximū. ¶ Sed his pretermissis proba
tur quod hec fuerit expressa mēs Aristo. Loco em̄
citato. 2. de anima. tex. 41. expresse voluit hanc cō-
stituere differentiā inter ignē ⁊ viuentia, quod vi-
uentia habent terminum augmēti: ignis vero nō.
Tractat enim illic questionem, vtrum ignis sit to
ta causa augmenti in viuentibus, vt quidam phi-
losophi opinabātur. Id Arist. falsum esse probat, ex
eo, quod ignis nullū habet terminū augmēti, sed
tandiu sine termino augetur, quandiu combustibi
le applicetur, illa vero (inquit) q̄ natura cōstāt, ter
minum habent ⁊ rationem augmenti. Et eadē est
illic sententia. S. Tho. ¶ Et ratione preterea con
firmatur, quia ratio quare forma determinat sibi
quātitatem, vt diximus in secunda conclusione,
est, quoniam ens naturale augetua ex virtute for-
me conuertentis alimenta in substantiā aliti, nec
potest seipsam augere nisi augendo totum, ⁊ quia
virtus forme est finita, inde fit vt habeat termi-
num augmenti. Hec vero ratio nō currit de igne:
nam forma ignis non nutrit ab intrinseco ignem
nutriendo singulas partes, vt forma animalis, sed
crescit applicata ab extrinseco noua materia per
iuxta positionem, quam ignis comburendo vnit
sibi. Que proinde non est propria augmentatio:
sed impropria. Et ideo cum semper crescente ab
extrinseco forma ignis crescat virtus actiua, nul-
lus datur terminus, aut virtutis, aut augmenti.
Certe re attente inspecta videtur cōclusio ⁊ Ari-
stote. esse expressa, ⁊ secundum rationem necessa-
ria. Quod de igne dictum est, de aere ⁊ de aqua
eadem ratione intelligi potest. Nescio tamen an

eadem sit ratio de omnibus mixtis homogeneis,
vt puta de auro ⁊ de argento. Saltim non videtur
ita certum, quia forme istorum sunt quodammo-
do vegetatiue que conuertunt terram in se. Sed
tamen forsam idem est de istis, quia nec ista est au
gmentatio proprie dicta vt partes intrinsece nu
triantur, sicut in animali: sed fit per extrinsecam
appositionem. ¶ Quod si quis arguat ꝙ Aristot.
in hoc tex. ⁊. 2. de anima tex. 41. absolute ait ꝙ om
nium natura constantiū est terminus augmenti.
Respondetur primo. ꝙ. 2. de anima expresse per na
tura constantia intellexit viuentia, quādoquidem
ignem nō cōnumerauit inter natura cōstantia, sed
potius distinxit ab illis. Et in hoc loco idem videt̄
sentire: quia exemplū nunquā posuit nisi in carne
⁊ osse ⁊ reliquis partibus animalium. ¶ Secundo
respondet̄ ꝙ q̄uis de omnibus rebus naturalibus
vtiliter loquat̄, intelligit tn̄ supposito ordine vni
uersi, vt in. 4. cōclusione dictum est. ¶ Sed restat
argumentū in via. S. Thom. qui videtur statuere S. Thom.
terminū augmenti in omnibus etiam inanimatis
nēpe qui. 1. p. q. 7. art. iij. negat in vniuersum ens
aliquod naturale posse esse infinitum: ⁊ tamen ex
ista cōclusiōe videt̄ sequi ꝙ detur ignis infinitus:
siquidem eius augmentū nō habet terminum.
¶ Caieta. adducens illic authoritatem Aristo. con Caieta.
tra S. Tho. fefisgit nescio quam distinctionē, cer
te (vt pace doctissimi authoris dixerim) parū phy
sicam. Ait nanq; maximum ignem dupliciter in-
telligi: vno modo de igne per se vno: alio modo de
igne per accidens vno. Ignem per se vnum appel
lat illū qui naturaliter nō diuisibilis ī duo ignes
per se existens: sicut si minimum naturale ignis
sit digitale, ignis digitalis: ⁊ quicunque maior ci
tra ignem duorū digitorum, est ignis per se vnus:
quippe qui non sit diuisibilis in duos, alias daret̄
minor minimo. Ignem vero duorum digitorum, ⁊
quēcunq; maiorem, appellat ignem per accidens
vnum: quia potest diuidi in duos. Tunc ait ꝙ in
igne per se vno datur maximus: sed in igne per-
accidens vno non datur maximus, nisi propter or-
dinem vniuersi. ¶ At vere significatio illa de igne
per se vno nec habet fundamentum in Physica,
nec probabilitatem. Certe tunc maximus per se
ignis naturalis non sufficeret calefacere manum:
nec maxima aqua sufficeret extinguere sitim. Et
preterea est implicatio in dictis. Si enim digita-
lis ignis est per se ignis, ⁊ quicunque citra ignem
duorum digitorum, qui iam non est per se vnus,
manifeste sequitur ꝙ non est dabilis maximus per
se vnus, nam quocunque dato maior digitali ad-
huc est dabilis maior citra bidigitalem, vt patet
si secundam digitilitatem diuidas per partes pro-
portionales. Id autem quod secundo dicit videli
cet ꝙ in igne maiori duobus digitis nō datur ma-
ximus, verum est, quia expresse est nostra cōclusio:
nisi ꝙ nō deberet vocare vnum per accidens, post
quā ignis quātūcūq; fuerit, est tam vere vnū ens,
quam est vnum animal. ¶ Igitur quātum attinet
ad. S. Tho. conceditur ꝙ non datur ignis, nec ali
quod ens naturale infinitum, nō solum per natu
ram, sed forte ꝙ nec deus id posset facere. Et hoc
nos fatemur, vt lib. iij. disputauimus: quia quodcū
que ens naturale vēdicat sibi aliquā figurā, ⁊ infi
nitum nullā potest habere: ⁊ propter alias pressius
vrgentes rationes. Attamen nullatenus sequitur
si ignis non potest esse infinitus, ꝙ detur subinde
certus terminus eius augmēti: immo dicimus ꝙ
quocunq; dato extra celū, adhuc augebitur si con
tinuo applicentur combustibilia. Nihilominus
nunquam

nunquam deueniet ad tẽpus quo sit infinitus. Queadmodum licet post hac tempus esset perpetuum, nunquã tamen posset perueniri ad instans in quo fuisset transactũ infinitum. Et quemadmodum per diuisionẽ cõtinui quocũq3 numero dato dabitur maior, sed nunq̃ dabit numerus infinitus.

¶ De potentia verò absoluta Dei Scotus lib. 3 dist. 13. q. 1. opinatur posse dari summã qualitatẽ finitã, ita vt nec deus possit eam amplius intendere, qualẽ inquit esse gratiã Christi cum quo Caieta. 2. 2. q. 24. art. 7. & 3. p. q. 7. art. 11. & 12. videtur consentire. Sed contra Scotum possumus primo arguere ad hominem. Nam in. 2. dist. 2. q. 9. tenet expresse nostram quintam conclusionem, scilicet q̃ ignis nõ habet terminũ augmẽti, sed quocunq3 dato potest dari maior, ergo a fortiori supranaturaliter quacunq3 qualitate potest deus facere maiorem. ¶ Et preterea, quicquid sit de conclusione: certe ratio eius non solum non probat suum intentum, sed potius contrarium. Arguit enim sic. Detur qualitas. a. alicuius intensionis, puta vt vnum: & queritur an ascendendo detur status ad aliquam supremã, & habetur propositũ. Quod si non datur status, tunc quãto aliqua plus excedit hanc, erit perfectior, & per consequens illa que in infinitum excedit, erit infinite intensa: q̃d est impossibile. Sed tamẽ nos dicimus q̃ ascendendo non datur status: & concedimus q̃ quanto plus aliqua excedat hanc, tãto erit perfectior: sed tamẽ nulla est dabilis que in infinitum excedat hãc. Sicuti dato binario tunc per diuisionẽ continui quãto aliquis numerus magis excedit hunc, est maior & nullus dabitur quin alius adhuc magis excedat nullus tamẽ dabitur in infinitum excedens. ¶ Est ergo sexta cõclusio. De potentia Dei absoluta nullum dabitur maximum ens, neque in viuentibus, neque in non viuentibus, neque in accidentibus, neque in substantijs, neq3 simpliciter, neq3 in propria specie: sed eius potẽtia solum terminat̃ exclusiue ad infinitã creaturã. Itaq3 infinitũ non potest facere, sed citra illud quocunq3 dato potest maius. Neq3 tamen deum nõ posse infinitum producere, euenit ex eo q̃ eius potẽtia sit terminata, quippe cuius est infinita potentia. Sed quia infinitum nõ est factibile magis q̃ chimera. Sed de hoc lib. iij. Probatur igitur cõclusio. Primum de substãtijs inanimatis iam probatũ est in quinta conclusione q̃ nature illarũ non repugnat augmentũ quodcũque. Sed difficultas esset de viuẽtibus vtrũ Deus posset facere vnum hoĩem, aut equũ, aut arborem quantũ est primũ celũ. Et videt̃ q̃ nõ q̃m deus nõ potest facere hominẽ qui nõ sit rationalis & risibilis: quia hoc est de intrinseca ratione illius: s3 tam de intrinseca ratione est q̃ habeat certam quantitatẽ & organizationem: que non potest esse in tãta quãtitate celi. Et presertim videtur q̃ non põt seruare hominem sub quacũq3 raritate: nã sub raritate aeris non posset esse animalis organizatio. His nõ obstantibus probat̃ cõclusio. Quicquid Deus potest facere cũ causis secundis potest facere se solo: sed cõseruat res mediantibus dispositionib9 accidẽtalibus: ergo sine illis poterit se solum cõseruare & p consequens põt seruare hominẽ & equũ sine debita quãtitate. Et tunc quocũq3 dato põt facere maiorem: & in quacũq3 quantitate põt seruare formam mẽbrorum. Immo potest hominẽ sine organizatione seruare: nã organizatio non est pars essentialis hominis, sicut esse animal, aut esse rõnale: sed est sicut accidens illius. Et ideo potest seruare hominem sub figura circulari: & sub raritate aeris, & sub calore ignis, & sub frigiditate aque. Hoc solum non põt facere vt non sit animal rationale, & per consequens nec potest augere essentialẽ perfectionem hominis, nam illa cõsistit in indiuisibili, idcirco si augeretur, desineret esse homo. ¶ Q̃d si quis arguat, q̃ ille homo existens extra suam naturalẽ dispositionem non posset exercere operationes vitales: vt sub raritate aeris nõ posset comedere: q̃a non haberet duros dentes nec haberet stomachũ, nec pedes &c. ergo non esset homo. Respondetur concesso antecedenti. Saltim de illis operationibus que indigent organis corporeis (posset nãq3 intelligere & velle) sed negatur consequentia: nam modo posset me deus seruare sine oculis & alijs sensibus: sine pedibus, sine maxillis &c. ita vt nullam operationem exercerẽ, & nihilomin9 essem homo. In materia vero solida quãtacũq3 finita, posset homo exercere aliquas operationes corporeas.

¶ Eadem ratione in intentione qualitatũ non est terminus de potentia Dei absoluta: sed quocunq3 calore dato potest adhuc intendi sine termino: dũmodo per miraculum Deus rem conseruet. Si intentio fiat per additionem graduũ, potest Deus iam per nouum gradum producere & vnire, si vero per radicationẽ, proportionabiliter arguatur: nam subiectum recipere maius accidens non arguit nouam virtutem in illo. Quod si quis obijciat authoritatem. S. Tho. 3. p. q. 7. art. 12. ad primum argumẽtũ, vbi ait q̃ gratia Christi fuit summa qua non potuit dari maior, licet fuerit finita. Respondetur q̃ illa in genere gratie fuit infinita: nam per illam Christus fuit acceptus ad quancũque gratiam conferendam hominibus sine termino, etiã si essent infiniti: sed in genere qualitatis, licet fuit infinita, fuit tamen summa qua nõ potuit esse maior de lege. Et ideo ponit. S. Thomas exẽplum in naturalibus: sicut celo [inquit] non potest fieri additio. Non tamen negasset de potentia dei absoluta posse augeri in genere qualitatis. Nam de veritate questione. 29. articu. 3. ad tertium ait q̃ potentia obedientie creature ad deum est talis capacitatis, que nõ potest impleri: sed quicquid Deus de illa faciat, adhuc est in potentia amplius recipiendi.

¶ Ad primum igitur argumẽtum principale cũ sua cõfirmatione iam respõsum est. ¶ Ad scõm respondetur q̃ terminus augmẽti nõ cõuenit rebus naturalibus rõne quãtitatis, sed ratione forme naturalis. Añ. S. Tho. 1. p. q. 7. art. 3. ait q̃ corpus secundũ q̃ cõsideratur mathematice abstrahẽdo a materia sensibili non determinat sibi augmentum incrementi, aut decrementi, sed corpus naturale ratione forme que certam sibi vẽdicat quantitatem. ¶ Tertiũ vero principale argumentum tanti fuit momenti apud Paulum Venetum (quẽ multi sunt ex iunioribus sequuti) vt negaret augmentũ terminari inclusiue per maximum quod sic, sed terminatur (inquit) per minimum quod non. Quam putat esse opinionem Cõmentatoris. Sed reuera Cõmẽtator & lib. 6. tex. 32 & in alijs frequenter locis & Themist. & Philopo. intrinsece tenent terminari & augmentũ per maximum quod sic & decremẽtum per minimum q̃ sic. Alij satis se respondisse credũt, dicentes, q̃ tumor & inflatio fieri nequit: nisi precedente aliqua alteratione, vt est calefactio, vel putrefactio, vel quid simile: & in tali alteratiõe datur minima dispositio q̃ sufficit ad inflationẽ. Tũc aiunt q̃ illud instans, in quo

Scotus.

Ad primũ & ad scõm.

Ad tertiũ.

in quo primo est illa qualitas, est vltimum non esse inflationis & primum non esse illius maximi hominis. Et ideo non desinit per vltimum sui esse. ¶Hanc vero solutionem plane intelligere non possum: nam supposito q ille homo maximus solū corrumpatur ratione inflationis, cum nūc nō sit inflatio, videtur q adhuc sit hō: qm̄ illa dispositio eodē modo debet corrumpere hominem, quo causat inflationē: & per consequens: si virtute illius nūc nō est inflatio & immediate post hoc erit inflatio, sit, vt nūc sit homo & immediate post hoc non erit hō: & per cōsequēs desinit per vltimū esse. Et preterea quādo tumor eleuatur per hoc q vespa mordet cutem, videtur q illud primum instans cōtactus est vltimus non esse tumoris: & tamē illud non pōt esse instans non esse hominis, qz tunc primo vespa tāgit: & per consequens erit vltimum instans esse hominis: quod pretendit argumētum. ¶Aliam ergo mihi videor elicere solutionē ex ratione ipsa cōclusionis. Maximum enim quod datur in viuentibus solū intelligitur terminus ille quantitatis ad quē terminatur argumētum naturale, scilicet illud qd forma in sua naturali dispositione facit ex alimento. Itaqz ille vocatur maximus quo non potest dari maior per naturalem nutritionem ab intrinseco. Huic vero non repugnat vt detur maior per viam corruptionis. Uolo dicere q maximus homo & maximus equus non subest maius periculū mortis per viam inflationis q̄ alius quilibet citra maximū, mirabile enim esset q morsu vespe: aut si bucca aut venter extenderetur, statim periret. Sed veniēte causa inflationis inflabitur quoadusque infirmitas eum naturaliter corrumpat. Et in illa infirmitate dabitur minimum distemperamentū sub quo homo esse non potest: et illic primum non esse hominis: sicut in alijs infirmitatibus. Ita vt sub illo distemperamento esse non potest homo, et sub quolibet minori distemperamento esse potest. Quo fit vt licet detur maximus homo quem forma hominis in sua naturali dispositione potest facere, nihilominus in via corruptionis non dabitur nisi minima inflatio sub qua non potest esse. ¶Et per hoc soluitur aliud argumentum, quod alias esset molestissimum aduersus tertiam conclusionem: vbi dictum est, q alie etiam quidditatiue dispositiones terminantur ad maximum quod sic. Arguitur enim cōtra. Detur verbi gratia q calor sub quo potest cōseruari forma hominis sit vt quatuor. Itaqz debitum temperamentum. v.g. sit caliditas & frigiditas vt tria, sed potest durare infirmus quoadusqz calor intendatur ad quatuor. Tūc sic. Calor vt quatuor est maximus calor sub quo homo potest esse: ergo homo desinit esse per vltimum sui esse: nam in illo tempore quo calor continue intenditur dabitur instans in quo primo calor est, vt quatuor, & immediate post illud erit maior: & p cōsequens in illo instanti erit homo, & non immediate post illud erit. ¶Respōdetur autem q tertia cōclusio intelligitur hoc modo q ad introductionem forme datur minima dispositio que sufficit, qua posita res incipit esse per primum sui esse. Illa tamē dispositio potest crescere quoadusqz veniat ad optimam que est maxima. V.g. maxima dispositio hominis est vt habeat calorē. v.g. vt tria, humiditatem vt duo, & sic de alijs humoribus. Est tamen latitudo: quia crescente, aut decrescēte calore adhuc homo potest viuere: licet infirmus: non tamen datur minimum temperamentum sub quo potest conseruari: alias desineret esse per vltimum sui esse: sed datur minimum distemperamentum sub quo non conseruatur. Unde calor sub quo conseruatur nō terminatur ad maximum quod sic, sed ad minimū quod non. Itaque crescente febri sub calore vt. 4. esse non potest: et sub quolibet minori (citra minimum) esse potest. Et ideo instans caloris vt. 4. est primum non esse hominis. Et pari modo si moritur homo per defectum caloris non dabitur minimus sub quo potest conseruari, alias desineret esse homo per vltimum sui esse: sed datur maximus sub quo non cōseruatur, vt si ille verbi gratia sit calor vt duo, tunc instans quo est calor vt duo, est instans primum non esse hominis. In aqua hoc fit manifestum. Minima enim frigiditas que requiritur ad generationem aque, est verbi gratia frigiditas, vt sex que crescit vsque ad octo, que est maxima dispositio aque. Sed quando calefit ab igne poterit conseruari sub frigiditate vt quatuor, minori forsan q̄ requirebatur ad eius generationē. Nō tamen datur minima frigiditas sub qua potest cōseruari, alias desineret aqua per vltimum sui esse: sed datur maxima sub qua non potest conseruari. Que si verbi gratia sit vt tria, illud instans in quo est frigiditas vt tria, est primū non esse aque. Hec omnia nituntur illo fundamento Aristotelis quod videbimus. 8. huius textu. 96. videlicet q res permanentes incipiunt per primum sui esse, & desinūt per primum non esse. ¶Iuxta hoc ipsum fundamētum intelligendum est aliud de maxima & minima densitate & raritate. Datur enim minima densitas & minima raritas que requirit verbi gratia ad generationē aque: ita vt sub minori generari non potest: illa vero sub qua aqua in naturalissima dispositione conseruatur, terminatur ad maximam, id est ad optimam: sed tamen illa sub qua simpliciter potest conseruari nō terminatur ad maximum, alias daretur vltimum instans esse aque. Si enim aqua per continuam rarefactionem vertitur in aerem, & raritas verbi gratia vt vnū est maxima sub qua potest esse, illud instans in quo est rara vt vnum, esset vltimum instans illius: quia immediate post illud erit maior raritas. Sed dicēdum est q raritas verbi gratia vt vnum est minima sub qua nō potest cōseruari aqua, et minima sub qua generat aer. Et sic saluatur q illud instans transmutationis aque in aerem est primum instans nō esse aque & primū esse aeris vt docet Aristoteles octauo huius. Eodem modo si aqua per condensationem conuertatur in terrā, danda est minima condēsatio sub qua non potest cōseruari aqua, que est minima sub qua generatur terra. Unde sequitur q qui admittunt maximam densitatem sub qua conseruatur aqua, & maximam raritatem sub qua conseruatur aer, nō philosophantur a priori ex principijs & naturis rerum sed solum a posteriori inferendo sophistica inconuenientia: que pro libito & fingunt & dissoluūt. ¶Quod si quis arguat. Sicut augmentum caloris in homine, & augmentum densitatis in aqua, non terminatur intrinsece per maximum quod sic, sed per minimum quod non: ita terminetur augmentum quantitatis. Respondetur quod augmentum quidem quod fit a forma naturali per nutritionē, illud quidem terminatur ad maximum: sed illud quod fit via corruptionis per inflationem, iam dictum est non terminari, nisi per minimum quod non.

Quō intelligitur maximus hō.

Maxima dispositio.

Maxima densi. & ra.

¶Tertius demū articulus positus est in disputatione de minimo naturali. De quo sunt due opiniones. Prima est Scoti in. 2. senten. d. 2. q. 9. negātis simpliciter minimum saltē in

homo

homogeneis, nam in eterogeneis, puta in viuētibus id negare non potest. Non enim solum negat minimum ad hunc sensum, ꝙ res nō terminentur ad paruitatem per minimū quod sic (nam hoc non esset adeo improbabile) sed negat simpliciter terminari quo ad paruitatem, aut per minimū quod sic, aut per maximum quod non. Ait namqȝ nullā esse quantitatē tam minimam ignis quin quecūqȝ eius pars possit per se subsistere, sed solum inquit in rebus animatis posuit Arist. terminū augmēti ⁊ decrementi. 2. de anima. Opinio hec in hoc sensu est profecto singularis: nam siue per minimum quod sic siue per maximum quod non, nullus est qui neget res terminari quo ad paruitatem. ¶ Respondetur ergo ad questionem quinqȝ conclusionibus.

1. Conclus. Prima. Substantie vniuerse tam viuentes ⁊ eterogenee, quam elemēta ⁊ alia mixta homogenea, terminantur naturaliter quo ad paruitatem. Cōclusio imprimis de animatis a nullo, neqȝ ab ipso Scoto negatur, nā organizatio que requiritur in viuentibus etiam in plantis conseruari nequit naturaliter sub quacunque quantitate: neqȝ enim homo nec equus, nec oliua tam parua esse potest naturaliter vt granum sinapis. Sed ꝙ vera etiam sit generaliter de omnibus, saltem apud Arist. nō est dubium: quippe qui in hoc tex. 38. expresse ait contra Anaxagoram ꝙ ex minima carne non est separabilis caro. Neque responsio Scoti videtur plene satisfacere, dicentis ꝙ ad intentionē philosophi satis est ꝙ deueniatur ad tam paruam carnem, vt de illa non possit separari equalis pars illis que separate sunt, cuius oppositum videbatur sequi ex opinione Anaxagore: non tamen (inquit) negasset Aristo. quin a quacunqȝ carne sit separabilis aliqua portiuncula semper minor ⁊ minor. Non inquam satisfacit solutio: nam Aristote. duas inter alias, facit rationes contra Anaxagoram. Enimuero tex. 36. arguerat de partibus que separantur ꝙ non poterant semper esse minores ⁊ minores, quin daretur terminus paruitatis illarum ⁊ per consequens si segregatio procedit in infinitum, dantur infinite partes equales in carne.

Postea in tex. 38. arguit de illa re qua fit separatio, ꝙ etiam terminabitur quo ad paruitatem ita vt ex illa nihil esset prorsus separabile: nec posset ꝓterue dicere Anaxagoras, ꝙ saltem a quolibet sine termino potest aliquid separari. Fateor ꝙ Aristo. non fuit solicitus de termino paruitatis per minimum quod sic, aut per maximum quod non. Neque de ista differentia terminorum vsquā meminit. Sed tamen expresse voluit ꝙ saltem terminarentur quo ad paruitatem. Et licet posuit exemplum de carne ⁊ osse: idem intellexit de aqua de qua facit illic mentionem. Et confirmatur ratio authoritate Themistij et omnium expositorum Aristo. ⁊ presertim Commentatoris hic ⁊ lib. 6. cōmen. 32. ⁊. 69. et alibi sepe.

¶ Et secundo. Experientia videtur quodammodo illud probari. Videmus enim ꝙ per maximam cōtritionem, aut contusionem res corrumpuntur, vt triticum in molendino cum fit farina: forsan mutat speciem: quia sub puluere non conseruatur triticum. Et apud pharmacopolas per nimiam contusionem simplicium ad facienda emplastra res corrumpūtur: quia nō possunt sub tam parua quātitate cōseruari. Tametsi forsan hoc nō fiat sine aliqua alteratiōe.

2. Conclu. ¶ Secūda cōclusio. Nihil repugnat res terminari per minimū qđ sic saltem quoad generationem, ita ꝙ detur minima quātitas que requiritur ad generationem ignis vt sub minori nō possit generari: ⁊ minima que requiritur ad generationem aque ⁊ sic de alijs. Conclusio est Commentatoris. 6. huius commen. 32. ⁊ libro. 7. commē. 2. ⁊ alibi frequenter. Et ratiōe probatur. In alijs dispositionibus datur minima que requiritur ad generationem, vt dictum est in articulo superiori, vt minima intensio frigiditatis que requiritur ad introductionem aque, minima densitas ⁊c. eo ꝙ res incipiunt esse per primum sui esse: ⁊ ideo illud instans, in quo minima est dispositio, est primum instans esse rei: ergo eadem ratione dabitur minima quantitas que requiritur ad generationē. ¶ Et cōfir. sicut secūda conclusio superioris articuli: quia essentialis perfectio forme terminatur intrinsece ⁊ positiue: ergo ⁊ quantitas que requiritur ad generationem.

¶ Tertia conclusio. Non datur minima quātitas in corruptione rerū q̄ fit secundū ordinem naturalē: sub qua res potest cōseruari. 3. Conclu. Probatur cōclusio ex dictis in superiori articulo. Quādo aer per cōdensationem cōuertitur in aquā non est dabilis maxima cōdensatio sub qua potest conseruari, alias si cōtinua esset condensatio, illud instans in quo esset illa maxima cōdensatio, puta vt duo, esset vltimū esse aeris: ergo eadem prorsus ratione nō dabitur minima quātitas sub qua pōt cōseruari aer: nā cū per cōdensationem semper fiat minor aer, daretur eadem ratione vltimū instans esse aeris. Igitur sicut datur minima condensatio sub qua nō pōt esse aer, ita datur maxima quātitas sub qua nō potest cōseruari. Semper eñ obseruādum est ꝙ illud instans medium trāsmutatiōis est primum instās esse rei que generatur, ⁊ primū nō esse rei que corrumpitur. ¶ Et confirmatur conclusio presertim in viuentibus, de quibus dictum est ꝙ non datur minimum temperamentum sub quo possunt conseruari, alias desinerent esse per vltimum sui esse: sed datur minimum distemperamentum sub quo non conseruantur. Tunc sic arguitur. Cū homo corrumpitur per diminutionem caloris, non datur minimus calor sub quo cōseruatur, sed maximus sub quo non cōseruatur (vt desinat homo, nō per vltimū esse, sed per primum non esse) ergo eadē ratione, si corrūpatur homo per extenuationē ⁊ cōsumptionē per maciem, non dabitur minima quantitas sub qua potest conseruari, sed maxima sub qua non pōt cōseruari. Et hec conclusio, que ex ꝓprijs principijs naturalibus a priori procedit, notanda est ad dissoluendum mille sophismata que fiunt in materia de minimo. Nō eñ sequitur ꝙ si requiratur minima quantitas ad generationē, detur etiam minima que sufficit ad conseruationem. (In quo multi falluntur) plus eñ exigitur ad generationē q̄ ad cōseruationē. Et hinc Aristot. elicuit illam regulam ꝙ res permanētes incipiunt per primum sui esse ⁊ desinunt per primum nō esse. ¶ Quod si quis in contrarium adducat authoritatem Aristo. qui ait per viam separationis deueniendum esse ad minimam carnē a qua nihil est separabile. Respondetur ꝙ ipse non concessit in corruptionibus naturalibus deueniendū esse ad minimū (vt statim amplius explicabimus) sed dixit ꝙ cum res terminentur quo ad paruitatem: si per impossibile daretur per illam separationem Anaxagore vt perueniretur ad minimam, nihil ab illa poterit separari. Illi tamen non est illic cura neqȝ alicubi suorum operum de hac differentia, siue per minimum quod sic, siue per maximum ꝙ non res terminentur. Neqȝ. S. Tho. neqȝ antiqui expressam vnq̄ memoriam fecerunt huius differentie de minimo quod sic, aut maximo quod

non

non:sed posteri illam inuenerunt. Et ideo iudicandum est de illa secundũ dicta Aristo. in aliis locis ⁊ secundũ naturam rerũ. Et cũ .8. huius generaliter dicat ꝙ res permanentes incipiũt esse per primũ sui esse ⁊ desinunt per primum non esse, hinc colligitur ꝙ data minima quantitas in inceptione ⁊ *Conclu.* maxima quę non, in desitione. ¶ Quarta conclusio. De potentia Dei absoluta res non terminãtur quoad paruitatem, nec homogenea nec eterogenea, nec per minimum quod sic nec per maximum quod non: sed Deus potest per miraculum conseruare quãcunqꝫ rem sub quacunqꝫ minima quantitate, ⁊ sub quacunqꝫ minori: imo in puncto. Hoc patet manifestissime de sacratissimo corpore Christi in sacramento altaris: quod totum cum sua quãtitate est sub qualibet particula, ⁊ sub quolibet pũcto hostię: ⁊ per consequens quodcunqꝫ aliud animal, ⁊ a fortiori quancunqꝫ aliam substantiam, potest conseruare sub quacunqꝫ voluerit quantitate. Verũ est tamen ꝙ conseruando hominem sub quãtitate grani sinapis: ⁊ maxime si conseruaret in pũcto, sicut sacramentum altaris, non posset exercere operationes vitales. Quod non est pręsentis loci *Conclus.* disputare. ¶ Quinta conclusio. In accidentibus vero non datur minimum nec quoad intensionem, nec quoad extensionem: licet sint qui contrarium opinentur. Probatur. Cum igni applicatur lignum, incipit calefieri per motum: ergo sicuti motus localis incipit per vltimum non esse, ita ⁊ alteratio incipit per vltimum non esse. Itaque nunc non est calor in igne, ⁊ immediate post hoc erit calor. Tunc vlterius. In his quę incipiunt per vltimum non esse, non datur minimum quoad inceptionem sed quocunqꝫ instanti dato in quo est motus, ante illud iam erat motus: ergo eadem ratione quocunqꝫ gradu caloris dato extenso per aliquam partem ligni prius fuerat extẽsus, per minorem partem: ⁊ per consequens non datur minima extensio. Et quocunqꝫ gradu dato intensionis, ante illum fuit minor intensio: ⁊ per consequens nec datur minimum intensionis. Nec est eadem ratio de forma substantiali: nam forma substantialis requirit determinatas dispositiões: accidẽs vero non, sed ignis per vltimum esse non incipit ⁊ exiccare ⁊ calefacere lignũ ⁊ calefaciendo exiccat, ⁊ exiccãdo calefacit.

¶ Contra primam conclusionem occurrit statim argumentum ex quinta conclusione superioris articuli. Ignis ⁊ alia homogenea non terminantur quoad augmentum ex natura sua: nisi propter ordinem vniuersi: ergo nec terminantur quoad decrementum in paruitate. Negatur tamen consequentia, alia est enim ratio de augmẽto ⁊ alia de paruitate: nã ignis propterea semper crescit quandiu combustibilia adhibẽtur: quia illa est augmentatio impropriæ dicta per appositionem ab extrinseco nouę materię in quam introducitur noua pars formę: sed tamen quoad paruitatem determinat forma certam extensionem: sicut determinat alia accidẽtia quę requiruntur ad eius conseruationem. ¶ Sed pręterea arguit Scotus ad probandum quod res homogeneę nõ terminentur quoad paruitatẽ, nec per minimũ quod sic, nec per maximum quod non. Diuidi in partes conuenit rei cuicunqꝫ ratione quantitatis, vt patet in pręedicamentis cap. de quantitate ⁊ .5. metaph. tex. 18. ergo cuicunqꝫ competit quantitas, conuenit etiam diuisio: sed minimum naturale habet quantitatem eiusdem rationis cum maximo: ergo est diuisibile in partes sicut ⁊ maximum, ⁊ per consequens dabitur pars separata minor illo. Quod si dicat diuisionem repugnare minimo ratione formę naturalis: contra. Diuisio est propria passio quę consequitur quantitatem, ergo cuicunqꝫ repugnat diuisio repugnat ⁊ quantitas: vel si non repugnat quãtitas, nec repugnabit diuisio. ¶ In primis pro hoc argumento ⁊ omnibus subsequentibus, ne vera Philosophia cum casibus metaphysicis misceatur, adnotandum est quod minimum naturale vix aut nunquam profecto contingere potest naturaliter, nec in generatione rerum, nec in corruptione: nam in generatione, cum ignis. v.g. generat ignem ex ligno, non potest fieri talis applicatio vt minima pars disponatur ante alias, quia applicatio fit simul per multas partes, quę simul disponũtur: ⁊ per consequẽs nunquam dabitur minimus ignis in ligno. Et preterea quia ignis nihil inflammat, nisi vniendo sibi materiam, ⁊ sic non generatur minimus ignis. Et in generatione animalis semen simul disponitur totum: ⁊ sic forma introducitur vel in toto animali simul, vel in magna parte illius. Et eodem modo in fine corruptionis ligni non datur minimũ lignum, sed bona pars vltima simul inflammatur, ⁊ a fortiori quando corrumpitur animal per extenuationem, antequam veniatur ad minimam quantitatem vel maximam quę non, corrumpitur temperamentum animalis: ⁊ per consequens animal. Sed admittimus istos casus metaphysicos: si per impossibile Deus abscinderet vnum minimum naturale aquę, aut ligni, ⁊ relinqueretur sue naturę. ¶ Secundo notate quantũ ad Scotum, quod si solum vellet probare quod nõ datur minimũ naturale, quod sufficit ad conseruationem formę, hoc facile daremus illi: vt diximus in tertia conclusione. Nec credo Arist. solicitum fuisse, si res terminentur per minimum ꝙ sic, aut per maximum quod non. Sed tamẽ vult probare Scotus ꝙ nullo modo terminentur quoad paruitatẽ. Itaqꝫ digitalitas aquę, aut ignis nec est minima q̃ potest esse, nec maxima quę non potest esse, sed potest esse ignis subduplus per se, ⁊ subquadruplus: ⁊ ita in infinitum: quod certe est falsum. Et ideo disputationis gratia damus illi ꝙ digitalitas sit minima aqua. Et ad eius argumentum respondemus, vt ipse respondet, ꝙ licet ratione quantitatis non repugnet diuisio, repugnat tamen ratione formę aquę, quę non potest esse naturaliter sub minori quantitate. ¶ Et ad replicam respondetur ꝙ diuisio ad hunc sensum est passio quantitatis, quod extendit partes subiecti in quo est, faciens partem esse extra partem, et hoc etiam conuenit minimo: non tamen ad hunc sensum quod subiectum possit naturaliter diuidi: nam coelum est quantum et non potest diuidi. Et pręterea respondetur ꝙ si hoc minimum aquę ex vtraqꝫ parte haberet sibi vnitam aliam aquam, tunc posset diuidi in quocunque eius puncto. ¶ Et per hoc soluitur secundum eius argumentum, vbi ait quod non est intelligibile quod aliquid sit quantum, quin pars eius sit minor toto existens in toto, nisi daretur aliqua pars in puncto indiuisibili. Respondetur inquam, quod ponentes minimum non negant, quin quęcunque pars minimi sit minor minimo: neque fingunt aliquam esse indiuisibilem: sed solum dicunt quod nõ potest separata per se subsistere.

¶ Et ad aliam confirmationem quam facit, videlicet, quęlibet pars minimi homogenei est eiusdem rationis cum toto: ergo si totum per se potest subsistere, quęcunque pars per se potest subsistere

stere: negatur cõsequentia: patet in partibus coeli, quarum nulla potest per se subsistere. Et est preterea simile in partib⁹ animalis: quę certe sunt eiusdem rationis, ad hunc sensum, ꝙ constant oẽs ex eadem materia ⁊ ex eadem forma: ⁊ tamen abscisa manu, non potest subsistere sub eadem forma: quia statim corrumpitur: eo quod forma non potest animare illã materiam in qua non est sufficiẽs organizatio totius hominis. Eodem modo dicim⁹ quod abscisa pars minimi, non potest per se esse ex defectu quantitatis quam forma naturalis requirit. ¶ Hinc item solutum restat aliud eius tertiũ argumentum quod facit, inquirens vtrum repugnet ab intrinseco partem minimi per se esse, an ab extrinseco: quia resistere non potest corrumpenti. Responsio enim est quod hoc repugnat ab intrinseco: quemadmodum enim formę animalis repugnat naturaliter esse in materia, nisi sit organizata, ⁊ cuicunq; formę homogeneorum repugnat esse nisi cum certis dispositionibus, ita cuicunq; repugnat esse, nisi sub certa quãtitate. Et ideo quodcunq; agens diuidens minimum, corrumperet illud. Aliud facit argumentũ maiorem tangens difficultatem.

De corruptione minimi.

¶ Sed prius arguitur argumento communi contra vltimã solutionem. Dato minimo naturali. v. g. aquę, applicetur aliquod condensatiuũ illius. Tũc sequitur in primis quod illud minimũ designat esse per vltimũ sui esse: nam cum per condensationem res efficitur minor, ⁊ condensatio sit motus qui incipit per vltimum non esse, verũ erit dicere res modo nõ cõdensatur, ⁊ immediate post hoc condensabitur: ⁊ per consequens nũc est minimũ ⁊ immediate post hoc non erit. Quod si id non habeatur pro inconuenienti in minimo: arguit̃ sic. Corruptio vnius, vt patet. 1. de generatione, semper est generatio alterius: sed ex illo minimo non potest aliquid generari: nam generatio non potest esse sine aliqua alteratione preuia, ⁊ illud condensatiuum non potest per solã condensationẽ alterare minimum, vt generetur tam cito aliud sibi simile. Vel detur ꝙ minimum. v. g. lignũ diuidatur gladio qui quidem non potest alterare minimũ ad generationem alterius rei. ¶ Quod si dicatur ꝙ materia minimi informabitur forma circũstantis, vt si sit in aere conuertetur in aerẽ. Tunc restat difficultas prima ꝙ aer nõ potest ita cito disponere materiam minimi ad introductionem formę: ⁊ pręsertim si illud minimum est aqueum quod corrumpitur per condensationem. Tunc enim cũ forma aeris maiorem raritatem exposcat, quã forma aquę, non videtur quomodo minimũ resoluatur in aerẽ. Atqui vt hęc omnia suprema replica cõfirmentur, quid si illud minimum diuideretur in vacuo. ¶ Horum multa dissoluuntur tenendo ꝙ non datur minima quantitas quę sufficit ad cõseruationem indiuidui. Quod sane credo esse verum: nam vt diximus de maximo, ꝙ licet detur maxima quantitas ad quã forma in sua dispositione potest peruenire, nihilominus quando corrũpitur p̱ inflationẽ pręter naturalem non datur nisi minima inflatio sub qua non potest conseruari: ita quando minimũ corrumpitur per extenuationem, aut cõdensationem, non datur, nisi maximũ sub quo non conseruatur. ¶ Et contra hoc solũ videtur stare authoritas Aristote. in hoc loco tex. 38. vbi ait ꝙ ex minima carne non est separabile quicquã. Ad quod tamẽ iam supra responsum est. ¶ Sed respondetur pręterea ꝙ etiam dato minimo causa disputationis, si corrumpatur per solam diuisionem, non sequitur ꝙ desinat per vltimum sui esse: nam illud argumentum ęquo pede currit, si res determinetur per maximũ quod non. Detur enim ꝙ maxima quantitas sub qua non potest esse lignum sit digitalis. Tunc signato ligno digitali cũ vna quarta, applicetur gladius diuidens per medium sequit̃ quod desinit esse per vltimũ sui esse: nam medietas illius non potest separata manere, alias daretur minus maximo quod non: quod est idem inconueniens, ac si detur minus minimo. ¶ Negatur nihilominus ꝙ tunc desinat minimum per vltimum sui esse: quoniam illud lignũ habet aliquam grossitiem (quia linea indiuisibilis nõ datur separata) ⁊ per consequens diuisio fiet in tẽpore: atq; adeo primum non esse diuisionis erit primum nõ esse minimi. Quod si supernaturaliter diuidatur in instanti: tũc concedimus ꝙ Deus potest non solum minimũ, sed vniuersum finire per vltimum sui esse. Et eodem modo respondetur de minimo, si admitteretur. ¶ Sed si corruptio fiat p̱ cõdensationẽ nõ ita facile respõdetur nisi dicatur quod ante condensationẽ requiritur aliqua alteratio, puta frigefactio: ⁊ ꝙ datur minima frigiditas quę sufficit ad condensationem: ⁊ illud instãs quo primo est illa frigiditas est primum nõ esse minimi. Sed re vera [vt diximus de maximo] supposito ꝙ alteratio de se non sufficeret corrũpere, nisi ratione condensationis, videtur ꝙ cum condensatio incipiat per vltimum non esse, ⁊ ꝙ in illo instanti adhuc minimum non sit corruptum, ⁊ per consequens illud sit vltimum esse illius. At si non admittatur minimũ, sed maximum quod non (quod. v. g. sit digitale) respõdetur quod nõ datur aqua per se, nisi maior quam digitalis: quę quidem potest cõdẽsari quoadusq; veniat ad digitalitatẽ: ⁊ illud erit primum instans non esse aquę. Et in illa parua morula potest disponi ad nouam formam.

¶ Alia inconuenientia communia sunt siue detur minimum siue maximum quod non. Respondetur ergo ꝙ si illa condensatio fiat ab agente quod possit inducere suã formam, inducet illã: sin minus, resoluetur in materiã circũstantẽ, etiã si non posset tam cito disponere: quia ad diuisionẽ: sequitur corruptio necessario ex natura rei. Quemadmodum, si animali subito abscinditur caput gladio, cõtinuo subsequitur forma cadaueris: licet gladius nõ possit disponere ad illam: quoniam illa forma non introducitur ex intentione directa alicuius agentis (sicut ignis corrumpit aquam vt introducat suam formam) sed solũ cõsequitur ad corruptionem alterius ne detur materia sine forma. Et proportionabiliter dicatur etiã si minimũ diuidatur in vacuo. Si enim illud minimum quod diuiditur fuerit animal, subsequeretur forma cadaueris. Sed si fuerit elementum aut lapis, tunc dicendũ quod aut subsequetur alia forma, natura vniuersi id prouidente aut non poterit naturaliter diuidi, natura vniuersi resistente, ne detur materia sine forma. Nam dicere ꝙ restabit materia sine forma, multo est maius inconueniens.

## ¶ Contra secundam cõclusionem

qua dictum est dari minimum in generatione rei naturalis arguitur sic. Applicetur. v. g. lignum igni, ⁊ sit quantitas digitalis illa quę requiritur plene disposita in ligno, antequam introducatur forma ignis, quę debet incipere in ligno per primum sui esse. Et arguitur sic. In illa digitalitate non erit forma ignis antequam intensio caloris vt octo sit extensa per totam (nam illa est minima quę requiritur ad generationẽ ignis) sed, vt in quinta conclusione assertum est, non datur mi-

nima

uima extensio accidentis: ergo intensio vt octo caloris prius fuit in medietate illius digitalitatis q̄ in toto. Rursus cum intensione caloris vt octo nulla alia forma potest esse, nisi forma ignis: ergo existente illa intensione in medietate digitalitatis nō erat illic forma ligni, nec alia forma quam forma ignis: sed neque erat forma ignis ex defectu quantitatis, ergo tunc fuit materia sine forma.

¶ Ad hoc primo respōdetur ꝙ vt plurimum ignis non generat ignem in aliqua materia, nisi vniendo eam sibi. Patet in primis de flamma quę nutritur fumo ⁊ aere. Nō eñ cōuertit aerem in ignē, nisi vniendo sibi. Idem patet de stuppa ⁊ ligno proiecto in ignem, vniēdo enim materiā ligni sibi inflammat illam. Sicuti virtus nutritiua animalis non prius tempore conuertit cibum in substantiā aliti, q̄ vniat substantię ipsius animalis. Et in tali casu non currit argumentum. Non enim ignis expectat disponere minimā materiā in qua introducat formam: sed quacunq; data prius iam vniuit sibi minorē: ⁊ per consequens nō datur minus minimo per se existens. Vel (qđ frequentius vsu venit) simul ęqualiter disponit multas partes materię, quas simul inflāmat. Si vero passum sit distās aliquantulū ab igne, vt si stuppa ponatur pedaliter distans ab igne tunc videtur currere argumentū: quia inflāmabitur, nec tamē vnietur igni: vel si ferro calidissimo, vbi tñ formaliter nō est ignis, applicetur stuppa inflāmabitur: ⁊ tñ non vnietur alteri igni qui nullus erat. Respondetur nihilominus ꝙ nec tunc poterit disponi medietas minimi priusq̄ alię partes: quia cū ignis agens sit extēsus, ⁊ stuppa sit extensa, necessariū est vt vel tota stuppa vel magna pars eius simul disponatur. Et ita constat experientia ꝙ simul totū inflāmatur. Cum enim lignum nō vult ardere, si supponantur palee, simul inflāmantur. Profecto naturaliter vix posset dari ille casus quo minima materia prius disponatur, quā maior pars: nam etiam semen animalis prius disponitur totum vel saltem non disponitur pars minor minima anteq̄ disponatur maior minima.

¶ Quinimo sunt qui credant formā hōis nō prius informare partē q̄ totam materiā. Quod nō crediderim: sed potius cōsentio multis medicorū, ꝙ cor prius viuit in homine ⁊ vltimo moritur. Et ideo licet aīa sit indiuisibilis, successiue tamen aīat totū. Et ita videtur experiētia cōpertū ꝙ prius desinūt viuere pedes q̄ pectus. Sed de hoc alias. Hoc tamē sufficit hic ꝙ pars q̄ incipit viuere nō est minima. ¶ Si aūt semel daretur minimus ignis, forsan ibi posset fieri talis applicatio stuppe vt disponeretur minima eius quantitas successiue. Utcunque autē id fuerit, admittimus disputationis gratia ꝙ minima quātitas posset successiue disponi. Et tūc respondere forsan quispiam posset propter argumentum ꝙ quocunq; instanti dato quo est forma ignis in passo, ante illud erat in minori parte post quam ante illud intensio vt octo erat in minori. Hoc tamē nullatenus sustineri potest in physica: quia tunc ignis inciperet esse per vltimum nō esse contra doctrinam Arist. 8. huius. Et expresse cōtra Commen. 6. huius commē. 31. vbi ait ꝙ primū in generatione est minimum naturale. Et contra manifestam rationem: nam forma ignis non potest incipere esse in passo nisi in illo instanti quo incipit esse intensio caloris vt. 8. quę est vltima eius dispositio: ⁊ talis intensio manifestum est ꝙ non incipit per vltimum non esse: sed per primum sui esse: quia cum talis intensio fiat per motum, quocunq; instanti dato in quo nō est intensio vt. 8. adhuc restat aliquid partibile intensionis producendum, ⁊ per consequens nō immediate post tale instans erit intensio vt octo. Cum ergo intēsio vt. 8. incipiat esse in passo per primū sui esse, fit vt ⁊ forma ignis incipiat esse per idem primū sui esse. Unde manifeste sequitur ꝙ est dabilis certa quātitas materię in qua primo est: si non maior, saltem minima. ¶ Unde tandem ad argumentum respondetur ꝙ quanuis accidens ex natura suę productionis non determinet minimam intensionem, aut extensionem: nihilominus quia forma substantialis exigit certam extensionem, illa summa intensio quę requiritur ad introductionem formę: non prius est in parte illius minimi quam in toto: sed quam primum est in parte, per necessariam subsequentiam est extensa per totum ad extensionem formę substantialis ignis in toto minimo.

¶ Posthæc subsequitur argumentum aliud quod Scotus format aduersus minimum. Scotus.
Sequeretur, inquit, ad positionem minimi ꝙ daretur primū in motu, id est, primū instans esse formę substantialis: consequens est falsum: ergo. Probat minorē: quia si daretur primū esse formę in minimo, tunc vel in eodē instanti producuntur alia minima subsequentia: et sic augmentatio ignis in passo non fieret successiue: qđ est cōtra experiētiā. Vel producto primo minimo debet agēs expectare vt disponatur alia materia eiusdē quantitatis vt producatur secundū minimū: quo ꝓducto, adhuc deberet expectare vt disponatur materia tertij minimi: vnde sequeretur motū augmentationis non posse esse cōtinuum: sed necessario interrumpi per quietē qđ est falsum. vt. 5. huius. ⁊. 1. de generatione est videre. ¶ Ad primū argumentū concedimus vt probatū est ꝙ est necessarium dare primū in motu. i. primum instans esse formę substātialis in minimo, si tam subtilis esse potest applicatio vt disponatur ante alias partes. Quanuis hoc non sit dare primū instans esse motus (qđ expresse negat Aristot. 5. huius). Enimuero generatio formę substantialis non est motus. Sed negatur tūc vtraq; pars disiunctiue. s. aut ꝙ in eodem instanti incipiant esse alia minima subsequentia, aut ꝙ agens debeat expectare dispositionē alterius ęqualis materię, anteq̄ introducat formam in secundo minimo. Tametsi in hac secūda parte fuerint multi decepti, etiā Thomiste, cōcedētes augmētationem non esse motum continuum, sed fieri per minima vt infert Scotus. Et Cōmētator fuit huius opinionis. 8. huius commēt. 23. ⁊ cōmen. 44. Sed profecto non obstante eius ⁊ cuiuscunq; authoritate, ille est in philosophia intolerabilis error. Et ꝓbatur manifeste, quia necessitas minimi solū est in inceptione formę, vt dicebamus, propterea ꝙ res permanens incipit esse per primū sui esse. Et ideo necesse est signare certam quātitatem materię in qua primo sit. Sed tamē postea in augmentatione cessat hęc necessitas: quia quęcunq; pars materię post minimā iam est vnita pręcedenti, ⁊ per consequens quātulacunq; minori minima informetur, nō datur minus minimo per se existens. Et pręterea id probat: qm̄ si hoc est primū instans esse intensionis caloris vt octo in termino quātitatis primi minimi, immediate post hoc idem gradus erit vltra illud punctū, ⁊ per consequēs immediate post hoc erit ignis maior minimo. Itaq; post hoc īstās esse minimi nullū erit dabile instans quin ante illud erit ignis maior minimo. Et hoc est admodum notandum in motu augmentationis.

¶ Aduersus quintã conclusionem arguunt nõnulli, tenentes q potest dari minima intẽsio & extẽsio. Primo, quia accidẽs est propter substantiã: ergo cum forme substantiales determinẽt sibi minimã quantitatẽ, sequitur q etiã accidentia erunt terminata quoad paruitatem intensioni extẽsionis, sicut arguit Aristot. in hoc loco tex. 36. de toto ad partes, q si totũ est terminatum, etiã partes. ¶ Ad hoc rñdetur q argumentũ solũ probat q accidentia requisita ad introductionem forme sũstãtialis sunt terminata ad maximũ & minimũ, vt expositũ est in cõclusione tertia superioris articuli, & modo in proxima solutione dicebabus. Ita vt forma nõ introducatur, nisi sit cum certis dispositionibus. Non tamẽ probat q in motu alterationis detur remississima qualitas primo producta, aut minima pars extẽsionis primo calida. ¶ Sed maius argumẽtũ esset ex Arist. qui. 8. huius tex. 69. generaliter dicit entia permanẽtia incipere per primũ sui esse: & cũ qualitates sint entia permanentia videtur q incipiant per primũ sui esse. Unde sequitur q in primo instanti esse qualitatis datur remississima qualitas & minima extensio. Nihilominus respõdetur q Aristo. loquitur solũ de generatione & corruptione substãtie. Sed de accidente, quod producit per alterationem, idem iudiciũ est qđ de motu. Unde sicut in motu non datur primũ instans esse, ita neq in qualitate q̃ per motũ producitur. Secus esset de qualitatibus spiritualibus & forsan de sensationibus, si admitteret illarum productio fieri in instanti eo q producitur absq resistentia. ¶ Alterum argumentũ est hoc. Applicatio agentis ad passum fit successiue per motum: ergo datur primũ instans applicati esse vt sic loquamur, ita q nunc est applicatũ, & nõ immediate ante hoc erat applicatum. Tunc in illo instanti producit aliqua qualitas & nõ nisi remississima que produci potest, ergo. ¶ Pro solutione huius argumẽti notandũ est q sphera actiuitatis agẽtis nullatenus terminari potest intrinsece: sed extrinsece. Uolo dicere q si ignis potest agere per aliqđ certum spacium, illud non terminatur per lineã in qua potest agere & vltra quã non potest, sed per lineam in qua non potest & citra quam potest. Et ratio est manifesta: quia effectus agentis, puta calor productus ab igne & lumen productum a luminoso, producitur vniformiter difformiter a summo gradu vsq ad nõ gradũ. Ita vt calor vt octo sit in igne & nõ gradus sit in extremo sphere sue actiuitatis. Et ideo in quocunq puncto est gradus caloris, adhuc vltra illud est remissior calor: & per consequens sphera terminatur vbi primo est non gradus caloris: atque adeo ille erit terminus extrinsecus. Hinc sequitur q si passum est in illa linea, tunc incipit agẽs applicari ad passum per vltimũ non esse. Itaq nunc non applicatur & immediate post hoc applicabitur: & per consequens nunc non est calor in passo, & immediate post hoc erit calor: atq adeo post hoc non dabitur instans in quo sit calor in passo quin ante illud fuerit remissior. Nec dabitur extensus per aliquam partem, quin prius fuerit extensus per minorem. Unde ad argumẽtũ conceditur q applicatio fit per motũ: sed negatur consequentia cũ infertur, ergo datur primũ instãs facte applicationis: quia quãdiu sphera agẽtis est extra illam lineã nõ facta applicatio: sed quãdo nõ gradus agentis est primo in illa linea, tũc incipit applicari per vltimũ nõ esse: & idcirco in quocũq instanti postea est applicatũ, ante iam erat applicatum. ¶ Hinc sequit q illa cõsequentia nõ valet, datur intẽsissimus calor, ergo datur remississimus quia quodcunq agens agit a summo gradu inclusiue vsq ad nõ gradũ exclusiue. Unde in luminoso, puta in cãdela est summ⁹ gradus luminis, sz quocunq lumine dato in aliquo puncto sphere illuminate, adhuc vltra illud pũctum est lumẽ remissi⁹. ¶ Quod si quis arguat q datur minima extensio albedinis, quia datur minimũ niuis, quod põt per se subsistere. Respondet q illud nõ est minimũ albedinis, sed niuis: qui si albedo non potest esse in minori subiecto, est ratione forme substãtialis que nõ potest esse sub minori quantitate. Et preterea potest forsan dari & minima extẽsio & minima intẽsio, tam albedinis quã caloris que posset sentiri: sz tñ non minima q̃ posset produci in subiecto. Alia multa sophismata solẽt hic fieri, que indigna sunt physica disputatione. De terminis autẽ potentie actiue & resistẽtie, vtrum videlicet potentia actiua ignis terminetur ad maximũ qđ potest, an in minimũ qđ nõ potest, nõ est hic locus dicendi ne materias anteuertamus, subsequitur in textu. Caput quintũ. Omnes igitur, &c. & caput sextum, & septimum vsq ad tex. 70.

¶ Tex. lxvij. Quocirca est quidem vt duo, &c.

## ¶ Quæstio quinta.

VTRVM PRINCIPIA REPERum naturalium sunt contraria & tantum tria.

A Parte negatiua primi mẽbri questiõis arguitur primo. ¶ Principia rei naturalis sunt substãtie, nã substãtia ex accidẽtibus non cõponitur, vt Aristo. hic text. 52. testat: sed substãtie nihil est cõtrariũ, vt habet in predicamẽtis. c. de substãtia. ergo principia non sunt cõtraria. Et cõfirmatur. Si principia substantie essent contraria, maxime essent forma & priuatio, nam materia, cum prius sit sub priuatione, & deinceps sub forma, neutri earum est contraria: at vero forma & priuatio non sunt contraria, quia vt habetur in post predicamentis, diuersa est contrariorum oppositio ab illa que est priuate oppositorũ eo q contrarietas est inter duo positiua: ergo principia non sunt contraria. ¶ Et cõfirmatur secundo. Aristoteles in hac parte videtur sibi ipse modis tribus contradixisse: ergo nõ est auscultãdus. Probatur antecedens. In tex. 41. dixit principia esse contraria: & in tex. 52. affirmauit principia nõ esse accidentia, & substantie nihil esse contrarium: que manifeste contradicunt: nam si principia non sunt accidentia, sunt substantie, & si substantie nihil est contrarium, principia non sunt contraria. Itẽ tex. 42. dixit contraria non fieri ex alterutris: & inferius in tex. 43. contradixit vnũquodq fieri ex suo contrario, puta albũ ex non albo. Item tex. 50. dixit principia semper permanere in cõposito: vnde sequitur non esse contraria. Etenim, vt cap. de quantitate dictum est, contraria repugnant in eodem subiecto. ¶ Secundo principaliter pro parte negatiua secundi membri arguitur. Aut principia esse tantum tria, intelligitur de vniuersis principijs tã intrinsecis q̃ extrinsecis, & tũc sunt quinque, puta materia, forma, & priuatio, & efficiens & finis: aut intelligitur solum de intrinsecis, & sic non sunt nisi tantum duo, puta materia & forma, nam priuatio

priuatio non intrat compositionem rei genitę, sed est solum terminus a quo generationis. ¶ Et cōfirmatur. Aut intelligitur de omnibus principijs tā per se q̄ per accidens, aut de principijs tm̄ per se. Si de omnibus, nō solum est vnus terminus a quo sed infiniti: fit enim albū per accidens ex quocūq̄ non albo, puta ex musico, ex dulci. ⁊c. vt text. 43. docet Arist. ⁊ eadem ratione hō pōt esse saltē mediate ex terra, ex ligno, ⁊ sic in infinitū q̄r homo fit ex non hoie, ⁊ nō hō pro qualibet re aliā ab hoie supponitur. Si vero intelligitur de principijs solū per se, tunc non sunt nisi duo, puta materia ⁊ forma: vt ex professo docet Aristo. text. 65. dicens ea sola esse principia per se, ex quibus res fit ⁊ facta est. i. quę manēt in re iā facta: priuatio vero formę quę gignitur non manet re genita. In quo videtur secū pugnare: quippe qui tex. 43. dixerat musicum per se fieri ex immusico, per accidens vero ex albo, vbi insinuauit priuationē esse principiū per se cuius contrarium tex. 66. pronunciauit. ¶ In contrariū est sententia Arist. tex. lxvij. vbi vtrunq̄ mēbrum quęstionis affirmat, dicens q̄ principia dicenda sunt quodāmodo vt duo, ⁊ quodammodo vt tria, et quodammodo vt contraria.

¶ Hæc q̄stio prima est ad principia pertinens rei naturalis, de quibus est huius libri principalis intentio. In qua non possumus non aliqua eorum repetere quę in commentarijs super textum annotauimus. Est nanq̄ animus in his quęstionibus examen, epilogūq̄ textus Arist. facere. Faciemus autem articulos duos de duobus membris quęstionis. Primum de contrarietate principiorum ⁊ alterum de numero, qui adeo connexi sunt vt commode nequiuerint, nisi sub vno quęstionis titulo elucidari. Tractat quęstiones has Arist. postquam veterum opiniones refutauerat: in tribus capitulis. 5. 6. ⁊ 7. per triginta textus: nempe a. 41. vsq̄ ad. 70. ¶ Circa quęstionis titulū supponatur ex his que diximus questione. i. conclusione. 5. nomine rei naturalis significare rē q̄ in se habet principiū sui motus. Est enim tā forma q̄ materia principiū, aut actiuū, aut passiuum motus, quo ex his cōpositū mouetur. Et ideo vtraque appellatur natura: atq̄ adeo omne cōpositum ex materia ⁊ forma dicitur, ⁊ ens naturale, ⁊ proinde ens mobile, vt per amplius libr. 2. explicabitur. ¶ Secūdo notandū est q̄ alia est quęstio, quot sunt causarū genera rei naturalis, alia vero, quot sunt principia: prima enim questio pertinet ad secundū librum: hec vero, ad hunc primum. Enimuero, vt in commento super text. primum adnotauimus, differt inter principiū ⁊ causam: principium enim solum dicit ordinem: causa vero, dicit preterea influxum: sicuti causa efficiens influit in effectum et finalis mouet efficiens ad agendum. Non ergo accipitur hic principium generaliter pro quacunq̄ causa: sed specialiter ꝓ partibus essentialibus rei, ⁊ pro termino vnde incipit motus. Quo fit vt de⁹, intelligentię, sol, ⁊ homo qui generant hominem, sint quidem causę efficientes, non tamen principia vt in presentiarum. ¶ Tertio notanda statim est diffinitio principiorum: quam text. 42. designat Aristo. vbi ait. Principia sunt q̄ nec sunt ex alijs, neq̄ ex alterutris, sed omnia alia sunt ex illis. Quę quidem diffinitio de primis principijs rei naturalis intelligitur. Ad cuius euidētiā cōsiderandū est, q̄ ly, ex. quanuis nonnunquā generaliter accipiatur vt dicat habitudines aliarū causarū, tñ ꝓprie dicit habitudinē pricipij essentialis, aut termini a quo.

*Ens naturale.*

*Princip. ⁊ causa.*

*Principiorum diffinitio.*

Et ita accipitur in presentiarum. Unde Aristo. primis duabus particulis intendit docere simplicitatem primorum principiorū. Intelligit ergo quod principia prima non fiunt ex alijs neque ex alterutris tanquam ex principijs essentialibus. ¶ Ex quo sequitur primo q̄ elementa, ex quibus generatur mixtum, non sunt prima principia, cū quia fiunt ex alijs tāquā ex principijs essentialibus, puta ex materia ⁊ forma, tū quia mixtū non fit ex illis tanq̄ ex partibus essentialib⁹, sed ex eorū actione, vt primo de generatione est videre. Sed tam materia q̄ forma, q̄r neutrū fit ex alijs tanquam ex princpijs essentialib⁹: neq̄ ex alterutris, quia nec materia est pars essentialis forme, nec forma pars essentialis materie: sed ex illis tāquā ex partibus essentialib⁹ cōponuntur omnia corpora: fit vt sint prima principia. ¶ Sequitur secundo, nihil rationi primorum principiorum obstare, q̄ tam materia q̄ forma diuisibilis cōponatur ex suis partibus integralibus, nam partes integrales non censentur hic nomine principiorū, nec cōpositio ex partib⁹ integralibus repugnat principiorum simplicitati. Neq̄ rursus est contra naturā principiorum, saltem formę, fieri ex alio tanquā ex causa efficiente: ad quod materia habuerit causam efficientem, nō cognouit Aristot. ¶ Sequitur tertio q̄ neq̄ obstat principia fieri ex alterutris vt ly, ex, dicat habitudinē alterius causę, q̄ essentialis: forma enim fit ex materia, tanquā ex subiecto de cuius potentia educitur, ⁊ vicissim materia fit ex forma, seu per formam: quia materia esse in actu naturaliter nequit nisi per formam. ¶ Considerandum est preterea q̄ illa diffinitio non solum conuenit principijs intrinsecis, puta materię ⁊ formę: sed etiam priuationi, quia loquitur hic Aristot. de principijs vt se extendunt ad principia contraria: ⁊ vt quam primum videbimus inter solam priuationē ⁊ formā est contrarietas. Ob idque tertia particula. s. q̄ alia fiant ex illis, intelligenda est, aut tanquam ex partibus essentialibus, aut tanquam a termino a quo, quemadmodum priuatio est principium. ¶ Quod si arguas cęlos esse entia naturalia, qui tamen non sunt facti ex priuatione, quia materia cęlorum nunquam caruit forma quā habuit. Rñdetur q̄ Arist. solū intelligit oīa q̄ fiunt per generalē generationē, fieri ex his tribus principijs: cęli vero secundū Arist. nullatenus sunt facti: ⁊ secundū rei veritatē: non sunt ex subiecto facti, sed creati ex nihilo. ¶ Quarto principaliter ad notandū est q̄ de numero ⁊ cōtrarietate principiorum duodecim veterū opiniones recensuit Arist. in tria fere membra principalia diuisas. Sex enim fuerunt opiniones ponētium vnicum principium. Prima Melissi credentis vnicum esse principium infinitum et immobile. Qui nullam videtur posuisse contrarietatem: ob idq̄ oīm pessime philosophatus est. Quā partim super text. 13. ⁊ rursus super tex. 23. explicuimus. Secūda fuit Parmenidis opinantis vnicū fuisse principiū secundū rationē, et illud finitū: q̄r oīa sunt vnum secundū rationem, et vniuersum est finitū: sed tamē secundū apparentiā sensuū posuit contrarietatem calidi ⁊ frigidi, quam appellauit ignē ⁊ terram. De qua loquuti sumus text. 25. ⁊ tex. 41. Tertia fuit opinio Thaletis, philosophantis principiū esse aquam. Et quarta Diogenis ⁊ Anaximenis, credentium esse aerem. Et quinta Heracliti credentis esse ignem. Ac deniq̄ sexta aliorum credentium esse aliquid medium inter aquam ⁊ aerem, aut inter aerem ⁊ ignem. Qui omnes quatuor naturaliter loquentes ponebant principium esse mobile: atque adeo ponebant ra-

*Duodecim opiniones antiquorū.*

ritatem ⁊ densitatem, tanquam duo contraria. De quibus super tex. 32. mentionem fecimus. ¶ Tres aliæ fuerunt opiniones in alio extremo, ponentium infinita principia. Anaximander enim primus, et inde Anaxagoras posuerunt infinita principia similaria, id est, eiusdem speciei esse principia in vnaquaque specie: ⁊ alia infinita alterius speciei essentialis in alia specie: vt infinitas particulas carnis, infinitas ossis, ⁊c. Quę quidem (aiebãt) fuerunt separatę ab vno chao, in quo omnes fuerunt ab initio permixtę. Nisi ꝙ differebant, vt super eundem text. 32. explicuimus, ꝙ Anaximander putabat illud chaos fuisse primum principium ⁊ causam similarium particularum. Anaxagoras vero contra opinabatur illas similares particulas fuisse causam illius chaos. Isti proprie non ponebant principia contraria propterea ꝙ omnia dicebant actu latere in quolibet, quod est contra naturam contrariorum. Tertia vero, atque inter omnes noua, fuit opinio Democriti, qui ponebat infinitas atomos, omnes omnium rerũ eiusdẽ speciei essentialis, differentes autẽ positione ⁊ figura, vt text. 41. late expositũ est. Qui quidẽ proinde quodãmõ etiã ponebat principia cõtraria. ¶ Tres denique præterea fuerunt in medio opiniones ponẽtium principia plura vno, finita tamen: nam Plato posuit duo contraria ex parte materię, puta magnum ⁊ paruum, vt super text. 32. dictum est: sed principiũ formale dicebat esse ideam vniuscuiusque speciei. Pythagoras vero: cuius opinionem super text. 48. expositã fecimus, ponebat par ⁊ impar esse principia contraria. Duodecima denique, atque adeo omnium vero proxima, fuit opinio Empedoclis, de qua super textum. 32. sermo a nobis habitus est. Qui quidẽ ponebat principia omnium rerum esse quatuor elementa: in quibus itidem est contrarietas, ex quorum inuicem actione mixta generantur vniuersa. Omnes isti philosophi, prætérquam Melissus et Anaximander et Anaxagoras, quodammodo ponebant duo principia contraria circa vnum tertiũ subiectum.

¶ His præsuppositis (vt literã Aristotelis in epilogum colligamus) ex Aristotelis conclusionibus respõdet ad hanc quęstionem. Prima fundamentalis est tex. 41. Principia rerũ naturalium sunt cõtraria. Nõ intelligitur vniuersaliter de omnib⁹, sed particulariter, ꝙ in vnaquaque generatione cõcurrũt aliqua principia contraria.

1. Conclu. Hãc primũ ꝓbat authoritate oĩm fere antiquorum pręter Melissum vt diximus ⁊ Anaxagoram. Omnes quippe alij in hac sententia cõsentiebant: coacti vt ait Commenta. experiẽtia. Compertum enim est nihil generari, nisi vbi aliud contrarium corrumpitur. Unde palam fit in omni generatione duo esse contraria, quorũ vnũ alterũ pellit, vt sibi simile gignat. ¶ Ratiõe pręterea id probat. Illa enim, inquit, quę neque ex alijs fiunt, neque ex alterutris, sed oĩa alia fiunt ex illis, sunt prima principia: at prima contraria sunt huiusmodi: ergo prima cõtraria sunt prima principia, ⁊ per conuersionẽ principia sunt contraria. Minor quoad duas priores particulas patet exemplo in prędicamento qualitatis. Album enim ⁊ nigrum, et dulce ⁊ amarum, quę sunt contraria secundarum qualitatum, fiunt quidem ex temperamento primarum, puta caloris ⁊ frigoris cum humido ⁊ sicco. Et fiũt item quodã modo ex alterutris. Nam colores saporesque medij rationem extremorum participant, vt in commento. 59. dicebamus. Primę autem qualitates, vt calor frigus, neque ex alijs fiunt neque ex alterutris. s. ex commixtione vnius cum alio. Tertiam vero particulam. s. ꝙ omnia fiunt ex contrarijs, probat Aristo. text. 43. quia vnumquodque fit ex suo contrario seu ex sua propria priuatione, vt album, ex nõ albo: ⁊ homo, ex non homine. Cuius ratio est hęc: quia fieri aliquid simpliciter, est acquirere nouũ esse qđ antea nõ habebat: et fieri tale, est acquirere nouũ esse tale. Et ideo ordo necessarius generationis exigit ignem. v. g. fieri ex eo qđ non erat ignis, ⁊ albũ ex eo quod non erat album. At quia naturaliter nihil ex nihilo fieri potest, consequitur, vt vnaquęque forma producatur ex negatione sui in subiecto apto nato ad illã recipiendam, vt ignis necessario fit ex materia, quę forma ignis carebat, ⁊ albũ ex subiecto, quod carebat albedine. Quę quidem negatio in subiecto proprie appellatur priuatio, vt habetur. 4. meta. text. 4. Atque adeo principia contraria necessaria ad generationem sunt forma ⁊ priuatio. s. in accidentalibus productionibus, forma accidentalis ⁊ priuatio: ⁊ in generatione substantię, forma substantialis ⁊ priuatio. ¶ Attamen si rem oculatius inspicias, inter has priuationes necessarias vna sola est proxima ⁊ per se requisita: alię vero sunt remotę. Exempli gratia. Animal fit necessario ex non animali: sed tamen proxima priuatio est illa quę accidit materię ratione proximę formę cui succedit forma animalis. Equus enim non fit immediate ex ligno: sed ex semine: nec ex semine quomodocunque: quia in semine mediant multę formę ante introductionem formę equi: sed equus fit proxime ex non equo, id est ex proxima priuatione ad formam equi, puta ex embrione. Et hoc est quod adnotauimus in expositione tex. 43. ꝙ non album aut non equus potest accipi infinitanter pro quocunque quod non est equus: ⁊ alio modo priuatiue pro illo subiecto quod est aptum in proxima dispositione ad formam equi. Et isto modo accipitur priuatio quando dicit Aristo. ꝙ priuatio ⁊ forma sunt duo principia cõtraria necessaria ad generationẽ. Atqui non solum in animalibus, verum in aliorum generatione id experimur. Non enim ex ligno immediate fit ignis, aut cineres: sed pri⁹ euaporatur humidum, quod conuertitur in flammam, ⁊ quod restat conuertitur in carbonem inflãmatũ: qđ iam non est lignũ. At carbo partim resoluitur in fauillas: partim in cineres. Nec sarmentum immediate vertitur in vinũ, sed in gẽmã: ⁊ gemma in vuam: ex qua matura fit vinum. Et ideo vinum fit ex non vino, non quidem infinitanter: quia nõ fit ex lapide: sed ex vua ⁊ vua ex gẽma. Quẽadmodũ formę artificiales non educũtur de quacunque materia quomodocũque informi: quia statua non sculpitur in aqua, aut in lana, sed in ęre, aut marmore, aut puris alijs similibus. Hoc est physice studiosis mente seruandum. ¶ Ex quo sequitur primo ꝙ principia contraria nõ sunt necessaria ad cõpositionẽ rei in facto esse, sed solum ad generationem in fieri: cum enim ex aqua generatur ignis, in igne genito nẽ manet, nisi tantum materia ⁊ forma: sed tamen dum generatur necesse est ꝙ genereẽ ex nõ igne. i. ex ꝓpria priuatione ignis in subiecto. ¶ Sequitur secundo, ꝙ non appellat Arist. principia contraria generationis, formas substãtiales, aut eorum accidentia, sed formam ⁊ priuationem: nam forma quę expellitur, saltim inquantum est quid positiuum, non habet rationẽ principij in generatione: cũ potius eorum pat tanꝙ obstãs generationi. Sed tñ cũ de ratione huius, quod est fieri, sit nouum esse acquirere, optime dictum est, priuationẽ formę ꝑcedentẽ esse principium

Fieri.

Priuatio maxima.

cipium tanq̃ necessarius terminus a quo in ordine generationis. Tametsi vt questiõe. 8. videbitur nõ nunq̃ priuatio accipitur pro toto, quod corrumpitur in generatione: fit enim ignis ex aqua que est non ignis: & hõ ex semine. ¶ Sequitur tertio quantã huic textui violentiam inferant, qui hanc principiorum contrarietatẽ noibus tribuere contendũt.

Buridan⁹. Buridanus enim (cui aliqui ex nominalibus cõsentiunt) in hoc lib. questione. 14. affirmat Aristotelẽ, vbi dixit, priuationẽ & formam esse cõtraria, terminos accipere materialiter. Nam priuatio, inquit, nihil in re ponit: sed oppositio priuatiua est termini significantes idem subiectum, quorum vnus cõnotat aliquã formam, alter vero carẽtiam illius, vt ly, cecus, & ly, videns, significant oculũ. Sunt ergo secundum eum principia generationis contraria ad hunc sensum, q̃ isti duo termini generatio forme ignis & priuatio eius, significant eandem materiam: sed tamẽ priuatio cõnotat q̃ careat forma, et generatio q̃ illam acquirat: & ideo in generatione prius verificatur de materia termin⁹ priuatiuus, q̃ positiuus, & in corruptione, econuerso. ¶ Hunc, alias bonum authorem, citauerim, si forsan quosdã huius etatis persuasos habere possim, ne nominaliter perseuerent physicam tractare. Nã quicquid de vtilibus, distinctionibusq; metaphysicis senserint, tamen physicas (que rerũ sunt) conditiones, nulla est causa vt nominibus tribuant. Enimuero quis credat cum Arist. dicit principia esse contraria, principia accipere pro terminis? nam cum generatio hominis a parte rei contingat, esto nullus esset conceptus, quõo termini principia sunt generatio hoĩs? Item Arist. probauit principia esse contraria, quia album, inquit, fit ex non albo: & musicũ ex immusico: terminus autem non fit ex termino: sed album ex nigro, & homo musicus ex ignorante musicam. Item probat ipse inferius tria esse principia: quia duo contraria nõ possunt inuicem se expellere, nisi circa idem subiectum, quod sit tertiũ principium: expellere autem actio realis est, & non sola significatio terminorum. At nõ opus est in re manifesta, verba prodigere.

Ad. 1. p̃nc. ¶ Igitur ad primum argumentum principale cõceditur principia substantie esse substantias, seu partes substantie. Cõceditur q; subinde nõ esse proprie cõtraria, sed largo mõ. i. priuatiue opposita. ¶ At non abs re ambigere quisq; potest, cur substantie nihil est proprie contrarium, saltem forme substãtiali. Arguitur enĩ sic. Calor & frigus eo dicuntur contraria, q̃ sunt duo entia positiua in eodẽ subiecto repugnantia: sed pariter repugnãt forma ignis & forma aque: ergo pari mõ sunt cõtraria. ¶ Et cõfirmatur. Calor & frigus dicuntur proprie cõtraria, quia vicissim se ab eodẽ subiecto pellunt: sed forme substantiales ignis & aque pariter se expellunt: quin etiam actio prius & principalius est formarum substãtialium, q̃ accidẽtalium: ignis nanq; principalius agit per formã substãtialem, q̃ per calorẽ qui est velut eius instrumentum. ¶ Et preterea arguitur authoritate Arist. qui. 1. de celo text. xx. ait celum esse incorruptibile: q̃ nihil est illi cõtrariũ: insinuans aquã propterea esse corruptibilẽ, q̃ ignis est ei contrarius, & .ij. de gene. text. xxiiij. expresse ait elementa esse cõtraria. Qđ si forme substantiales proprie sunt contrarie, melius hoc modo saluabitur principia generatiõis esse cõtraria, cum in omni generatione necessario concurrant due forme, quarum altera eijcitur, altera vero inducitur. ¶ Respondetur q̃ contraria (quod bene

Substãtie nihil est cõtrarium.

Cõtraria.

considerandum est) sunt duo extrema contra se posita, extrema vero non sunt, nisi respectu alicuius certe latitudinis. vt albedo & nigredo sunt extrema ĩ latitudine colorum, & calor summus summũq; frigus, in alteratione. Et ideo ait Aristo. q̃ contraria sunt que maxime distant. Hinc sequitur q̃ contraria non sunt, nisi vbi est magis & minus, vt sit progressus ab vno ad aliud. ¶ Sequitur secundo, q̃ illa proprie sunt contraria, que per se ipsa se expellũt: ad quod necessario requiritur q̃ sub gradibus remissis possint esse in eodem subiecto. Exempli gratia, calor & frigus propriissime sunt contraria, q̃ vtrũq; recipit magis & minus, obidq; frigidum fit calidum progressu quodã intensiõis, dum simul in eodem subiecto paulatim remittitur frigiditas & intenditur caliditas: sicut mobile localiter ab vno extremo per medium peruenit in aliud. Et ita ex nigro per media fit album: & ex dulci amarum. Quapropter Arist. ait illic q̃ contrarietas est perfecta oppositio: nempe q̃ album non perfecte contrariatur pallido aut rubeo, sed tantum nigro. Et q̃ inter predicamenta sola quantitas recipit magis & minus, in illa sola est contrarietas. ¶ Quocirca, vt S. Th. 11. met. lect. 12. refert, antiqui credentes formas substantiales esse contrarias, posuerũt illas esse accidentia intensibilia et remissibilia. Et Commenta. 3. celi commen. 67. volens formas substantiales elementorũ esse proprie contrarias, posuit proinde illas intensibiles & remissibiles: & ideo ex vno errore in alterũ prolapsus est. Qua de causa Arist. in predicamentis cuicunq; predicamento attribuit non suscipere magis & minus, & subinde asserit non habere contrarium. ¶ Dum ergo queritur cur substantie nihil est contrarium. Respondetur q̃ de substantia totali, que est in recta linea, manifesta est ratio: quia non recipitur in subiecto, et actio contrariorũ est circa aliquod subiectum. De forma vero substantiali rõ est, q̃ cũ forma substantialis nõ recipiat magis & minus, nõ ꝓprie due forme sunt extrema vnius latitudinis: sed excedũt se indiuisibiliter, sicut numeri. Est ergo inter formas substantiales repugnantia: nõ tamen contrarietas proprie. ¶ Unde ad argumentum respondetur q̃ quanuis actio ꝓprie attribuatur formis substãtialibus, non tamẽ proprie attribuitur eis contrarietas: eo q̃ non per se ipse immediate expellunt, sed per accidentia, que proprie sunt cõtraria. Non enĩ vnũ immediate expellit alterum, nisi quãdo ambo sunt sub gradibus remissis in eodẽ subiecto: quod non cõuenit formis substãtialibus, sed earũ accidẽtibus. Et in hoc sensu ait Arist. q̃ elementa contrariantur: q̃ vltimũ vendicãt sibi propria accidentia contraria: que quidẽ accidẽtia cum nõ sint in celo, nihil est illi contrarium. ¶ Et ideo Aristote. hic in duobus condẽnat antiquos de cõtrarietate principiorũ. Primo q̃ ponebant illa esse accidentia: & secundo q̃ appellabant principia: illas formas, quarũ vna expellit aliã: cum tñ illa que expellitur non habeat rationẽ principij priuatio vero habet rationem principij a quo. ¶ Quod si quis forte percontetur, quo ergo oppositionis nomine appellatur illa que est inter duas formas substantiales. Respondetur q̃ nullo illarum quatuor, quas tractat Aris. 10. meta. Neque enim sunt cõtradictorie, nec relatiue, nec priuatiue, nec contrarie opposite: sed speciali nomine dicuntur diuerse. Quapropter postq̃ loco modo citato disputauit Aristotel. de his quatuor oppositionum generibus, subsequenter text. 24. tractat de eodem & diuerso, quales sunt forme substantiales. ¶ At vero quia inter huiusmodi for- Diuerse.

mas quippe quę se habent vt numeri, vna semper est alia imperfectior, illa virtualiter includit priuationē perfectioris. Et inde est vt ex diuersitate formarum substantialium nascantur differentię diuidentes genus & cōstitutiuę specierum, sensibile insensibile, irrationale, que explicantur per modum habitus & priuatiōis. Nihilominus tñ vtraq; differentia designat aliquid positiuū. Et hęc de oppositione formarū substantialiū, & differentiarū diuidētium genus, obiter quidem, nō tamē prorsus absq; proposito dicta fuerint. ¶ Et per hęc patet responsio ad primam cōfirmationē. Respondetur enim, q̄ quanuis alia sit oppositio priuatiua a contrariorū oppositione, nihilominus generali nomine illa quę priuatiue opponuntur dicuntur contraria. Et pręsertim: quia priuatio formę quę gignitur conuenit materię ratione formę substantialis diuersę, & quodammodo contrarię. Qua de causa maiori ratione possunt forma & eius priuatio dici contraria: quia agens per actionem contrariorum accidentium expellens diuersam formam, expellit quodammō priuationem introducens propriam formā, ad modū contrariorū. ¶ Et ad Buridanum & eius sequaces, arguentes q̄ priuatio nihil est, & p consequens nulli contrariatur, respondetur q̄ satis est sola ratione differre a materia, vt contrarietur quodammodo formę: non enim ita sunt negandę distinctiones rerum, vt modi loquendi philosophici permutentur. Tunc enim secluso quocunq; conceptu & nomine, materia a parte rei quatenus priuatur forma ignis, quodammodo opponitur formę: quia est sub opposita forma, hoc satis est vt concedamus formā & priuationem a parte rei esse contraria. ¶ Ad secundam confirmationem negatur aliquam esse in Aristotele contradictionem. Et ad primam iam responsum est nihil obstare, & principia substātię non esse accidētia, sed partes substantię: & formā nihilominus & priuationē esse largo modo contrarias: licet substantię sit nihil proprie contrarium. ¶ Ad secundam vero quidam respondent, q̄ cū prius dixit contraria non fieri ex alterutris, accipit contraria in abstracto: calor enī nō cōuertitur in frigus: quando autē subiungit, q̄ album fit ex non albo, accepit illa in concreto: idem enim subditum, quod prius est nigrum, postea est album. Sed tamen aliter forsan proprius respondetur ad intentionē Arist. quod prius dixit contraria non fieri ex alterutris, tanq̄ ex partibus essentialibus: sicuti nō fiūt ex alijs, denotās q̄ principia debent esse simplicia: sed postea dixit q̄ vnū contrarium fit ex altero tanq̄ ex termino a quo, siue in cōcreto siue in abstracto. Dixit enim hoc ad ostendendum quomodo principia sunt contraria: nempe quomodo calidum fit ex non calido: & calor, ex priuatiōe caloris: ignis fit ex non igne, & forma ignis: ex eius priuatione in subiecto apto. ¶ Ad tertium membrum respondetur q̄ tex. 50. non dixit vniuersaliter omnia principia permanere in composito: sed intelligit de principijs q̄ sunt per se principia intrinseca, puta materia & forma: vt quęstione sequenti monstrabimus: priuatio vero q̄ contrariatur formę & est principium generationis tanq̄ terminus a quo, nō manet simul cum forma. Et ideo nulla est contradictio.

Ad primā confir. | Ad secūdā con fir.

Articulus secundus.

¶ Subsequitur in secundo articulo secundum membrum quęstionis. Ex hac ergo secūda conclusione quam toto cap. 5. tractat Aris. ratiocinatur numerū principiorum. Qua propter in tex. 50. subdit hāc secūdam conclusionē. ¶ Principia rei naturalis sunt plura q̄ vnū. Quę sequit ex superiori hoc modo. Principia sunt contraria: sed nihil est sibi ipsi contrarium, vt habetur in pręd icamentis cap. 6. ergo plura sunt vno principia. ¶ Tertia cōclusio est etiam in codē tex. Principia sunt infinita. Hāc probat illic quatuor rationibus, quia, inquit, alias principia non essent cognoscibilia, & per consequens nec totum ens naturale. Et pręterea quia frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora: atq; alijs duabus rationibus, quę in commento abunde expositę sunt. ¶ Quarta conclusio est in tex. 51. Principia sunt plura quā duo. Hanc probat illic tribus rationibus, quas in commētis lucide habes expositas. Omnes autem huc tendunt. Principia debent esse contraria: sed duo contraria nō possunt inuicem agere & pati, nisi circa vnum subiectum: ergo ponēdum est tertiū principium quod sit subiectum illorum contrariorum. Secunda ratio est. Illa principia debēt esse partes substantię: ergo nō sunt accidētia: sed substātię proprie nihil est contrariū: ergo principia proprie nō sunt contraria, sed tanq̄ priuatiue opposita: priuatio autē nō est, nisi in subiecto apto ad recipiendā formā, ergo pter priuationē & formā, quę sunt duo principia, est etiam subiectum quod est tertium. Quod adhuc Arist. cōfirmat authoritate antiquorum. Et sic habetur principia sunt saltem tria: quę est prima pars huius exclusiuę principaliter intentę, tātū sunt tria principia. ¶ Quinta cōclusio est in text. 56. Principia rerum naturalium non sunt plura q̄ tria: quę est altera exponens. Probatur. Unum par primorum contrariorum sufficit ad oēs generationes q̄ sunt in vniuerso, & vni contrarietati sufficit vnicū subiectū: ergo tantū sunt tria principia. Maiorē non pbat Aristo. sed supponit tanq̄ notam. Explicat tamē eam Themistius hoc modo. Si essent plura cōtraria q̄ duo, aut quicquid generaretur ex duobus cōtrarijs posset mediate vel immediate generari ex alijs duobus aut nō: si sic, tūc plura q̄z illa duo essent superflua. Si vero nō, tunc sequeretur primo quod non omnes substantię generabiles et corruptibiles reducerentur ad idem genus principiorum: quod est falsum, q2 cum substātia sit vnius generis, principia debēt esse vnius generis. Secundo sequeretur q̄ deberent esse infinita contraria: nam eadem ratione qua ponuntur plura q̄ duo, non posset diffiniri eorum numerus. ¶ Dubitatio tamen est hic non contemnenda (quā super textu. 57. partim tetigimus) circa ista quintam conclusionem, quomodo duo tamen contraria omni sufficiant generationi. Arguitur enim sic. Alia principia sunt contraria in motu locali, puta a supremo loco ad infimum [qualis est motus grauium] vel econuerso [qualis est motus leuium] vel a dextro in sinistrum: qualē. 2. cęli ait Arist. esse motū cęli. Alię sunt, eędēq; plurimę in motu alterationis. s. a calido in frigidum, ab albo in nigrum. &c. & alię in motu augmētationis & diminutiōis. s. a paruo in magnū & econuerso. Quin etiam in generationibus substantiarum sunt diuersa cōtraria principia: nam alia est cōtrarietas principiorum in generatione ignis ex ligno, & alia in generatione animalis ex semine: atq; alia in generatiōe cadaueris ex homine. Nam contrarietas formę & priuationis est ratione diuersitatis formarum quarum altera expellit & altera introducit: istę aūt formę differunt in spē diuersis generib9: ergo & cōtrarietates principiorū sunt diuersę: & p cōsequēs nō sunt tantū duo principia contraria: atq; adeo neq; principia omnia sunt tantum tria. ¶ Ad hanc dubitationē respondetur primum omnium q̄ hic non est

2. Conclu. | 3. Conclu. | 4. Cōclu. | 5. Conclu. | Dubitatio.

ser.

sermo de contrarietate extremorū inter alios motus, sed de cōtrarietate principiorū generis substātie. Verum est tamen ꝙ tex. 42. ꝛ tex. 50. insinuat Aristot. in vnoquoqꝫ genere esse vnam primā contrarietatem ad quam omnes illius generis reducūtur: quod ambobus in locis ferme declarauimꝰ. Sed restat adhuc considerare ꝙ prima contraria possunt intelligi dupliciter: aut quia sunt vniuersalissima in predicando, aut quia sunt prima in efficiēdo.

Prima cō traria.

Prima cōtrarietas in predicādo, authore Aristo. 10. meta. text. 15. est habitus ꝛ priuatio, quippe ꝙ relique omnes participent rationē huius, vt cōmento. 42. dicebamus. Imperfectius enim duorū contrariorum virtualiter includit priuationem alterius. Unde codē lib. tex. 7. habetur ꝙ nigrū est priuatio albi. Et pariter relatiue opposita vt maiꝰ ꝛ minus: nam de contradictorie oppositis manifestum est ꝙ vnum dicit negationem alterius. Isto ergo modo possumus dicere priuatiuam oppositionem esse primam: quia vniuersaliter predicatur de quibuscunqꝫ oppositis: ꝛ precipue de his que diuidunt genus, vt, sensibile ꝛ insensibile, rationale ꝛ irrationale, ꝛc. Alio modo dicuntur aliqua prima cōtraria primitate efficiētie: quomodo in genere qualitatis caliditas ꝛ frigiditas sunt prima contraria: sane ex quibus omnes alie qualitates secunde efficiūtur. Et quanuis humiditas ꝛ siccitas annumerentur etiam primis qualitatibus, tñ quia sunt passiue, sunt posteriores caliditate ꝛ frigiditate, ꝙ sūt actiue. Qñ ergo hic dicit duo prima cōtraria sufficere, vt sint principiū omnium generabilium ꝛ corruptibilium, intelligit duo prima vtroqꝫ modo, nā in omni generatione concurrunt principia que se habēt vt habitus (seu forma) ꝛ priuatio. Et hec etiā sunt prima quodammodo in genere causandi, quoniam simplicissima principia ad generationē substātie sunt forma ꝛ priuatio, que sese vicissim expellunt circa eandē materiam. Et quia omnia accidētia cōproducuntur ad productionē substantie, sunt simpliciter prima. ¶ Ex quo sequitur accidentia ꝙ per alterationem precedunt generationem nō habere rationem principiorum, sed sunt instrumenta quibus res corrumpitur, vt materia spolietur forma, ꝛ nouam possit recipere, vt questione sequēti euidētius monstrabitur. ¶ Ex his rursus que dicta sunt elicitur solutio vulgatissimi cuiusdā argumēti qd est hoc. Cuiuscūqꝫ rei, dum gignitur, sunt sua principia ab alijs alterius rei, aut specie, aut numero distincta: ꝛ sunt res genite innumere, imo secūdum Arist. fuerūt ꝛ erunt infinite: ergo aut infinita, aut saltē ꝙ plurima sunt principia. ¶ Ad hoc argumentum, qui plusnimio terminis ꝛ nominibus assueuerunt, explicant tria esse principia, hoc modo.

Tria principia

Tres sunt termini non synonomi omnia principia generationis significātes. s. materia ꝛ forma ꝛ priuatio. At vero postꝙ principia sunt mere res, non opus est ad terminorum significationes appellare: sed satis exprimitur in hoc sensu propositio Arist. Cuiuscūqꝫ generationis substantie tria sunt prima principia. Et multo significantius exprimitur, si ly, principia faciat suppositionem simplicem ꝛ nō descendamus personaliter ad singula. At cum dicimus, tria sunt principia rerū naturalium, sensus sit. Tria sunt principiorū genera. s. materia forma ꝛ priuatio. Quemadmodum dicimus tantum decem sunt predicamenta. i. decem sunt rerum genera. Enimuero forma ignis, forma arboris, ꝛ forma equi ꝛ forme vniuerse substantiales in ratione principij sunt eiusdem generis: quia concurrunt tāꝙ principiū formale in generatione. Et pariter omnes priuationes in ratione termini a quo sunt eiusdem generis. Nam de materia omnium generabiliū nulla est est ambiguitas, cum sint omnes eiusdem speciei.

6. Conclu.

¶ Sexta demum conclusione ex propria sententia respondet Aristo. tex. 67. ad vtrūqꝫ mēbrū q̄stionis, hoc tenore. Principia quodāmodo sunt vt duo, quodāmodo vt tria, ꝛ quodāmodo vt cōtraria.

Duo principia intrinseca.

Intelligit esse quodammodo vt duo, eo ꝙ principia intrinseca rei genite sunt tātū duo, eadēqꝫ realiter distincta. s. materia ꝛ forma. At qui ꝙ tm̄ hec principia sint intrinseca, ꝓbat Phi. text. 65. hac ratione. Ea ex q̄bus per se cōpositū fit ꝛ factū est, sunt eius principia: sed tantū materia ꝛ forma sunt huiusmodi: ergo. Ex quibus (inquit) fit ꝛ factū est, ad excludendū priuationē, que est principium ꝛ terminus a quo generationis in fieri, nō tñ in facto esse: q̄a nō manet in cōposito, ꝛ ideo non est eius principiū per se. Qd autē materia, ꝛ forma sint per se principia rei iam facte: ꝓbat, q̄a resolutio cōpositi fit in materiā ꝛ formā ꝛ vnūquodqꝫ cōponitur ex ijs in que resoluitur. Intelligit verūtñ esse principia quodammodo vt tria, quia oīa simul principia includendo principiū a quo sunt tria ratione: nam priuatio que est principiū per accidens licet sit idē numero cū materia, differt tamē ratione. Quod autē priuatio sit principiū per accidēs probat text. 66. quia res fit ex materia inquantū accidit ei priuatio forme que gignitur, ꝛ per consequēs fit ex priuatione tanꝙ ex termino a quo. Intelligit deniqꝫ esse quodāmodo vt cōtraria: q̄a forma ꝛ priuatio sunt cōtraria. Veruntamen nō dicit simpliciter esse cōtraria: quia non omnia principia sunt contraria: materia enim non contrariatur forme. In summa, comparando materiam ad formā, dicit esse quodammodo duo: verū comparādo eam simul ad priuationem, dicit esse quodāmodo tria. Rursus conferendo formam cum priuatione, dicit esse vt contraria: innuens q. si consideret in ordine ad materiam, non est illi contraria.

Ad. 2. prin

¶ Ad secundum igitur principale argumentum respondetur, ꝙ Aristo. loquitur hic de principijs secundū propriā nominis significationē, vt notabili secūdo in principio questionis explicuimus. s. pro illo qd pertinet intrinsece ad ordinē generationis, ꝛ ideo efficiens ꝛ finis non numerantur inter principia. Sed cū arguitur, aut intelligitur de principijs intrinsecis ꝛ per se, aut de extrinsecis ꝛ per accidēs tota difficultas est de priuatione, que nec est intrinseca rei genite, nec proinde principiū per se illius, sed per accidens vt text. 66. docet Aristote. cuius contrarium videtur dixisse textu. 43.

¶ Et arguitur ꝙ si priuatio est principium per accidens, non esset asserendum proprie principium: quia principia per accidens sunt infinita: ꝛ ideo non cadunt sub scientia.

¶ Ad hoc respondet Commentator cōmēto. 66. ꝙ priuatio licet sit principiū per accidens, est tñ necessariū. Sicuti propria passio, licet sit accidēs, est tñ necessariū. Et ideo Aris. nec loquit hic de solis principijs per se, nec de omnibus per accidēs: sed de necessarijs. Attamen contra hanc expositionē videtur esse qd diximus. 1. poste. q. 3. de intentione Aris. ꝙ idē est necessariū ꝛ per se: nihil enim necessario rei cōuenit, nisi qd per se. i. ab essentia sua cōuenit, vnde ꝛ propria passio facit secūdum modum per se.

Priuatio.

¶ Aliter ergo arbitror esse dicendū. s. ꝙ priuatio si cōparetur ad materiam, est quidē accidēs illius: item si comparetur ad cōpositū quod gignitur, est

tur, est etiam principiũ per accidens: quia non dicit aliquod positiuum influens in cõpositũ, sicut vera causa: neq; permanet in illo tanquã pars eius essentialis: sed est eius principium per accidẽs ad hunc sensum ꝙ compositum fit ex materia cui accidit priuatio. Et hoc intẽdit Arist. tex. 66. Si tamẽ priuatio cõparetur ad generationẽ ipsam, tũc nõ est solum necessarium principium: sed quodãmodo intrinsecũ ⁊ per se intrans diffinitionẽ generationis ⁊ corruptionis. Et hoc voluit dicere textu. 43. generatio enim est mutatio a non esse ad esse corruptio vero mutatio ab esse ad non esse, vt habetur. 5. huius text. 7. Cum ergo queritur de quibus principijs determinat Aristot. esse tria respondetur ꝙ nec de solis principijs intrinsecis ⁊ per se entis naturalis, nec de omnibus extrinsecis ⁊ per accidẽs sed de intrinsecis ⁊ per se generationis entis naturalis: que sunt terminus a quo ⁊ terminus ad quẽ ⁊ subiectum. Priuatio.

¶ Quod si interroges quomodo fieri potest, vt aliqua sint per se principia generatiõis, quo nõ sunt rei genite. Respondetur. Idcirco ꝙ alia est diffinitio rei naturalis, ⁊ alia generationis eius: res enĩ naturalis diffinitur physice per solam materiam ⁊ formam: est enim simitas nasi cauitas: ⁊ homo animal compositum ex materia ⁊ anima rationali. Et per hoc probat Aristo. hec duo tantum esse principia intrinseca rei naturalis, vt super textum. 65. exposuimus. Generatio vero est mutatio substantie de non esse ad esse: ⁊ corruptio mutatio de esse ad non esse: in quarum prima diffnitione ponitur priuatio, tanquam terminus a quo incipit mutatio: ⁊ in secunda tanquã terminus in quem desinit.

¶ Sequitur consequenter, questio sexta.

¶ Tex. lxix. Hæc non sic vnum existens, &c.

## Quæstio sexta.

¶ VTRVM MATERIA SIT adeo pura potentia, vt nullam de se habeat actualitatem.

POst numerũ iam diffinitũ principiorũ, sequitur singulorũ, singulis questionibus, rimari naturã, quippe quorũ cognitio plusꝗ̃ dimidiũ est totius physice sciẽtie. Arguitur ergo ꝙ materia nõ sit pura potẽtia. Materia per se est ens reale existens sine operatione intellectus, atq; adeo reale subiectũ forme quã sustinet ⁊ cõseruat: ergo de se est actu ens, ⁊ per consequẽs nõ est mera potẽtia. ¶ Et cõfirmat. Materia differt a priuatione vt tex. 75. ⁊. 79. ait Aris. in hoc ꝙ priuatio est per se non ens: materia vero est ꝓpe substantia permanẽs in cõposito, ergo materia per se habet aliquẽ gradũ entitatis, ⁊ per cõsequẽs nõ est mera potẽtia. ¶ Et cõfirmat scdo. Materia habet ex se veras proprias passiones: habet enim appetitũ forme, vt habetur tex. 81. habetq; potentiã, vnde educitur forma, vt habetur text. 78. quod est habere realẽ causalitatem respectu forme: hec autem, nisi rei que per se sit, cõpetere non videntur: ergo materia per se est ens in actu. Item est per se principium, vt habetur tex. 65. ergo est per se ens, quia entis principium est entis ens.

¶ Secundo principaliter arguitur. Si materia esset pura potentia vt distinguitur contra actum, sequeretur ꝙ nec per diuinam potentiam posset esse materia sine forma (haberet enim tũc materia esse ita intrinseca a forma, sicut corpus habet esse albũ ab albedine: ita enĩ se habet pura potẽtia essentialis ad esse simpliciter, sicut pura potentia accidentalis ad esse albũ) sed repugnat per quãcũq; potentiã corpꝰ esse albũ sine albedine: ergo ita tũc repugnaret materiã esse sine forma. Cõsequens tamen inde apparet falsum ꝙ cũ materia ⁊ forma sint due res numero distincte: vt enunciat Arist. text. 67. ⁊ neutra illarũ sit pars alteriꝰ [in quo sensu dixerat Arist. tex. 43. principia non fieri ex alterutris] sequitur Deũ posse materiã seorsum cõseruare sine forma: sicuti formã: potest sine materia. ¶ In cõtrarium est Aris. tex. 69. vbi ait. Unũ igitur principiũ hec (scilicet materia) non sic vnum, neque sic ens, vt hoc aliquid: vnum autem scilicet forma, secundum quod ratio. Ubi docet materiam de se non existere nisi per formam.

¶ Quæstio hæc duos habebit articulos. In primo respondebitur ad questionem ⁊ in secundo alia minora dubia circa naturam materie terminabuntur. Atqui primum omnium attente notanda est natura materie: que fundamentum est scientie naturalis. Et quo ab eius diffinitione sumatur exordium. Materia (vt tex. 82. habetur) est primum subiectum vniuscuiusq;, ex quo fit aliquid cũ insit, non secundũ accidens. Ait, primũ subiectum, ad differentiam subiecti accidentium, quorum subiectum, quo, est quantitas, subiectũ vero, quod, est totum compositum, vt. 1. de generatione super text. 24. dicturi sumus materia vero est subm̃ forme substantialis: que presupponitur accidentibus. Ex quo cum insit fit, aliquid non secundum accidens, ad differentiam priuationis, que nec permanet in composito, nec proinde per se cõcurrit ad eius esse quia esse cõpositi nõ resultat ex esse priuationis, sicuti ex esse materie ⁊ forme. Et eadem particula excluditur terminus a quo includens formã contrariã. Fit nanq; acetum ex vino: ⁊ tamen vinũ non est hoc modo materia (quia nõ manet in aceto) sed est terminus a quo. Et fit mixtum ex elemẽtis que non sunt hoc modo materia: quia non manent formaliter in mixto. Tametsi etiam si manerent excluderentur per aliam particulam: quia non sunt subm̃ primum. At quia materia vt text. 68. habetur innotescit per analogiã ad subm̃ accidentium ⁊ potissimum artificialium, prima cõparatio est ꝙ sicut subiectũ forme accidentalis recipit a forma esse accidentale, puta esse album, aut calidum. ⁊c. ita materia prima recipit a forma esse substantiale, id est, simpliciter actu existere. Unde sicuti prima substantia, id est, suppositũ est primũ subiectum respectu omnium accidentium, eo ꝙ illa sola simpliciter per se existit, ita materia, quia est subiectum forme dantis esse simpliciter, dicitur simpliciter prima materia ⁊ primum subiectum. Materie diffinitio. Comparatio materie ad subm̃ acci.

¶ Est tamen differentia ꝙ prima substãtia est subiectum accidentiũ, dans illis esse, quia esse accidentium nõ est aliud, ꝗ̃ inesse substantie: sed tñ prima materia non est ita subiectum, vt illo modo det esse forme. Imo potius forma est actꝰ per quẽ actu est materia, veluti albedo est forma per quã subiectũ est album. Quocirca materia substinet quidem, cõseruatq; formam: at non proprie dando illi esse: sed tanquam potentia ad esse per fomam.

¶ Hinc sequitur secũda apprimeq; notanda differẽtia, cur ex materia ⁊ forma fit Unum ens per se, tñ Unũ ꝑ se

ex subie

ex subiecto et accidentibus non fit vnum per se: quam docet Aristo. 8.meta.text. 15.quia videlicet cum forma substantialis aduenit materie,non aduenit enti quod simpliciter sit per se in actu ante aduentum forme:obidque non ponunt in numero forma & materia,vt duo simpliciter entia,sed quod resultat est simpliciter vnum,accidens vero aduenit enti qđ per se est actu ens:& ideo forma & subiectum semper manent duo non facientia vnum. In quo sensu intelligitur illa maxima. Ex duobus entibus in actu non fit vnum simpliciter. ¶Hinc sequitur tertia differentia quantum ad modum loquendi,ꝙ proprie subiectum accidentium dicitur materia in qua:sed materia prima dicitur propriꝰ materia ex qua(vt habetur in diffinitione Arist.ex quo &c.)Et ratio est,ꝙ esse suppositi non constat tã quam ex partibus ex esse accidentium,sed potius subiectum communicat illis suum esse: licet vicissim recipiat ab illis denominationem accidentalẽ sed tamen esse suppositi resultat ex materia & forma,tanquam ex partibus essentialibus.

Potentia. ¶His preiactis fundamẽtis circa questionis titulum notandũ est,ꝙ potentia & actus,que ex opposito distinguuntur,multis modis dicitur,vt habetur. 5.meta.text. 14.et copiosius lib.9.in principio.Uno modo actiue,sicut calor est potentia ignis ad calefaciẽdum aquam,& alio modo passiue,sicut siccitas ligni est potentia passiua vt bene sit combustibile:et tertio modo pro potentia subiectiua,sicut corpus recipit colorẽ et intellectus species.Et istis modis non accipitur in proposito.Non enim hic disputamus an materia habeat potentiam actiuam,neqꝫ querimus an sic habeat potentiam passiuam,vt sit combustibilis: alie nanqꝫ sunt,diuerseqꝫ huiusmodi questiones. Neqꝫ rursus ambigimus an materia sit potentia subiectiua respectu forme: hoc enim notissimũ est.Sed accipitur hic potentia vt distinguitur contra actũ substantialem vel accidentalem qui est esse.Et querimus vtrum materia in sua ratione formali includat actum huiusmodi:quemadmodũ homo in sua ratione includit formam:et album includit albedinem.¶Ad quam quidem questionem respondetur tribus conclusionibus. Prima. Materia est verũ

1.Conclus. ens actu existens seu entis ens, in alio existens. Probatur:materia est vera pars substãtie de qua simpliciter predicatur esse:vt enim vera est hec ꝓpositio,lignum est,ita & forma est, & materia est,nisi quod suppositum subsistit, partes vero nõ per se subsistunt: ens vero est particeps huius quod est esse:ergo materia est ens reale,actu existens in toto, Conclusio hec preterea comprobatur argumento primo principali cum suis confirmationibus.

2.Conclus. ¶Secunda conclusio.Materia in sua intrinseca ratione formali non includit actũ aliquem a quo formaliter sit.Et hoc est esse purã potentiã.Probatur. Actus & forma in quocunqꝫ genere idem prorsus est:sed materia prima,vt nomen ipsum sonat,nullam in sua ratione formã includit, quin potius omnem excludit:ergo materia nullam de se habet actualitatẽ. Probatur maior inductiue.Ad quo aliquid est actu album,est forma accidentalis albedinis:et quo est actu calidum,est forma caloris.Et eadem ratione quo aliquid est actu equus, est forma equi: et quo aliquid est actu homo, est forma hominis:& ita discurrendo per omnia. Immo idem prorsus significat, esse actuale, et esse formaliter tale.i. forma: ergo eadem ratione, esse si absolute dicatur est ab aliqua forma.Cum ergo materia de se nullam formam dicat, nullum in sua ratione includit actum.Et per consequens est mera potentia.Et confirmatur.Nulla res est simpliciter,nisi sit in aliqua certa specie substantie, puta homo,equus aut lignum &c.sicut nulla res est qualis,nisi in aliqua certa specie qualitatis,nec quanta nisi in aliqua certa specie quantitatis &c.sed materia de se nullam dicit certam speciem: sed quid penitus informe: ergo in sua ratione non includit aliquem actum:sed est mera potentia. ¶Hanc conclusionem intendit Aristo. in text.pꝛesenti.69.dicens ꝙ materia non est hoc aliquid,sed aliud principium. s.forma,est vt ratio. Quasi dicat Materia nõ habet esse:nisi per formam.Et tex. 71.ait ꝙ materia est prope substantia.i.in potentia vt subsistat per formam.Et tex.78.ait materiam esse ens,non simpliciter,sed in potentia.Quod euidentius pronunciat.1.de gene.tex.xi.Et expresse.7.meta.text. 8.materia(inquit)secundũ se,nec est quid nec quãtum,nec aliquid aliorũ generũ. Hanc deniqꝫ conclusionem Aristo.perscrutatus est aduersus antiquos:qui omnes hoc pessime errabãt, ꝙ principiũ materiale entis ponebant esse ens in actu includens formam:alij.s.aquã aut aliud quoduis elemẽtum:alij vero res ipsas naturales latitare in quolibet.Unde cogebantur negare generationem substantie simpliciter:nam enti completo in actu nõ potest aduenire forma,nisi accidentalis. Quapropter cũ videret Arist.materiã esse aptũ subiectum ad vniuersas formas, cognouit eam in sua ratione nudam prorsus esse omni forma. Sicuti oculus eo caret omni colore, vt accipere possit omnium species colorum.¶Tertia cõclusio est.Materia nõ est nisi per formam. Hec manifeste sequitur ex superioribus,hoc modo. Materia vere et realiter est 3.Conclus.
[que est prima conclusio] et non est per se[vt habetur in secunda]ergo est per formam. Et hoc est qđ ait.3.huius text.67.Materia continetur a forma. Et.1.de gene.text.85. Materia efficitur,vt sit in actu per formam. ¶Et confirmatur:quia esse actualiter idem est quod esse formaliter, & per cõsequẽs esse per formam.Itaqꝫ sicut Petrus est albus per albedinem et,ęs est statua per figuram, ita materia simpliciter est per formam. Licet forte nonnihil differat, vt iam modo dicturi sumus. ¶Hec deniqꝫ omnia manifestiora fiunt nominibus, quibus grece materia et forma significantur. Materia nãque nuncupatur, hyle,forma vero,intelechia. Hyle autem in artificijs significat materiam,non quãcunqꝫ,sed informẽ, vt est sylua lignorum et lapidũ que edificio construendo congregata sunt.Et ideo in naturalibus proprie significat materiam primã omni penitꝰ forma nudam. Entelechia vero significat formam,non quomodocunqꝫ:nam eidos, etiã significat formam. Sed eidos,quamuis communiter significet omnem formam,etiam illam, que est pars compositi,tamen potius significat formam a totius quam dicimus naturam hominis,aut equi &c.Entelechia vero significat proprie formam.i.actum & perfectionẽ corporis vt distinguitur contra merã potentiam. Aliqui scribunt indelechiam per.d.sed tamen grece per.t.scribitur:nisi ꝙ cũ.t. post.n. proferatur grece vt.d.latinũ,aliqui trãstulerũt per.d.¶Et ꝑ hec solutũ est pmũ argm̃ cũ suis cõfirmationibꝰ: ad formã em̃ primi distinguit maior,scꝫ materia per se est ens reale,si em̃ ens dicat actũ essendi,hoc negat:imo hoc habet ꝑ formã, vt expsse ait Aris.locis iã mõ citatis.Si autẽ ens accipiat vt dicat essentiã partialẽ, ꝙ est esse principiũ

Hyle, entelechia.

Ad primũ argumẽtũ.

C 5 essentie.

essentie compositi, hoc bene probat argumentū, & confirmationes. Nec sequit. Materia est per se principium: ergo est per se actu, sed est per formā totius: sicut est per esse totius. ¶ Hinc sequitur ꝙ materia generabiliū nec proprie est eiusdē speciei nec differens specie a materia celi: qꝛ tā vnitas ꝙ differētia specifica, vtrūq; est a forma. Et ideo Ari. 3. huius tex. 95. dicit ꝙ materia nō hȝ spēm. Sȝ dr materia gn̄abiliū eiusdē spēi negatiue: qꝛ nō hȝ de se vnde differat spē. Et dicit differre genere a materia celi qꝛ vna appetit formam: alia vero nō. Genere inq̄ȝ modo quo statim dub. quarto videbitur.

Articulus secundus.

¶ In articulo secundo primum dubiū est circa materiā scdi argumēti principalis vtrū per potētiā dei supnaturalē posset esse materia sine forma. Est enī theologis de hoc controuersia. Nam. S. Th. 1. p. q. 66. art. 1. & quolȝ. 3. ar. 1. existimat id implicare contradictionē. Cui subscribit Duran. in. 2. d. 12. q. 2. Scotus vero eodem lib. d. & q. quem sequitur in eodem loco Gregorius, dicunt contra, rem esse possibilem. At res est theologa, paucis eam absoluemus duabus conclusionibus.

1. Conclus. Prima. Probabilissimū est ex quod rei nature cōgruentissimum videtur, materiam per nullam potētiam esse posse sine forma. Probatur ratione. S. Th. Id quod implicat cōtradictionem Deus non potest facere: sed est cōtradictionis implicatio materiam esse sine forma, ergo. Probatur minor. Materia formaliter habet esse per formam: nam vt dictum est materia de se est mera potentia, cuius actus est forma: quemadmodū corpus, ꝙ de se est pura potentia, vt sit album formaliter est album per albedinem: sed implicat contradictionem aliquid esse actu tale sine forma qua est tale, vt iplicat corpus esse albū sine albedine: ergo eadē ratiōe implicat materiam esse sine forma. ¶ Et cōfirmatur. Implicat contradictionem aliquid esse nisi in aliqua certa specie, vt paulo ante dicebamus: sed materia sine forma nullius est prorsus spēi: qꝛ spēs est forma. Immo hoc ipsum sonat forma, quod species vt Arist. hic loquitur text. 81. Quod confirmatur ex illo citato. 7. met. text. 8. Materia nec est quid, nec quale, nec quantum &c. ¶ Et confirmatur secūdo: qꝛ si materia est, ea est corpus finitum, per consequens habet aliquā figuram quadratam, aut circularem &c, hanc tamen sine quātitate habere nō pōt: nec q̄titatē aut aliud q̄duis accidens sine forma substātiali: ergo implicat materiā esse sine forma. ¶ In contrarium arguunt Scotus ac Gregorius argumentis multis que quisq; apud illos & apud Capreo. 2. d. 13. videre potest. Sed que alicuius sint ponderis hec sunt. Ex duabus quibuscūq; rebus realiter distinctis quarū neutra est pars alterius deus potest vtramlibet sine altera seruare: sed materia & forma sunt huiusmodi: ergo potest de⁹ seruare materiam sine forma. ¶ Hoc tamē argumentum in via Scoti tenentis deum non posse seruare subiectum sine relatione nullus est cōtra. S. Thomā: quia profecto maior dependētia videtur naturalis materie a forma, ꝙ subiecti a relatione. Etenim sicut pater formaliter est pater secundū Scotum ab illa paternitate distincta, ita et materia est formaliter secundum Arist. a forma: imo magis dependet: quia esse substantiale habet a forma. Et per consequens si Deus non potest seruare (vt ipse dicit) fundamentum sine relatione, multo minus potest materiam sine forma. ¶ Secundum argumētum est hoc. Quicquid De⁹ facit & cōseruat p cām secūdā pōt se solo facere: & cōseruare de⁹ cōseruat naturaliter materiā p formā: ergo pōt illā sine forma cōseruare. ¶ Et cōfir. Accidēs plus depēdet a substātia ꝙ materia a forma: & tn̄ in sacramēto seruat accidētia sine subiecto: ergo. Item tātum forma dependet naturaliter a materia (saltem forma corporalis que educitur de potentia materie) quantum materia dependet a forma: sed potest Deus conseruare formam sine materia: siquidem seruat accidentia que sunt minoris entitatis: ergo pariter potest materiam sine forma seruare. ¶ Ad hoc verutnamen respondet. S. Tho. quodlibet. 3. citato, ꝙ aliter dependet materia a forma, ꝙ accidētia a subiecto. Accidentia enī dpēdēt a subiecto in genere quodāmodo efficientis seu cōseruantis & pari modo forma depēdet a materia: materia vero dependet a forma in genere cause formalis: sicuti corpus esse albū dependet ab albedine. Unde ad formam respondetur ꝙ quicquid deus facit aut cōseruat cū causa secunda: cōcurrente tanq̄ efficiēs, aut quomodocūq; cōseruās in ratione subiecti, potest conseruare se solo: vicem tn̄ cause formalis nō potest supplere: quoniam nō potest facere corpus album sine albedine, aut hominē sine anima.

2. Conclus. ¶ Nihilominus sit secunda cōclusio. Probabile est deū posse materiā sine forma seruare. Neq; in hoc puto derogari grauissime authoritati. S. Thom. tum quia res, non est tanti momenti: tum quia non nego quin in principiis persistendo Aristo. probabilissima est eius sententia: quam quisq; potest optime sustinere. Et forsan ego fallor. Ratio que me veruntamen mouet, vnica est illa prima. Hoc est enim mihi ingenium, vt credere aliud non possim, quam ꝙ ex duabus quibuscunq; rebus realiter distinctis, quarum neutra est pars alterius, Deus possit vtramlibet sine altera cōseruare: nihil enim Deo negandum est, nisi vbi manifestissima est contradictio: que certe in hoc non adeo est manifesta. Neq; id mihi persuadeo solum in rebus absolutis, et Scotus arguit, sed etiam in relatiuis, quod ipse negat. Profecto si paternitas distincta esset a patre meo, ambigere non possum quin Deus possit patrem sine illa entitate, etiam me viuo, seruare. Et si illud implicaret cōtradictionē, vt putat Scotus, pariter implicaret ꝙ materia esset sine forma, vt modo dicebamus. Atqui hoc mihi bonum est argumentum, relationes non distingui realiter a subiectis: nempe ꝙ destructa quacunq; alia entitate, saluis patre et filio, vnus esset pater & alter filius: eo ꝙ ille genuit: hic vero genitus est. Idemq; asseruimus capit. de proprio, de subiecto & passione, videlicet ꝙ Deus potest hominem seruare sine entitate que est risibilitas: et animam sine intellectu. At nihilominus ille homo risibilis esset, & intellectiuus ex sua natura. Tametsi neq; ridere, neque intelligere posset, nisi restitutis ei illis potentiis. Ueluti cecus, visiuus quidem est, vt sic loquar in potentia remota: quia videre potest si modo detur ei oculi: quod lapis non potest.

¶ Ad rationem proinde. San. Thom. vt cunq; respondetur, ꝙ quanuis naturaliter materia formaliter habeat esse per formam, nō tamen hoc est adeo illi intrinsecum, ꝙ est, corpus esse album per albedinem, quia esse album, non dicit aliquā essentiā, aut partem essentie, sed solum informari albedine: materia vero dicit aliquam essentiam distinctam a forma vt dicebamus in prima conclusione: siquidem essentia totius constat ex essentia partiali materie & ex essentia partiali forme. Et ideo licet sit talis essentia, vt naturaliter non sit actu nisi per formam, non tamen repugnat Deum illam actua-

litatem

litatem supplere seruando materiam sine forma. Quemadmodum cap. de quantitate diximus, ꝙ licet corpus per quantitatem habeat partem extra partem, nihilominus supranaturaliter põt Deus seruare corpus extensum sine quantitate. ¶ Quod si tunc percontetis, vtrum materia sine forma seruabitur in puncto, an in loco extenso? Aliqui dicunt, ꝙ non potest seruari nisi in puncto, postquã non habet quantitatem. Crediderim tñ ꝙ Deus poterit seruare sicut voluerit: nam vt dicebamus etiam illic, si Deus a me separaret modo quantitatem, partes non fluerent ad punctum, vt aliqui autumant, quia nec moueri possent: sed Deus deberet eas seruare miraculose in toto loco in quo sunt mõ. Tametsi tunc non replerent locum. Imo posset mecum tunc aliud corpus esse in eodem loco, si quidem ego tunc non essem quantus. Eodem modo posset materiam conseruare in eodem loco & figura qua conseruaretur a quãtitate: licet si figura distinguitur a re figura, tunc non haberet figuram a se distinctam. ¶ Quod si tunc arguas. Si materia esset sine quantitate, tunc partes integrales non facerent vnum, nam partes integrales continuantur per quantitatem. Ad hoc respõdet Scot. ꝙ tunc materia haberet partes substantiales, non per quantitatem: sed non respondet per quid vnirentur partes postꝙ faciunt vnum substantialiter. Dicendum igitur est forte vt diximus. 1. q. de quãtitate ꝙ forsan formaliter partes substantię nõ vniuntur per quantitatem, cum sit accidens, vel saltem nõ ita formaliter quin Deus in hoc posit supplere vicem quantitatis. ¶ Quod si secundo interrogetur, posset ne Deus seruare materiam sine forma substantiali, cui nihilominus inhereret accidẽtia, puta quãtitas, & qualitas? &c. Responsio huius pendet ex alia questione, vtrum accidentia subiectẽtur in materia prima, an in toto composito. Enimuero secundũ primã opinionẽ nihil vetat quo minus Deus per miraculum possit seruare materiam cum accidentibus cuiuscunqꝫ speciei, sine forma substãtiali, vt appareat equus, vel bos, vel quicquid voluerit. Attamen si accidentia subiectãtur in toto composito, videtur forte ꝙ materia sine forma non potest magis recipere accidentia corporalia, ꝙ angelus. Sed de hoc latius. 1. de gene. super textum. 24. Ubi concedemus ꝙ per miraculum, forsan non repugnat accidentia subiectari immediate in materia. ¶ Hoc veruntamen est hic adnotandum, ꝙ licet teneatur materiam posse esse sine forma, id tamen multo magis miraculum est, ꝙ formam posse esse sine materia cum sit minus. Ob idqꝫ nullatenus concedendum est (vt admonet S. Tho. 1. p. q. 66. art. 1.) in creatione rerum creatam fuisse materiam informem, ex qua post mortẽ educte sunt formę. Imo vt inquit Augustinus de fide & symbolo. cap. 1. certissime creditur omnia Deum fecisse ex nihilo: & tamen si formam pręcessisset materia, tunc composita non fuissent proprie creata: sed genita. Et de hoc satis.

Secũdum dubium appetitus.

¶ Secundum dubiũ est vtrùm potentia & appetitus materię ad formã sint res et inter se, & a materia aliquo modo distinctę. Et videtur ꝙ sic. ait enĩ Aristo. tex. 78. rem fieri de potentia materię (quod questione sequẽti disputabitur) potẽtię vero, vt capi. de proprio diffinitum est, sunt accidentia distincta a subiectis, vt intellectus & voluntas: quod certe nõ authoritas tantum S. Tho. sed rationes & communis modus concipiendi suadere videntur, ergo & potentia materię distinguitur a materia. Et de appetitu habetur text. 81. ꝙ materia appetit formam: appetitus autẽ alia res videtur esse a potentia: nam appetitus solum dicit inclinationem, potẽtia vero dicit quodãmodo causalitatem: ergo sunt duę res a materia distinctę. ¶ Ad hoc dubium respondetur vnica conclusione. Potentia & appetitus sola ratione, & inter se, & a materia distinguitur. Ad cuius euidentiam notandus est ordo inter hęc quatuor quę sunt aptitudo, priuatio, appetitus, potẽtia. Primum quod in materia est considerandum, est aptitudo ad formam. Quę nihil aliud est ꝙ proportio quędam ad formã tãquã quid suapte natura ordinatum ad illam. Et qꝛ lumen fidei naturalia etiam nobis facit lucere, consideremus ꝙ Deus creauit materiã tanquã ꝓpriũ quoddã & aptissimũ receptaculũ formę. Quẽadmodum in annulo fit vas ꝓportionatũ figurę gẽmę quę in illo est celanda. ¶ Aptitudo hęc in materia est causa, vt negatio formę in illa sit priuatio: est nanque priuatio, vt habetur. 4. meta. tex. 4. negatio formę in subiecto apto. Itaqꝫ, quia materia est apta, negatio dicitur priuatio: & non econuerso: quia est priuata, est apta. Quo fit vt materia cęli, non habeat priuationem formę ignis, quia non est apta ad recipiendum illam. ¶ Rursus ex priuatione nascitur appetitus vt ait Aristo. text. 81. vbi ait ꝙ materia non appetit formã quam habet, sed quam non habet: vnde illa celebris dimanauit sententia. Priuatio est causa appetitus. Quocirca inepte distinguũt hic nonnulli, alium esse appetitũ carentię in materia respectu formę quam non habet, & alium complacẽtię respectu formę quam habet. Nam improprie & abusiue dicitur quis appetere id quod habet, appetitus enim dicit desideriũ & motum ad formam quam quis non habet: sed complacentia in re qua quis habet potius est quies et fruitio, ꝙ appetitus. Sicuti beati non tam proprie dicuntur appetere beatitudinem, quam beatitudine frui. ¶ At vero potentia materię est genus quoddam causalitatis respectu formę proueniens ex eadem aptitudine, vnde prouenit appetitus. ¶ Hoc etiã pręterea vellem lectores admonere vt dictas rationes, quę sunt in rebus cognitis, explicent non per terminos, sed quemadmodum Arist. vt. q. 8. elucidabimus, per diuersas consideratiões rerum. Nam hęc non est distinctio inter reales et nominales, sed est loqui & Aristotelice & secũdũ rerum naturam. Quod enim aliqui possent dicere, ista differre ratione ad hunc sensum, quod sunt termini significantes eandẽ materiam sub diuersis cõnotationibus, idem est prorsus, nisi ꝙ aptius dicitur hoc modo. Aptitudo, priuatio, appetitus, & potentię materię sunt eadem res, quę est materia, cõsiderata per intellectum diuersis cõsiderationibꝰ, videlicet in ordine ad diuersa. Etenim differre rõne, nihil est aliud ꝙ differre per solam cõsideratiõnẽ intellectus. Exẽpli gratia. Materia cõsiderata in ordine ad formã tanꝙ aliquod receptaculũ illi proportionatũ, habet rõnẽ aptitudinis. Cõsiderata vero vt carens tali forma, ad quã est apta, habet rõnem priuationis, vt. q. 8. videbitur. Rursus cõsiderata in ordine ad formã, tanꝙ imperfectum tendens ad suã perfectionẽ & finẽ, habet rõnem appetitus. Sed si cõsideretur in ordine ad formã, tanꝙ quodãmodo ad effectũ (quia forma dependet a materia in genere causę) habet rationẽ potẽtię. Itaqꝫ appetitus & potentia materię differunt, ꝙ appetitus dicit ordinẽ ad finẽ: potẽtia vero, ordinẽ ad effectũ. Et ꝙ hęc distinguãtur rõne patet per cõparationẽ ad animalia, in quibus appetitus & potentia

Conclusio.

Aptitudo.

Priuatio.

Appetitꝰ.

Potentia.

tia differunt re. Appetit enim homo aliquando di
gnitates, et pecunias, quarum nõ habet potẽtiam
consequendi. Et rursus stat quẽpiã habere poten
tiã consequẽdi, qui tñ non habeat appetitũ illarũ.
Unde si materia esset animal (cuius appetitus se-
quitur cognitionẽ) appetitus eius esset actus elici
tus, tendens in finẽ: potentia vero non esset, nisi vir
tus a qua depẽdet quodãmmõ forma in fieri, vt. q.
sequenti explicabimus. ¶ Hinc palã est cur forma
nõ dicatur vice versa appetere materiã: nẽpe quia
materia non est finis et perfectio formę. Nihilomi
nus inclinatur ad illã actuandũ et perficiẽdũ, saltẽ
aĩa rõnalis separata habet talẽ appetitũ ad corp⁹:
nã in formis corruptibilibus nõ possumus hoc di
cere: qr quãdo non sunt in materia, nullibi sunt vt
appetant corpus: et qñ sunt in materia, iam non ap
petunt, postq̃ actu quiescũt in illa: tanq̃ proprius
*Ad. 1. arg.* eius actus. ¶ Ad primũ ergo argumentũ rñdetur
ꝙ potentię substãtię ad producendũ vel recipiẽdũ
actũ, qui est accidens, sunt itidẽ accidẽtia, sicut in
tellectus agens ad producẽdum species, et intelle
ctus possibilis ad recipiẽdũ, et calor ignis ad cõbu
rẽdum: et siccitas ligni, vt sit bene cõbustibile. Po
tentia vero materię non est ad actũ accidentalem
sed ad recipiẽdũ formam substantialem, et quodã-
modo cõcurrẽdum ad productionem eius. Et ideo
potentia materię nõ est accidens eius: sed ipsa per
se est potẽtia proportionata formę, vt ait S. Tho.
1. q. 77. art. 1. Et ratio est quia potentia et actus de
bent esse eiusdẽ generis: quã ob rem, sicut potẽtia
ad actum substantialem est substantia. Appetitum
vero materię ad formam manifestum est nõ esse ac
cidens distinctum a forma. In solis enim animali
bus actus appetendi est actus elicitus a potentia,
et ab illa distinctus: sicuti volitio. In rebus autem
inanimatis nihil aliud est, q̃ quędam inclinatio et
propensio ad suum finem. Et maxime quando finis
est substantia: inclinatio enim tunc nihil aliud est
q̃ natura ipsius rei quę inclinatur. De grauitate
autem et leuitate grauium et leuium alia forsan est
ratio: nã cum illę sint potẽtię et inclinationes ad
motum, qui est accidens, forsan distinguũtur reali
ter a rebus grauibus et leuibus. Sed de hoc, libr.
*Fũdamẽtũ* octauo. ¶ Hoc mente seruandũ est fundamentum,
quo nititur opinio. S. Thomę, accidentia non sub
iectari immediate in materia: quod nihil aliud est
dicere vt se ipse prima parte. q. 76. arti. 6. exponit,
q̃ ꝙ materia est in potentia ad formam substantia
lem et accidentia ordine quodam. Et quia esse sim
pliciter est fundamentum omnium esse accidenta
lium: puta huius quod est, esse calidũ, esse albũ. &c.
immediatius materia inclinatur ad formam sub-
stantialem, q̃ ad accidentalem. Et ideo prius sal-
tem natura forma substãtialis inest materię q̃ ac
*Mã requirit dispositiones.* cidentia. ¶ Quod si verum sit, falsa est illa proprie
tas, quam aliqui tribuũt materię, scilicet ꝙ mate-
ria requirit accidentales dispositiones ad recipiẽ
dum formam. Nam secundum istos materia nõ ha
bet immediatum ordinem ad formam. Quod tamẽ
Aristote. nunquam docuit. Sed calor qui in aqua
pręcedit formam ignis, solum est ad expellendum
formam aquę: qua dum materia est spoliata, prius
natura recipit formã ignis, q̃ accidentia, quę ma-
nent in igne genito. Sed de hoc in primo de gene
ratione. ¶ Ambigere hic quispiam posset vtrũ ma
teria habeat naturalem appetitum ad animã ratio
nalem. Et videtur ꝙ non: quia cum non educatur
de potentia naturali materię: videtur ꝙ nec appe
titus naturalis extendatur ad illam. ¶ Responde
tur nihilominus ꝙ appetitus et potentię materię
nõ sunt plures vt singuli sint ad singulas formas:
essent enim tunc infiniti. Sed vt quęstione. 8. radi
citus videbitur est vnus appetitus ad formam in
genere, nisi ꝙ illam quam habet iam desinit appe
tere. Quod autem appetat in genere formam quã
non habet hinc prouenit: quia non potest esse sine
forma et illa quam habet est corruptibilis: et ideo
materia celi non appetit aliquam formam. Unde
sequitur ꝙ materia indifferenter appetat quan-
cunque formam: etiam animam rationalem: ad qđ
sufficit ꝙ sit naturale receptiuum illius: licet non
educatur anima de potẽtia materię. ¶ Quod si se-
cũdo arguas ꝙ saltem materia hominis non appe
tit aliam formam: cum quia illa est optima quã ha
bere potest: tum etiam quia illa nõ est corruptibi
lis. Respondetur ꝙ materię nõ est melius esse per
vnam formam q̃ per aliam. Et ideo quia anima, li
cet non sit corruptibilis, est tamen a materia sepa
rabilis, adhuc materia hominis appetit aliam for
mam. Hinc sequitur ꝙ appetitus materię non de-
terminatur ad habendum vnam solam formam vel
plures simul: et ideo si repugnat habere plures for
mas non est ex appetitu materię: sed ex repugnan
tia formarum inter se.

¶ Tertium dubium est de sen *3. Dubiũ.*
su illius dicti text. 69. scilicet, ꝙ materia est cogno
scibilis per analogiam. Cui addunt nonnulli ex re
centioribus: per analogiam ad formam. Et dicunt
materiam cognosci per analogiam ad formam, ni-
hil aliud esse, quã cognosci per hoc quod forma re
cipitur in subiecto et corrumpitur manente mate *Analogia.*
ria. ¶ Ad hoc tamen iam diximus in commento ꝙ
Aristoteles non dicit, per analogiam ad formam:
sed per analogiam. Et pręterea arguitur contra
istum sensum: quia analogia est proportionum simi
litudo: ꝙ autem materia sit subiectum vbi recipia
tur forma, nullam dico analogiam, aut similitudi-
nem inter materiam et formam. Item eadem ratio
ne diceretur formam cognosci per analogiam ad
materiam: nam illo modo quo cognoscimus mate
riam recipere formam, cognoscimus et formam re
cipi in materia. Item quia Aristoteles voluit tra
dere illic modum sensibus manifestum, quo possu
mus cognoscere latentem materiam: modus autẽ
iste non est vt per cognitionem formę substantialis
veniamus in cognitionem materię: antiqui enim
experientiam habebant ꝙ ex ligno fiunt cineres, et
tamen inde non cognoscebant ꝙ materia esset sub
iectum distinctum a forma. ¶ Igitur dicendum est *Cognitio materię.*
ꝙ duplex est quęstio de cognitione materię. Pri-
ma. Utrum per se sit cognoscibilis, siue a nobis, si
ue ab angelo. Ad quod Aristo. 7. meta. text. 36. re
spondet ꝙ materia per se est ignota. Et commenta
tor hic commen. 69. respondet ꝙ nõ potest intelli
gi per se: quia res cognoscitur inquantum partici
pat de actu, et entitate. Unde quia materia est pura
potentia, sicut non est nisi per formam, ita non est
cognoscibilis nisi per formam. Et reuera distincta
cognitione intelligi non potest: nisi per formam.
Diffinitur enim materia per formã intrinsece, tã
quam per suũ proprium actũ, sicut album per albe
dinẽ, forma vero nõ diffinitur per materiã, nisi ex
trinsece tanquã per suũ subiectum: et ideo forma,
quę est actus cognoscibilis est suapte natura sine
materia: non tamẽ ecõuerso. ¶ Secunda quęstio est
de mõ cognoscendi materiã ꝓ isto statu. Et hęc est
quã hic determinat Arist. Ubi notandũ est, ꝙ ma
teriã rerũ naturalium, vt docte adnotauit Philo
ponus duplex fuit modus inuestigandi apud anti
quos

tiquos. Primus per negationē. Enimuero vt primū efficiens, qđ a sensibus est remotissimū, cognoscimus per negationes: dicimus enim Deum esse illud, qđ nec est album, nec quantum, nec corpus, ⁊ ita discurrendo per ea quę videmus: sed est aliquid his omnibus perfectius, atq; adeo purus actus, vnde hęc omnia procedunt: ita materia prima, vt iam citatum est ex Aristotele, nec est quale nec quantum, nec quid. ⁊ ita discurrendo per omnia genera, sed est aliquid omnibus imperfectius, ⁊ pura potentia, ⁊ per consequēs primū omnium subiectum, veluti si ceco a natiuitate volentes explicare quid est lignum, ostenderemus illi per tactum scannū, arcam, ⁊ alia lignea artificia, ⁊ diceremus lignū esse id, ex quo omnia illa fiunt. ¶ Secundus modus cognoscendi fuit positiue per analogiam ad materiam artificialiū, id est, per similitudinem inter duas ꝓportiones. Sicut enim se habet marmor ad statuam, ita materia prima ad formam substātialem. Hoc est, sicut sensu experimur ex marmore, in quo prius erat sculpta figura Mercurij, mox fieri statuam Iouis, ita intellectu contēplandū est, ꝙ eadē materia quę prius fuit sub forma ligni, postea sit sub forma cinerū: atq; adeo eandem esse rerum generabilium materiam. At quia formę sunt actus, quib⁹ cōposita specie distinguūtur, per se ipsę cognoscūtur. Per formas namq; cognoscimus hominē, ⁊ equum differre. Quare non est opus analogia ad cognoscendum formas.

4. Dubiū Materia est ingenerabilis.

¶ Quartū est hic dubium, qua de causa materia est ingenerabilis, ⁊ incorruptibilis: qđ Aristo. asserit tex. 82. Cuius rationem subtexit, ꝙ cum nō posset generari ex nihilo, deberet presupponi aliquod prius subiectum ex quo generaretur: quod est contra naturam materię, cum ipsa sit primum omnium subiectum, alias esset processus in infinitum. ¶ Vbi hoc duxerim adnotandum, ꝙ rem esse incorruptibilem, nō dicit solum, vt aliqui putant cōseruationē Dei perpetuā. Existimat enī Gabriel. 2. sentē. dist. 2. q. 1. ⁊ alij, angelū non aliter esse incorruptibilē, hominem vero corruptibilem, nisi q2 Deus vult perpetuo conseruare angelum, non autem hominem. Isti vero nō penetrant rerum naturam. Quoniā licet mō Deus statueret cōseruare animalia, essent ipsa nihilominus corruptibilia: ⁊ licet annihilaret angelos, essent nihilominus suapte natura incorruptibiles. Et ideo incorruptibilitas dicit naturam rei, sicut corruptibilitas. Causa ergo corruptibilitatis est aptitudo materię ad aliam formam, qua priuatur, vnde nascitur appetitus ad aliam formam. Est ergo res a natura sua incorruptibilis tripliciter. Aut q2 nullam habet materiā, vt angeli, aut q2 licet habet materiā, nō tñ habet priuationē alteri⁹ formę, q2 forma, quā habet, nō habet cōtrariū (qua ratione probat. 1. de celo tex. 20. celū non esse corruptibile) aut q2 est primū subiectū, qđ de nullius prioris potētia pōt educi, ⁊ hac rōne materia est incorruptibilis. ¶ Ex quo sequit, ꝙ incorruptibilitas primo, ⁊ secūdo modo arguunt perfectionē, et primo modo, maiorē quā secūdo modo: incorruptibilitas vero tertio modo nō arguit maiorē perfectionem: perfectior enim est ⁊ equus ⁊ sua forma, ꝙ̄ materia licet equus sit corruptibilis materia vero non. ¶ Sequit scđo cur Aristo. 10. meta. text. 26. dixit corruptibile ⁊ incorruptibile esse differētiam, nō specificā, sed genericam. Etenim vt differētia q̄ est forma ⁊ actu est specifica, ita illa q̄ prouenit rōne materię, est generica. Diximus enim. c. de genere, genus in ordine ad differentiam se habere vt materia: cum ergo corruptibilitas sit ratione priuationis ⁊ potentię materię, ⁊ pariter incorruptibilitas: q2 videlicet aut nulla est, aut non est in potentia ad aliam formā, fit vt hęc differētia sit generica. ¶ Sequitur tertio, ꝙ omnia hęc ingenerabilia ⁊ incorruptibilia produci nō possunt, nisi ꝑ creationē, nec corrumpi, nisi per annihilationem supranaturaliter: quę Aristo. ⁊ philosophi naturales non cognouerunt. ¶ Sequitur quarto, ꝙ intelligentias cęlum ⁊ materiam primam perpetuo durare nō esset miraculū: sed esset naturale: desinere autem esse hoc esset miraculū. Econuerso vero ꝙ Deus cōseruaret perpetuo hoiem aut equum hoc esset miraculū: sed ꝙ corrūpantur est naturale. ¶ Sequit deniq; postremo ꝓ tyronib⁹ philosophię ꝙ tota materia quę modo est in orbe, in aīalibus ⁊ plantis, ⁊ alijs quę generant ⁊ vsq; ad finem mundi generabūtur, eadē fuit numero creata in principio mundi: cui nec addi quicquā potest nec adimi per naturam, secus in miraculo sanctissimi sacramenti. Sed quę modo est sub forma terre, mox est sub forma herbe, deinde sub forma bouis, postremo sub forma hominis qui bouem cōmedit. Et rursus sepultum cadauer vertitur in terrā. Et pariter aer cauernas terre ingressus vertit in aquā: ⁊ aqua rigās arborem vertitur in lignum: ⁊ lignū in ignem. ⁊ ita iugiter manente semper eadē materia sub formis diuersis. Et illa quę in me modo est vna, diuiditur in partes. Et quę modo sunt diuise, aliquando conueniunt in idem suppositum.

¶ Dubium quintum est vtrum materia prima sit alicuius actiuitatis. Ad quod facille respondetur nullius esse actiuitatis, vt Aristo te. 2. de generat. tex. 50. ⁊ infra late probat aduersus antiquos, dicens, ꝙ materię potius est moueri ⁊ pati: agere ⁊ mouere alterius est potentię, scilicet cause efficientis. Ratio ex superius dictis colligit manifesta. Enimuero agere presupponit esse: nihil enim agit, nisi inquantum est in actu, q2 omne agens intendit agere sibi simile: aqua enim qñ est in potentia calida non calefacit, sed quando est actu calida: ergo per eandem formam qua res habet esse habet ⁊ agere simile. Et ignis per calorē quo est calidus, calefacit: ⁊ equus, ꝑ formā qua est equus, generat equum: ⁊ ita in ceteris: sed materia prima vt dictum est nullam in sua ratiōe formā includit: ergo nullius est actiuitatis. ¶ Et confirmat, quia si materia esset alicuius actiuitatis intenderet producere sibi simile in specie: sed materia de se nullius est speciei, ergo.

5. Dubium vtrum materia sit actiua.

¶ Per hæc tādem soluitur postremū dubium vtrū materia prima sit entium infimū vt dictū est. Respondet infimū esse substantiarum omniū per se subsistentiū substantialiūq; oim formarū. Hoc est manifestū: nec cuipiā debet philosopho in dubium reuocari: quia perfectio in genere entis idem est quod actus perfectior. Cū ergo forma omnis sit actus, ⁊ omne compositū includat formā, materia vero sit pura potentia, fit vt sit omniū imperfectissima. ¶ Sed de accidentibus est dubium, quippe qui vident minoris esse entitatis ꝙ̄ materia, quę per se est pars substantię. Rñdetur tamē ꝙ proprie non sunt cōparabilia: q2 comparatio debet esse in eodē genere: sed materia hoc habet ꝑfectius, ꝙ est pars substātię: accidētia vero hoc habēt perfectius, ꝙ sunt actus qui dant aliqđ esse, in quo similitudo dei magis lucet. Unde August.

Dubiū. 6.

gust.12.confessio.cap.7. Duo(inquit) coelũ ꝛ terram fecisti domine: vnũ prope te, quo superior tu esses, aliud prope nihil, quo inferius nihil esset. At qui nomine coeli intellexit coelestes spiritus: nomine vero terrę materiã primã, vt ille ipse ait sup Ge.c.1.eo ꝙ(teste S.Th.1.p.q.66.arti.1.) sicut terra omnibus subsidet, ita materia est primum subiectum. ¶ Colligamus ergo theoremata octo materię. Nempe ꝙ materia est primũ subiectum, quod est pura potentia, ꝙ est per se principiũ substãtię, ingenerabilis ꝛ incorruptibilis, ꝙ nullius est actiuitatis, ꝙ est cognoscibilis per analogiam ad materiam artificialem, ꝙ est appetens formam, ꝙ est denique potentia, de qua educitur forma. Quod sequens questio monstrabit.

Octo theoremata materię.

¶ Sequitur in tex. Caput.8.

In capit.viij. Text.lxxxviij. Contingit eadem dicere secundum potentiam.&c.

## Questio.vij. De forma.

### VTRVM FORMA EDVCAtur de potentia materiæ.

A Parte negatiua arguitur. Nihil inde educitur vbi nõ erat, sed forma antequam educatur non est in materia: quia, vt dictum est.q. precedenti, materia prima est pura potentia, omni forma nuda: ergo forma non educitur de potentia materie. Uel ponenda est in materia aliqua inchoatio forme vnde educatur: quam non ponit Aristote. Et confirmatur. Educi idem est quod extra in re produci: sed forma non producitur a materia: qz vt dictum est: materia nullius est actiuitatis: ergo non educitur de potentia materie: si non ponat in materia aliqua seminalis virtus productiua materie. ¶ Secundo principaliter arguitur. Inquirẽdo quid est formã educi de potẽtia materię. Aut enim est materiam concurrere actiue: ꝛ hoc non, vt modo dicebamus: aut solum ex appetitu naturali passiue illã recipere: ꝛ hoc nõ, quia tunc anima etiam rationalis educeretur de potentia materię: nam materia tam aptum subiectum est receptiuum anime rationalis, quã alius cuiuscunque forme. Quod si dicatur formam educi de potẽtia materię esse materiam mediantibus dispositionibus attingere productionẽ formę, tũc arguitur. Primo accidentia non attingũt ad productionem formę substantialis, alias imperfectius produceret perfectius. Et preterea hoc potius esset produci de potentia dispositionũ ꝛ agentis, ꝙ educi de potentia materię. ¶ Et postremo videtur etiam dispositiones attingere ad productionẽ animę rationalis: nam illis positis in embrione tã naturale est subsequi animam rationalem, perindeqz esset miraculum non subsequi, ꝙ in alijs formis esset. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si forma educeretur de potentia materię, maxime quia alias agens naturale crearet producendo illam ex nihilo, sed hoc naturali agenti non repugnat: ergo nulla est ratio. Probatur minor: quia si hoc agẽti naturali repugnaret, id maxime esset(vt dicunt) quia arguit potentiam infinitam, hoc tamen est falsum: quia nulla maior virtus requiritur ad producendum effectum, ꝙ est perfectio ipsius effectus: sed ex nihilo producere aliquid non est infinitus effectus: qui enim ex nihilo produceret formicam nihil aliud faceret ꝙ formicam: formica autem est finita perfectio: ergo nihil est causę cur nõ possit hoc fieri ab agente naturali. ¶ Et confirmatur: quia si daretur a deo per impossibile frigiditas separata in vacuo, tunc ignis posset eam naturaliter corrumpere: quod tamẽ non posset facere, nisi producendo calorem vbi illa est: quem cum non educeret de potentia subiecti[quia nullum subest] consequitur vt crearet illum.

¶ Quæstio hæc præcipua est in hoc primo libro: quippe in qua operępretiũ est explicare generationis naturam: que basis prime est phylosophie naturalis. Tres erunt questionis articuli, secundum numerum ꝛ ordinem argumentorum que proposita sunt. In primo nanqz referentur atqz refellentur opiniones quinqz ponentium aliquid perpetuũ in materia, vt inde educatur forma, vel vt inde indiuiduetur. Contra quos statuit vnã cõclusio vniuersalis. In secundo explicabitur quid nam sit formã educi de potentia materię. Ubi respondetur ad questionem vna conclusione exceptiua. In tertio demum explicabitur in quo consistat ratio productionis rei alicuius ex nihilo: quę est creatio. Uidereturqz an sit agenti naturali possibilis. Ad quod respondebitur per vnam exclusiuam. ¶ In questionis ergo statim vestibulo supponendum est fundamentum illud, quod in lumine naturali ꝛ vniuersi philosophi ante Aristotelem vt per se notum semper habuerunt, ꝛ Aristoteles hic etiam inter respondendum antiquis text. 75. tanquam manifestum confitetur. Nempe ex nihilo nihil fieri: saltem per se ꝛ simpliciter, vt limitat Aristot. nam ex priuatione per accidens nihil vetat, fit enim ignis ex materia cui accidebat priuatio forme ignis. Et eadem ratione fit ex aqua, quę non est ignis: et homo ex semine, quod est non homo. At vero quid sit simpliciter fieri ex nihilo, explicari non potest, nisi exposito prius quid sit fieri ex aliquo: quod est educi de potentia materię. Quod proinde articulo tertio reseruetur. ¶ Secundo notandum est ꝙ istud principium adeo animis hominum insedit, vt non solum antiqui negauerint simpliciter generationem, sed multi post Aristotelẽ, alias Aristotelici, crediderint aut formas aliquomodo, aut aliquam earum particulam, vel accidens in materia latitare antequam ab agẽte manifeste producatur. Et ista fuerunt in multiplici differentia. Fuerunt enim quidam, quos Duran.2.senten.distin.18.refert, dicentes in materia latitare quasdam possibilitates. v.g. in materia aque est possibilitas ignis, ꝛ possibilitates omnium formarum, quę inde possunt educi. Que quidem possibilitas per actionem agentis conuertitur in actualem formam. Secunda fuit opinio Alberti Magni in hoc.1.libr.tracta.3.capit.3.et capit. 15, qui dixit formas omnes latere in materia secundũ quasdam inchoationes. Inchoationem autem formę appellat formam secundum essentiam et non simpliciter secundum esse. Itaque imaginatur Albertus formam ignis ꝛ quancunque aliam latere in materia ligni secundum essentiam: produci tamen ab agente secundum esse actuale. Unde in materia latent formę confuse secundum habitum: et postea per productionem agentis fiunt in actu distincte. Et tertij[vt Aureo.2.dist.18.] id non potentes intelligere, dicunt ꝙ forma est in materia secũdum partem: quę postea per actionem agentis reducitur ad perfectum ad modum intensionis accidentium. Quarta est opinio quam recitat Sanct. Thom.2.2.distin.18.quest.1.arti.2.s.ꝙ in materia est per

Arti. pm.

Ex nihilo nihil fit.

Opiniões quinqz.

est perpetua forma corporeitatis, que facit illam esse corpoream & extensam: & est communis omnibus gñabilibus & corruptibilibus: ex cuius virtute producuntur formę specificę. Quam opinionem tenet Scotus in.4. dist.11.q.2.ar.2. Postrema opinio est Commentatoris in hoc.1.lib.test.63.& latius in libello de substantia orbis.c.1.&.c.4.tenentis in materia esse perpetuas dimẽsiones interminatas, illi coeuas & incorruptibiles, que faciunt illam extensam & diuisibilem, vt in diuersis portionibus materię recipiantur diuersę formę specificę. ¶ Opiniones iste aliquas habent communes, & rationes, & impugnatiões: & alias speciales. Omnes enim ponunt aliquid reale in materia incorruptibile & ingenerabile adiuuans causam efficientem ad generationem. Rationes vero quatuor primarum opinionum sunt tres cõmunes. Prima quia nisi ponatur in materia entitas aliqua similis formę generandę, sequitur formam produci ex nihilo & per consequens creari. Probatur consequentia: quia forma non producitur ex forma contraria pręcedente in materia, cum sint repugnantes: nec ex materia prima: tum quia nullius est actiuitatis, tũ etiã q: omne qđ producit producitur a suo simili & materia nullam habet similitudinem cum forma. Secunda ratio est, quia alias materia non appeteret formam: nam nihil appetit, nisi suum simile: si autem in materia non esset aliquid qualitercunq; simile formę generandę, non appeteret illã. Et tertio sequeretur ꝙ generatio omnis esset violenta, & per consequens non esset naturalis. Violentum enim, vt habetur.iij.ethic. cap.1.est quod fit ab extrinseco, passo non conferente vim: cum ergo materia prima nullius sit actiuitatis, si nõ esset in ea aliqua virtus productiua formę, tũc generatio ignis ex aqua esset atq; violenta.

Conclusio. ¶ His non obstãtibus statuitur aduersus istos. Prima conclusio vniuersalis. Nihil a materia distinctum est in ea perpetuum. Et quidem contra has omnes opiniones sunt argumenta communia. Primo cõtra omnes est authoritas Aristo. qui tantum ponit tria principia.s.materiam formam & priuationem sola ratione distinctam a materia, cum tamẽ secundum istos aliquod sit in materia principiũ realiter ab illa distinctum. ¶ Item quia ponunt aliquid pręter materiam coeuam materię & ingenerabile & incorruptibile, sicuti est ipsa: quod tamen est quodammodo opinionẽ Anaxagorę ab orco (vt aiunt) reuocare. Aristo. nãque solam materiam astruit ingenerabilem esse, et incorruptibilem. Item, in solis viuentibus datur virtus alterans semen & materiam in qua est reducens eam vt sit actu plãta aut animal: in alijs vero impossibile est aliquam virtutem agere in suã propriam materiam: quia non potest esse idem agens & patiens: isti vtro contrarium dicunt. ¶ Sed contra singulas sunt pterea argumẽta specialia. Prima enim opinio asserens illas possibilitates formę manifeste asserit impossibilia. Primo quia asserit possibilitatem.v.g.formę ignis, quę est in aqua, cõuerti per actionẽ ignis in actualem formã ignis. Contra quod arguitur. Aut possibilitas illa erat res alia, aut specie, aut saltem numero distincta a forma quę producitur, aut eadẽ numero: si primũ mutari non potuit in aliam: etenim nigredo fieri nequit albedo, nec vna albedo fit alia, & per consequens nec vna forma substantialis fieri potest alia Hoc enim est miraculum, quod veneramur in sanctissimo sacramento altaris, ꝙ panis transubstantietur in corpus Christi. Ubi adhuc non concedimus ꝙ illa res numero q̃ erat panis postea sit corpus: sed quod desitio panis terminetur ad esse corporis. Si autem possibilitas illa non differebat numero a forma quę producitur, hoc est asserere opinionem Anaxagorę tenentis res quę produci videtur prius latere in subiecto. ¶ Item vel illa possibilitas formę est substantia, vel accidens: si accidens non est possibilitas ad formam: forma enim substãtialis, licet producatur instrumentaliter ab accidente: tamen non educitur de potentia accidẽtis. Et sic non euitarent quin produceretur ex nihilo. Si vero esset substantia, tunc faceret cum materia prima vnum ens actu, & sic principiũ non esset materia nuda omni forma: sed esset incidere in opinionem antiquorum dicentium principium esse ens actu.s.aquam vel aerem.&c. cui secundum Aristo. non potest aduenire forma substantialis. ¶ Secunda opinio alia etiam propria affert absurda. Ait enim inchoationes formarum esse formas ipsas secũdum essentiam. Itaq; in materia aque sunt secundum essentiam omnes formę quę inde possunt educi. Et ideo tract.iij.cap.15. Agens (inquit) non producit formam secundum essentiam, quia essentia iã erat: sed secundum esse. Videtur tamen contradictionẽ implicare, ꝙ essentia formę fuerit, & ꝙ producatur secundum esse. Arguitur enim sic. Essentia formę ignis erat in aqua ante actionem ignis: ergo per actionem ignis non producitur: nam produci est acquirere esse. Quod si dicas ante habuisse esse essentię & nunc acquirere esse existentię. Arguitur sic. Essentiam esse, est habere esse existentię manifestum enim est ante creationem mundi essentias rerum non fuisse Quoniam verbum, est, secundum adiacens semper dicit esse existẽtię. Tametsi concedatur ante creationem mundi petrum fuisse hominem, & hominem fuisse animal. Unde essentię fuerunt productę per hoc quod receperũt esse existentię in suis indiuiduis. Non intelligo esse existẽtię esse rem distinctam ab essentia: sed ad hunc sensum, ꝙ ab eterno petrus fuit homo, & homo fuit animal (quod est dicere, illo pędicata erant de essentia subiecti) sed per creationem Deus dedit illis, vt essent. Et hoc fuit producere essentias. Ad propositum ergo. Si formę sunt in materia ante actionem agentis, non simpliciter producũtur. ¶ Et pręterea currit argumentum sicut cõtra superiorem opinionem: quia tunc ille inchoationes, cum sint substantię, faciunt vnum compositum substantiale cum materia: & per consequẽs principium est vnũ ens completum, vt dicebãt antiqui. ¶ Et preterea est tertium argumentum, ꝙ secundum Albertum non debent poni singule inchoationes singularũ formarum indiuiduarum, sed vna inchoatio ꝓ omnibus eiusdem speciei, quia dicit solum esse inchoationem secundum essentiam: & essentia omnium indiuiduorum eiusdem speciei est eadem. Hoc tamen quodammodo est alludere ad ideas Platonis. Cõcedit enim vnam inchoationem communem omnium formarum ignis, quę nec est ista forma, nec ista, nec ista singularis. Vel si dicat ꝙ est singularis & indiuidua, nõ videtur quomodo sit inchoatio plurium indiuiduarum formarum. ¶ Et quarto arguitur. Vel aliqua de nouo substãtia producitur actione agentis naturalis quę prius non erat, vel non. Non potest dicere Albertus quod aliqua substantia de nouo producatur: nam essentia formę secundum ipsum iam erat, & per consequens nec forma producitur, nec aliquid sui. Nisi fingat quod producitur esse existenti distinctum. Hoc tamen falsum

Possibilitas. Inchoationes Alber.

falsum est, vt modo dicebamus: q: nō distinguitur esse ab essentia tanquā diuersa res. Et esto distingueretur, non tamen est vera substātia: sed quodā modo accidens, seu actus substantię, vt cap. 4. prędicamentorum. q. 1. dicebamus. Si autē nulla substantia de nouo producatur, sequitur opinio Anaxagore, ꝙ generatio non est productio substantię, sed manifestatio illius quę prius latebat. ¶ Et. 5. arguitur. Nihil agit, nisi inquantum est actu: sed formę non pręsunt in materia secundum esse actuale, vt vult Alber. ergo non iuuant ad agendū. Et hoc argumentum currit contra possibilitates primę opinionis.

3. Opinio.

¶ Tertia opinio non est impugnatu digna: quia ponit formas substantiales intēsiuas ad modum accidentium. Intelligibile enim non est, particulam formę ignis latere in materia ex qua postmodum fit perfecta forma, nisi id fiat per modum intensionis. Quod tamen est manifeste cōtra rationem formę substantialis: quarum perfectiones consistunt in indiuisibili, vt habetur. 8. meta. tex. 10. In quo comparantur numeris.

4. Opinio Forma corporeitatis.

¶ Quarta opinio latius habet disputari in libris de generatione & de anima: vbi examinabitur an plures formę substantiales possint esse in eodem composito: quod. S. Tho. 1. p. q. 76. arguit esse impossibile. Et pro nūc arguit ex intentione Arist. forma q̄cūq; substantialis facit cum materia simpliciter vnū, quod est actu ens: ergo compositum ex materia & forma corporeitatis esset simpliciter vnum: sed forma substantialis non potest subiectari simpliciter in eo quod est actu ens [hoc enim differunt forma substātialis & accidentalis, ꝙ accidentalis aduenit cōposito substantiali cum quo proinde non facit vnum simpliciter ] ergo si in materia pręcederet forma corporeitatis, tunc forma ignis adueniens non esset substantialis, nec faceret simpliciter vnū cum priori composito. Hoc enim argumento arguit Aristo. iij. meta. tex. 18. aduersus Platonem, ꝙ si alia esset idea & forma animalis, & alia bipedis, tūc animal bipes non esset vnum simpliciter in homine. ¶ Et confirmatur. Si ignis nō haberet ab eadem forma esse corporeū & esse ignis, sed a diuersis, tūc haberet se vt lac, quod alio accidente est album, et alio dulce: & per consequēs corpus nō esset genus ignis nec ignis poneretur sub corpore in recta linea prędicamentali: sicuti album nō est genus dulcis nec ecōuerso. Item ignis haberet duo esse substantialia simpliciter distincta puta esse corpus, et esse ignem: sicut in lacte esse dulce, non est esse album. Et cum ens dicatur ab esse, sequitur ꝙ ignis esset duo entia. Non est ergo in igne neq; in re aliqua naturali, nisi vnica forma substantialis. Unde homo ab vna anima rationali habet esse ens, esse substātiam, esse corpus, esse animal, & esse hominē. Sed de hoc alias. ¶ Est pręterea argumentū cōtra istos & potissimum contra hanc vltimam opinionē q: adhuc posita forma corporeitatis, non explicatur quemadmodum forma specifica, quę secūdum se totam producitur, educatur de virtute illius formę corporeitatis: quippe quę non magis concurrit actiue ad generationem, quam materia ipsa. ¶ Et pręterea est manifestum argumentum. Materia ex diffinitiōe Aristot. text. 82. est illud subiectū (quicquid illud sit) quod est perpetuum & subijcit formę, quę de nouo generatur, sed erat controuersia inter eum & antiquos, ꝙ illi opinabant esse ens actu includens formam: Aris. vero dicebat esse puram potentiam: ergo ponere formam corporeitatis perpetuam cum materia est ponere illud compositum ex materia & tali forma, esse subiectum formarum generabilium: atque adeo esse materiam. Quod est manifeste incidere in opinionem illorū aduersus Aristotelem. ¶ Profecto argumentum secundum Aristotelem integram facit fidem aduersus formam corporeitatis.

Dimensiones Cōmentatoris.

¶ Quarta opinio Commentatoris aliud habet fundamentum. Dimensiones interminatas vocat corpus de genere quantitatis. Siue quantitas distinguatur a subiecto, siue nō nihil ad rem modo differt. Nisi ꝙ perspicacior erit opinio tenendo quantitatem distingui a re quanta, vt tenet Commentator. Appellat ergo dimensiones interminatas quantitatē extendentē materiam: abstrahēdo ab hac & ab illa magnitudine, quam specifica forma sibi determinat. Enimuero vt materia de se est indifferens ad quancunque formam, ita de se habet indifferentem quantitatē ad quancunq; extensionem: saltem circa quantitatem orbis lune, sub quo vniuersa generabilia continentur. Et hāc quantitatem vocat dimensiones interminatas: quia extensio est secundum tres differentias positionis. s. longum latum, & profundū. Hę autem dimensiones terminantur postea ab agente secundum exigentiam forme introducende. ¶ Fundamentum commentatoris ponentis istam quantitatem perpetuam in materia, est hoc. Diuisio numerica indiuiduorum oritur ex hoc quod diuersę formę in diuersis partibus materię recipiuntur: differt enim numero forma vnius ignis a forma alterius, & per consequens totus ignis, a toto igne, quia hec forma recipitur in hac portione materię, & illa in illa: diuisio aūt materialis nō est, nisi ratione quantitatis: ergo materia intellecta ante omnem formā habet suam quantitatem. Unde Cōmentator non ponit dimensiones interminatas vt forma educatur de potentia materię, sed vt fit causa indiuiduationis formarum, vt videre est in libello citato de substantia orbis. Unde Scotus et alij ponentes formam corporeitatis coęuam materię, subsequenter habent ponere istam quantitatem & dimensiones interminatas. Et. S. Tho. in. 4. dist. 12. q. 1. arti. 2. questiuncula iij. videtur applaudere huic opinioni, nisi attente legat. Attamen. 1. p. q. 76. arti. 6. ad secūdum argumentum, & in questione de anima. arti. 9. & alibi sepe manifestat opinionem suam aduersus Cōmentatorem. ¶ Et ꝙ in via S. Thom. opinio Commentatoris sit falsissima, est manifestum argumentum. Accidentia subiectant in toto composito, quantitas est accidens: ergo est in toto composito. Et per consequens in materia, ante omnem formam cogitata, nulla est quātitas, nulleq; subinde dimensiones interminatę. ¶ Sed in quacunque via: si teneatur quantitatem distingui a re quāta, (vt. q. 2. de quantitate diximus fuisse opinionem & Arist. & vero similiorem) est quoq; falsa. Accidens enim pręsupponit esse, simpliciter in subiecto in quo est: sed quantitas est accidēs: ergo siue insit composito siue materię primę, non potest illi inherere, quin prius, saltim natura, sit: & cū materia, vt dictum est suapte natura non habet esse substantiale nisi per formam, fit vt prius saltem natura, materia habet esse per formam substantialem, quam recipiat quantitatem. ¶ Et confirmatur manifesto argumēto. Aut in equo sit duę quātitates realiter distinctę, alia perpetua, qua materia est quanta, & alia producta a generāte equum: primum non est credibile: vna enim numero quantitas sufficit extendere omnia quę sunt in eodem supposito. Si autem est vnica, tunc vel generans equum nullam producit quantitatem, quod absurdum esset dictu, cū alias omnes dispositiones equi produ-

produxerit: aut si quantitatem produxit, non erat alia perpetua in materia. ¶ Et confirmatur secundo preterquã q̃ ponit aliqd in corruptibile distinctum a materia contra doctrinam Arist. adhuc peius errat quã superiores, in hoc, q̃ cum illud sit accidens, non põt cum materia facere vnum ens per se. Item nec illud accidens potest conseruari consideratum ante omnem formam: nã materia licet sit primum subiectum omnium quę sunt in supposito tamen forma est quę dat esse materie & toti cõposito, & quę accidentia omnia suppositi cõseruat. ¶ Et tertio arguitur, etiam si quãtitas credatur non distingui a substantia, tanquam alia res materia tamen nullam habet naturaliter extensionem nisi tã quam dispositionem forme substantialis necessariã ad generationem & conseruationem eius (quęcunque enim forma determinat sibi certam quantitatem, vt. q. 4. elucidatum est) ergo in materia per se considerata nulle sunt interminate dimensiones. ¶ Ad argumenta aliorum, quę tangunt eductionẽ forme de potentia materie, respondebitur in fine quęstionis: sed ad argumentum Cõmentatoris respondetur cum S. Tho. locis citatis, q̃ in materia nulla est quantitas preter illam quę generatur ab agente naturali ad introductionem forme. Et dum arguit, principium indiuiduationis formarum est diuisio materie per quantitatẽ, conceditur ad hũc sensum, q̃ istę dispositiones numero in hoc loco, in hoc tẽpore, in hac parte materia sunt causa vt producatur hęc numero forma. Negatur veruntamen cõtraria, cum infertur, quãtitatem esse perpetuã in materia. Sed forma. v. g. equi prius natura dat materie & composito esse substantiale mox esse corporeum deinde esse hoc animal, & postremo esse huius speciei. Et in illo priori quo dat esse corpus intelliguntur dimẽsiones terminate ad esse hui⁹ animalis. Itaq; solum natura dimensiones precedunt esse equi. Hoc est dicere. Quia hęc materia h3 has dimẽsiones: recipit formam equi. Sed d̃ hoc alias.

Artic. secundus. ¶ Si igitur in materia nihil est preter ipsam de cuius virtute educatur forma, edocere restat in hoc secundo articulo quid nam sit formam educi de potentia materie. Enimuero qui dicunt aliquid preexistere in materia, vtcunq; exponunt eductionem forme de potẽtia materie: illo tamen secluso, cum materia nullius sit actiuitatis, & passiue recipere formam non satis est vt forma educatur de potentia materie (vt ante quęstionem arguebamus de animali rationali) difficile iudicant

1. Opinio. doctores hanc eductionẽ explicare. ¶ Iuniores quidam ad dispositiones accidentales materie recurrunt dicentes: formam educi de potentia materie idem esse quod formam produci in materia certis dispositionibus disposita, quę naturaliter ordinantur ad talem formam, sine quibus forma nõ produceretur. Et ad argumentum de anima rationali respondẽt q̃ ille dispositiones embrionis nõ ordinantur ex sua natura ad animam rationalem. Ob idq; (vt aiunt) nec introductio forme in materiã sequitur ex natura dispositionis materie: sed ex pacto diuino. Deus enim pepigit (inquiũt) positis dispositionibus introducere animam. Et ideo subinde concedunt q̃ iste dispositiones nihil prorsus agũt ad introductionem anime rationalis, potius quam alie alterius speciei, sed Deus eodem modo posset producere animam cum alijs dispositionibus, sicut cum istis: nisi q̃ ex suo beneplacito hoc facit: quia ita pepigit. ¶ Sed reuera doctrina hęc nihil pertinet ad philosophiam naturalem. Nam ad pactum & bene placitum dei appellare, est rerum naturas tollere. Et quanquam natura a Deo dependeat tã quam a prima causa, nihilominus res naturaliter agunt Deo generaliter concurrente modo (vt ita dicam) necessario ac si non esset causa libera. Atqui quando causas impedit naturales, illud est miraculum. Ad propositum ergo argueretur. Quemadmodum positis dispositionibus in embrione ad introductionem anime rationalis posset Deus de potentia absoluta non producere animã, vel illã cũ alijs dispositionibus producere et conseruare, ita omnino positis sufficientibus dispositionibus ad formam ignis in ligno posset illam non producere vel aliam quancũq; producere (nam. vt. q. 4. dictũ est, potest Deus supra naturaliter formam quancũque in materia cum quibuscunq; dispositionibus conseruare) & conuerso, sicut esset miraculum positis dispositionibus ad formam ignis non subsequi formam ignis in materia, ita esset miraculum, positis dispositionibus sufficientibus in embrione non subsequi animam rationalẽ, ergo dispositiones ad animam rationalem, ita naturaliter disponunt ad introductionẽ aie rõnalis, sicut dispõnes ignis ad introductionem forme ignis. ¶ Et cõfirmatur. Hõ tam proprie generat hominem, quam equ⁹ equũ, alias non esset ita proprie pater, quod est absurdũ: ergo ita naturaliter virtus seminalis hominis attingit generationem hominis quam virtus seminalis equi, generationem equi: et per consequens ita naturaliter attingit introductionem anime in materia. ¶ Et confirmatur secundo. Si dispositiones non attingunt naturaliter introductionẽ anime rationalis in materia, sequitur q̃ nec naturaliter eam conseruant in materia: sed ex pacto diuino conseruatur. Et eadem ratione medicine quę adhibentur infirmis non cõseruarent naturaliter

vitam, nec mors esse naturalis: sed solum esset pa- 2. Opinio.
ctum diuinum conseruare quandiu vellet. ¶ Secũdo modo posset dici q̃ formã educi de potẽtia materie est dispositiones attingere nõ solum ad introductionem: sed ad productionem & simpliciter ad esse forme. Habetq; iste modus probabilitatem: nã reuera ita est q̃ dispositiones aliarum formarũ at-

tingunt productionem earum: non tamen disposi- 3. Opinio.
tiones anime rationalis. Attamẽ dispositiones teneant se ex parte cause efficientis tanquam instrumenta quibus causa efficiens generat, hoc potius est formã produci virtute agentis naturalis, quam educi de potentia materię. Educi enim de materia designat, preter concursum agentis, aliqualem cõcursum materie. ¶ Nõnulli thomiste dicunt formã educi de potẽtia materie nihil aliud esse quam formam actu recipi in materia quę erat in potẽtia receptiua materia. Sed animam rationalem dicunt non recipi in materia: quia intellectualitas repugnat materie. Hoc tamẽ nõ bene intelligo: quoniã cum anima sit actus corporis physici &c. 2. de anima. tex. 6. negari non potest, quin vere recipiatur in materia. Unde quandiu est in corpore intelligere non potest, nisi dependenter a materia: vt pote per conuersionem ad phantasmata.

¶ His igitur & alijs omissis expositionibus, quid sit educi de potentia materia scrutandum est ex significatione ipsa nominũ, quę vbiq; magnam habet energiam ad explicandam naturam rerum. Igitur cum educi idem sit, quod extra duci. i. inde extrahi vbi prius erat, educi aliquid de potentia materie (quod. 1. p. q. 90. artic. 2. ad secũdum vno verbo significauit. Sanct. Tho.)

D est

est actu id fieri, quod prius erat in potentia materie. Et quia omnes forme tam substantiales quam accidentales generabilium et corruptibilium, preter animā rationalem, antequā actu sint preerant in potentia materie, vel subiecti, vbi recipiuntur, fit vt qū producuntur, educantur de potētia materie. Sed quia anima rationalis nō prefuit in potētia materie, non educitur de potētia materie.

Formam p̄esse in materia.

¶ At vero declarare restat quid est formā preesse in potentia materie, hinc enim res ista pendet. Respondetur ꝙ formā esse in potentia materie, nihil aliud est quam dependere in fieri et esse a materia in genere cause receptiue et passiue. Quod per causas efficiētes explicari potest. Enimuero inter alios modos quibus Aristote. 4. huius text. 23. docet aliqd esse in alio, vnus et precipuꝰ est, esse in illo tanquā in causa. Erat enim mundus in deo antequam fieret. s. in virtute productiua dei: et omnia generabilia sunt isto modo in sole: et fructus in seminibus: dicitur namq; cum nux subtus terram conditur, illic esse arborem: et in semine est animal. Atqui in moralibus, dicimus in potestate alicuius aliquid esse quia illud facere potest. Sicuti dicimus in rege esse vitam illius qui meruit mortem. Eodē ferme modo aliquid esse in potentia materie, nihil aliud est, quam dependere a materia in fieri et esse: non quidem in genere cause efficientis, sed in genere cause materialis: quod est genꝰ causandi passiue. Et quia omnes forme, preter animā rationalem, fiunt et sunt depēdenter a materia, optime dicuntur esse in potētia materie: atq; adeo inde educi.

Aīa rationalis.

¶ Sed quereret quispiam cum anima rationalis producatur positis dispositionibus in materia, et nō aliter: veluti producitur forma equi, vnde arguitur non dependere a materia? Respondetur ꝙ quicquid Aris. de hoc senserit (quod altioris est negocij disputare, ad libros de anima pertinentis) lumen tamen nobis fidei id certo reuelauit. Credimus enim animā per se subsistere. Quod est dicere suapte natura in suo esse non dependere a corpore. Enimuero vt. q. precedenti dicebamus, non est dicendum animam esse perpetuam, eo solum ꝙ a deo cōseruatur, sicuti posset formam equi perpetuo conseruare: esset enim hoc rerum negare naturas. Si enim equum aut eius formam perpetuo Deus conseruaret, miraculum esset, et supra naturam rerum: ꝙ autem anima rationalis duret sine corpore, sua natura est, velut est natura angeli, eo ꝙ est immaterialis. Sed forme alie vniuerse, cum sine miraculo esse non possunt nisi in corpore, fit vt naturaliter dependeant a materia. Et cum eodem modo se habeat res ad produci, sicut ad esse, fit vt forme alie dependeant in fieri a materia: anima vero rationalis, minime. Et hoc est formas alias ante earum productionem preesse in potentia materie: rationalē vero nō. Et inde sequitur ꝙ alie producuntur a materia dependenter, quod est dicere materia suo modo concurrente ad esse forme: anima vero rationalis producatur non concurrente materia ad eius productionem.

Conclusio 2. principalis.

¶ Ex his ergo colligitur cōclusio exceptiua, qua ad titulum questionis respondetur. Omnis forma generabilium, preter rationalē educitur de potentia materie. Omnis inquam tā substātialis quam accidentalis, preter formam celi: quod neutiquam est generabile. Quod alie forme preter rationalem educantur de potentia materie, est sententia Arist. in hoc text. 78. vbi ait res non fieri ex nihilo, sed ex ente in potētia, qualis est materia. Et copiosius hoc disserit. 1. de generatione tex. 11. et infra: vbi questio hec tractari etiam solet. Et ratio ex iis que dicta sunt colligitur sub tali forma. Omnis forma q̄ in esse dependet a materia fit dependenter a materia: sed omnis forma generabilium, preter rationalem, in esse dependet a materia: ergo fit dependenter a materia: quod est educi de potentia materie. Maior est nota: quia cum fieri sit esse acquirere, vnaqueq; res vt habet esse ita fit: et per consequens que dependet in esse, depēdet etiā in fieri. Et minor patet ex superius dictis.

De aīa qd Arist.

¶ De anime vero productione quid senserit Aris. nondum satis exploratum habent interpretes. Tametsi mentem que est pars intellectiua anime manifeste asserat esse a materia separatā. i. independentem: vt patet. 1. de anima tex. 65. et. li. 3. tex. 20. et copiosius. 2. de gene. animalium. c. 3. vbi animam vegetatiuam et sensitiuā ait educi de potentia materie, intellectum vero venire de foris. Quapropter, nisi freneses illa commentatoris audiātur, ponentis intellectum rem esse distinctam ab anima, quem anima corrupta, perpetuo inquit permanere, certum est Arist. posuisse animam perpetuam. Quod si est perpetua, tunc sicut in esse non dependet a materia, ita neq; fit dependenter a materia, et per consequens de eius potentia non educitur. Sed hinc sumitur magnum argumentum ꝙ secundum ipsum fuerunt etiam anime a parte ante perpetue: quia nōdum nouit a solo Deo quicquā creari posse. Qua de causa intelligētias posuit esse perpetuas: nempe que cum nō possint per generationem fieri, non vidit quomodo aliter fieri possent. Hanc tamē questionem ad primum vsq; de anima reponamus. Supponimus tamen nunc ex fide animam rationalem naturaliter esse posse sine corpore, et tunc facimus argumentum. Nulla formā que in esse non dependet a materia, dependet ab illa in fieri: anima rationalis non dependet in esse a materia: ergo nec quando fit educitur de potētia materie. ¶ Quod si quis arguat animam rationalem dependere a corpore. Nam quandiu dispositiones sufficiunt animam conseruare in corpore, durat vita, quibus distemperatis, sequitur mors. ¶ Respondetur differētiam esse inter animam et alias formas, ꝙ anima quidem conseruatur a materia et suis dispositionibus, non simpliciter, sed ea ratione qua corpus animat: quia non potest corpus informare nisi cū talibus dispositionibus. Et ideo dispositiones et concursus materie attingunt quidem ad introductionem anime in corpus, sed non ad productionem. Et equa ratione conseruant eam in corpore: non tamen conseruant simpliciter: quoniam separata naturaliter manet. Relique vero forme non solū dependēt a materia quantum ad informationem, sed simpliter: quia separate nō supersunt. Quocirca nō solum materia et eius dispositiones attingūt ad introductionē forme in materiam, sed ad eius productionē.

Anima media inter nos et angelos.

Hinc sequitur secūdo, ꝙ anima licet sit subsistens, est tamen media inter angelos et formas corporales. Angelus nāq; per se subsistit vt suppositū: ita vt nec dependet a materia, nec potest informare materiam: anima vero suapte natura, et per se subsistere potest, et informare materiam. Relique vero forme ita informāt materiā, vt per se subsistere nequeāt, nisi miraculo sustineātur. ¶ Quod si quispiam percontetur quomodo aliter Deus concurrat ad productionem anime rationalis, quam aliarū formarū, vt illam creet, has vero non. Videtur enim ꝙ non aliter concurrat: postquam naturali lege, vt producitur equus, producitur

ducitur homo: non aliter nec alias, quam dispoſita materia. Reſpondetur ꝙ longe aliter Deus cõcurrit: nam animam ſe ſolo ita producit, vt eodem concurſu quo producit eã in materia, poſſet eã producere in vacuo abſꝗ materia formam vero equi producit generaliter concurrendo cũ igne, educendo illã de potẽtia materię, taliter vt eodẽ cõcurſu nõ poſſit ſe ſolo ꝓducere eã in vacuo: niſi ſpecialiori mõ ſupplendo vicẽ ſeminis ⁊ quodãmodo vicẽ materię. Non tñ productio animę noſtrę cẽſetur miraculoſa: ſed naturalis: qꝛ natura animę eſt, vt non aliter ꝙ per creationem producatur. ¶ In ſumma ſi illuſtriſſimam deſideras differentiã inter animã rõnalem et alias formas. Formę vniuerſę, vt apud S. Tho. 1. p. q. 90. articu. 2. eo educuntur de potentia materię, ꝙ nõ producuntur per ſe, ſed cõproducũtur ad productionem ſuppoſiti. Nã vt ſuper textũ. 62. cepimus adnotare, et in tex. 64. repetit' Ariſto. et. 7. meta. tex. 27. ex profeſſo docet, ⁊ hic in ſubſequentibus frequentiſſime adnotauimus, forma non fit: ſicut nec materia: ſed compoſitum, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidẽtale. Non enim fit forma equi, ſed equus: nec fit per alterationem albedo, ſed album: nec caliditas: ſed calidum. Eo modo quo loquitur Ariſt. ꝙ nõ fit muſica, ſed homo fit muſicus ⁊ ex immuſico fit muſicus. Quod eſt fieri ſecundũ quid. Et ratio eſt manifeſta: quia cũ rem producit ſit eſſe acquirere, ⁊ alię formę a rationali habeant eſſe dependens a materia, non ſimpliciter producuntur: ſed comproducuntur ad eſſe ſuppoſiti. Ob idꝗ. 7. ⁊. 11. meta. accidens nõ dicitur ens, ſed entis ens. Unde cum ignis calefacit aquam, non producit, ſed comproducit calorem, faciẽdo ſuppoſitũ eſſe calidum. Nec producit formam ignis, ſed comproducit, producendo ignem. Itaꝗ via ad producendum formã eſt facere calidum, aut ignem. Sententia expreſſa eſt Commentatoris. 12. meta. com. 18. vbi ait ꝙ formę ſecundum Ariſtotel. non producuntur: ſed cõproducuntur: quia nõ creãtur. Quocirca, ſi ita loquendum eſt, prius natura in via generationis aqua fit calida, quã ſit calor: ⁊ prius natura ignis eſt ignis, quam ſit forma. Etenim licet forma ſit id quo agens alterat aquam, aut generat ignem, nihilominus via generationis agens dando eſſe toti, dat partibus, ⁊ accidẽtibus. Et in hoc conſiſtit ratio eductionis formę de potentia materię. At vero in generatione hominis anima nõ producitur per productionem hominis: ſed prius natura eſt in ſe quam inſit homini: vnde in hoc conſiſtit eius creatio, ꝙ actio dei terminatur ad eſſe animę immediate: ⁊ non ſit per eſſe totius. Actio vero virtutis ſeminalis terminatur ad vnionem animę cum corpore. In quo conſumatur vera et propria ratio generationis, vt generans ſit pater: genitusꝗ ſit filius. ¶ Ex his demum quę dicta ſunt ſequitur corollarium hoc, apprime notandum: nẽpe falſum eſſe principiũ illud, tam apud quoſdam celebratũ: vbi aſſerunt, ꝙ omnis forma prius eſt in ſe quã inhęreat. Quin potius hoc intereſt inter animam rationalem reliquaſꝗ omnes ſubſtantiales accidentaleſꝗ formas. Forma nanꝗ prius in ſe eſſe ſiue tẽpore ſiue natura: eſt per ſe habere eſſe independẽter a materia. i. eſt per ſe ſubſiſtere: quod ſoli animę noſtrę cõpetit. Formę vero alię vniuerſę nullum eſſe prorſus habent niſi eſſe in ſuppoſito. Et ideo falſum eſt ꝙ prius ſint in ſe quã inhęreãt. Exemplum eſt in artificialibus a quibus Ariſt. ſumit argumentum naturalium. Enimuero quando in lapide ſculpitur ſtatua, aut es funditur, aut qñ ſigillũ imprimitur cere, nõ prius natura eſt forma

Differentia inter aiã ⁊ alias for.

Forma prius eſt in ſe ⁊c.

artificialis, quam inhęreat (etiã ſi teneatur formã diſtingui a ſubiecto) ſed ſit forma ſtatue per hoc ꝙ ſit ſtatua. ¶ Quod ſi arguas forma dat eſſe compoſito: ergo prius natura habet illud, qꝛ nemo dat qđ non habet. Negatur conſequẽtia. In hoc enim differunt cauſa efficiens ⁊ formalis, ꝙ efficiẽs, niſi ſit actu talis, nihil operatur. Aqua enim non calefacit, niſi ſit calida: nec generat equum, niſi id quod eſt actu equus. Forma tñ non habet in ſe prius eſſe quod dat ſuppoſito. Albedo enim dat eſſe album ⁊ non eſt alba: ⁊ calor dat eſſe calidum, et non eſt calidus: ſed forma eſt id quo ſubiectum eſt tale. Et pariter forma equi dat eſſe equũ tamẽ non eſt equus: ſed eſt id quo equus eſt equus. Et quia forma equi nullum aliud eſſe habet, quã eſſe id quo equus eſt equus, non prius natura eſt, quam ſit in materia, ⁊ ſit pars equi. Unde non ſequitur, forma prius natura cõponit quã totum ſit: ergo prius natura eſt, vt. 2. huius. q. 3. patebit. Anima vero rationalis, quia habet per ſe eſſe ſeparatum, prius natura eſt, ꝙ inſit materię. Et in hoc cõſiſtit ratio creationis.

¶ Ad primum igitur argumẽtum quod faciebant illi, qui ponunt, aut poſſibilitates, aut inchoationes formarum in materia, reſpõdetur, ꝙ forma dicitur educi de potentia materie, eo ꝙ ipſa vel aliquid ei⁹ actu prefuerit in materia: ſed quia forma prefuerat in potentia et quodãmodo virtualiter in materia. Non quidem ꝙ materia actiue concurrat, ſed in ratione ſubiecti naturalis per cuius tranſmutationem res producitur. ¶ Ad ſecundũ reſpondetur, ꝙ non opus eſt materiã habere ſimilitudinem cum forma, vt illam appetat: ſola enim cauſa efficiens eſt que producit ſibi ſimile. Materia vero appetit formam: nõ ſicut ſimile ſuũ ſimile, ſed ſicut imperfectum ſuam actualem perfectionem, vt quęſtione precedẽti dicebam⁹. ¶ Ad tertium negatur conſequẽtia. f. ꝙ ſi in materia nõ ſit aliqua virtus adiuuans effectiue virtutem agẽtis, tũc productio ignis eſſet violẽta. Satis enim eſt materiam aque ſuapte natura habere potentiã paſſiuam, ⁊ inclinationem naturalem ad formam ignis, vt generatio ignis ſit naturalis, nõ ſolum ex parte ignis generantis, ſed ex parte ſubiecti, vnde ſit generatio. Non dixerim ꝙ aque ſimpliciter ſit naturalis generatio ignis ex ea: nam aque ratione forme eſt violenta calefactio: quippe quę tẽdit ad eius corruptionem. Sed dico ꝙ eſt naturalis materie aque ex qua fit ignis. ¶ Quod ſi arguas hinc cõſequi vt ꝓductio forme artificialis ſtatue ex ligno ſit etiã ligno naturalis: ſiquidem habet naturalẽ inclinationem, vt ex eo fiat ſtatua. Negatur lignũ, aut aliquod ſubſtantiuum artificialium habere naturalem inclinationem, ſeu naturalem potentiam paſſiuã, vt inde educatur forma artificialis. Quinimo dolatio ligni fit per eius corruptionem, cui lignum reſiſtit: potentia vero naturalis nõ eſt in materia, niſi reſpectu agentis naturalis: eſt enim in auro ratione materie potẽtia naturalis vt calefiat ab igne: tamen vt ꝙ diſponatur in formam annuli aut vaſis: non eſt naturalis potentia, ſed obedientia, vt ſic dicamus, reſpectu artificis: quaten⁹ ars preſupponit naturam. Sed de hoc copioſius lib. 2. ¶ Eędem ſunt prorſus ſolutiones ad primum principale argumentum in capite quęſtionis cum ſua confirmatione. At quia illic fit mentio de virtutibus ſeminalibus, reſpõdetur hanc eſſe differentiã inter viuentia, ⁊ non viuentia, ꝙ in ſolis viuentib⁹ virtus actiua eſt coniuncta materie in eodem ſuppoſito. At in nucleo oliue, ſub terra poſito eſt vir-

Ad argumenta.

Uirtus ſeminalis.

tus actiua, que de materia in qua est educit formā oliue: ɀ in arbore est virtus que ď materia arboris educit fructus: ɀ semen animalis existente in matrice femine, est virtus actiua impressa ab agente que educit formam de potentia materie in qua est. At vero non viuentia, vt elementa, non generantur per virtutem actiuam, que sit in materia vnde educitur forma: sed per dispositiones que ab agente recipiuntur in materia separata. Velut ignis generatur ex stuppa mediantibus dispositionibus qua stuppa recipit ab igne. Quocirca virtutes seminales (atq; adeo nomē seminis) solum concedēde sunt in viuentibus. Semē enim idem pollet qđ materia cui coniuncta est virtus actiua, educens formam de eius materia. Sed de hoc latius alias.

Ad secundū princip.

¶ Ad secundū principale argumentū cum suis cōfirmationibus satis responsum est inter exponendum quid nā sit formā educi de potentia materie.

Articulus tertius.

¶ At vero circa materiam tertiū principalis argumenti superest in hoc .3. ar. breue facere verbum de creatione. Quod intelligenti rationē eductionis forme de potentia materie facillimum erit. Atqui, vt a diffinitione exordiamur

Creatio.

creatio est productio alicuius ex nihilo. Hoc communiter doctores exponunt quod sit productio alicuius non presupposito subiecto. Sed Sāctus Thomas .1. parte. quęst. 45. arti. 1. id exponit sub his verbis Creatio est productio totius entis, seu entis inquantum ens. Et in re idem est, si modo recte vtraq; definitio intelligatur. Nisi ꝙ diffinitio San Thom. significantius exprimit, ɀ verba philosophi, et naturam creationis. ¶ Ubi notandū est ꝙ fieri aliquid contingit tripliciter. Primo modo fieri secundum quid: que est acquisitio alicuius ac-

Fieri tripliciter.

cidentis, vt fieri calidum, fieri albū. Et dicitur hec factio secundum quid: quia presupponit subiectum, quod sit substantia cōpleta per se subsistens: qua ď causa, vt superiori questione dictū est, forma accidentalis adueniēs, nō facit vnū simpliciter cū subiecto, sed vnum p̄ aggregationē. Secūdo mō fit aliquid simpliciter qñ fit substātia. Et hęc dr̄ factio simpliciter, q: non presupponitur subiectum quod sit substantia completa per se subsistens, sed sola materia prima que est pura potentia ad formā ob quā causam forma substātialis adueniens facit vnū simpliciter cū materia. Nempe q: materia nō erat vnum ens simpliciter absq; forma. Hos duos modos tractat Arist. in hoc lib. per totū. c. 7. ɀ expresse distiguit tex. 62. ¶ Sed tertio modo aliquid dr̄ fieri secundū se totū inquantū ens. i. eo modo, vt nihil illius presupponatur, sed fiat ex nihilo. Et hęc dicitur productio totius entis, ɀ productio entis inquantum ens: que est creatio: quam Aristot. nec philosophi naturales cognouerunt. ¶ Manifesta fit hęc diffinitio ratione Ari. Fieri vnūquodq; est nouum esse aut esse tale acquirere, quod est fieri ex eius priuatione: album enim fit ex non albo: et musicū, ex non musico: vt ait hic Aristo. tex. 43. nā quod erat ante album nō fiat albū. Et tex. 76. si canis (inquit) fit ex equo, tunc non fit animal inquantum animal, sed inquantū canis: nā ratio cōmunis animalis erat antea in equo. Nec canis fit ex non animali, sed ex nō cane. Et eadē ratiōe homo fit ex non homine: ɀ lignū, ex non ligno, ɀ ita in singulis vt illud fiat cuius ratio non immediate precesserat. Ergo eadem analogia ens simpliciter fit ex nō ente: quod est dicere, ex nihilo. Fieri autem ex non ente, est ꝙ nullū ens prorsus presupponatur ad p̄ductionem eius. Unde egregie profecto, vt plera-

que omnia S. Tho. 1. p. q. 44. artic. 2. metitus est cognitionem naturalium philosophorū. Quippe quos ait solum cognouisse productiones particulares rerum: puta albū fieri ex non albo: calidū fieri ex frigido, ɀ ignē fieri ex nō igne, ɀ equū ex nō equo. Et quia priuatio particularis entis saluatur in aliquo subiecto: vt priuatio albi saluatur in nigro ɀ priuatio caloris, in subiecto frigido: ɀ priuatio forme ignis aut forme eq̄ in alia materia q̄ est sub alia forma ide habuit Arist. ɀ antiqui pro principio per se noto ꝙ quicquid fit, fit ex p̄supposito subiecto, cui accidit priuatio talis forme. Et iō nō dixit qđ hō fit simpliciter ex nō ēte: sed ex nō ente tali. s. ex non hoīe: nā semē nō est non ens, sed non homo. Deus autem, qui est vniuersalis causa entis inquantū ens, pōt ens ex non ente producere: ɀ p̄ consequens materiam, atq; adeo vniuersum creare. ¶ Ex quo sequitur aliud esse fieri ens simpliciter, ɀ aliud fieri ens inquantum ens. Nam quotiescunq; generatur substantia, fit ens simpliciter, ad differentiam alterationis que est factio secundum quid, vt fieri calidum. Tamen quādo fit homo aut equus non fit ens inquātum ens: nam ratio entis precessit in materia ex qua fit equus: ɀ id quod erat, non fit: sed fit equus inquantum equus. ¶ Igitur cum aiunt ꝙ rem creari est produci nō presupposito subiecto, ɀ rē generari est rē p̄duci presupposito subiecto intelligendum est non presupposito concurrente ad productionem: nā anima rationalis: licet non producatur, nisi in subiecto, non tamen presupponit subiectum tanquam concurrens ad productionem. ¶ Tametsi multo profecto significantius dicatur ꝙ aliqd creari, vt ait hic magnꝰ Albertus, siue sit materia, siue forma, siue presuppositum, siue accidens, est secundum se totum produci: nihilo illius. i. nulla eius parte presupposita. Hoc enim nomen creationis designat. Quāobrē, licet in p̄ductiōe equi nō supponeret materia supponeret tamē, ex natura p̄ductionis, aut forma, alia aut pars integralis, reuera nō crearet. ¶ Nō si arguas tunc subsequi formas omnes substantiales ɀ accidētia creari, quia forma equi producitur nulla eius parte presupposita. Negatur certe sequela quoniam forma equi, vt superiori articulo dicebamus, non producitur, sed cōproducitur: q: non habet per se esse, sed esse in supposito. Et multo minꝰ accidentia producuntur sed comproducuntur. Enimuero si essent forme in suo esse independentes a materia, tunc reuera producerētur, sicut anima producitur: atq; adeo crearentur: licet reciperentur in materia sed propterea non creantur: quia simpliciter non producūtur. Homo vero ɀ equus ɀ quodcunq; suppositum, licet simpliciter producantur, quia habent per se esse, non tamen creātur quia equus non producitur secundum se totū: sed presupponit aliquid sui puta materiam. ¶ Ex his sequitur vanā esse illam distinctionem, qua aliqui distingunt, dupliciter aliquam causam effectū creare. Uno modo quando producit rem indepēdēter ab alia quacunq; causa. i. nulla alia superiori cōcurrente. Et hoc modo implicat contradictionem aliquam causam secundam creare: quippe que semper dependet a deo. Aliomodo quando aliquid producit nō presupposito subiecto. Enimuero gratis fingitur ille primus modus creādi: cū creatio nullum respectum dicat ad causam efficientem, sed ad subiectum vel partem rei. Et ideo si causa secunda produceret aliquid ex nihilo, hoc esset proprijssime creare: licet in genere cause efficientis depēderet a Deo concurrente. Sequitur secundo, ꝙ neque opus

Fieri ens in quātum ens.

Corolla.

que opus est alia distinctione quam claritatis causa ponit Scotus in quarto & alij, vt refert Caiet. 1.p.q.90.arti.2.s. q creari stat dupliciter: vno modo presupposito subiecto, quemadmodum creatur anima alio mō nullo presupposito subiecto, vt creatus fuit mūdus. Qm̄ reuera isti modi non differūt in ratione creationis, siquidem materia nō presupponitur ad productionē anime, vt explicatum est: sed ad animationē. Et iō propriissime & simpliciter creat anima. Nec est alius modus, nisi vnicus, creationis que est productio ex nihilo. ¶ Sed multo pfecto minus apparentie habet Ochā.2.sent.q.4. vbi ait q omnis productio forme est generatio respectu cause secunde, & simul creatio respectu dei. Itaq cum ignis generatur ex stupa, dicit q respectu ignis generantis illa est generatio: quia ignis non potest ignem producere, nisi dependēter a materia, sed respectu dei, est creatio: quia taliter producit illam formam, vt posset illam se solo producere. Et idem est de productione equi & de productione hominis: ita vt nulla sit differentia inter animā rationalē & alias formas. At reuera hoc philosophie prorsus aduersatur: Deus enim vt ait Augustinus super primum ca. Genesis, post primā creationem mūdi nihil vnquam creauit preter animā rationalem. Unde licet posset formam equi se solo producere, non tamen illo concursu generali quo concurrit cum equo & cum virtute seminis obidq modo non creat illā. His fundamentis adnotatis conclusio huius tertij articuli est exclusiua. Tantū Deus potest creare. Saltem virtute naturali. Et eadem ratione solus ipse potest annihilare. ¶ Hāc conclusionem, vt pote que theologa est, non intendimus hic ad vnguem examinare. sed quatenus ad physicā pertinet aperire. Quod Deus possit creare, preter lumē fidei. S. Tho.1.p.q.45.artic.5. hac naturali ratione ostendit. Uniuersaliores effectus vniuersalioribus causis competunt, sicut producere ignem, conuenit igni: producere equum, conuenit equo: sed pducere in vniuersum substātiā, cōuenit soli, qui cā est oīs substātie generabilis: at inter omnes effectus rō entis est vniuersalissimus comprehendens accidentia & substantias tam corporales quam spirituales: ergo ille cōuenit vniuersalissime cause. Est pfecto egregia ratio metaphysica cuius sciētie est altissimas reddere causas, vt enim ignis est particularis causa ignis: & equus, equi: & calidum calidi &c. ita Deus, qui cum sit essentie infinite virtualiter continet omnem rationem entis, producit vniuersaliter ens, & omnem rationē entis producere autem ens inquantum ens, est producere ex non ente (quod est dicere ex nihilo) sicut producere hominē est producere ex nō homine (id enim producitur, cuius ratio immediate non precessit) ergo deo proprium est res ex nihilo producere, quod est creare. ¶ Et confir. Deus est vniuersalissima & prima causa: ergo est causa omnium entium: sed sunt multa entia que, nisi per creationē, produci nequeunt, vt angeli, anima rationalis, celum, & materia prima: ergo hec potuit creare. Impugnat hanc rationem Scotus in.4.d.1.q.1. sed nō est presentis loci impugnationes eius afferre. ¶ Quod autē nulla causa secūda posset creare virtute propria. sicut potest generare, omissis alijs rationibus, quas. S. Tho. & Scotus locis citatis, & theologi.2.sent.d.1. faciunt cōtra Auicenā, qui.9. meta.c.4. tenet primā intelligentiā creare secundam: & secūda tertiā &c. vulgatissima ratio est hec. Ad creandum requiritur virtus infinita, nulla virtus creata est infinita: ergo nulla talis potest creare. Maior probatur. Creare est rem ex nihilo producere: sed inter nihilum & aliquid est infinita distantia (quippe que omnem distantiam interquecū que duo positiua extrema exuperat) ergo requirit infinitam virtutem. ¶ Hanc itidem impugnat Scotus loco citato contēdens probare, q inter nihilū & ens finitum non est distantia, nisi finita. Nō enim (inquit) plus distat formica a nihilo, quam est quantitas perfectionis eius. Et ideo producere aliquā rem finite perfectam ex nihilo, non arguit infinitā perfectionem. Pretermissa autem examinatione huius litis. San. Thomas loco citato ad tertium argumentum egregie profecto explicat hanc rationem. Ubi nō ait, distantiam esse infinitam inter nihil et aliquid, sed arguit hoc modo. Uirtus potētie non solum attenditur ex perfectione effectus, sed ex modo producendi, puta q citius aut alio faciliori modo producat, ergo quanto agens educit formam de potentia magis ab actu remota, tanto est maioris virtutis, & per consequens si educit alias de nulla potētia, erit virtus infinita. Exempli gratia, q ignis educat ignem de potentia materie stupe, que est ligata sub contraria forma & dispositionibus, arguit aliquam virtutem: sed q educat illam de potentia materie ferri, que est magis ligata sub dispositionibus remotioribus, est maioris virtutis [& ideo paruus ignis nos inflāmaret ferrum] ergo producere ignē nulla presupposita materia, arguit infinitam virtutem. ¶ Et cōfir. quia alias si virtus agentis pensanda est solum ex perfectione effectus, & nō ex termino a quo, vt vult Scotus, tunc equalis virtus esset educere ignem de potentia materie, & producere ex nihilo. Et confir. secūdo qa producere ignē de materia celi, argueret infinitam virtutem, eo q illic nulla est potentia ad ignem. Disputatio sese hic late patens insinuat, an saltem instrumentaliter creatura posset concurrere ad creationem tanquam instrumentum per virtutem supernaturalē dei: qd. S. Tho. illic negat, ppterea q creatura nō potest habere actionem propriam erga nihil, & ideo non potest assumi & eleuari a deo, vt sit instrumētū creationis: sicuti si serra non haberet actionem propriam circa lignum, non posset assumi vt instrumentum ab artifice ad faciēdum scānum. Hec tamen disputatio altior est, quam vt physicis sit aliquo modo tractanda. Concitāda enim esset hic materia de sacramentis, an gratiam creent: & de sacramēto altaris, quomodo dum vermes generantur ex hostia consecrata excusetur illic creatio, cum nulla videatur precessisse materia: & materia de miraculis, vtrū Christus mediante humanitate fecerit miracula producendo visum per tactum oculorum, quem non eduxit de potentia materie, & resuscitando Lazarum per vocem: & vtrum sua voce, vt instrumento, dicendo, fiat celum, posset creare celum sicut verbo mentali dicendo, fiat firmamētum, creauit illud. De his ergo & similibus nec verbum hic vllum fit: sed desinat physicus, vbi theologus incipit: a quibus omnibus supersedendum est vsq ad sua cuiusq loca theologica.

¶ Ad tertiū igitur principale argumentū satis responsum est q licet producere formicam aut equum ex materia non arguat maiorem virtutem quam sit perfectio ipsa effectus producti, tamen modus producendi ex nihilo, arguit infinitam. Et ideo creatura nō potest creare. ¶ Unde ad confirmationem respōdetur q si daretur frigiditas in vacuo, nullo modo ab agēte naturali pos

Ocham. — 3. Conclus. — Deus creat. — Causa secūda nō creat — Ad.3.prin. — Ad confir.

set corrumpi quia est materia de cuius potentia educeret calorem. ¶ Dubium esset hic tamen de lumine vtrum educatur de potentia aeris tenebrosi in quo producitur. Et videtur quod nō: quia formā educi de potentia materie, est produci per transmutationem materie: et tamen cum sol incipit oriri, non est proprie transmutatio aeris, cum nulla forma cōtraria inde expellatur. Et augetur dubium de speciebus sensibilibus, que producuntur ab obiecto visibili per medium, que cum non habeant contrarium in aere, non videtur quomodo educantur de potentia aeris. Nam quod recipiantur in aere, nō tollit rationem creationis: vt patet de anima, que non creatur, nisi dum recipitur in materia. ¶ Ad hoc aliqui distingunt aliquas formas magis depēdere a materia: alias vero minus. Ille que producuntur per transmutationem materie: plus dependent: ille vero que nō habent contraria, minus dependent. Que quidē distinctio non displicet, si modo simpliciter concedatur omnes corporales formas, que fiunt sub sole, educi de potentia materie. Respōdetur ergo ex his que supradicta sunt, lumē educi de potentia aeris, propterea quod sol nō producit prius natura lumen, quā faciat aerem luminosum: sed producit lumen illuminādo aerem. Sicuti ignis producit calorē calefaciendo subiectū. Ita vt in vacuo nullā habeat virtutē sol producēdi lumē. Quam ob causam Arist. 1. meteo. c. 2. necesse est inquit mūdū hunc inferiorem cōtinuum esse lationibus superioribus, vt virtus eius inde gubernetur: sane quod per vacuum celestes influentie non possent descendere. Idem dicendum est de speciebus sensibilibus, que per medium multiplicātur. Cōcurrit enim medium suo modo ad deferendum species vsque ad sensum: obidque quodammodo educuntur de potentia medij. Cuius signum est quod determināt certum mediū, puta aquam vel aerem, ita vt per aliud dēsius multiplicari nequeant. ¶ De accidentibus spiritualibus anime non spectat hic dicere: quia illa non ordināntur ad generationem nec sunt materialia. Tametsi suo etiam modo educantur de potentia subiecti: cū non possint ab agenti naturali in vacuo produci. Paulo plus forsitan iusto immorati sumus in hac questione, eo quod ad physicam fores aperiat.

¶ Sequitur in tex. Caput nonum. Tangentes. &c.

In capite nono textus. lxxix. Nos autem materiam. &c.

## Quæstio. viij.

### VTRVM PRIVATIO SIT ens reale, an sola ratione â materia distinguatur.

Aduersus partem affirmatiuam arguitur. Et primo quod priuatio sit vera res realiter a materia distincta, est argumentum. Seclusa quacunque operatione intellectus hec vera cecitas est, in quo differt a pura negatiōe, quia hec est falsa, chimera est: sed ens est participium huius quod est esse: ergo priuatio est verum ens. ¶ Et cōfirmatur primo. Priuatio determinat sibi proprium subiectum: cecitas enim non est in aure, sed proprie in oculo: et surditas in aure; ergo est ens positiuum

Et tertio quia priuatio est per se terminus a quo realis motus: ait enim Aristote. quod album realiter fit ex non albo. Colligitur ergo quod priuatio est verū ens reale. ¶ Confirmatur secundo. Priuatio nihil aliud est quam forma contraria que expellitur per aduentum noue, vt forma aque est priuatio forme ignis: ergo. Probatur antecedens, quia nulla alia ratione materia priuatur forma ignis, nisi quia est sub forma aque, que vt questione quinta dictū est, virtualiter est priuatio forme ignis. Qua de causa concedimus, ex aqua fieri ignem, tanquā ex termino aquo: nempe quia aqua ratione sue forme est quodammodo priuatio ignis. ¶ Et cōfirmatur tertio: quod realiter distinguatur a materia, sic probatur. Priuatio distinguitur a materia specie, vt habetur tex. 60. et vtrumque est ens reale: ergo distinguntur realiter: quia entia eo dicuntur realia: quia distinguuntur realiter. ¶ Secundo principaliter arguitur ad aliud extremū. Priuatio est negatio forme: negatio vero nihil est: ergo priuatio nullatenus distinguitur a materia, sed est ipsamet materia, que caret forma. ¶ Et confirmatur. Materia, et priuatio vt habetur tex. 60. sunt idem numero: sed que sunt idem numero sunt idem specie, vt habetur. 5. meta. tex. 12. et que sunt idem specie, sunt idem diffinitione, vt ibidem asseritur, et esse idem diffinitione, est esse idem ratione: ergo materia et priuatio non differunt ratione. ¶ In medio horum extremorum est sententia Aristot. in hoc textu. 79. vbi ait materiā et priuationem differre, eo quod priuatio est simpliciter non ens, et materia est non ens per accidens. Et superius text. 60. dixerat esse idem numero, sed differre specie. i. rōne, vt seipse interpretatur.

¶ Quæstio hæc post ea quæ dicta sunt facilis est. De qua inter arguendum quatuor sunt insinuate opiniones. Prima est quorundam plus nimio realium quod priuatio est nescio quid positiuum distinctum a materia. Hec tamen nullā pre se fert probabilitatem. Nam vt nomen ipsum sonat, et ab Aristotele quarto meta. tex. 4. diffinitur priuatio est negatio in subiecto apto. Cecitas nanque non dicit formam, sed negationem visus in oculo. ¶ Et confirmatur quia cum aer illuminatur nihil profecto positiuum inde pellitur: nam lumē non est qualitas actiua pellens aliquid contrariū: et per consequens quando obtenebratur nihil ibi generatur: ergo tenebre nihil aliud sunt quam absentia luminis in diaphano apto illuminari. Et eadem ratione priuatio forme ignis in materia aque nihil positiuum est, quod corrumpatur per aduentum forma. ¶ Secunda opinio est quod priuatio vnius forme est forma cōtraria: vt priuatio albedinis est nigredo, aut medius color: et priuatio forme ignis est forma substantialis aque, aut queuis alia contraria igni. Sed neque ista opinio omnino consonat verbis Aristo. nam tunc materia et priuatio realiter distinguerentur cum tamen tex. 60. expresse enunciet materiam et priuationem esse vnum numero, et differre ratione. Itē quia priuatio, vt questione quinta dictum est, per se intrat diffinitionē generationis: quippe que est, mutatio de non esse ad esse, cuius priuatio tāquam terminus a quo, est principium: vna tamen forma impropriissime diceretur principium sui contrarij. ¶ Tertia est opinio nominalium quorundam, qui distingūt nomen priuationis posse accipi, aut pro subiecto quod priuatur, aut pro forma qua priuatur aut pro aptitudine ad talem formam. Et tunc dicunt quod in prima acceptione materia est priuatio: et similiter in

1. Opinio — 2. Opinio — 3. Opinio

tertia

tertia. Itaq; oculus est, & aptitudo ad visum, & cecitas, & item aptitudo est cecitas. Sed secūdo modo accipiendo priuationem, illa distinguitur a subiecto. Idē dicunt de materia prima, que est & aptitudo & priuatio. Quod confirmant ex tex. 60. vbi habetur materiam & priuationem esse idem numero. Quo (inquit) circa differentia inter materiam & priuationem solum consistit in nominum connotationibus. Hoc enim nomen, materia supponit pro materia connotando q sit primum subiectum forme: nomen vero priuatio pro eadem accipitur materia, connotando q aliqua forma careat. ¶ At vero illa imprimis multiplex acceptio priuationis nomini non congruit. Quis enim dicat q cecitas accipitur pro visu, aut pro aptitudine ad videndū: cum forma & aptitudo dicant aliquam perfectionē priuatio vero imperfectionem & absentiam forme. Quod autē accipiatur pro subiecto, vt he sint vere, oculus est cecitas, materia est priuatio, quāuis in re non adeo multum a vero deuiet: in modo tamen loquēdi neque Aristoteli neque sermoni, quo non solum philosophi, sed prudentes quicunque vtuntur, consonat. Aristoteles enim expresse, vt visum est, ponit principia rerū naturaliū esse vt tria, & ait vt tria ad denotandū priuationē aliquo mō distingui a materia. Ubidq; certo certius est, q Aristote. nunquam admisisset huiusmodi locutiones, oculus est cecitas, aer est tenebre, materia est priuatio, sicuti nec viri prudentes in familiari sermone eas reciperent. ¶ Et preterea tunc propositio Aristot. tria sunt principia, sustineri non potest, nisi appellando ad cōnotationes terminorū, scilicet tres sunt termini non synonomi significantes principia, & tamen re vera extra scholas nullus sic auderet loqui: sed diceret vt ait Aristote, q tria sunt principia. s. duo realiter distincta & tertium distinctum ratione.

Conclusio. princip.

¶ Igitur sententia Aristo. posita est in medio inter hec extrema. Secundum quē ad questionem respondetur vnica cōclusione. Priuatio ratione tātum distinguitur a materia. Quod est dicere. Materia & priuatio nō sunt due res: sed tamen materia alia ratione & diffinitione est materia, & alia rōne & diffinitione est p̄uatio. Nō enim alij explicāt p cōnotationes terminorū. Arist. cēset pprietates esse in re, q̄s solus intellect⁹ distinguit. Itaq; mā seclusa operatione intellect⁹ est mā: & seclusa operatione intellect⁹ priuatur forma: sed tñ materia & priuatio nō sunt duo, nisi per solam operationem intellectus, distinguētis inter illas duas rationes, que sunt subijci forme, & carere forma. Et quia priuatio significat in abstracto priuationē id est abstrahendo a subiecto, non predicatur d materia formaliter, sed solum identice. Ita vt hec sit vera, aer est res que sunt tenebre, tamen aer non est tenebre, sed tenebrosus: & oculus est res que est cecitas, non tamē est cecitas, sed cecus. Iuxta modum quem questione secunda de quantitate adnotauimus negandi has propositiones, sedēs est sessio, pater est paternitas, licet sessio non sit alia res a sedēte, nec paternitas alia res a patre. Etenī ista propositio, oculus est cecitas, nō solū significat, q sunt eadē res, sed q sint eadē res sub eadē rōne & diffinitione. Nescio profecto cur sit difficilius hmōi ppositiones negare, q affirmare. At enī nimias rerum distinctiones non facile credo, ita neq; incongruos loquendi modos libenter audio. ¶ Probat ergo Aristote. quod materia & priuatio distinguātur ratione, decē rationibus que ex textu colliguntur. Prima est in textu. 58. sumpta ex diuerso mo- 1. Ratio.
do loquendi de materia & priuatione. Ea nanq; distinguntur ratione, de quibus diuersimode loquēdum est: sed tales sunt materia & priuatio: ergo. Probatur minor: quia in accidentalibus concedimus q ex non musico (que est priuatio) fit musicum non tamen concedimus q ex homine (qui se habet vt materia) fit musicum: sed q homo fit musicus. Sed in substātialibus concedimus q ex non homine, tanquam ex termino a quo, fit homo: & q non homo, puta semen, fit equus: non tamen concedimus q ex materia, tanquam termino a quo, fit homo, sed tanquam subiectum: nec cōcedimus q materia fit homo. ¶ Secunda ratio est statim in textu 2. Ratio.
59. Ea distinguntur saltem ratione, quorum vnum manet, altero non manente: sed materia manet in genito, priuatio vero non, ergo. Et ex hac potissimum concludit tex. 60. differentiam specificam. i. secundum rationem (vt ait) inter materiam & priuationem. Ubi notandum est q quando materia stup- Nota.
pe recipit formam ignis, non solum dicendum est quod non manet priuatio forme ignis, sed etiam quod priuatio non manet. Aiunt enim quidam quod priuatio manet: qui materia manet: & materia est priuatio: ergo priuatio manet. Attamen respectu huius verbi presentis, manet, falsa est minor: nam cum est materia sub forma ignis: iam non est eius priuatio. Si vero arguatur respectu futur iante introductionem forme, hoc modo. Materia manebit sub forma ignis: & materia est priuatio forme ignis: ergo p̄uatio manebit sub forma: certe Arist. & antiqui negarent minorē: materia enim est res que est priuatio: sed non est priuatio. Et ideo concludendum esset solum identice, res que est priuatio manebit. Sed qui mordicus voluerit contendere q illa sit vera, materia est priuatio, debet negare consequentiam propter variationem appellationis: quia hec conclusio, priuatio manebit, facit sensum manebit in ratione priuationis. Concedere autem quod priuatio manebit, expresse est contra Aristotelem, dicētem, quod priuatio, quia contrariatur forme, non manet sub suo contrario. ¶ Tertia ratio est in text. 65. Materia est per 3. Ratio.
se principium generationis, & in fieri et in facto esse, quia est pars rei genite: sed priuatio non est principiū per se rei genite sed solum per accidēs: da necesse est accidere materie ex qua fit generatio 4. Ratio.
ergo. ¶ Quarta colligitur ex text. 67. &c. Priuatio 5. Ratio.
cōtrariatur forme: materia vero nō: ergo. ¶ Quinta est in text. 78. Materia habet potentiam de qua educitur forma, quia positiue concurrit ad generationem: priuatio vero non habet talem potentiam tum quia est negatio, tum etiam quia contrariatur forme, vnde educitur: ergo. ¶ Sexta colligitur ex 6. Ratio.
eodem in textu. Materia se habet vt subiectum respectu priuatiōis: priuatio vero significatur per modum forme que expellitur per generationē forme 7. Ratio
contrarie in eodem subiecto: ergo. ¶ Septima et precipua est in hoc textu presenti. 79. Priuatio est simpliciter non ens: quia est negatio forme in subiecto apte: materia vero solum per accidens est non ens, quatenus accidit ei priuatio forme quam appetit: ergo. Et dicitur materia per accides non ens, quia materia est pura potentia, vt sit in actu per formam. ¶ Octaua est in eodem textu. 8. Ratio.
Materia est prope substantia. i. potētia ad esse per formam: priuatio vero, formaliter sumpta, nihil est ergo. ¶ Nona est in textu. 18. Materia appetit 9. Ratio.

formam: priuatio vero nequaquam, quia contrariũ
10. Ratio. non appetit suum contrariũ: ergo. ¶ Decima denique est in text. 82. Materia per se non corrumpitur, quia manet in composito: priuatio vero per se corrumpitur corrupta forma contraria illi que generatur, vt per corruptionem forme aque corrumpitur priuatio forme aeris q̃ immediate succedit: ergo. ¶ Ex his omnibus concludit in eodem textu diffinitionem materie in qua differt a priuatione, que in commento ⁊ questione. 6. satis exposita est.

Ad. primũ principa. ¶ Per hæc ad primum argumentum principale respondetur distinguendo quod seclusa operatione intellectus ista sit vera, cecitas est. Si enim intelligatur aliquid esse in rei veritate pro quo subiectum supponit ⁊ ratione cuius verificatur illa propositio, id cõceditur: sufficit enim ad veritatẽ illius quod oculus careat visu. Si autem intelligatur quod seclusa operatione intellectus illud quod in abstracto significatur nomine cecitatis distinguatur ab oculo, hoc negatur. Itaque in via. San. Thome ⁊ certe in via Arist. aliud est ꝙ aliquid habeat esse per operationem intellectus, ⁊ aliud ꝙ distinguatur ab alio p̱ operationẽ intellectus. Solutio ⁊ doctrina est Aristote. 5. metaph. text. 14. ⁊ Sanct. Thome. 1. p. q. 48. articul. secundo. ad secundum, vbi habetur quod ens vno modo accipitur pro eo quod sufficit ad veritatem propositionis: ⁊ isto modo priuatio est ens: in quo differt a pura negatione. Concedimus enim quod cecitas est, ⁊ tenebre sunt, negamus autem, quod chimera sit. Sed alio modo accipitur ens pro vt diuiditur in decem predicamenta, puta vt dicit aliquam quiditatem: ⁊ isto modo priuatio non est ens: sed negatio entis: puta negatio forme: iuxta illud Dio. 4. capit. de diui. no. malum est non existens ⁊ non bonum. ¶ Hinc sequitur quod priuatio est ens rationis: quia solum est quedam carentia distincta a subiecto per operationem intellectus comparantis eandem rem ad diuersa. Distinguimus enim inter materiam ⁊ priuationem per hoc quod cognoscimus materiam esse subiectum forme: priuationem vero, non: ⁊ priuationem esse cõtrariam forme, materiam vero non. Et sic de alijs supra positis differentijs. Unde id hic duxerim adnotandum ꝙ falso aliqui imponũt. S. Thome, ꝙ senserit materiam ⁊ priuationẽ distingui realiter: quod reuera nusquã dixit. Sed potius loco citato ⁊ prima questione de malo articulo. 1. ad postremum argumentum, ⁊ vbi

Ad primã confirmat. que dicit ꝙ priuatio est ens rationis. ¶ Ad primã confirmationem conceditur quod priuatio determinat sibi aliquod lubiectum: sed tamen illud non determinat, quia priuatio sit aliqnid positiuũ: sed ratione forme, cuiꝰ est priuatio. Priuatio enim nõ est pura negatio, sed negatio in subiecto apto nato: ⁊ ideo non dicitur, nisi de subiecto, quod habet aptitudinem ad formam cuius est priuatio. ¶ Unde

Tria entia rationis. q. 3. de vniuersalibus super Prophyrium posuimꝰ differentiam inter tria genera entis rationis: que sunt negatio, priuatio, ⁊ relatio. Negatio enim, vt, non videre, nihil ponit in re. Relatio vero, puta ratio speciei in homine ponit quidem in re subiectũ remotum, puta hominem: sed tamen fundamentũ propinquum quod est cognosci cõceptu abstrahente a singularibus: ad quod consequitur relatio speciei, non est in re, sed est operatio intellectus. Priuatio vero supponit in re non solum subiectum remotum, sed fundamentum propinquum, puta aptitudinem. Et ideo inter entia rationis habet plus de entitate. ¶ Ad secundam confirmationem Ad. 2. ꝯfir.
conceditur quidem, quod materie a que conuenit priuatio forme ignis, ratione forme substantialis quam habet contrariam. Et subinde conceditur hac de causa receptas esse inter Philosophos has locutiones, ex aere fit aqua, ex grano fit spica, ex semine fit animal, tanquam ex termino a quo: quod hic adnotandum est. Negatur tamẽ inde subsequi quod talis forma sit priuatio: sed priuatio est carẽtia forme in subiecto qđ est aptum illam recipere. Sicut tenebre sunt carentia luminis in aere: ⁊ cũ materia sit subiectum, priuatio est carentia forme in materia. ¶ Sed est contra hoc argumentum. Si priuatio forme aduenientis non esset forma substãtialis precedens, sed absentia eius in materia, sequeretur quod priuatio corrupta eadem numero rediret: consequens est falsum. Probatur sequela. Est in materia terre priuatio forme ligni, que, cum ex terra germinatur lignum, corrumpitur. Corrumpatur ergo idem lignum ⁊ vertatur in terram. Uidetur quod in eadem materia redeat eadẽ numero priuatio forme ligni: quippe cum sit priuata, vt prius fuerat. Si autem diceretur quod priuatio forme ligni erat forma terre, tunc illa corrupta nunquam rediret. Aliqui non habent pro inconuenienti quod eadem priuatio redeat. Secus est ꝺ forma positiua: de qua ait Aristote. 5. huius textu. 56. semel corruptum non posse redire. ¶ Alij hoc impugnant quia potentia ad formam, vt supra dictum est, consequitur priuationem: sed in materiã, vnde prius fuit corrupta aliqua singularis forma nunquam amplius redit potentia ad eandem formam: quia potentia materie ad formam naturalis: ⁊ naturaliter eadem forma numero semel corrupta non potest generari. ¶ Isti tamen supponunt quod priuationes ⁊ potentie forme sint tot numero in materia quot forme quibus caret. Et sic haberet infinitas priuationes ⁊ potentias, maxime si mundus esset perpetuus. ¶ At vero cum priuatio et potentia non distinguantur a materia, vt supra dictum est, nisi ratione, ne sint alique entiales distincte a materia, improprie dicerẽtur plures priuationes, aut plures potentie: sed sunt potius plures respectus ⁊ relationes rationis. Quod nihil aliud est dicere, quam quod materia caret pluribus formis, ⁊ est in potentia ad plures formas. Quequidem potẽtia est vna saltem eiusdem rationis: quoniam materia eadem ratione concurrit ad generationem omnium formarum, scilicet tanquã principium passiuum. Immo potentia materie de se non est ad hanc, vel illam: sed ad formam in genere: determinatur vero ad hanc ab agente per eius dispositiones. Et pariter priuatio proxima non est nisi ad hanc formam, que immediate successura est. Et ideo arbitror cum materia per acquisitionem forme perdit (vt sic loquamur) eius priuationem, quod si iterum corrumpatur, eadem priuatio reuertitur in genere, idest materia est priuata eadem forma: quia quantum est de se apta est recipere illam. Non tamen habet potentiam naturalem ad illam producendam: eo quod ipsa forma non est naturaliter iterum producibilis. Est tamen in potentia obedientali, vt Deus posset iterum eam creare in eadem materia. Sicuti modo materia omnium hominum defunctorum vere habet priuationem ad animas quas habuit: licet non habeat potentiam ad recipiendum illas actione naturali: sed actione Dei in finali resurrectione. ¶ Ad tertiam confirmatio Ad. 3. ꝯfir.
nem

nem negatur ꝙ materia & priuatio vtrunqꝫ sit ens reale. Jmo priuatio est ens rationis ad sensum expositum. Et ideo non distinguitur specie a materia, sicut res habens quiditatem distinctam: & per consequens non distinguitur realiter, sicut res positiue diuersorum predicamentorum: sed solum differt ratione quam Aristotel. vocat differentiam specificam. ¶ Ad secundum principale satis respõsum est, negatur enim ꝙ priuatio sit mera negatio: sed est negatio in subiecto apto nato. Et ideo ratione distinguitur a materia. ¶ Ad confirmationem qua arguitur, materia & priuatio sunt vnum numero: ergo sunt vnum specie: negatur consequentia: que multos profecto potest decipere. Cum enim ait Aristotel. ea que sunt vnum numero esse vnum specie, intelligit ꝙ eo modo quo sunt vnum numero sunt vnum specie. Exempli gratia. Si sunt vnũ per predicationem formalem vnius (vt sic loquar) de alio, vt si. a. & b. sunt vnũ numero taliter vt. a. sit b. quemadmodum tunica est indumentum & petrus est homo, illa sunt eiusdem speciei inter se. Ea vero que sunt vnum numero, id est, faciunt vnum tertium numero, aut sunt in eodem supposito, non opus est ꝙ sint eiusdem speciei inter se. Enimuero materia & forma hominis sunt vnum numero: quia faciunt vnum simpliciter: & tamen inter se non sunt eiusdem speciei, sed faciunt vnam speciem, puta vnum hominem. Quin etiam omnia accidentia que sunt in lacte, scilicet, quantitas albedo & dulcedo sunt vnum numero: quia non habent vnitates separatas: sed sunt supposito idem: & tamen inter se differunt specie. Jtem virge medietates, quarum vna est viridis & altera sicca sunt vnũ numero (tenendo ꝙ materia sit continua) quia faciunt vnum tertium numero: & tamen inter se non sunt eiusdem speciei: quia non sunt taliter vnum numero, vt vna medietas predicetur de alia. Ad propositum ergo materia & priuatio sunt vnum numero identice: quia materia est res que est priuatio: non tamen formaliter, quia alia est ratio & diffinitio vnius & alia alterius. Et hanc vocat Aristote. differentiam specificam. Et hec, Deo authore de primo libro.

Ad. 2. pri.

D 5

# Libri primi finis.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super secundum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶In capi.j.text.iij. Tanquam natura. &c.

## Quæstio prima de natura.

### VTRVM DIFFINITIO naturę sit bona.

SEcūdus hic liber, vt in commentarijs dicebamus, reliquas duas causas entis mobilis considerat: efficientem. s. & finalem. Sed quia intentio est hic Phi. ostendere hanc scientiam demōstrare per oēs causas premittit in duob⁹ statim p̄mis capitulis mediū & subiectū & passiones huius sciētie: nēpe quid nā sit natura, quid ens naturale quid ens secundum naturam. Ob idq; circa primū mouetur hac. 1. q. de diffinitione nature: qua ait Aristo. naturam esse principium & causam mouendi & quiescendi, ei in quo est primum: per se & non secundum accidens. Nature diffinitio.

¶Atqui q̄ non sit bona, est primum argumētum. Diffinitio hęc non conuenit omni nature: ergo nō est bona. Probatur antecedens. Deus & intelligētia sunt nature: vnde Boetius lib. de duabus naturis. Persona (inquit) est rationalis nature indiuidua substantia, & accipit, rationale, vt se extendat etiam ad intellectuale. s. ad Deum & intelligētias: & tamen Deus non habet in se vllius motus principiū: sane qui Malachie. 3. ait. Ego dominus & nō mutor. Nec angelus est mutabilis: aliquo istorum quatuor motuum, de quibus vbiq; loquitur Aristote. scilicet alterationis generationis augmentationis. vt notum est, aut motus localis, quia angelus cum sit substantia spiritualis non dependet a loco vt successiue moueatur. ¶Secundo hic principaliter arguitur. In celo est natura (quādoquidem est ens naturale): & tamē non est principium motus: ergo. Probatur minor quia forma cęli nō est principium actiuum sui motus, sed extrinsecus mouetur ab intelligentia: alias si ab extrinseco moueretur, esset profecto viuens, hoc est enim proprium viuentium vt a sua ipsorum forma moueantur. Neque materia celi est principium passiuum naturale motus. Sequeretur enim q̄ celum naturaliter inclinaretur ad motum circularem, & per cōsequēs ille esset naturalis: quod tamen est falsum, vt Auicēna. 9. meta. argumentatur. Quia omnis motus (inquit) naturalis est propter aliquam quietem, vt patet in grauibus & leuibus: & tamē motus cęli nō terminatur ad aliquam quietem. Colligitur ergo nullum esse in celo principium motus. ¶Et cōfir. In cęlo est natura: & tamen nullum est illic principiū quietis. Sicuti ecōuerso in terra est natura: vbi tñ nō est principium mot⁹ secundū se totā q̄a tota terra moueri nequit. Ergo nō omni nature conuenit, vt sit copulatiue principium motus & quietis. ¶Tertio principaliter ad elementa descendendo arguitur. Ignis & quodcunq; elementū habet in se naturā, postq̄ est ens naturale: & tñ nō habet in se principiū sui motus: ergo. Probat minor: q̄ ignis non habet in se principium actiuū quo ignis ipse mouet, alias moueret se ab extrinseco, & per cōsequēs esset viuēs. Qđ si dicatur habere in se principiū passiuū, puta materiā, q̄ est in potentia naturali ad aliā formā: cōtra hoc arguit. Sequeretur q̄ p̄ductio artificialis forme ex auro, aut marmore esset naturalis: nā aurū & marmor habet principiū passiuū naturale receptiuū illius forme, p̄pter duritiē & cōsistentiā partiū quā habēt. Quin etiam & mot⁹ violētus grauis, quo sursum p̄iectū effert, esset naturalis siquidē habet principiū passiuū talis motus. ¶Quarto principaliter arguit. Si ratio nature in hoc consisteret, q̄ sit principiū talis motus eius suppositi in quo est, sequeret q̄ in solis viuētib⁹ esset natura q̄ esset principiū actiuū mot⁹, quippe q̄ ab intrinseco nutriunt, augent, & localiter mouent, cōsequēs est falsum, ergo & antecedēs. Probat minor. Grauia videntur moueri a seipsis deorsum tanq̄ a principio actiuo si dimittātur: q̄a non vident a quo moueātur alio. Et semē aīalis, anteq̄ viuat, habet virtutē actiuam educentem formam animalis de potentia materię in qua est. Et pariter granum subtus terram, dum putrefactum non viuit, habet nihilominus virtutē actiuā ad proferēdū spicam. Et aqua calefacta mouetur intrinsecus ad debitam frigiditatē. ¶Quinto contra illā conclusionem Arist. tex. 6. q̄ naturam esse, non sit demonstrabile: arguitur ad hominem: nam negociū eius in lib. 1. fuit aduersus antiquos demonstrare materiam esse & formas esse substantiales, quas antiqui nō cognouerūt. ¶Et cōfirmatur ex Cōmentatore qui cōmento. 3. ait demonstrari posse materiā esse hoc modo. Natura est id quo naturalia differunt ab artificialibus: sed naturalia differunt ab artificialibus in hoc quod habent in se principium motus: ergo natura est principium motus. ¶In cōtrarium est authoritas Aristo.

¶Significatio huius nominis natura, quę ad cognitionem libri secundi primum est lumen, ne ad libitum acceptionibus terminorum, sicut fieri solet, vtamur, sumitur ex Aristotele. 5. meta tex. 5. vbi docet nomen hoc primum fuisse impositum ad significandum nascentium generationem. Vt natura idem sit quod nascitura: seu natiuitas. Nasci autem dicuntur tantummodo viuentia. Et quia in generatione viuentium virtus seminis est in ipso semine, quod a sua virtute intrinseca mouetur & disponitur ad generationem animalis: deriuatum est nomen nature ad significandum vniuersaliter principium intrinsecum motus eius in quo est: siue actiuum sit, siue passiuum: siue in viuentibus, siue in non viuentibus: siue sit Nature.

motus

motus alterationis, seu augmentationis, siue localis. Et secundum hanc acceptionē diffinitur hic ab Aristotele. At vero quia ex principijs naturalib⁹ constat essentia rei, extensum est tertio nomen naturę, vt loco citato ait Phi. ad significandū essentiam rei quę est termin⁹ principalis generationis. Hominē.n. generari nihil aliud est ꝙ essentiam hominis de nouo incipere esse in hoc supposito. Et hoc est quod ait hic Arist. text. 14. s. ꝙ natura se habet ad naturam. i. nascituram & natiuitatem, sicut sanitas ad sanationem. At sicut sanitas est terminus, qui anatione producitur, ita natura sit species illa quę generatur per natiuitatē. Et quia species constituitur per formam substātialē principalius ꝙ per materiā, cōcludit ꝙ forma est magis natura ꝙ materia. Et hinc dimanauit illa distinctio duplicis formę: vt alia sit forma partis, puta illa quę est pars compositi, vt cum distinguitur contra materiam: & alia forma totius, quę includit materiam & formam & significatur in abstracto: vt humanitas equinitas: de qua lati⁹. q. 3. Natura Grece dicitur physis. Unde physici. i. de natura disserētes.

Duplex forma.

¶ A natura dicitur ens naturale id quod habet naturam. Obidq; abusus est nominum, distinguere, ꝙ ens naturale accipitur stricte pro substantia per se subsistente, & large vt accipiatur etiam pro principijs & accidentibus eius. Unde postea sequit̄ hęc falsa conclusio, ꝙ non omne ens naturale habet in se principium intrinsecum sui motus: vt patet de forma simplici. Quapropter vnicuiq; tribuit Aristote. suum proprium nomen: vt ens naturale solū dicatur illud quod in se habet naturam, puta substantia per se subsistens, cuius principia. s. materia & forma, non dicuntur proprie entia naturalia, sed naturę & principia rei naturalis: accidentia vero proprie dicuntur entia secundum naturam. i. cōsequentia rerum naturas.

Ens naturale.

¶ His præhabitis ad quæstionem respondetur vna conclusione. Cui ad maiorē expressionē adhibentur tres alie. ¶ Prima conclusio. Diffinitio naturę est optima. Cōclusio probat̄: cum authoritate Aristo. tum etiam si particule singule, vt super tex. 3. exposite sunt, adnotētur. Sunt enim particule quatuor. Prima loco generis, principium & causa. Est em̄ tam materia ꝙ forma principium. i. primum vnde incipit motus (principium enim dicit ordinē) est etiā vtraq; causa in suo genere: addit nanq;, causa, supra principiū, concursum. Punctum em̄ principiū est lineę, & instans principium temporis: & tn̄ proprie non est causa. Et ideo non opus est ly, et, pręter intentionem Arist. mutare in, vel, vt quidam volunt: dicentes, ꝙ causa accipitur pro forma, & principium pro materia: aut ecōuerso. Tametsi hoc verum sit, ꝙ forma perfectiori modo est causa ꝙ materia. ¶ Secunda particula est motus & quietis. Ubi nec coniunctio copulatiua mutanda est in disiunctiuam. Siquidem Aristot. consulto posuit copulatiuā, vt insinuaret ꝙ natura saltem generabilium, eo est principium motus, q2 tendit ad quietē. De cęlo vero qd̄ dicendum sit, patebit in responsione ad confirmationem secūdi argumenti. ¶ Tertia particula est, primum, ad excludendum formas accidentales: puta grauitatem, et leuitatem elementorum, & calorem naturalem animalium: quę non sunt naturę: licet sint principium instrumentale motus, sed sola forma substantialis. ¶ Quarta est, per se & non secundū accidēs, aliqui dicunt ad excludendum casum & fortunam. Et fossio terrę, qua intenditur plantatio vineę, est causa inuentionis thesauri de per accidens. i. pręter intentionem agentis. Sed tamen non opus est ad fortunam diuertere, postꝙ Aristot. se se in hac particula exponit. Ponitur enim ad excludendum artem medici, qui seipsum sanat: quę licet sit principium sanationis eius in quo est, est tamen eius in quo est per accidēs. Etenim ly, per se, determinat illud verbum. in quo est, & sicut album non fit per se ex dulci, sed ex nigro: ita sanum non fit per se ex medico, sed ex infirmo, cui accidit vt sit medicus.

1. Conclus.

¶ Philoponus ait hanc non esse iustam diffinitionem naturę propterea ꝙ non explicat quid sit natura, sed quę sit actio & effectus naturę. Et ideo est (inquit) descriptio ab effectu. Quamobrem ait ꝙ natura est quędam vita seu vis formatrix et gubernatrix corporum. Attamen S. Thom. merito reprehendit huiusmodi correctionem diffinitionis Aristotel. etenim nomen, natura, ex sua propria significatione dicit ꝙ sit principium motus: nam dicit respectum ad nascituram seu natiuitatem. Et ideo per talem respectum debet diffiniri: & nō per aliquod absolutum vt isti volunt. Non ꝙ natura sit relatiuum secundum esse, id est, de prędicamento relationis: sed solum secundum dici: nempe quod debet diffiniri in ordine ad actum: sicut, potentia.

Philoponus.

¶ Sequitur ex hac conclusione, ꝙ forma non dicitur natura eo ꝙ sit principium generandi sibi simile in exteram materiam, vt forma ignis non dicitur natura eius ab eo ꝙ aquam calefacere potest, & inde generare ignem: sed materia aquę est natura: quia est principium naturale passiuum ad recipiendum talem motum. Neque forma animalis dicitur natura ab eo ꝙ filium generet: sed ab eo ꝙ est principium intrinsecum quo animal nutritur, augetur, & mouetur localiter. Forma vero ignis est natura: quia est principium eius motus sursum, et forma aquę, quia est principium eius motus deorsum. ¶ Sequitur secundo, ꝙ ens naturale non accipitur in proposito particulariter, vt distinguitur contra, supranaturale, aut contra violentum, aut contra voluntarium, aut contra artificiale: sed generaliter contra omne illud quod non habet in se principium sui motus, vt sunt artificialia & alia, de quibus questione sequenti sermo habendus est. Quare Adam, licet supranaturaliter fuit creatus, erat tamen ens naturale.

Ens naturale.

¶ Secunda conclusio. Tam materia ꝙ forma est natura. Hanc probat Aristot. cap. 1. quia vtraq; est principium motus & quietis: materia quidem passiuum: forma vero, actiuum. Forma tamen est magis natura ꝙ principium. Quod Aristot. probauit tribus rationibus: quas in commentis latius explicuimus. s. Et quia est id a quo potissimum res denominatur naturalis: sicut forma artis est id a quo res dicitur artificialis. At. n. lignū nō dicitur mercurius quo adusque habeat formam mercurij, ita nec semen dicitur actu equus, quoadusq; actu habeat formam equi. Item quia lignum defossum subterra et putridum iterū germinat sibi simile secūdum formā: quod est producere sibi simile in natura. Et tertio: quia forma est termin⁹ motus qui dicitur nascitura & natiuitas: & per consequēs forma est magis natura. ¶ Quod si percunteris vtrum natura vniuoce dicatur de materia & forma. Commen. hic commen. 1. & Albertus magnus negatiuā partem sentiunt. Attamen, salua eorum authoritate, non video cur non dicatur vniuoce. Primo: quia hoc nomen, pars essentialis, vniuoce dicitur de materia & forma: licet enim materia aliter sit pars quā forma, pars tamen significat vnam rationem communem

2. Conclus.

munem vtriusque abstrahendo ab hoc vel illo modo partis. & ideo vtraque ponitur reductiue in predicamento substantie. ¶ Et confir. Natura idē est quod principium: sed principiū vniuoce dicitur de illis, est enim principiū vt genus ad materiam & formā: ergo. ¶ Et tertio confirmatur quia Aristot. asserit formam esse magis naturam quam materiam: comparatio autem non fit: nisi inter ea que conueniūt aliqua ratione communi: ergo natura dicitur vniuoce de illis. Cum hoc tamen stat quod alia sit ratio specifica principij & nature in materia, & alia in forma. Est enim materia natura, quia est principium passiuum & potētia: vnde incipit motus naturalis & forma, quia est terminus & actus ad quem terminatur. Et hoc est forte quod philosophi citati intelligunt equiuocationis nomine. ¶ Tertia conclusio.

3. Conclus. Omnia & sola viuentia sunt & dicuntur entia naturalia ratione principij actiui. s. ratione forme substantialis. Conclusio hec. 7. huius latius patebit: vbi principiū illud tractabitur, quod omne quod mouetur, ab alio mouetur. Sed probatur interim vtcunque. In omnibus & solis viuētibus forma est per se principium actiuū motus eius in quo est: ergo. ¶ Probatur prima pars antecedentis. Viuere vt habetur. ij. de anima text. 13. consistit in hoc quod res a sua propria forma mouetur, aut motu augmentationis, aut alterationis, vt patet in plātis: aut preterea motu sensitiuo, vt patet in animalibus: aut vltra hoc motu locali, vt patet in animalibus perfectis: aut denique supra hec omnia secundū intellectum, vt in homine est videre: ergo omnia viuentia habent in se principium per se actiuum intrinsecū sui motus. Secūda vero pars. s. quod solis viuentibus hoc competat probatur. Forma aque aut ignis, vt paulo ante dicebamus nō dicitur natura propterea quod in extrinsecam materiam producit sibi simile: sed propterea, quod sit principium motus sui proprij subiecti: sed forma ignis non potest motum efficere in ipsomet igne in quo est. Cuius ratio est: quia omne mouens producit sibi simile in subiecto vbi est eius priuatio. Cum ergo in igne nulla sit pars que careat, aut summo calore, aut forma ignis, nō pōt forma ignis esse principium motus eius i quo est. Et eadem ratione neque aqua existens in sua naturali dispositione se mouet. Neque aurum, aut ferrum atque alia mixta homogenea secūdū primas qualitates. i. que vniformiter per totum habēt primas qualitates. Quod addiderim. quia si ferrum est difformiter calidum, potest pars magis calida calefacere aliam minus calidā: aut pars frigidior, calidiorem frigefacere. Sicut in viuentibus contingit: cor enim mouet alias partes: & pars morbida corrumpit sanam: aut viceuersa, que sana est, restaurat infirmam. Et hoc est quod. 8. huius ait Aristo. in eo quod ab intrinseco mouetur necessarium est signare per se mouētem distinctam a parte per se mota. ¶ Itaque in summa differentia attēte obseruanda inter viuentia & non viuentia, hec est, quod perfectio et status viuentium consistit in moueri: sane que quandiu mouentur viuunt: et cessante motu, cessat vita: status vero & perfectio non viuentium consistit in quiete: obidque non mouentur, nisi quando sunt extra locū & perfectionem naturalē. Ideoque forme viuentium proprium est, esse principium actiuum intrinsecum motuum, per quod viuens ipsum se mouet, nutritione: augmentatione, aut localiter. Atque adeo propriū est viuenti generare per semen a se decisum, cui imprimit virtutem actiuā. forma vero non viuentium, non mouet subiectum in quo est, sed aliud extrinsecum: vt ignis nō se, sed

Differētia viuētium.

stupā calefacit: nec mouet se localiter sursum, quia motus ille attribuitur generāti, vt in solutione ad 4. patebit. Quare male quidam assignant hanc solam differentiā inter viuētia & nō viuentia: quod nō viuentia solū mouētur ad vnā differentiā positionis mutando locū: viuētia vero ad omnē. Etenim licet plāta solū augeretur sursum versus & nō versus radices, aut in latum esset ille motus proprius viuentis, & ecōuerso licet per impossibile daretur mixtū participans vtranque naturā ascendendi vt ignis, & descēdēdi, vt lapis, essent illi motus nō viuētiū. De hac autē natura viuētiū. i. de aīa latius. ¶ Quarta cōclusio, sequitur ex tertia. Substātie nō viuentes dicūtur entia naturalia solū ratione nature & principij passiui intrinseci: principiū vero actiuū habēt ab extrinseco. Ut aqua est ens naturale, quia habet principiū passiuū sui motus: puta formā rōne cuius mouetur deorsum: & materiā: rōne cuius recipit calorē ab igne. Et pariter lignū & res alie vniuerse. ¶ Ex quo sequitur. 1. quod calefactio passio aque & generatio ignis ex illa, nō dicitur naturalis a natura ignis. s. a forma q̄ est principiū actiuū: sed a natura aque, puta a materia q̄ habet naturalem inclinationē ad recipiēdū illū motū. Dixerim calefactio passio. i. quatenus est motus aque. nā si cōsideretur, vt actio & motio qua ignis mouet, dicitur etiā naturalis igni. i. secūdum naturā ignis: quia est actio q̄ consequitur eius naturā. Et ad hūc modū loquēdū est in oībus non viuentibus. ¶ Sequitur secūdo quod nullū ens potest dici naturale a pricipio actiuo intrinseco sue generationis: quia implicat contradictionē quippiā a seipso, vel ab aliqua sui parte produci. ¶ Sequitur tertio, quod motus progressiuus animalis nō est mixtus, aut preter naturā (vt quidā sentiūt) sed est simpliciter naturalis. Sūt enim qui animalia dūtaxat considerātes inquantū sunt grauia, dicunt quod eleuatio pedis ad ambulandū est violenta: impressio vero eius in terra est naturalis. Et ideo talis motus est mixtus. At vero motus iste nō debet attendi penes naturā vniuersalē grauis, sed penes particularē animalis. Etenim neque alia grauia puta lignū aut lapis descēdūt inquātum sunt talis speciei: sed secundū vniuersalē naturā grauitatis. Itaque forma ligni nō est principiū descēsus inquantum dat esse lignum, sed inquantum facit esse corpus cui predominatur natura terre, aut aque. Et pariter anima rōnalis, licet sit indiuisibilis, tamen inquantū dat homini esse corporeū cui predominatur natura terre, est principiū descensus. Attamen forma quecunque animalis perfecti, est principium naturale motus progressiuus. Qui proinde motus simpliciter est naturalis animalibus: quēadmodū & nutritio & augmentum. Ut enim habere pedes, est propria passio aliquorum aīalium, ita & motus ad quē pedes ordinantur, est naturalis. Sicut & serpētibus reptare est motus naturalis. ¶ Sequitur denique quarto quod cuicunque rei naturali corporee competit motus aliquis proprius, cuius principium sit materia & ille vel alius cuius principium sit forma: alias, si aut materia, aut forma nō esset principium alicuius motus, in quo est, non esset natura: & per consequens nec talis res esset ens naturale. ¶ Unde palam fit, cur idem sit ens naturale, & ens mobile. Nempe, quia ens naturale idem est quod habens naturam: & natura idem est, quod principium motus eius in quo est. Cōclusiones iste & perspicaciores fient, & exactius limabuntur solutionibus argumentorum.

4. Conclu.

Ens naturale & mobile.

¶ Igitur ad primum principale argu

Deus & intelligētie.

le argumentum respondetur, ꝙ Deus & intelligē tie nec sunt entia naturalia: neqꝫ habent in se naturam vt loquitur hic Arist. Deum enim manifestissimum est non habere principium sui motus: cum sit summus actus nihil habens de potentia ad aliquem motum. Et angeli, cum incorporei sint, motu corporeo moueri non possunt. Nec subinde in motu locali a loco dependēt: sed possunt mutari de loco ad locum distantem sine hoc quod pertranseant per medium. vt .2. sent. est videre. de quo nihil ad presens. Motus autem intentionales secundū intellectum & voluntatem non sufficiunt apud Arist. vt angeli dicantur entia naturalia. Deus ergo & relique substantie spirituales habent duntaxat naturam in tertia acceptione suprapposita. s. essentiam. Deus quidē infinitā: angelus vero specificā.

¶De secundo principali argumento fuerit apud veteres diuerse sentētie, quas, prima parte questione .70. artic .3. refert S. Tho. quidam enim predecessores Aristotelis putantes celum actiue moueri a sua propria forma, opinati sunt celum esse animal. Et consequenter dicebant motum celi esse naturalem a principio intrinseco actiuo. Et reuera bene syllogizabantur. Propriū enim animalium est, vt paulo superius dicebamus a seipsis moueri. Et ideo profecto qui diceret celū moueri a propria forma, subsequenter tenetur concedere illud viuere: quod est absurdum. Quapropter Aristo. recte iudicans celos non esse animalia, perscrutatus est non moueri ab intrinseco: sed ab intelligētijs: que singulis orbibus sunt singule accommodate. At vero Commentator in de substantia orbis, & .12. metaph. commen .41. & in lib. de celo: quem Paulus hic Venetus & alij imitantur: nescio quam vnionem finxit intelligentie cum celo, vt sit velut eius anima. Ob idqꝫ celum asserit esse vt animal & quodammodo moueri ab intrinseco.

Celum nō est animal.

¶At vero falsum est hoc et absqꝫ vlla probabilitate Quod vel fides nostra satis nos docet. Intelligentia enim nullo modo vnitur orbi: sed assistit illi, vt motor eius intrinsecus: vt lib. de celo latius patebit. Unde non opus est distinguere, vt iuniores distingunt, ꝙ celum si accipiatur vt includat intelligentiam. mouetur ab intrinseco: si vero vt distinguitur ab intelligentia. mouetur ab extrinseco. Enimuero celū nullo modo accipitur vt includat intelligentiam: & ideo simpliciter dicendū est ꝙ celū mouetur ab ex intrinseco.

¶Sed hinc emergit dubiū maius, ꝙ tunc sequitur motum celi non esse naturalē. De hoc fuit opinio Auicene .9. meta. per oppositū extremum. s. ꝙ motus celi simpliciter non est naturalis: quia nec a forma ppria actiue mouetur: nec habet in se principium passiuum quod sit naturalis inclinatio ad motum. Ait veruntamen ꝙ neqꝫ est motus violētus: sed preter naturam. Quod est dicere. neqꝫ celū hēt naturalē inclinationē ad illū motū neque naturalē repugnantiam. ¶Rationes Auicene sunt tres. Prima. Nullus est motus naturalis rei, nisi ille quo mouetur a dispositione & statu non naturali ad naturalem dispositionē: sed motus celi nō est quo mouetur a dispositione & statu non naturali ad naturalem: ergo non est naturalis. Maiorem ostendit exēplo grauis, quod mouetur descensu naturali, nisi a loco in quo sursum violenter detinetur ad centrum, vbi quiescit: & aqua non mouetur naturaliter, nisi quando est calida extra suam naturalem dispositionem, vt se reducat ad naturalem dispositionē. Minor vero est manifesta: quia celum nunquam esse potest extra suā naturalem dispositionē: atqꝫ adeo motus eius non est ad acquirendam naturalem dispositionē: & per consequens non est naturalis. ¶Secunda ratio. Si motus celi est naturalis, sequitur ꝙ cum sol. v. g. mouetur ab oriente in occidens, naturaliter recedit ab oriente: & eadem ratione quando postea in nocte subtus terram reuertitur ab occidente in oriens, naturaliter etiam mouetur ad idem punctum orientis. Unde sequitur ꝙ duo motus contrarij naturaliter conueniunt eidē corpori: quod est repugnantia. ¶Tertia ratio est. S. motus. v. g. primi mobilis ab oriente in occidens esset naturalis, sequeretur ꝙ si viceuersa moueretur ab occidēte in oriens motu planetarum ille esset motus cōtra naturam. Et eadem ratione si intelligentia vellet celum sistere & tenere ne moueretur, pateretur difficultatem: sicuti qui vellet vtrem aere plenum sub aqua retinere, cum aer sursum nititur: consequens tamen est falsum: quia si intelligētia vellet primum mobile mouere motu contrario, aut illud immotum retinere, indifferens esset celo. Sententie Auicene subscribit Scotus .2. senten. d. 2. in fine questionis .6. & ponit exemplum. Sicut superficies (inquit) nec habet naturalem potentiam, nec repugnātiam ad albedinem, vel nigredinem: sed neutram. i. indifferentem ad hanc vel illam. Et eadem ratione questione .1. proponit potētiam neutram mediam, inter naturalem & violentam. ¶Cōtra hanc tamen opinionem arguitur primo: ꝙ nulla est proprie potentia neutra respectu alicuius qualitatis, vel motus. Et primo de potentia actiua manifestum est: neqꝫ contrarium dicerent Auicena aut Scotus. Nam si est potentia ad producēdum per se aliquid, erit potētia naturalis: ꝙ si nō poterit producere, nulla erit potentia: si vero poterit producere. non tamen sine auxilio supranaturali. non dicetur potētia neutra, sed mixta potius ex naturali & supranaturali. vt ait S. Thom. intellectum creatum producere nō posse visionem dei, nisi supranaturaliter fuerit adiutus lumine glorie quod non disputationis: sed duntaxat exempli gratia dictum sit. ¶Quod vero nulla sit potentia passiua respectu alicuius qualitatis, vel motus, probatur ex proportione potētie actiue. Etenim si nō datur in rerū natura potentia neutra ad agendū, certe neque erit ad patiendum. ¶Sed arguitur secundo. Aut nomine potentie neutrius intelligit potentiā que de se determinatur ad genus, sed est indifferens ad species (sicut patet in suo exemplo ꝙ superficies est indifferens ad albedinem, vel nigredinem) & hic est abusus nominis, nam certe superficies omnis corporis mixti (quod dixerim ad excludendū superficiē elementi & celi) potētia est naturalis ad recipiendū colorem: licet ad hanc vel illam speciē nō determinetur de se: sed ab agente. Quod si hanc appelles potētiam neutram, certe eadem ratione potētia materie ad formā erit neutra, qꝛ solum est potentia ad formam in genere: ad hanc vero vel illā non determinatur de se, sed ab agente. ¶Et confir. ꝙ potentia subiecti ad albedinē vel ingredinem sit naturalis: quia illa accidentia educuntur de potentia subiecti, non enim possunt ab agente naturali produci: nisi dependenter a subiecto: sicut forma substātialis educitur de potentia materie. Aut nomine potentie que est neutra intelligit meram negationem. Et hec nullo modo dicitur potētia. Aut intelligit aliquid positiuū

Non est potentia neutra.

Auicena.

Et

Et tunc profecto, videtur repugnantia dicere, ꝙ
sit potentia, ⁊ sit neutra. Nā potentia. 9. meta tex.
15. diffinitur per illud ad quod est in potentia. Si
ergo est potentia, est saltem inclinatio, aut resisten
tia respectu actus: si autem sit neutra, nulla est in
clinatio, nec resistentia. Obidꝗ dicere ꝙ est poten
tia, ⁊ est neutra, videtur inuoluere contradictionē
Sed neutra potentia idem est quod nulla poten-
**Celū naturaliter mouetur.** tia. ¶ At quicquid sit de potentia neutra in alijs,
ꝙ tamen celum non habeat potentiam naturalem
ad suum motum circularem, re vera videtur asser
tio indigna homini philosopho. Et his quidem
qui lumine fidei creationē mundi nouerunt, satis
deberet esse hoc argumētum. Deus qui omnia dis
ponit suauiter rebus omnibus sub celo indidit na
turam ad suos proprios motus: igni, vt naturali-
ter calefaceret: terre ⁊ arboribus, vt naturaliter
germinarent: animalibus, vt naturaliter prolem
facerent: ac denique materiam primā creauit, quę
naturalem ad omnes formas haberet potentiam,
at tanquam vniuersalem omnium horum causam
creauit orbes celestes, qui suis motibꝰ omnia hęc
inferiora procreassent: ergo a fortiori munus hoc
celi suapte natura faciūt: ⁊ per consequens motus
vnde hęc omnia pendent est illis naturalis. Mira
bile est formicam naturaliter moueri: non autem
celum. ¶ Secundo arguit. Celum, perinde ac res
vniuerse naturales, aliquam habet inclinationem
naturalem: sed nullam potius potest habere quam
moueri, quippe cum hoc perpetuo illi conueniat:
ergo motus eius est naturalis. ¶ Et cōfir. Aut ma
teria ⁊ forma celi sunt naturalia principia illius
motus, aut non. Si sic, ergo motus est naturalis: si
non, ergo neutra earum est natura: quia cum nul-
lo alio motu possit moueri celū, neutra esset princi
pium motus eius in quo est. ¶ Et tertio arguitur.
Celum habet naturaliter figuram rotundam aptis
simam ad circularem motum: est etiam substantia
incorruptibilis, ad motum perpetuum acommo-
data: ergo ⁊ motus ipse est naturalis: si enim me-
dia ordinata ad finem sunt naturalia celo: finis e-
tiam ipse naturalis vtiꝗ est. Veluti si homini na-
turale est habere oculos ⁊ pedes, naturale est illi
videre ⁊ ambulare. ¶ Et quarto arguitur. Idē est
aliquid cuipiam per se competere, ⁊ naturaliter cō
petere: nam per se conuenit alicui quod a natura
conuenit: sed moueri circulariter per se conuenit
celo, sicut graui descendere, ⁊ leui ascendere (quia
non conuenit illi per accidens) ergo conuenit na-
turaliter. ¶ Et confirmatur. Motus celi est mensu
ra ⁊ causa prima omnium motuum inferiorum: sed
motus omnium inferiorum per se conueniunt suis
substantijs: ergo a fortiori motus celi per se conue
nit celo: nam mensura in vnoquoꝗ genere debet
esse regularissima: quod non esset si esset res per ac
cidens.

**Conclusio ad. 2. prin.** ¶ Est ergo cōclusio qua ad se-
cundum principale respondetur. Motus celi est
ei naturalis: non quidem ratione principij intrin
seci actiui, quia forma celi non est actiua sui motus
sed ratione principij passiui, quia. s. potentiam ha-
bet ⁊ aptitudinem naturalem ad illum motū. Cō-
clusio est S. Thom. 1. p. q. 70. artic. 3. ad quartum.
Quin etiam est expressa Aristo. 12. meta. text. 10.
vbi ait quod celum materiam habet: non in poten
tia ad aliam formam, sed ad motum localem. Vbi si
mul asseritur, ⁊ ꝙ est cōpositū ex materia ⁊ forma,
ꝯ Cōmentatorem dicentē esse corpus simplex, ⁊ ꝙ
motus eius

professo probat ꝙ motus circularis est naturalis
celo sicuti motus sursum est naturalis aëri ⁊ igni:
⁊ motus deorsum, aque ⁊ terre. vbi hęc oīa apertio
ra patebunt. ¶ Est veruntamen animaduertendū
ꝙ cum dicimus in celo esse pricipium naturale sui
motus, non id solum intelligimus esse materiam,
sed principalius formam: nam alias cum nullus a-
lius motus conueniat celo, si forma non esset prin-
cipium illius, tunc non esset natura: sed intelligen
dum est, vt est intentio Arist. 1. celi ꝙ sicut graui ⁊
leui conuenit motus naturaliter deorsum, aut sur
sum ratione suarum formarū: ita ⁊ celo ratione sue
forme conuenit ille motus circularis: cum ratio-
ne etiam forme conueniat figura illa circularis.
¶ Dubiolū tñ restat ex dictis, vtrum motio celi in **Dubium.**
quantū est actio procedēs ab intelligentia, sit natu
ralis veluti dictū est in quarta conclusione: calefa
ctionē q̄ ignis calefacit, esse illi naturalē. Et vr̄ ꝙ
illa motio nō sit, nisi volūtaria: nam angeli libere
videnť mouere intelligētias. Et inde sequiť ꝙ nul
lum esset miraculum, si intelligentia vellet cessare
a motu: atqꝫ adeo si celū quiesceret. ¶ Rñdetur ꝙ
licet intelligētie f̄m fidē per volūtatē moueant: qꝛ
tñ est lex naturalis celoꝝ, vt perpetuo moueantur,
ille intelligētie mouent acsi essent mere cause na-
turales. Et ideo si motus celi cessasset (vt cessabit
in die iudicij) esset supernaturale. Quemadmodū
Deus volūtarie cōcurrit cū causis scđis concursu
gñali: nihilominus qꝛ agit lege naturali, censetur
agere per modū nature. Et ideo cum cessat concur
rere cum causis secūdis [quēadmodū Danielis. 3.
nō cōcurrit cū igne ad cōburendū pueros] est ve- **Ad argumēta Auicene.**
re miraculū. ¶ Unde ad primum argumentū. Aui
cene negať illa sua maior syllogismi. Nō. n. est ne-
cessariū motū naturalē esse a dispositiōe ⁊ statu nō
naturali ad naturalē: sed hoc solū est verū in moti
bus naturalium generabilium ⁊ corruptibilium:
quorū finis est quies: vt in graui ⁊ leui. In mixtis
vero motus corruptionis qui est a dispositione na
turali ad non naturalem est etiā ex parte materie
naturalis: vt motus quo putrescit lignum et quo
corrumpitur animal. Celum vero, quod non ordi-
natur ad quietem in aliquo loco, neque est corru-
ptibile, habet motum naturalem inuariabilem ⁊
vniformem. Enimuero, vt perfectio naturalis vi-
uentis (vt paulo ante dicebamus) consistit in hoc
quod est mouere se: ita perfectio naturalis celi est
perpetuo moueri ab intelligentia. ¶ Ad secundum
respondetur ꝙ natura celi nec est recedere a pun
cto oriētis, nec accedere ad illud: sed est perpetuo
moueri et trāsire per quodlibet punctū cęli. Qua
re recessus a pūcto orientis ⁊ accessus ad illud nō
sunt motus cōtrarij: sed sunt partes vnius motus
naturalis. ¶ Ad tertium argumentum respondēt
nonnulli cōcedentes, ꝙ celū est indifferens ad mo
tum ab oriente in occidentem, vt mō mouetur, aut
viceuersa si ab intelligentia moueretur mō retro
grado. Ego tamē profecto id non concedo: sed cre
do naturā celi esse, moueri vt mō moueť. Nec vir
tus intelligētie, nec simul omnium, posset mouere
ipsum ecōuerso, nisi solū de potentia dei absoluta.
Et hoc euidentius confirmat motū celi quē modo
habet esse illi naturalē. Motus aūt proprij ⁊ natu
rales planetarū sunt de occidente ad oriētē, vt est
ex libris de celo intelligere. Sed cū hoc est etiam
illis naturale vt a primo mobili rapiātur ab orien
te in occidentem motu diurno. Sed de hoc alias.
¶ Ad aliud si intelligētia vellet sistere ⁊ tenere ce
lū, respondetur, ꝙ nulla esset fatigatio: sed per hoc
ꝙ ipsa non moueret, cessaret motus: quia in celo
nulla

nulla est virtus actiua motus: sicut est in ventre in
flato sub aqua ad motum sursum.

An celum habeat pricipiũ quietis

## ¶ Circa materiam cõfirmatio

nis est etiã opinio Cõmentatoris. 12. meta. tex. 4 1.
& de substãtia orbis. c. 2. tenẽtis q; celũ habet prin
cipium quietis. Itaq; quãtum est ex se est indiffe
rens ad motum & quietem. Et in hoc sensu citat A
rist. 9. meta. text. 17. vbi ait, non esse timendum vt
celum quiescat. Ac si dixisset (vt ait Cõmentator) q;
licet habeat potentiã passiuã ad quietẽ, intelligen
tia verũ tñ nũq̃ cessauit mouere. Et alij, qui in ver
ba Cõmentatoris iurarunt, dicunt q; licet celũ se
cũdũ totum motũ nõ quiescat, tñ quiescit quodam
mõ hodie a motu hesterno qui preterijt, & cras ces
sabit a motu hodierno. ¶ At vero nec opinio Com
mẽtatoris, nec istorũ discipulorũ eius est rei physi
ce cõsentanea. Arguitur. n. sic. Natura nõ est prin
cipiũ quietis, nisi qñ motus ad quẽ inclinatur or
dinatur ad quietem, vt patet in grauibus & leuib⁹:
sed motus celi ad nullam prorsus ordinatur quie
tem ergo natura celi nõ est principiũ quietis. Mi
nor latissime probatur ab Aristo. 1. de celo vbi ait
motum celi esse perpetuum, vt generationes horũ
inferiorũ perpetuo durẽt. Añ. 2. celi. text. 2. acute
ait motũ celi suspicere quietẽ horũ inferiorũ. Qd
est dicere, cessatione & corruptione horũ inferiorũ
(hanc enim appellat quietẽ) vti tanquã via ad no
uas generationes. Ob idq; non solũ nõ ordinãtur
ad quietem propriã, verũ neq; ad aliquã quietem
horũ inferiorũ. Sed habet pro fine, perpetuo mo
tu cõseruare semper species rerum que de se sunt
corruptibiles. ¶ Secũdo arguitur q2 figura celi
rotunda non est suapte natura facta ad quietẽ, sed
ad motum: ergo nec vlla est inclinatio celi ad quie
tem. ¶ Et tertio arguitur, quia si esset in celo incli
natio ad quietem, sequeretur q; quies esset finis
motus: & per cõsequens esset aliqua difficultas ex
parte celi vt moueretur: quod est contra Arist. 9.
meta. tex. 17. vbi ait q; nulla est fatigatio, nec resi
stentia in motu celi. ¶ Et postremo arguitur: quia
in die iudicij, cũ motus celi cessabit, erit profecto
miraculum: non solum ex parte intelligentie ces
santis, sed supra naturam celi: & tamen si in celo es
set principium quietis, tam naturale esset illi quie
scere, quã moueri. Et authoritas Aristo. quã citat
9. metap. potius est contra eum: sentit enim Ph.
non esse timendum q; celum quiescat: non solũ: q2
intelligentia non cessauit, sed quia repugnat natu
re celi. Accedit huc demum sententia Themist. te
nentis in celo nullum esse principium quietis. Et
S. Tho. q. 5. de poten. ar. 5. hanc eandem dñiam cõ
stituit inter celũ & elementa. ¶ Alia opinio recita
ta ridicula est profecto: nã celũ nullo modo quie
scit a motu hesterno: sed mere negatiue se habet re
spectu illius: quia est transact⁹. ¶ Alij dicunt q; ce
lũ quiescit secundũ pũcta polorũ super quib⁹ ver
titur. Aut secũdũ alios (quod itidẽ est) quiescit in
loco tali in quo mouet: q2 nõ mutat locũ secũdum
se totũ. ¶ Sed profecto arbitror, q; in celo nulla est
quies, nec quietis principiũ. Et ideo potius dicen
dum est, q; qñ Arist. dixit copulatiue naturam esse
principiũ motus & quietis, intelligit, q; vbiq; est a
liqua natura que sit principium mot⁹ eius in quo
est: sed vbi motus ordinatur ad quietem principiũ
motus est etiã principium quietis: vbi vero mot⁹
est naturalis status & perfectio rei, non est necessa
rium q; sit principium quietis. ¶ De natura autẽ
terre palam est quõ sit principium motus. Primo
quia secundũ partes est principium motus localis
quecunq; enim pars terre sursum eleuetur, suaptẽ
natura cadit: & quia appetitus partium appetitus
est totius, sequitur terram habere principium mo
tus. Et preterea materia terre est principium mo
tus alterationis & corruptionis ipsius.

## ¶ Ad tertium principale cõce

ditur elementum quodcũq; habere in se naturam
nõ quidẽ ꝓpter principium actiuum sui mot⁹, vt. 3
&. 4. cõclusionibus expositum est. Forma eñ ignis
non potest ipsummet ignẽ in quo est, aut alterare
aut augere: alias enim esset viuens. De motu au
tem locali, q̃ primũ videbitur. Et hac de causa Al
bert. ponebat inchoationes formarum, & alij alias
possibilitates, vt libr. 1. q. 7. visum est. Nempe vt a
struerẽt calefactionẽ aque: & generationem ignis
ex ea, esse naturalem ex parte passi. Nã cum forma
aque nihil iuuet ad talem motum, si nõ poneretur
illic aliquid conferens vim & quod adiuuet agens
putabãt eiusmodi motus esse violentos. ¶ Has tñ
opiniones abunde illic expugnauimus. Quo cir
ca secundũ Arist. dicẽdum est, vt tales motus sint
naturales, satis esse, q; materia ignis & aque ligni,
&c. est principium passiuum sui motus: ratione cu
ius corruptio ignis calefactio aque, aut ligni est il
li naturalis. Et passum conferre vim, est formam
educi de potentia materie: aut saltem q; materia
sit in potentia naturali que ad eius receptionem
concurrit, vt in generatione hominis. ¶ Sed est ar
gumentum in contrarium. Sequeretur q; cum la
pis sursum proijcitur, motus ille esset naturalis:
nam quãuis nõ habeat principium actiuũ intrin
secum, habet tamen materiam que est receptiua il
lius motus. Quod si dicas illum motum repugna
re forme grauis, eodẽ modo calefactio aque repu
gnat eius forme, vt pote cum sit motus tẽdens ad
eius corruptionem. Quod si rursus respõdeas mo
tum localem sursum recipi in toto composito, cui
ille motus repugnat calorem vero recipi in mate
ria aque, que est in potentia ad omnem formam.
Solutio imprimis in via. S. Thome non habet lo
cum nempe qui tenet accidentia omnia subiecta
ri in toto composito. Et preterea licet calor subie
ctetur in materia, postquam repugnat forme quã
actu habet videtur quod motus nõ sit naturalis.
¶ Respondetur quod siue calor subiectetur in ma
teria siue in toto cõposito nihil ad presens refert:
sed motus dicitur naturalis ratione principij pas
siui, quando ille motus disponit ad formam substã
tialem ad quam materia prima est in potẽtia [qua
lis est calefactio aque] motus vero lapidis sursum
quia repugnat forme substantiali, & non disponit
ad aliam formã substantialem ad quam materia sit
in potentia, est violentus. Materia enim ad nullũ
motum est in potentia: nisi ratione forme substan
tialis quam appetit.

¶ Et per hec respondetur ad aliud de ente natu
rali respectu forme artificialis. Est enim conclu
sio quod nullum ens naturale habet principium
naturale, neque actiuum neque passiuum respe
ctu forme artificialis. Cum enim forma artificia
lis in ligno, aut ere, non sit dispositio ad introdu
ctionem forme substantialis, materia harum rerũ
naturalium nullum habet appetitum ad tales
formas nec proprie dicuntur educi de potentia
materie: quia eductio de potentia naturali ma
terie solum est respectu agentis naturalis. Di
cuntur autem entia naturalia apta, aut inepta
ad artificialia: non propter inclinationem quam
habeant

Naturalia respectu artifi.

habeāt ad talem formam (nihil enim lignum inclinatur vt inde fiat Mercurius aut Jupiter) sed q2 vel melius obediunt incisioni, vel cuius alij operationi artificis, aut quia sunt longioris durationis.

## ¶ Ad quartum principale argumentū

*Grauia mouētur a generante.*

cōcesso solis viuentibus in esse principiū actiuum sui motus. ad primū argumentum de motu grauium & leuium, negatur formam substantialem grauis, aut grauitatem, esse principium actiuum descensus. Et idem negatur in leuibus. Solutio est quam ex professo philosophus. 8. huius tex. 32. & affirmat & comprobat. Tractat. n. illic vt tractauerat in. 7. ꝙ omne qd mouetur ab alio mouetur: & si quid mouetur intrinsecus, debet distingui pars per se mouens a parte per se mouente, vt in animali cor mouet alia membra. Et cum ī corpore simplici, videlicet, quod est homogeneum secūdum qualitates primas: non sint partes diuerse cōplexionis & nature, vt vna posset mouere aliā (qualia sunt elementa) concludit ꝙ non mouentur ītrinsecus sed a generante. Quod si quis dicat formā lapidis esse partem que mouet: & materiam partem que mouetur. Hoc stare non potest: quia forma nō est que agit, sed suppositum agit per formam. Neq; materia proprie est que descēdit, sed lapis. Forma n. animalis non est que nutrit, nec materia est que nutritur sed totum animal nutrit & auget se per formam. Vn̄ in viuētibus partes ille per se mouēs & per se mota, debent esse integrales, vt in. 8. hui9 videbimus. Et ideo qui dicit formam lapidis esse principium actiuum: solum dicit esse principium quo sed principium quod esset tunc lapis: & per cōsequens moueret se. Quod ne Arist. cōcedat, dicit principium mouens, tanquam quod, esse generās sed forma lapidis est id quo lapis mouetur a generante. ¶ Ratio est hec. Generans aliquid: sicut dat formam dat omnia accidentia et contraria ad formam, que requiruntur ad perfectum statum naturalem ipsius geniti: sed status perfectus grauis v. g. lapidis est esse in centro, generans formam lapidis da illi impetum quendam naturalem vt descendat ad centrū, nisi impediatur. Et ideo motus grauis attribuitur generanti. Sicuti qui iactat lapidem imprimit illi impetum quo moueatur. Non disputo an impetus sit res distincta, nec ne: est. n hoc impertinens, vt est impertinens grauitatem, aut leuitatem accidentia esse distincta a substātijs: tametsi probabilius est distincta esse. ¶ Est tamen presto argumentum. Arbores & omnia viuētia nutriuntur augenturq; per virtutem quam habent impressam a generante (generans enim formā dat q̄ns ad formā) ergo eadem ratione huiusmodi motus attribuerentur generanti. ¶ Solutio huius facile elicitur ex differentia suprapostita inter viuentia & non viuētia ꝙ status naturalis viuentiū cōsistit in moueri: stat9 vero pfectio non viuentiū, in quiescere. Hinc sequitur ꝙ actio generātis plātā aut animal illic cessat, vbi animal genitum habet suam propriam formam & virtutem, qua posset nutriri & augeri cuius proinde nutritio & augmentū attribuitur ipsi animali genito. Reliqua vero cum extra locū suum naturalem sint semper extra suū statum et perfectionem naturalem, motus ad talē locum attribuitur generanti quasi mittēti genitū ad suam perfectionem. ¶ Quod si quis rursus obijciat, ꝙ stat quando graue descendit non esse generans quod illud genuit. ¶ Respondetur ꝙ res que non est, mouere potest quandiu eius virtus durat vt in exemplo proiecte sagitte, aut globi catapulte manifestum est. Ignis enim est qui mouet globum illum (etiam quando distanter mouetur) per impetum impressum. Et idem dicturi sumus modo de semine emisso ab animali: quod semen mouetur ab animali per virtutem ab eo impressam. Colligitur ergo ꝙ tam forma substantialis lapidis, quam grauitas sunt principium passiuum motus: forma quidem substantialis principale: & grauitas instrumētale. Et idem dicendum est de leui. ¶ Sed nō deest adhuc aduersus hanc sententiam argumentū. Forma substātialis lapidis est velut instrumentum, vt dictum est generantis: sed instrumentum reducitur ad genus cause efficiētis: calor enim quo ignis calefacit est principium actiuum: sicuti et dolabra qua artifex dolat lignum. Item si grauitas est instrumentum, videtur ꝙ forma substātialis sit principale agens respectu illius. Respondetur ꝙ instrumentum quando est coniunctum agenti, vt in exemplis modo positis, reducitur ad genus cause efficientis: sed tamen forma producta ab agente in passo quod mouetur, reducitur ad genus cause formalis: & ideo est principium passiuum. Calor. n. qui est formaliter in igne calefaciente, est velut principium actiuum, sed tamen ille qui ab igne productus est in aqua, non est principium actiuum: sed formale ab aqua est calida. Unde si ille calor productus moueret aquā localiter, certe esset principiū passiuū talis mot9 sicut impet9 in sagitta. Et hac ratione grauis dicitur principiū passiuū. Uerum est tn̄ ꝙ licet respectu generantis sit passiuū, tamē respectu grauitatis dicitur aliquādo actiuū: eo ꝙ grauitas cōsequitur ad talem formā, ac si produceretur ab illa. Et hoc modo S. Tho. q. 5. de potentia articu. 5. dicit formam grauis & leuis quodammodo esse principium actiuum sui motus. Licet loco citato super Arist. & 3. p. q. 32. arti. 4. vbiq; simpliciter dicat conformiter ad Arist. in graui & leui nō esse nisi principium passiuum sui motus. ¶ Similis fere responsio est ad secundum membrum de semine. Uirtus. n. seminis est virtus generantis, per quam generans immutat semen vsq; ad productionem animalis. Non tamen eodem modo quo dictū est de graui et leui. Grauitas enim et leuitas sunt principia passiua: virtus tamen seminis est actiua. Non enim comparatur solum ad semen quod mouetur sed ad animal inde generandum: respectu cuius illa virt9 est actiua: sicuti calor qui formaliter est in igne est instrumētum actiuum calefactonis aque. ¶ Et pari mō se habet virtus in grano ad pducendum spicam: & in semine plante ad plante generationem. In ferro autem quo mouetur ad magnetem: dicēdum est vt in. 7. huius videbimus ꝙ non mouetur per virtutem actiuam que est in ferro: sed per actiuam que est in magnete qui ferrum alterando ad se trahit. *Magnes.*

## ¶ Ad postremum membrum

*Reductio aque ad frigiditatem*

quarti argumenti principalis, vt Paulus hic Uenetus recitat fuerunt quatuor modi diuersi de reductione aque vehementer calide ad suam frigiditatē. Primo est opinio Auicēne. pri. sue physice dicētis, illā reductionē fieri per se a forma substātiali aque. Quia tamen nō exprimit, an id fiat mediāte frigiditate, nec ne, quidam exponētes Auicēnā dicunt id fieri mediante frigiditate virtuali: alij sine vlla prorsus frigiditate. *Auicen.* ¶ Secundo est opinio Egidij, ꝙ illa reductio est quidem a forma substantiali aque: non per se, sed per accidens. Itaq; cum aqua suapte natura inclinetur de se ad frigiditatē *Egi.*

ideo

ideo quãdo hæc caliditatẽ per se intendit illã corrũpere: & quia ad corruptionẽ caliditatis sequitur productio frigiditatis, fit ut per accidens & posterius natura producat frigiditatem. ¶ Tertia est opinio Burlei, quod illa reductio nõ fit a forma aquæ saltem ubi multo plus est caloris quam frigiditatis: quia a proportione minoris inequalitatis nõ fit actio: sed illa inquit fit a medio circunstãte & frigido, paulatim frigefaciente partes prius exteriores, deinde interiores aquæ. ¶ Quarta est Jacobi de Forliuio tenẽtis quod aqua nunquam est uniformiter calida: ideoque partes frigidiores frigefaciũt calidiores. ¶ His addit suã Paulus Venetus, dicens, quod inclinatio naturalis aquæ est dẽsitas certa: ob idque cum per calorem sit rarior quam debeat naturaliter esse, reducit se ad condensationẽ: & quia ad condensationẽ consequitur frigiditas, de per accidens reducit se ad frigiditatẽ. ¶ Horsum has oẽs opiniones recitauerim, quia videre non possum cur res ista tanto iuniores philosophos pauore stupefecerit, ut in tot eos disperserit vias: cum (si non fallor) nõ sit adeo difficilis. Atqui opinio Burlei, ut in hoc verum habet, quod medium circunstans semper iuuat aquam calidam, ut se ad frigiditatem reducat, ita in hoc fallitur, quod forma substãtialis aquæ non sit etiam in causa talis reductionis: cum enim ut modo dicebamus, forma grauis in virtute generantis sit principium motus localis quo graue tẽdit ad suum locum, a fortiori forma aquæ est principium quo aqua reducitur ad suã perfectionem quãdo est extra illã: eo appetitu naturali, quo unaquæque res appetit se in esse cõseruare. ¶ Et præterea quia sæpe aqua reducit se ad frigiditatem maiorem, quam sit mediĩ circunstantis: et tunc tota illa non potest esse a circunstante. ¶ Dubitari certe non potest quin forma substantialis aquæ sit principium huiusmodi reductiõis. Sed tunc sunt opiniones Aegidij & Pauli quod illa reductio fiat de per accidens a forma substantiali ignis. Quod profecto, salua eorum authoritate, non est credibile. Nam quod ait Aegidius per se aquam intendere corruptionem caliditatis, ad quod per accidens consequitur frigiditas, non videtur physice dictũ. Primo quia agens naturale nunquam per se intendit corruptionẽ, nisi intendendo productionẽ formæ cui alia contrariatur: & ideo potius per se aqua intendit reducere se ad frigiditatẽ quam corrumpere caliditatẽ. Quod ex modo facta rõne cõfirmatur, nã si aqua corrumpit calorẽ, non est nisi ut cõsequatur dispositionẽ naturalẽ qua se in esse conseruet: qualis est frigiditas. Sicuti graue certe nõ mouetur, nisi ut quiescat in centro. ¶ Et præterea in genere causæ efficientis certe prius natura est productio formæ, quam expulsio contrariæ. Ignis enim inducendo calorem in aquã expellit frigiditatẽ. Et eadem rõne aqua non corrumpit calorẽ, nisi producendo frigiditatem. ¶ Eadem argumẽta currunt aduersus Paulum, dicentẽ, quod de se aqua intendit condensationem ad quã subsequitur frigiditas. Enimuero frigiditas tam de per se requiritur ad conseruationẽ aquæ, quam densitas. Imo rõne densitatis est frigiditas: quare principalius intendit se aqua reducere ad frigiditatem, quam ad densitatem. ¶ Confirmatur, quia certe densitas non fit, nisi a frigiditate tanquã per causam: & ideo prius natura aqua se ad frigiditatẽ reducit quã ad densitatẽ. ¶ Opinio Jacobi de Forliuio pugnare vr̃ cum experientia: nã aperte videtur aliquãdo aqua esse adeo calida ut per totam sit uniformis: & quando aliqua esset pars minus calida, tamen ad sensum (cui isti confidũt) videtur nullã esse, in qua nõ sit plus multo caloris, quã frigoris: & ideo idem restat illi labor quomodo illa possit vincere alias, ut illas ad frigiditatem reducat. Colligitur ergo quod forma aquæ est huiusmodi reductiõis principium per se, ut recte ait Auicẽna. ¶ Tunc vero restat dubium utrum per aliquam frigiditatem id fit. Sunt enim qui putant aquã posse venire in tantum calorem, ut nulla sit illic prorsus frigiditas formalis. Quæ quidem opinio, ut est manifeste contra veram physicam, ita fuit plurium errorum causa. Arguitur enim sic. Forma substantialis aquæ conseruari naturaliter non potest sine eius naturalibus dispositionibus (ut in rebus omnibus naturalibus palam est) sed dispositio necessaria aquæ est frigiditas & humiditas, ut est doctrina Aristot. 1. de gene. ergo ubi nulla est frigiditas, aqua esse non potest. ¶ Et confir. Manifestum est formam aquæ introduci non posse in subiecto quo adusque sit certa frigiditas & humiditas: ergo ad conseruationem eius requiritur certa frigiditas & humiditas: licet forsan non tanta quanta ad generationẽ requiritur. ¶ Et secundo arguitur. Omnes confitentur requiri certam densitatem citra quam non potest conseruari forma aquæ: sed causa densitatis est frigiditas: ergo nec potest aqua conseruari sine certa frigiditate formaliter. ¶ Reuera qui hoc negat, fateri subinde tenetur conseruari posse naturaliter formam aquæ sine aliquo prorsus accidente proprio aquæ: nam si frigiditas & humiditas non sunt necessariæ, non video quodnam aliud sit accidens necessarium. ¶ Sed quo alio, rogo, opus est argumento quam hoc. Aut in subiecto aliquo est calor summus, aut citra summum. Si summus, illud est ignis: nam summus calor determinat materiam necessario ad introductionẽ formæ ignis. Si non est summus: ergo habet tantam frigiditatem, quanta sufficit ut cum calore simul adequetur gradus summus. Etenim si summus gradus est ut. 8. necessarium est ut cum calore ut. 6. sit frigiditas ut duo: & cum calore ut. 4. frigiditas ut 4. & sic proportionabiliter, ut lib. 1. de ge. palam fiet. ¶ Per hæc cõdemnatur alia opinio quæ asserit frigiditatem virtualem. Nã illa solũ asseritur ab illis qui credunt nullã esse in aqua calidissima frigiditatem. Ideoque hac posita superuacaneũ est præter frigiditatem formalẽ ponere etiã virtualem in aqua. ¶ Isti tamẽ omnes inde decepti sunt quod plus æquo crediderunt sensibus: quibus tamẽ debet philosophus eminere. Experimur enim aquam calidissimam vehemẽtius multo cõburere manũ, quam flammã ignis. Et inde arguunt isti quod sicut in igne non est frigiditas, ita neque in aqua. Et tamẽ illatio nulla est penitus. Causa enim cur aqua plus comburat, non est quod calor sit illic magis intensus: implicatio est enim contradictionis quod extra ignem sit tam intẽsus calor quam in igne. Sed causa est quod aqua est densior quã flamma ignis: ac subinde habet plus de multitudine materiæ, & per consequens plus de multitudine caloris. Unde si aqua illa rarefieret ad tantam raritatẽ sub quãta est flamma ignis, multo minus calefaceret quam flãma: & tñ tunc haberet tam intensum calorem, quam modo habet aqua. Quod vel ipsa experientia manifestat. Vapor enim qui exhalatur ab aqua calidissima, tam intensum certe habet calorẽ, quam aqua: sed quia est rarior, habet minus de multitudine formæ: & ideo minus calefacit. Est ergo fallacia arguere, est hic plus de multitudine caloris: ergo calor est magis intensus, ut libr. 1. de ge. q. de intensione elucidabitur. Digitus enim cãdentis ferri multo plus habet multitudinis formæ caloris, quam flãma ignis pedalis, tñ nõ habet tam intensum calorem:

Margin notes (left column): Burleus. — Jacobus de Forli. — Paul. Ve.

Margin notes (right column): Aqua esse non potest absque frigiditate. — Frigiditas virtualis.

alias esset ignis: quoniam partes illius caloris nō vniuntur secundum intentionem: sed extendūtur per materiam: q̄ est multo maior q̄ꝫ inflamma ignis pedalis. At ad propositum deniq̧ reuertamur, cū in aqua quantūcunq̧ calida, non sit summus calor, necessarium est vt illic sit formalis frigiditas. Unde hāc habeo pro certa conclusione, ꝙ naturaliter non potest esse aqua sine frigiditate aliqua. Naturaliter (inq̄) quia deus (vt lib. 1. q. 4. dicebamus) potest rem quācūq̧ sine suis dispositionibus miraculose seruare. ¶ Addiderim profecto, nō esse penitus improbabile, ꝙ non potest naturaliter esse aqua tā calida, quin pl⁹ habeat frigiditatis, q̄ꝫ caloris. Nā cū summa frigiditas ⁊ humiditas sit dispositio ⁊ perfectio aque, videtur ꝙ ad generationē aque saltim requiratur, multo maior frigiditas quam est gradus medius: ⁊ ad conseruationem, licet minus requiratur, semper tamē requiritur vltra gradum mediū. At si summa frigiditas (q̄ est naturalis aq̄) est vt. 8. ad generationē aque requiritur. v. g. grad⁹ vt. 5. vel. 6. ⁊ ad conseruationē quicunq̧ gradus vltra. 4. ita vt saltem gradus vt quatuor sit maximus sub quo non potest conseruari aqua. Bene intelligo nullam esse de hoc demonstrationem: est tamen rationi naturali consentaneum, vt nulla forma citra medietatem sue naturalis dispositionis conseruari queat. ¶ Ex hoc confirmatur: quia certe in viuentibus ita est probabile: ⁊ de igne nullus profecto diceret ꝙ possit conseruari quin ad minus habeat calorem vltra gradū mediū. Si ergo aqua nū q̄ꝫ esse potest, nisi cū frigiditate vltra. 4. necesse est vt calor eius sit minor: nā vt paulo ante dicebamus ex ambobus simul debet resultare gradus summ⁹. Et ad experiētiam que in cōtrariū videtur pugnare, respondetur (preter id quod dictū est de maiori densitate) ꝙ quia frigiditas nō est tam actiua, vt caliditas, licet plus sit illic frigiditatis minus tamē sentitur: imo nō sentitur. ¶ Quod si hec vera sint, nulla est difficultas in reductiōe feruētis aq̄ ad frigiditatē. Reducit. n. se a sua forma substātiali principaliter per frigiditatem que exuperat calorem. ¶ Nihilominus probabilius existimo minus esse frigiditatis in aqua bullienti q̄ꝫ caloris. Ideoq̧ tādē respondetur, ꝙ illa reductio ad frigiditatem attribuitur generanti aquā, vt dictū est de motu grauiū ⁊ leuium. Et ideo licet frigiditas sit multo minor calore, tamen quia forma agit in virtute generantis, plus potest forma, vt reducat se ad frigiditatē ⁊ conseruet se inesse, q̄ꝫ calor in absentia cōseruantis possit resistere. Calor enim, nisi sit in subiecto naturali, puta in igne, vel in mixto vendicante sibi talem calorem, indiget semper ab extrinseco conseruari: alias non potest resistere forme subiecti in quo est: licet minus ibi sit de accidente contrario. Unde regula illa, ꝙ a proportione minoris inequalitatis non fit actio, intelligēda est inter accidentia contraria, que sunt in suis cuiusque naturalibus subiectis: puta inter calorē qui est in igne ⁊ frigiditatem que est in aqua.

¶ Hinc sequitur, ꝙ animal infirmum, quod semel est extra suam naturalem dispositionem, non ita facile ab intrinseco reducitur ad sanitatem ⁊ integrum statū naturalem. Nempe quia illa reductio animalis fit per hoc quod pars sana mouet non sanam: ⁊ quia omne agens in agendo repatitur, debilior fit in tali actione semper calor naturalis. Et inde est ꝙ natura indiget medicinis extrinsec⁹ adiuuari. Hinc est quorūdam opinio medicorum qui existimāt corpus quod semel notabiliter est extra suam naturalem dispositionem, raro aut nunq̄ꝫ ad integrum statum naturalem redire. Tametsi mihi nondum sit hoc exploratum. Sed tamē hactenus physicus.

¶ Ad quintum principale abūde responsum est in commento textus sexti: vbi recitauimus opinionem Auice. tenētis non esse per se notum: naturam esse: eiusq̧ rationes diluimus. Unde in proposito satis est dicere ꝙ Aristote. in. 1. phy. non demōstrauit naturam esse, id est, aliquod esse principiū motus. Imo dixit ꝙ qui hoc negat, negat primum principium scientie. Sed intentio eius fuit in illo libro ostēdere que nā res sit actus natura, scilicet, ꝙ materia non est ens actu cōpletum, sed pura potentia: nec forma est duntaxat accidens: sed actus substantialis. In quibus ambobus errabant antiqui. ¶ Ad commentatorem vero non est necessarium respondere: nam ipse se exponit: quippe qui ait, naturam esse, non esse demonstrabile: sed esse quodammodo explicabilē eius diffinitionem per experientiam, videlicet, illud esse intelligendum nomine nature, quod est principiū motuum naturalium, quos experiātia compertos habemus.

¶ Tex. vij. Lecti natura, lignum, &c. Et capi. ij. tex. xviij. Determinatis his. &c.

## Quæstio secunda.

¶ VTRVM ET NATVRAlia ab artificialibus: & physica à mathematicis distingnantur.

ADuersus partem affirmatiuam primi membri questionis arguitur sic. Sunt artificialium forme plurime, que principia sunt motus eius in quo sunt: ergo nō est hec vniuersalis drīa inter naturalia ⁊ artificialia. Antecedēs patet in forma nauis, in formis rotarum plaustri, ⁊ aliis id genus. Nauis enim non ita velociter moueret, nec rota, nisi sub illa forma artificiali. Item ars citharizādi ⁊ saltandi est per se principium motus eius in quo est. Etenī motus manum cithared ⁊ motus pedum saltatricis nō potest fieri: nisi ars sit in ipso subiecto quod mouetur, puta in intellectu mouentis pedes aut manus, ergo. ¶ Et confirmatur. Stat aliquem eundem motū esse simul ab arte ⁊ natura: ergo artificialia non distinguūtur a naturalibus. Hoc patet de sanitate q̄ fit ab arte medici, sed concurrente natura infirmi: ⁊ de doctrina que fit a doctore: sed concurrente ab intrinseco natura discipuli: ergo non in vniuersum differunt naturalia ⁊ artificialia. ¶ Secundo principaliter arguitur. Si naturalia distinguerētur ab artificialibus, sequeret ꝙ forma artificialis distingueretur a subiecto naturali: distinctio enim rerū non est, nisi a formis que sunt distincte: consequēs est falsum: ergo ⁊ antecedens. Probatur minor. Cum fustis recta incuruatur vt fiat arcus: aut extrema lamine auri iunguntur vt fiat annulus, efficitur nouum ens artificiale: ⁊ tn̄ nihil videtur illic produci de nouo preterq̄ꝫ ꝙ res naturalis aliter se habet q̄ꝫ ante: quia non videtur quodnam accidens manus artificis sine aliqua alteratione solum per motum localem possit producere: ergo naturalia non distinguūtur ab artificialibus. ¶ Tertio principaliter arguitur pro parte negatiua secūdi membri questionis, nempe contra id quod ait Aristo.

In aq̄ plus semp est fri goris ⁊c.

Aristot. toto cap. 2. scilicet, scientiam physicam distinctam esse a mathematicis, eo ꝙ mathematicꝰ abstrahit a materia, physicus vero non. Inprimis, omnis scientia abstrahit a singularibus: ergo tam physicus q̄ mathematicus abstrahit a materia.
¶ Et confirmatur. Tam physicus q̄ astrologus demonstrat terram esse rotũdam: ⁊ vterq; tractat de motibus planetarum, de figura orbium ⁊ syderum q2 hec omnia sunt forme ⁊ ꝓprietates naturales rerũ, ergo non prorsus differt inter scientiã physicam ⁊ mathematicas. ¶ In contrarium est Aristo. qui text. 1. ⁊ 2. asserit naturalia distingui ab artificialibus: ⁊ in hoc text. 7. dicit ꝙ lignum est natura ⁊ subiectum lecti: ⁊ es, statue. Ubi videtur distinguere inter ens naturale ⁊ formam artificialẽ. Et cap. ij. distinguit inter scientiã physicam ⁊ mathematicam.

## ¶ Duos breues articulos designat questionis titulus.

Primus est quomodo naturalia differant ab artificialibus: ⁊ secundus quomodo physica a mathematicis. Circa primum hoc imprimis attendendum est ꝙ diuersa est questio, vtrum naturalia distinguantur ab artificialibus, ⁊ vtrũ forma artificialis distinguatur a subiecto naturali: in quo est. Prima enim est questio physica, quam hic tractat Arist. text. 1. ⁊ 2. ⁊ fere in. 1. cap. Cuius sensus est, sint ne eiusdem, an diuersorũ predicamentorum: secunda vero est metaphysica: que obiter hic inseritur. Et ideo de singulis sensibus statuemus in primo artic. singulas conclusiones.

1. Conclu. ¶ Prima conclusio est. Naturalia differunt formaliter ab artificialibꝰ, siue forma artificialis sit res distincta a subiecto, siue non. Etenim scamnum domus, ⁊c. sunt in predicamento qualitatis, lignum vero lapis, ⁊c. sunt in predicamento substantie.
¶ Hanc probat hic Arist. quia ens naturale, inquantum est naturale, habet in se principiũ sui motus: artificiale vero, non. Lectus enim aut statua ab illa forma artificiali nullum habet proprium motũ: sed tamen a forma naturali habet vt descendat deorsum. ¶ Atqui rem aliquam, que in hoc differat a naturali, exhibere non possumus, nisi artificialem: nam forma proprie loquendo aut figura esse non potest, nisi aut naturalis, aut artificialis. Sed

Naturale, ⁊ voluntarium. tamen si operationes aut actiones considerentur: distinguitur in hoc naturale, non solum ab artificiali: sed a voluntario, quod est in moralibus: ⁊ a supernaturali, ⁊ a fortuito: ⁊ violento. Opus enim virtutis liberum, licet sit quodammodo naturale idest, ex inclinatione nature ad bonum, tamen nõ dicitur naturale, vt in proposito: quia illud non est a natura, idest, a materia vel forma, nec ab aliquo accidente naturali: sed ab electione. Unde tam naturale q̄ voluntariũ fit a principio intrinseco. Ait n. Arist. 3. ethi. c. 1. ꝙ voluntarium est cuius principium est intus in ipso agente. Differunt tamen, ꝙ naturale est a principio naturali: voluntarium vero ab electione voluntatis: que est principium libe-

Violentũ. rum. ¶ Ex quo sequitur ꝙ violentum opponitur vtriq;. s. ⁊ naturali ⁊ voluntario. Est enim violentũ, vt ibidem habetur, quod fit a principio extrinseco passo non cõferente vim. Sed passum cõferre vim, stat dupliciter. Uno modo per inclinationem principij naturalis. Quemadmodum diximus calefactionem aque non esse illi violentam: quia calor ille educitur de potentia materie. Alio modo per electionem. Unde quando quis scienter vapulat a prelato, qui cum posset resistere, non resistit, nõ est vapulatio violenta: sed libera. Unde cum hereticus comburitur, combustio illa nõ est violenta, vt opponitur naturali: est tamen violenta, vt opponitur voluntario: quia passum confert vim per materiam naturalem non tamẽ per voluntariã electionẽ. ¶ Rursus naturale opponit̃ supranaturali. Si enim Deꝰ moueret lapidẽ sursum, motꝰ ille nõ esset naturalis: quia non esset a principio intrinseco actiuo, aut passiuo. Sed tñ nec est violentus, acsi moueret̃ a causa naturali: q̃a respectu cause naturalis lapis resistit: respectu vero Dei minime: quoniã in omni re naturali est obediẽtia respectu dei. Unde motꝰ lingue asine Balaã, nec fuit violentus nec naturalis: sed supranaturalis. Et idẽ est de cessatione solis, Josue. 10. ⁊ de cessatione celorũ ĩ fine mundi. ¶ At dubiũ est cum graue ascendit ne det̃ vacuũ, vt cũ attracto aere ascendit aqua per fistulam, vtrum motus ille sit violentus, postq̄ est contra particularẽ naturã aque: an sit naturalis cũ sit a natura vniuersali. ¶ Rñdet̃ ꝙ licet posset responderi cũ distinctione. s. ꝙ est vno modo naturalis, ⁊ alio mõ violẽtus: tñ simpliciter loquẽdo est naturalis: siquidẽ est a natura vniuersali. Sz est violẽtꝰ secũdũ qd. Idẽ dicere possumꝰ de mõstris. Cũ. n. animal nascit̃ orbatũ aliquo mẽbro, aut sub effigie alterius speciei q̄ sit intenta a natura particulari mõstrũ est, eo ꝙ est contra naturam particularẽ: sed tamẽ simpliciter est naturale. Nã qñ homo nascitur. 6. digitis, aut. 4. illud fuit ex ĩpedimẽto dispositionis materie: qꝺ quidẽ fluxit ex actione causarũ vniuersaliũ, ⁊ alicuius cause particularis in matrice. Queadmodũ corruptio aque ab igne, licet quodãmodo secũdũ quid posset vocari contra naturã aque, est nihilominus simpliciter naturalis. ¶ Fortuitũ autẽ, seu casuale, si accipiatur vt distinguitur cõtra naturale, mõstra ista possunt dici fortuita: q̃a sint preter intentionẽ agentis particularis. At vero fortuitũ ⁊ casuale potius dicũtur respectu eorũ que agunt a proposito ⁊ libere. Unde fortuitum est quod euenit preter intentionem agentis. Ut inventio thesauri, quã nõ intendebat fodiens terram. Sed de hoc latius. q. 3. ¶ Unde ad primum argumẽtum principale, qꝺ directe est aduersus hãc primã cõclusionẽ, respõdetur ꝙ forme artificiales possunt esse cause, non quidẽ motꝰ naturalis quo ad substantiam, sed velocitatis quo ad modum. Globus enim velocius descẽdit, q̄ quadratus lapis: quia figura circularis est apta ad motũ. Unde ꝙ nauis supernatet aque, habet a natura ligni: si enim esset plumbea non nataret: ꝙ vero ita velociter moueatur a ventis, forma artificialis est causa, ⁊ idem dicendum est de rotis plaustri.
¶ De artibus vero saltandi ⁊ citharizandi, posset quis dicere ꝙ non sunt principium motus naturalis: ⁊ ideo non sunt nature. Sed hoc est quod argumẽtũ contendit, videlicet, ꝙ diffinitio nature conueniat arti, que nõ est natura. Quod si dicatur ꝙ ars nõ est principiũ primum illius motus, sed forma substantialis solutio non satisfacit: quia certe ars illa est principium primum motus talis. Dicẽdum ergo arbitror de istis artibus, sicut de forma nauis. Nam ars illa non est principium motus saltatricis quãtum ad substantiam motus, sed quantum ad modum, quo mouentur mẽbra. Uñ sicut natura est principiũ motus simpliciter, ita ⁊ ars forma artificialis põt esse p̃cipium motus artificialis, qui est modus quidã motus naturalis. Et ita motus rotarum plaustri põt dici etiã motus artificialis. ¶ Ad aliud de sanitate rñdetur, ꝙ sanatio est motus mixtus, puta partim naturalis partim artificialis: medicina enim non sufficit per se sana-

Right margin notes: Supranaturale. — Ascensus grauis. — Mõstrum. — Fortuitũ. — [illegible].1.prin.

re nisi iuuando naturā. Et ideo ille motus est partim a principio intrinseco ⁊ partim ab extrinseco puta ab arte. Et idem est dicendum de acquisitione doctrine, que est ab itellectu discipuli, arte magistri dirigente.

## ¶ Secūdus sensus. s. an forma

artificialis distinguatur a subiecto naturali, est, vt diximus metaphysicus: a quo proinde facile nos extricabim⁹. Sunt de hoc due extreme opiniones

Due opiniones. ¶ Prima est nominalium, qui vt negant quantitatē distingui a re quanta, ita negant formam artificialem distingui a subiecto. Sed dicūt ꝙ cum artifex facit domum, aut calceum, aut statuam, nihil aliud facit ꝙ̄ rem aliter se habere. Potissimum argumētum est secundum principale. Et certe qui scribit non videtur aliquod accidens producere, sed atramentum facit aliter se habere. ¶ Alia est realium opinio in alio prorsus extremo, tenentium, ꝙ non solum quantitas distinguitur a re quanta, sed preter quātitatē produci ab artifice formam artificialem, q̄ est qualitas. ¶ Inter has duas opiniones arbitror medio modo dicendū. Non facile declinare velle a via regia: ī hac tñ parte forte nō displicebit

2. Conclu. modus iste noster loquendi: quem hac secunda cōclusione huius art. expono. ¶ Forma artificialis nō distinguitur realiter a quantitate, tanꝙ̄ res alia, sed solum formaliter. Forma inquam artificialis, que est accidens ab arte precise productum. Nam possunt per artem applicando actiua passiuis produci forme noue substātiales, vt patet de forma panis q̄ specie distinguitur a tritico: ⁊ de forma vitri que distinguitur a massa: vnde fit. Uolo dicere ꝙ cū faber lignarius facit quadratum lignum, quod erat rotūdum, nihil de nouo producit, preter nouā superficiem que est terminus quātitatis illius corporis. Et idem de statuario dicēdum est. Unde qui domum ex sectis lapidibus ⁊ lignis construit, nullum prorsus accidēs producit: sed ex superficiebus partium fit vna figura domus. Que non est vnum ens, nec vna quantitas, sed est vna figura in genere qualitatis, ⁊ idem dicendum de sartore ⁊ sutore facientibus vestem, aut calceum. ¶ Hanc conclusionem aduersus negantes quantitatem distingui a re quanta, non alijs rationibus corroboro, ꝙ̄ illis quas in predicamento quātitatis fecimus ad suadendum quantitatem distingui a re quanta. Que licet nō sint demōstrationes, certe in physica ⁊ potissimum secūdū Arist. rem faciūt probabilissimā. Admissa vero quātitate distincta, cum figura ⁊ forma sit qualitas, que est passio quantitatis, manifestum est ꝙ figura, vel est qualitas distincta a quantitate, ita vel saltem quantitas ipsa. ¶ Quod autē non sit qualitas realiter distincta a quantitate, ita vt sint due res, his mihi saltem rationibus persuadeo. Primo pluralitas ista rerum asseri non debet nisi ꝓpter aliquā rationē que nō sit bono modo solubilis: sed certe nulla est efficax ratio qua concludatur esse accidens distinctum a quātitate, imo oppositū videtur intellectus cōcipere, alias quoties quis digitū aut in directū porrigit aut in arcū contrahit nouū accidēs ꝓduceret qa figura est diuersa. ¶ Sed potissimū apud me argumētū est hoc secūdū. Si forma. v. g. statue esset accidēs distictum a ligno ⁊ eius quātitate, sequeretur, ꝙ De⁹ posset seruare lignum cum sua quātitate sine illo accidēte nec contrarium possum ratione vlla aut authoritate in animū inducere, mirabile em̄ est ꝙ Deus fecerit duas distinctas res, quarum nulla est pars alterius, tñ non posset quālibet illarum sine altera conseruare. Tunc arguitur. Separato illo accidēte quod est figura, manēte ligno ⁊ sua quantitate, profecto haberet eandem effigiem quam modo habet nam haberet eosdem terminos ⁊ extrema quātitatis: ergo superuacaneum est ponere figurā esse aliud accidens preter quantitatē. Eodem argumento cōuincor dicere: ꝙ esse existētie nō est res alia secunda distincta ab essentia, vt discipuli multi S. Tho. (nescio an. S. Tho.) habent pro comperto. Nam certe si existentia realiter distingueretur a me, illā Deus posset corrūpere me saluo, ⁊ per consequens tunc ego existerem sine re illa: atq; adeo vanū est ponere aliud preter me ⁊ mei partes quo ego sim. Sed dicit esse distingui ab essentia: sicut sedere ab hoīe: quia nō est de essentia hominis vt sit quippe cū ante mūdi creationē homo erat animal rationale. Sed de hoc alias. ¶ Quod si qs in nos argumentū retorqueat: quia eadē ratione ꝓbaret figurā nō esse quātitatē: nā seclusa etiā quātitate a ligno, substantia ligni si supernaturaliter maneret, eādē figurā haberet, quā modo habet. Hoc certe negatur. Imo seclusa quantitate, licet Deus per miraculum posset seruare partes meas i loco in quo sum, non tamen esset intelligibile ꝙ ego haberem effigiem faciei, quā modo habeo, ⁊ figuras mēbrorū. Hoc est ergo potissimū argumētū ꝙ figura est ipsamet superficies exterior quantitatis.

¶ Tertium argumentū est de figura domus aut vestis. Queritur em̄ figura domus sit ne diuisibilis an indiuisibilis: indiuisibilis censeri non potest: si quidem domus ex rebus diuisibilibus cōstat: ⁊ preterea: qa si esset indiuisibilis, esset in qualibet parte domus, sicuti anima in corpore: ⁊ tunc quelibet pars esset domus. Si vero est diuisibilis, tunc necesse est dicere, ꝙ sit tota in omnibus partibus collectiue. Et tunc sequitur ꝙ non est vnum accidēs numero. Intelligere enim nemo sane mentis potest vnum numero accidens esse in pluribus substantijs nō facientibus vnum ens: quales sunt partes domus. Scio realissimos istos cōtendere soluere hoc argumentū: solutionis tñ eorū neque faciūt satis argumēto, nec oportet eas in mediū afferre. ¶ Est quartū argumētū: quia vel forma domus ꝓducitur successiue vel in instanti: in instanti vix po test sustineri physice: quia sola forma substantialis est que incipit esse per primum fuisse. Si vero producatur successiue, palā cōsequitur ꝙ forma totius non est aliud ꝙ̄ aggregatū ex formis partiū. Que est conclusio quam nos intendimus. Et cum forme lapidum ⁊ lignorum non sint nisi superficies vltime sequitur ꝙ ex illis resultat forma domus.

¶ Aliud esset proprium argumētū aduersus Paulum venetum ⁊ alios: qui hoc loco tenēt, nō solum figurā distingui a subiecto naturali, verū ꝙ nomen rei artificialis supponit ꝓ aggregato ex subiecto ⁊ tali accidēte. Itaq; ista noīa, statua lignum arca. ⁊c nō supponūt ꝓ ligno habēte figurā: sicut istud nomē figuratū sed ꝓ aggregato ex ligno ⁊ figura. Sicut homo supponit ꝓ aggregato ex materia ⁊ forma. ¶ At vero modus iste loquendi, tametsi a viris alias magne authoritatis sit vsurpat⁹, certe vt honore eorū dixerim, non est philosophis recipiēdus. Nā quicquid ipsi dicāt, cū forma artificialis adueniat enti in actu, ex subiecto ⁊ tali forma non fit vnū ens per se, sed per aggregationē: sicut ex subiecto ⁊ albedine. Et ideo ista noia non supponūt pro tali aggregato: alias non ponerentur in vno predicamento, magis ꝙ̄ si diceres, aggregatū ex substantia ⁊ accidente. Supponunt ergo hec noia pro subiecto connotando tales formas.

¶ Igitur

Ad. 2. pri. ¶ Igitur ad secundū principale argumētū qđ pugnat a parte noīaliū cōceditur ꝙ q̇ fustē, aut aurū, aut qđcunq; aliud ens naturale mutat in diuersas formas artificiales nullū nouū accidēs ꝓducit, qđ sit qualitas disticta, vt certe bene ꝓbat argm̄. Unde q̇ ex pluribꝰ frustis facit vestē aut calceū, aut ex pluribus lapidibꝰ ⁊ lignis facit domū, nihil producit distinctū a quantitatibus partiū. Sed tñ aliqñ producitur nouus terminus quātitatis. Dictū em̄ est. q. 2. in p̄dicamento quātitatis, ꝙ due pedalitates vnius cōtinui bipedalis, vniūtur ꝑ vnā superficiē q̄ est terminꝰ cōis vtriq;. Obidq; due superficies nō possunt eē immediate. Unñ sequitur ꝙ cū diuiditur cōtinuū, necesse est vnam saltem superficiē produci de nouo: nā partes que cōtinue terminabātur per vnam superficiem: terminantur diuise per duas. Ideoq; statuarius cudendo lapidē, aut dolando lignū, necesse est vt producat nouas superficies q̄ educuntur de potentia

Ad argumenta realium. quātitatis. ¶ Sed restat soluere argumēta realiū, quibus cōtendūt ꝓbare figuram esse qualitatē distinctā realiter a superficie. ¶ Et prius arguūt authoritatibus Arist. Ait enim in hoc tex. 7. ꝙ lignū est subiectū lecti. ⁊ ęs est subm̄ statue. Quod infra text. 28. repetit. Et rursus text. 13. confitetur antiquis ꝙ si statua ligni defodiatur sub terra, nascitur quidē lignū, non autē forma statue. Ait nanq; ꝙ nascitur ex hoīe homo, nō tñ ex lecto lectus: subm̄ autē ac forma videtur designare aliquā distinctionē. Itē si ex statua germinatur forma ligni, ⁊ nō forma statue, vidētur esse distincte forme. Et. 8. meta. tex. 9. ait ꝙ forme artificiales nō sunt substātie: sed accidētia. Et in summa in predicamētis. c. de qualitate, forma ⁊ figura ponuntur species qualitatis: sed predicamenta sunt essentialiter distincta: ergo forme artificiales realiter distinguūtur ⁊ a quantitate ⁊ a substantia. ¶ His verūtamen aliisq; id genus Aristo. dictis, abunde respōdetur illo verbo qđ in conclusione posuimus. Qđ quidē in predicamēto quātitatis. q. 2. arti. 1. copiose tractauimus. Ubi dictū est, ꝙ stat aliqua quodammodo distingui formaliter, dato ꝙ nō ponant in numerū tanq̄ due res. Formalis enim distinctio est eorū que ratione ⁊ diffinitione differunt, qua ratione non predicantur de se inuicē in abstracto. Nullatenus enim cōcederet Arist. ꝙ substātia est similitudo, aut sessio: licet nec forsan concederet ꝙ relatio, aut situs sit res alia a substātia. Eodē modo ego hic dicerē, ꝙ quātitas ligni idētice ē res q̄ est forma artificialis: tñ hęc est falsa, quantitas est forma artificialis: quia facit sensum formalē. Et ideo nō solū facit sensum ꝙ sit eadē res, sed ꝙ sint idē ratione: quod est falsum: qm̄ forma artificialis significatur per modū forme accidētalis respectu ligni, ⁊ quātitatis eius. Et ideo alia est ratio ⁊ diffinitio ligni ⁊ alia quuntitatis ⁊ alia forme scamni: ⁊. 5. meta. tex. 8. ait Aris. ꝙ quarto modo ea sunt idem, quorū ratio est eadem: ⁊ ea

Figura artificialis. sunt diuersa, quorū rationes sunt diuerse. Obidq; figura artificialis formaliter, ⁊ secundū rotionē figure est qualitas: identice tñ est eadē res q̇ est quātitas. Lignū autē est statua, ⁊ scannum, ⁊c. Nam cū hęc predicata sunt concreta, formaliter predicantur de substantia. Eodem modo ligna ⁊ lapides nō sunt forma domus, sed sunt domus. ¶ Quod si rursus arguas. Domus formaliter ponitur in vna specie predicamēti qualitatis: ergo significat vnā formam. Patet ꝯñia, qa ens, qđ dūtaxat est vnum per aggregationē: nō ponitur in vna specie predicamēti, vt aggregatū ex lapidibus ⁊ lignis, cū illnd non sit ens, sed entia. ¶ Respōdetur vt sepe solemus secundū Arist. 4. meta. text. 3. vbi ait tot esse species vnius, quot sunt species entis. ⁊ lib. 5. tex. 7. vbi ait vnū dici multipliciter sicut, ens: rñdetur inq̄ ꝙ domꝰ dicit vnā formā in genere q̄litatis: quę tamē est plura in genere quātitatis. Domus autē supponit collectiue ꝓ pluribus in genere substantie. ¶ Per hec soluitur aliud argm̄: qđ sumitur ex dictis Aris. hic in tex. 13. Stat rem naturalē manere, artificiali corrupta, vt si manētibus lapidibus, ⁊ lignis, destruatur domus: ergo forma est alia res a lapidibꝰ ⁊ lignis. Negatur enim ꝯñia. Sed solū sequitur, ꝙ formaliter. i. secūdū rōnē ⁊ diffinitionē distinguit̄. ¶ Per hec facile rñdebitur ad quodcūq; argm̄ realiū. Arguūt em̄ ꝙ eadē res esset duo cōtraria, vt si ex eadē cera, aut filo, nūc fieret quadratū ⁊ statim circulus: eadē res q̄ mō est figura vna postea est alia. Cōceditur. n. ꝯñs idētice, formaliter tamē negatur. ¶ Sed Achilles eorū est. Cū sit res artificialis aut fit aliq̇d: aut nihil: nō est dicēdū ꝙ qui facit vestē, aut statuā, faciat nihil: ergo facit aliquid. Tunc vel illud aliquid est forma distincta, ⁊ habetur intētū, vel solū aliqualiter se habere: ⁊ tūc petitur (inquiunt) principiū. Nā illud, aliqualiter se habere, vel distinguitur a rebus q̄ aliqualiter se habent: ⁊ sic erit forma distincta: vel nō distinguitur ⁊ sic nihil fit. ¶ Rñdetur tñ ꝙ artifex semper facit aliq̇d. Facere vestem. Et si queratur q̇d facit, dico ꝙ facit domū, calceū aut statuā. Quę est factio secundū quid, vt. 1. huius tex. 62. dixerat Aris. Et cū interrogatur vtrū illud aliquid sit res noua, q̄ antea nō erat vel solū aliqualiter se habere: respōdet̄ ꝙ aliquādo est aliq̇d distinctū: vt cū sculptor scalpit lapidē, semꝑ nouā, ⁊ nouā superficiē ꝓducit: q̄ est terminꝰ quātitatis. Aliquādo vero nō est q̇d distinctum, vt cū ex frustis pāni aut corei fit vestis: aut calceꝰ, aut quādo ex lapidibus ⁊ lignis construitur domus. Neq; hoc est petere principium: quia ita disponere partes, est facere domum: quod est facere aliquid.

¶ In articulo secūdo restat breue facere verbū de distinctione scientie physice a mathematicis. Ubi notandū ꝙ ponere differētiam inter sciētias (vt cōmēto hic. 16. notauit Cōmentator) pertinet in cōi ad dialecticā. Unde. 1. post. tex. 43. docet Aris. sciētias distingui penes obiectū. Nihilominus in particulari nō est abs re examinare hic quō physica differat a mathematicis: ꝓpterea ꝙ vident̄ cōuenire in obiecto. Presertim physicus ⁊ astrologus. vbi adnotāda est quātum ad rē pertinet dr̄ia inter puram physicā ⁊ puram mathematicam (qualis est Geometria) ⁊ scientiam mediam (qualis est Astrologia.) Obiectum em̄ propriū mathematici: siue pure sit mathematicus, siue mediꝰ, est quantitas. Unde consideratio rei naturalis in ordine ad materiā sensibilē. s. vt subiicitur qualitatibus ⁊ motui, est pure physica: vt consideratio de osse ⁊ sanguine, de cōplexione animalis ⁊ arboris ⁊c. Et pariter consideratio de quātitate in ordine ad motū. vel inquatū est terminus rei naturalis: vt tractare de curuitate inquātū est figura nasi: ⁊ de figura spherica inquantū est terminus cruris, aut trunci arboris: aut inquātū est apta ad motum ꝑpetuū, secundū quā rationē cōsiderat physicus de figura orbiū ⁊ astrorum. Pure autē mathematicꝰ considerat de quantitate ⁊ figuris eius, sine aliquo respectu ad materiā sensibilē. Cōsiderat. n. geometra naturā triāguli, q̄ ē habere tres angulos eq̄les duobus rectis, nō cōsiderando ꝙ sit durū, aut mole, in tali, aut tali corpore. Sciētia vero media tra-

Differt inter physicā ⁊ mathematica.

ctat q̄deni naturā quātitatis cōtracte ad aliquam certā materiā sensibilē. vt Perspectiua, de lineis ⁊ angulis radiorū visualiū: Musica, de proportione numeri sonori Astrologia vero, de figura corporis celestis. ¶ Sed hinc nascit̄ dubiū: q̄a videtur Perspectiua non differre a physica. At enim physicus tractat de curuitate, quatenus est in naso, aut in tibia, ita tractat perspectiuus de lineis ⁊ angulis, quatenus sunt in materia sensibili: ⁊ astrologus de quātitate quatenus est in astro. ¶ Respōdet̄ ꝙ differūt dupliciter. Primo in obiecto: ⁊ secūdo in medio demonstrationis. Primo. n. differūt, ꝙ Astrologus tractat quidē de figura astri, solū inquātū est figura: nō cōsiderādo, an illa naturaliter cōueniat astro, nec ne. Nec cōsiderando ad quē finē habet illā figurā. Physic⁹ autē tractat de illis figuris, nō inquantū sunt figure solū, sed inquātum sunt proprietates cōuenientes nature ⁊ fini astri. Unde sequitur secūda differentia ꝙ physicus demōstrat illud in ordine ad finē: vel causam efficiētē, vel materialē. vt. q. 5. amplius patebit. Demōstrat em̄ physicus cęlū esse rotūdū ⁊ astrū q̄dcunq̄, hoc modo. Perpetuo motui debetur figura perpetua: sed figura spherica habet rōnem quādā perpetuitatis (quatenus circulus, nec principiū habet nec finē) ergo figura spherica competit celis, qui perpetuo mouent̄. Idem probabitur rōne materie. Corpus cuius materia nō est in potentia ad aliā formā, est ꝑpetuum: cęlū est hmōi: ergo est ꝑpetuum: sed corpori perpetuo cōpetit figura perpetua (q̄lis est circularis) ergo celū est figure circularis. Astrolog⁹ autē ostendit figurā solis vel a signo, q̄a eclipsis solis per interpositionē lune apparet orbicularis: vel probat orbem esse rotundum, propterea ꝙ sol dum mouetur semper eodē die ęqualiter distat a terra. Eodem mō perspectiu⁹ tractat de lineis ⁊ angulis radiorum visualium, nō inquātum ordinātur ad talē finem vel procedunt a tali causa physica, nec inquātum pertinent ad rei naturalis cōplexionem, aut naturā: sed inquātum faciunt hos vel illos angulos in oculo, vel hos aut illos bases in obiecto. Et ideo ait Aris. tex. 20. ꝙ iste scientie medie sunt magis physice, quia finis istarum scientiarum est explicare quātitatem non in vniuersali, sed talem quātitatem in rebus naturalibus.

Ad. 3. prin. Duplex ē materia.

¶ Ad tertium igitur principale argm̄: rn̄detur ꝙ duplex est materia. s. sensibilis ⁊ intelligibilis. Q̄d expressa sententia est Arist. 7. met. tex. 35. Materia sensibilis (vt ait. S. Th. 1. p. q. 85. ad secundū argm̄) est materia corporalis, vt subiacet sensibilibus qualitatibus ⁊ determinat certā speciem substantie: vt materia ligni, aut ferri q̄ vendicat sibi certas species qualitatū. Materia vero intelligibilis est substantia corporea, puta hac sola rōne, q̄ est subiectum quātitatis. Nā cum quātitas sit subm̄ qualitatum, q̄ sunt ꝑ se propria obiecta sensuum, possumus intelligere substātiam corpoream abstrahendo ab omni materia sensibili. s. ho̅is, equi ferri ⁊c. At vero vtrolibet modo accipiatur materia, accipitur adhuc dupliciter. Uno modo ꝓ materia singulari ⁊ signata, q̄ est hęc. Alio modo ꝓ materia in vniuersali abstrahēdo a singularibus. Dit ergo. S. Tho. loco citato, ꝙ oīs scientia abstrahit a materia singulari signata. Physica. n. (perinde atq̄ alie sciētie) nō tractat de his carnibus ⁊ his ossibus Petri in singulari: q̄a he numero partes non sunt de essentia speciei humane: siquidē he nō sunt in Paulo. Est tamē differētia, ꝙ physica nō abstrahit a materia sensibili in cōi ⁊ vniuersali, tractat. n. de animali ⁊ plāta, de osse ⁊ carne ī genere, aut ī specie humana, vel eq̄na, ⁊c. Mathematice vero, saltē pure mathematice, abstrahunt a materia sensibili nō solū in singulari: sed etiā in cōi. Etenim non solum abstrahit ī singulari ab isto triāgulo lapideo, aut eneo, verum nec cōsiderat in genere d̄ triāgulo lapidis, aut eris, sed de triangulo. At vero mathematice nō abstrahūt a materia intelligibili in cōi: quia licet abstrahāt a quacunq̄ naturali specie substātie, nō tamē abstrahunt a substātia corporea: q̄m tractāt d̄ figuris superficierū ⁊ corporū ⁊ linearū: q̄ non sunt nisi in substātia corporea. Quę q̄dem corporea substātia h₃ rōnem materie inquantum subiectum est quātitatis: s₃ dicitur intelligibilis, quia abstrahit ab speciebus rerum sensibiliū Metaphysica vero in hoc supereminet mathematicis, ꝙ abstrahit a materia nō solum sensibili, s₃ etiā intelligibili: q̄a tractat de substātia abstrahēdo: etiam a corporea. Speculat̄ nanq̄ de intelligentijs, q̄ abstrahunt ab oī materia physica, solum vero recipiunt actiones ⁊ mutationes spirituales. ¶ Ad confirmationē iam responsum est, ꝙ mathematicus ⁊ astrologus diuersis rationibus tractāt de figuris astrorum. Et q̄uis astrologus tractet etiam d̄ motibus planetarū, nō tamē q̄tenus sunt motus naturales cōpetētes celis: sed quatenus per motus iudicant de distantijs planetarū, d̄ ascēsu obliquo vel recto: q̄ noīa non est presentis loci interpretari. ¶ Eodem mō respōdet̄, ꝙ physicus demōstrat rotunditatem per hoc q̄d omnes partes appetunt venire ad centrum ⁊ in figura spherica oēs ꝑtes superficiei eq̄liter distant a centro. Astrologus vero id demonstrat a posteriori ex figura eclipsis lune, quę fit per interpositionem terre orbiculariter: vel ex eo ꝙ nō ex eadem parte terre videtur idem astrum, tumore terre impediente. ¶ Sequitur in text. Caput tertium. Determinatis, ⁊c.

Ad confir.

¶ In capit. iij. tex. xxxviij. Vno igitur modo. &c.

## ¶ Quæstio tertia.

### ¶ VTRVM QVATVOR sint tantum causarum genera.

PRimum omniū à parte negatiua arguitur, superfluū esse hic sermonē istum de causis. Ordo enim sciētiarum hoc, inter cetera, postulat, vt de re vna non nisi vno loco dicatur, de causis vero huiusmodi rei naturalis tractauit Philosophus. 2. poste. capit. 11. ⁊. 5. meta. tex. 2. ergo superuacaneum erat sermonem hic istū repetere. ¶ Secundo principaliter arguitur, ꝙ fuerit sermo mancus ⁊ diminutus. Causa vniuoce dicit̄ur de quatuor generibus, vti natura, de materia ⁊ forma: ergo sicut data est vna in genere diffinitio nature, ita ante causarū diuisionē cōstituenda fuisset diffinitio cause, oībus generibus cōis: quā tamē Aris. pretermisit. ¶ Tertio principaliter arg̃r. Causare idē significare videtur, q̄d agere: sed materia nullius est actiuitatis: ergo materia non est causa. ¶ Et eodem mō arguitur de forma ⁊ fine. Forma enim, ea rōne qua concurrit in genere cause formalis, nō efficit, s₃ fit, cū em̄ ignis ex stupa facit ignē, forma q̄ preerat in igne nō cōcurrit vt causa formalis, sed vt principiū efficiēs: forma vero ignis geniti, quę concurrit vt causa formalis, non concurrit actiue: sed cōproducitur ad ꝓductionē totius: ⁊ ꝑ conse

consequens potius habet rõnem effectus q̃ causę. ¶Et hoc inde præsertim confirmatur ꝙ forma vt lib.1.qõ.7.dictũ est posterius natura est q̃ totũ, ea saltem q̃ educitur de potentia materię. ¶Et de fine adhuc est magis notum non esse causam: tum q2 cã debet effectum pręcedere: finis autem est vltimum motus, quo habito cessat motus: tum etiã quia vt in sequentibus videbimus finis & forma in naturalibus coincidunt. Quarto principaliter arguitur, ꝙ nulla sit causa efficiens. Causa enim & effectus relatiue dicuntur: & per consequens simul se & inferunt & perimunt, vt text.37. autor est hic Philo. maxime sit sit causa in actu. Tunc sic arguit. Si aliqua esset causa efficiens, maxime essent illę quarũ exẽpla ponit Arist. in tex.29.s. consultor, pater faciẽs: & transmutans: sed ꝙ iste nõ sint causę, probatur: nam stat cõsultorem actu consulere, quãdo nõ fiat id quod cõsulit: & quãdo pater generat, tũc nõ est filius qui gignitur: & qñ filius genitus est, iam nõ est semen vnde genitus est: & quãdo statuarius incipit dedolare lignum facit quidẽ statuã: q̃ tamẽ non est: ergo istę non sunt causę efficientes. ¶In contrarium est authoritas Aristote.

¶Pro huius quæstionis decisione, q̃ precipuum hꝫ locum in physica notandum est primo ꝙ de causis rei naturalis, quatenus sunt principia eius cognitionis, ad dialecticum attinet disputare. De illis vero inquantũ sunt differentię entis (quod subiectũ est metaphysice) ad metaphysicum spectat dicere: diuiditur em̃ ens (inter alias diuisiones) in illud quod se habet, vt alterius causa, & illud quod se habet vt effectus. Sed negotium physicum est de causis disserere, ea ratione qua applicantur ad suos effectus, inducendo formas in materiam. ¶Et per hoc primum argm̃ diluitur.

Rñsio.1.argu. princi.

¶Notandũ est secundo: ꝙ Arist. nunq̃ diffiniuit in vniuersum causam vna diffinitione cõi ad oĩa genera: sed, vt hic patet & 5.meta. a diuisione causarum incipit: & vnũquodq; genus seorsum diffinit: q2 vix ꝓfecto cõstitui potest vna ratio ĩ qua oẽs causę cõueniãt: tametsi vniuoce causa dicatur de oĩbus generibus quatuor. ¶Et per hoc soluitur secundum principale argm̃, Aristoteli nanq; non solet esse curę genus diffinitione monstrare, qñ id per species perspicacius elucidatur. Ad ne suam cuius ad libitum diffinitionẽ proferre liceat. Causa (vt ex lib. de causis citari solet) est id ad qđ aliud sequitur. Hęc diffinitio, si sano mõ intelligatur, omne genus causę cõplectitur. Primũ oĩm in personis diuinis ad intra nulla est ratio causę & effectus. Pater enim producit generando filium: tamen q2 nõ facit essentialiter aliud: sed suã eandẽ essentiam dat filio, nõ est eius causa. Nec ambo sunt causa spiritus sancti, quem spirant. Item verbum, sequitur, dicit intrinsecã consequentiam & depẽdentiã illius quod sequitur ab a'io, ex quo sequitur. Etenim sequitur dialectice: dies est ergo sol lucet, tamẽ dies non est cã lucis, sed effectus. Nec filius in diuinis est effectus patris: q2 cum in eadem essentia subsistat, nõ dependet ab illo: sicut idẽ nõ dependet a se. Et pręterea non debent extrema consequentię accipi materialiter pro rebus, sed formaliter secũdum rationẽ causę & effectus. Deus enim qui causa fuit mũdi, ab ęterno fuit tanq̃ esset mundus: & pater multo tempore est ante filium. Sed consequentia debet intelligi de causa & effectu in actu. Sequitur enim medicus sanat: ergo sanitas fit. Sed de hoc latius in solutione ad postremum argumentum.

Ad.2. ꝑnc.

Causę diffinitio.

¶Tertio notandũ est ꝙ de numero causarũ fuerũt inter antiquos opiniones varię. Illi nanq; primi Philosophi, qui ponebant vnicum principium rerum, puta aquam vel aerẽ, &c. ignorauerunt, vt ait Arist. 1. meta. c. 3. rationem causę formalis: quia dicebant totam naturam rerũ esse vel aquam vel aerem: quę entia solũ se habebant, vt causę materiales, vt. 1. huius dictum est, & apertius in hoc tex. 7. alias vero formas non esse: nisi modos varios se habendi rerum. Ignorata autem causa formali, nosse perfecte nequiuerant causam efficiẽtem: atq; adeo nec finalem. Nam causa efficiens est q̃ producit formam propter finẽ. Quocirca ait Cicero lib. 1. academi. quęstio. ꝙ Democritus: quia ignorauit causam efficientem, ignorauit, & finem & ideo dixit oĩa fieri a casu. Hęc ille. Unde eo dementię sunt precipitati, vt omniũ effectuũ solam materiam assignarent esse causam. Nempe dentes anteriores esse acutos, & molares esse obtusos: plãtas pedis esse planas, oculos & aures esse talis dispositionis, solũ ratione materię prouenire: quã ita acciderat disponi. Cum tamen, vt Aristo. docte inferius ait, hęc omnia sunt propter finem, & ꝓpter operationes necessarias animalium. ¶In alio extremo Plato in Timeo posuit sex genera causarum. s. materiam, et finem, & efficiens principale, & instrumentum, & formam extrinsecam & separatam. s. ideam (quã vocabat causam exemplarem) & pręterea formam intrinsecam particularem. ¶Arist. vero inter hos medi⁹ multo omnibus sapienti⁹ quatuor excogitauit causarum genera: nempe materialem, formalem, efficientem, & finalem. Instrumẽtum vero reducit ad causam efficientem: & exemplar, ad causam formalem vt q̃ primum videbimus. ¶Quarto deniq; notandum est, ꝙ quemadmodum (vt initio secundi posté. visum est) quatuor sunt interrogationes eorum quę vere scimus. s. an res sit, quid sit, & an hoc sit hoc, & propter quid sit hoc: ita sunt & quatuor causarum interrogationes. Etenim quod generali nomine illic dicitur, propter quid, hic diuiditur in quatuor, vt, propter quid, specialiter sit interrogatio finis, a quo, interrogatio causę efficientis, ex quo vero, causa materialis: sed, per quid, est interrogatio causę formalis.

Causarum numerus.

Interrogationes causarum.

¶Ad genera singula descẽdẽtibus a materia inchoandum est: quę est primum subiectum qđ generationi supponitur. Cuius diffinitionem lib. 1. & tex. 71. & q. 6. satis exposuimus. Est em̃ primum subiectum ex quo cum insit aliqđ fit per se. Ad differẽtiam priuationis modo illic exposito. Adnotat vero Aristo. textu hic. 31. differentias quatuor materię. Ad cuius intelligẽtiam pręter ea quę in commẽto diximus, notandum est quatuor esse cõsuetas diuisiones materię. Prima. Triplex est materia. s. in qua, ex qua, & circa quam. Materia in qua, idem est quod subiectum formę. Quę est triplex (vt sit secunda diuisio.) s. materia prima nude considerata, quę est subiectum formę substantialis. Et materia considerata sub accidentibus. Quę in animalib⁹ organizata dicitur corpus physicum. Et tertia materia accidentium, siue naturalium, siue artificialium: corporalium, aut spiritualium, vt lignũ, anima, &c. ¶Materia ex qua (quę est tertia diuisio) est itidem triplex secundum Cõmentatorem in cõmen. 31. scilicet compositionis tãtum alterationis tantum, compositionis & alterationis simul, vt in exemplis Aristote. eodem textu patet. Compositionis tãtum, vt literę sunt materia syllabę: & lapides & ligna: materia domus: quę sine alteratione manent in eius compositione. Alteratio-

Materię.

Diuisiones q̃tuor materię.

nis tantum vt vinum ex quo corrupto fit acetum: & panis, pisces, ex quibus alteratis & corruptis nutritur animal. Tametsi hęc significantius dicūtur termini a quibus, ꝙ materia. Alteratiōis & compositionis simul, vt mel, acetum, & sal, sunt materia oxymeli (genus confectionis & potionis est.) Cōficitur enim oxymelus ex mele & aceto, alteratis quidem, sed manentibus secundum substantiam, vt putat Commen. Et hoc modo ait, elementa esse materiā mixtorum: quia censet formaliter illic manere. Quod tamen falsum est, vt in libr. de generatione examinabitur. Sed sunt materia, quia ex eorum inuicem alteratione & corruptione fit mixtum.

¶Ex quo sequitur ꝙ eadem est materia ī qua & ex qua. Quinetiam omnis materia in qua formę naturalis est ex qua. Siquidem & forma substantialis educitur de potentia materię, in qua recipitur: et omne accidēs naturale corporeum educitur de potentia subiecti. Materia enim in qua & ex qua solum dicit diuersos respectus. Respectu enim formę quam recipit dicitur in qua: sed respectu toti⁹ quod componit dicitur ex qua.

¶Materia circa quam est obiectum potentię vel habitus. vt materia visus est color: & materia fortitudinis, pericula belli. ¶Aliter solet diuidi materia in primam & secundam, vt materia secunda dicatur materia cum conditionibus indiuiduantib⁹, puta hic & nunc: ratione quorum producitur hęc numero forma. ¶Restat circa materiam tertiū ar-

Ad.3.prin. gumenti principalis declarare modum causandi materię. Illo nanque argumento conuincuntur iuniores quidam materiā impropriе esse causam: nempe quia causare est agere. At vero profecto isti non solum Aristoteli, sed physice veritati aperte contradicunt. cum enim compositum suapte natura pendeat ex materia, non solum in fieri, sed in cōseruari, negari neutiquam potest materiam esse causam. Et pręterea arguitur: quia eadem ratione nulla proprie esset causa, nisi sola efficiens. Nā forma quę generatur non concurrit ad esse geniti efficiendo, sed informando. Si ergo idem est causare, quod agere, forma non esset causa. Neque finis proprie esset causa. ¶Dicendum ergo imprimis ꝙ cau-

Causare. sare non est verbum Latinum in hac significatione ad significandum hoc quod est efficere: sed quia philosophi latini (sicut neque Greci) non habent vnum verbum generale quo comprehēdant diuersos modos concurrendi causarū, ideo a causa vsurpant hoc verbum, vt sit commune ad efficere & finalizare & materializare (vt sic loquamur) & informare. Et ideo negatur ꝙ causare sit agere: sed est superius. Materia enim vere & propriissime causat, dum concurrit in genere subiecti, de cuius potentia educitur forma. Atq; hic peculiaris est modus eius cōcurrendi. Simili ferme ratione ad argumenta alia de forma & fine in subsequentibus respondebitur. Cętera de materia quęstione. 6. copiose sunt exposita.

## ¶Forma ait Aristo. tex. 28. est

Forma. species & exemplum. Philosophus non magnopere curat rem per diffinitionem exprimere, dum modo exemplis constet. Et reuera si formam volumus diffinire, nihil potest significantius dici ꝙ ꝙ forma est actus per quem res in aliquo certo esse specifico constituitur. ¶Est enim, vt duplex esse, ita & duplex forma, scilicet, substantialis vt forma hois aut equi, per quam homo habet vt sit homo & equus vt sit equus, & accidentalis vt quantitas, calor, color &c. per quas res habet vt sit quanta & calida & colorata, hęc sit prima diuisio formę.

¶Secundo forma substantialis (vt exemplum Aristote. inuit.) alia est forma partis, quia est forma actuans materiam: & alia forma totius quę se habet vt forma respectu suppositi. vt humanitas ęquinitas & reliquę naturę. Etenim vt albedo se habet accidentaliter ad album, ita & humanitas essentialiter ad hominem: non disputo si humanitas distinguitur ab homine nec ne habes enim de hoc mentionem: in pre. cap. de substātia quęst. 1. Sed quicquid sit, negasset tamen Aristotel. in sensu formali ꝙ homo sit humanitas. Prima dicitur forma physica & secunda metaphysica: quia naturę considerātur a metaphysico non vt generantur & corrumpūtur. Et quia res sortitur speciem a forma. Aristot. vtiq; formam appellat speciem. Ob idq; text. hic. 31. non ponit exemplum de forma physica: sed de ęquitate, & natura metaphysica. At qui quot exempla posuerat de materia tot subiūgit de forma. At enim partes rei cuiuscunq; sunt eius materia, ita & compositio se habet vt forma.

¶Adiecit autem species & exemplar, vt exprimeret quiditatem ipsam agentis naturalis esse exemplar. Est enim exemplar duplex: aliud Dei qui est autor naturę. Et illud est ratio obiectiua in sua essentia (quin potius ipsa eius essentia) quam inspiciēs creauit hęc inferiora. Sed aliud est exemplar particulare cuiusq; agētis, quod nihil est aliud, ꝙ eius quiditas. Arbor enim & animal & res quęcunq;, a Deo directa, intēdit producere effectum similem naturę suę. Et in hoc Aristo. contradicit Platoni ponenti ideas separatas.

¶Forma accidētalis (vt sit tertia diuisio) alia est artificialis, & alia naturalis. Mox alia est spiritualis quę ad rem nihil pertinet cum nec sint dispositiones nec instrumenta generationis, aut corruptionis substantię. Alia est corporalis. Et hęc rursus alia est quę se tenet ex parte materię vt quantitas, & alia ex parte formę, vt qualitas. Diuisio forme accidētalis.

¶Modus ergo concurrendi & causandi (si verbum recipitur) proprius formę, non est (vt pretendebat tertium argumentum) agere seu efficere: sed est concurrere tanquam actum & terminum quo generationis per quem id quod fit habet esse. Quod enim concurrit vt forma ad generationem ignis ex stuppa non est; forma ignis generantis: illa eīm concurrit vt principium quo, efficientis: sed forma in qua genito terminat generationem. Modus cōcurrēdi formę.

¶Ideoque ad confirmationem respondetur ꝙ non est de ratione causę in vniuersum esse prius suo effectu, in quo multi profecto etiam melioris notę, vel ergo fallimur sed illud ꝓpriū est materię & efficientis, forma vero & finis non sunt prius effectu, sed simul. ¶Quod si arguas. Forma prius natura cōponit totū ꝙ totū sit: ergo prius natura est. Certe consequentia non valet. In his enim, quę sunt simul tempore, esse prius natura, nihil aliud est ꝙ esse causam. Et quia componere competit parti, conceditur totum esse, quia forma componit: sed tamē esse conuenit supposito in quo partes subsistunt et ideo econuerso, quia totum est, partes sunt. Quemadmodū q: albedo dealbat & informat: lignum est album: nō tamē q: albedo est alba. Fateor hāc esse metaphysicā: sed nō penitus adnotatu indignam. Ideoq; cū dicitur in diffinitione, causam esse id, ad cuius esse sequitur aliud, non intelligitur generaliter ꝙ causa sit prius natura: sed ꝙ prius natura cōponat, aut quodammodo moueat. Sicuti ante quā anteꝙ sit, mouet agens. Forma vero informando componendo acquirit esse in toto.

*Causa efficiens.*

¶ Causa efficiens ait Phi. tex. xxix. est primum principium: vnde incipit motus, aut quies. Animaduertenda est diffinitio. Particula enim, vnde distinguit causam efficientem ab aliis, lapides enim & ligna non se coniungunt ad compositionem domus, sed artifex est qui materiā applicat ad opus. Et pariter in naturalibus, nec materia se mouet ad formam, nec forma se in materiam inducit: sed agens est qui formam de potentia passiua materie educit. Apponitur, primum, quo excludantur accidentia que sunt velut instrumenta agentis. Calor namque ignis non est precipuum efficiēs: sed ignis per formam substantialē. ¶ Ex quo sequitur quod principium et natura impertinenter se habent. Natura enim est principiū actiuum, aut passiuum quo proprium suppositum mouetur: efficiens autem est principiū solum actiuum mouendi, aut proprium suppositum aut alienum. Unde materia est quidem natura, non tamen efficiens: forma vero ignis ea ratione qua mouet aquam non est natura ignis sed in quantū est principium passiuum motus sursum: est tamen efficiēs in quātum mouet aquam. Sed forma animalis respectu nutritionis proprie & augmenti, est, & natura simul & causa efficiens.

¶ Quod si quis arguat finem esse potius principiū vnde incipit motus: nam agens a fine quem habet in intentione mouetur ad inducendum formam in materia. Domus enim futura est, que mouet artificem ad opus. Respondetur quod, principium vnde motus, intelligitur quantum ad exequutionem: Et quanuis finis sit primum in intentione, tamen exequutio motus incipit ab agente. ¶ Modus ergo agendi cause efficientis omnium est compertissimus. est enim concurrere influendo in effectum.

¶ Efficiētis autē quāplurime, sunt diuisiones. At quia hec causa est in qua ratio cause perspicatior est, operepreciū est altius hic diuisiones generales cause enarrare. Que duodecim & his plures sunt. Aristot. textu trigesimo secundo. & infra, quatuor duntaxat expressit diuisiones cause. s. in singularem seu propinquam, & vniuersalem, seu remotam: in per se, & per accidens: in simplicem, & complexam. Quorum singula sex membrorum subsecando in causam in potentia et causam in actu, conficit membra duodecim. ¶ At vero vt copiosior lucidiorq; sit partitio. Causa primo diuiditur in causam per se & causam per accidens. Causa per se ait prima secunde. questio. 85. artic. 5. Diuus Thomo. est illa, que virtute sue proprie nature, seu forme, producit effectum. Loquitur autē particulariter de causa efficiente. Sed quo omnia causarum genera comprehendamus. Causa per se est illa ad quam per se. i. intrinsece ex sua natura sequitur effectus: nempe ad quem necessario est requisita. Quocirca causa particularis efficiens per se denominatur ab effectu: vt statuarius est per se causa statue: medicus, medicaminis, equus, equi: homo, hominis. Cause vero vniuersales vt Deus & intelligētie & celi: tametsi non denominētur a suis effectibus, sunt nihilominus per se cause omnium inferiorum. Causa per accidēs, opposito modo est illa que non est suapte natura requisita, sed per accidens coniungitur cum causa per se, aut cum per se effectu. ¶ Unde causa per accidens (vt sit. 2. diuisio) dupliciter cōtingit. s. aut quia accidit cause per se, aut quia accidit effectui. Et primo modo dupliciter.

*Prima diui. p se et p accidēs.*

*2. Diuisio. Causa per accidēs duplex.*

Uno modo, quia accidit eidē supposito in quo est causa per se, vt musicus est causa statue: qꝛ musica est in eodem supposito in quo est ars statuaria. Et huiusmodi causa nullatenus effectum attingit nec ad illū vtiq; pertinet. Alio modo suppositum ipsum singulare causa est per accidēs, quia accidit statuario, vt sit Polycletꝰ, aut quiuis alius. Que causa magis accedit ad causam per se, q̄ prima, vt in commento dictum est. ¶ Aliomodo cōtingit causa per accidens, quia accidit effectu per se. i. quia modo quodā attingit eum. Et hoc dupliciter: aut remouendo prohibens quo effectus impediebatur, vt qui fundamenta demolitur, est causa per se remotionis fundamenti, & per accidens ruine domus: & sal est causa per accidens conseruationis carnium, hoc modo attingens conseruationem, q̄ per se obstat causis corruptionis. Aut rursus causa per accidens coniungitur cum effectu per accidens positiue. Idque dupliciter. Aut pertingendo ad effectū ipsum per se intentum, quem cōsequitur effectus non intentus. Et hec est fortuna. Ueluti fodiens sepulchrum intentione sepeliēdi mortuum est causa per accidens inuentionis thesauri. Aut nō ptingit ad effectū vsq;, sed ad aliq; eius dispositionē. Et hec causa dicitur ocasio: sicut persecutio tyrānorū fuit causa fortitudinis martyrum: eo q̄ fuit causa mortis, ad cuius tolerantiā fortitudine opus erat. Et culpa, cuius improbus penas luit, ocasio est subsequentis mutationis mentis ad bonum: que a timore pficiscitur. De quibus causis, questio. 5. copiosius dicturi sumus. ¶ Ex dictis subsequitur superuacaneam esse sectionem illam cause in causam proprie dictam, et causam sine qua non. Enimuero si causa aliquomodo concurrit ad effectum, est quidem proprie causa. Sin minus, nihil penitus a causa per accidens distat. vt. Sanc. Thom. 4. senten. dist. 1. q. 1. artic. 4. adnotauit. Signum ergo quod creditor a debitore memorie gratia recipit, quod causa sine qua non est pos- modū solutionis, perinde est causa per accidens, atq; musica, statue: quia non plus ad effectum concurrit, Quare qui sacramentis ecclesie hoc duntaxat modo attribuunt esse causam gratie: simpliciter esse causam negant. ¶ Atqui quanuis Aristo. in sola causa efficienti posuerit exemplum, vt pote in qua diuisio hec, per se & per accidens, perspicatius conspicitur, communes tamen conditiones sunt aliis generibus. Corpus enim est per se causa materialis albedinis: sed magnum vel musicum est causa materialis per accidēs. Et anima est per se forma hominis: q̄ autē sit sapiens, est forma per accidens. Et sanitas est finis medici in quantum medicus: sed tamen q̄ medendo ditescat, est finis per accidens medici: & per se auari hominis.

*Causa sine qua non.*

¶ Contra hanc diuisionē sunt duo parua dubia. Primū est pter Ochā. 1. sen. q. 2. q. 10. vbi ait nō esse magis p se istā, calidū calefacit, aut edificator edificat q̄ istā albū calefacit, et musicꝰ edificat. Duo em asserit. Primū q̄ eo mō q̄ hec est p se, calidū calefacit, est & hec, albū calefacit, si calidū sit albū. Nā sequit bene, calidū calefacit, & albū est calidū: ergo albū calefacit, & p consequens predicatum per se conuenit rei significate per subiectū. Et hoc inquit sufficit vt sit per se. Et ad Aristotelem in hoc loco dicentem q̄ Polycletus, aut musicus per accidens est causa statue statuarius vero est causa per se, respondet sensum esse quod in sensu composito non stat hanc esse fal

*Dubia. Ochan.*


sam,

sam, Polycletus statuam faciens facit statuam, tamen stat hanc esse falsam, Polycletus statuam facit. Et hoc est (inquit) primam esse per se, τ secundam per accidens. Secundo ait econuerso hanc esse etiam per accidens: ignis aut calidum calefacit eo modo quo est hec, album calefacit, quia ignis calefacit per aliud .i. per calorē. At vero nescio profecto cur tam gratis negat Aristoteles vniuersalem modum loquendi philosophorum. Aristote. enim non dicit solum, quod edificans edificat: est per se vt subiectum dicat actum: sed, edificator edificat, statuarius est causa statue, vt dicat habitum. Et istam ait simpliciter esse per accidens, musicus est causa statue, licet sit vera. Et ita omnes loquūtur. Causa ergo per se dicitur illa q̄ explicat rationem formalē qua est causa huius effectus. Unde falsum est has esse per accidens, ignis calefacit, calidum calefacit, licet causa calefaciēdi sit accidēs, puta calor, quia propria τ per se causa principalis caloris est ignis: τ per se instrumentalis, est calor. Respondetur ergo cōsequētiā non valere edificator est cā per se statue, edificator est musicus ergo musicus per se est causa statue: propter appellationē q̄ mutatur. Nā ly: per se: appellat ꝓpriā rōnē subiecti. i. ꝙ iste hō rōne artis edificatorie edificat. ¶ Quocirca non est idē esse causam ꝑ aliud, τ esse causam per accidens. Ignis enim est cā per suam formam imo ignis calefacit instrumentaliter per calorem, qui est accidēs, τ tñ calefacit per se: quia de ratione intrinseca ignis est, τ forma tanq̄ pars quiditatis, τ calor tanq̄ passio. Et eadē ratione, licet ars statuaria sit accidens, nihilominus est per se causa statue. ¶ Nec sufficit predicatū conuenire rei significate per subiectū, vt propositio sit per se: sed requiritur (quo ad propositū attinet) vt effectus importatus per predicatū conueniat subiecto ratione significati formalis, vt, edificator edificat. Intelligo nō opus illis esse hec nos enūciare, qui in Aristo. versantur. Sane qui .1. poste. cap. 4. copiosissime de propositionib⁹ per se sit loquutus: sed eos admonitos esse velim, q̄ leui cā receptissimos modos loquendi ab scholis relegant. Nam τ vulgus quidem τ sapientes, cū audiunt pictorē pulchras depingere imagines, τ dicūt rem esse naturalē: cū vero audiunt, sutorē itidē pulchre pingere, rem dicunt esse accidentariā. ¶ Secundū dubiū est circa illud dictū tex. 38. ꝙ statuarius in cōmuni est causa ꝑ se statue: sed hic statuarius, causa huius statue

Alia est ratio cause τ alia, conditio. Arguit enim sic. Actiones (vt habetur .1. meta. ca. 1.) sunt singulariū: nō eñ homo in cōmuni, sed hic homo agit: ergo non statuarius, sed hic statuarius est causa per se. Ad hoc respōdet ꝙ aliud est loqui de propria rōne cause, aliud q̄ de cōditione que requirit ad exercitiū operis. Causa eñ per se cōuertibiliter respondet per se effectui. Et q̄ ad faciendum statuā, abstrahendo ab hac τ ab illa, nō requiritur hic statuarius, sed sufficit aliquis statuarius idcirco statuarius in cōmuni est causa statue in cōmuni: τ hic, huius: vt in cōmento peramplius expositum est. Cum hoc tñ stat conditionē requisitā cause efficienti ad agēdū esse ꝙ sit in singulari. Et hoc est quod ait Aristo. 1. meta. ꝙ homo non sanat nec sanatur, sed hic homo. ¶ Simili ferme modo dicendū est in predicamento substantie, ꝙ hominis in cōmuni causa per se est homo: τ hic homo per se huius hominis. Sed quodāmodo per accidens est causa hominis: q̄ potest fieri homo non ab isto homine. Quanuis non sit tā accidētalis: sicut Polycletus est causa statue. Nā ars per quā Polyclet⁹ facit statuā accidit illi: nec ly, Polycletus est inferius quiditatiue ad ly, statuarius. Petro vero est essentialis illa forma per quam facit hominem: et est quiditatiue inferius ad hominem qui est per se causa hominis.

¶ Vtraq; causam tā per se quā per accidens partitur Aristo. in particularē τ vniuersalē seu in proximam τ remotā. Que sit ordine tertia diuisio. ¶ Ad cuius notitiā considerandū est ꝙ causa proxima τ remota bifariā accipiuntur: nē pe aut ratione suppositi, aut ratione modi significādi τ predicandi. Ratione suppositi, quando plura concurrunt, quorū primū mouet secūdū, vt in causis particularibus, cā proxima phlebotomie est incissio vene, cā vero remota τ prior est medicus, qui ꝑcipit in cissionē. Et iste ꝓprie dicitur cā mediata τ immediata. Et ī naturalibus cā particularis est causa proxima vt homo generans hominem. Causa vero vniuersalis, vt sol est remota prior. Non ꝙ non attingat effectū: sed q̄ mouet causam particularē. Tametsi non tā proprie dicatur remota, q̄ dicitur vniuersalis. Instrumentū vero, vt scalpellus tonsoris, q̄ nō est causa principalis nō dicitur propinquior tonsore: sed tonsor est causa proxima, licet scalpello venā cedat. Alio mō accipiunt causa proxima τ remota in predicando: non ꝙ sint duo agentia: sed idem significatū conceptu particulari, aut vniuersali. Ut medicus est causa proxima medendi τ artifex, dicitur causa remota: qm̄ artifex superi⁹ est q̄ medicus. ¶ Similis forme distinctio est cause vniuersalis [q̄ fuerit hic quarta] in vniuersalem in causando, τ vniuersalē in predicādo. Que est eadem cū diuisione in causam superiorē τ inferiorem τ hec est simpliciter diuisio in causam vniuersalem τ particularē. Causa eñ celestis est vniuersalis in causando respectu hois: quia sol nō solū cū hoīe cōcurrit ad producendū hominem, sed cū equo, ad ꝓducendum equū: τ cū igne, ad producendū ignem Non tamen est vniuersalis in predicando: quia sol non predicatur de homine. Artifex vero est vniuersalior q̄ medicus in predicando. Et apparere cuipiam pōt non esse vniuersaliorē in causando: q̄ nulla est ars gñalis ad oīa artificia. His preiactis, ambiget quispiā vtrū Aris. vtrūq̄ modū cause vniuersalis τ particularis intellexerit. ¶ Facit eñ ad partem negatiuā, ꝙ eius exēpla solū posita sunt de causa vniuersali in predicādo. Sed est nihilominus ꝓ parte affirmatiua argumētū: ꝙ ad rē physicā potius spectat distictio causaꝝ particulariū τ vniuersaliū in cāndo .s. inferiorū τ superioꝝ. ¶ Egregie respōdet. S. Th. sup tex. 32. dicēs ꝙ oīs cā vniuersalis in predicādo est etiā quodāmodo vniuersalis in causando. Et ecōuerso, oīs vniuersalis in causando est quodāmodo vniuersalis in ꝑdicādo. Et rō profecto est authore suo digna: quoniā vnūquodq̄, iquit, eadē forma agit, ꝑ q̄ esse habet, vt ignis, per q̄ formā est ignis, ꝓducit ignē: τ equ⁹, per q̄ est equus, gignit equum. Forma ergo τ quiditas rei quanto vniuersalior est in predicando, tanto ad plures pertingit effectus. Artifex enim, q̄uis non significet, vnam artē generalē ad omnia artificia, significat tamen vnam rationē communē: ob idq̄ ratio artificis in cōmuni est non solum mederi: sed statuā facere, aut domum τc. Atq̄ adeo, vt est in predicando, ita τ quodammodo in causando est vniuersalior cā. Pari modo sol, vt est in causando, ita est quodammodo in predicando vniuersalior. Non quod sol predicetur de homine τ aliis particularibus causis: sed in ratione cause hoc modo, ꝙ homo est solum generans per se hominem: sol vero: per se ge

3. Diuisio in causam proximā et remotā seu parti τ vniuersalem.

4. Diuisio in vniuersalem causam et parti.

Ois causa vniuersalis in pre. τc.

generans animal, τ generans corpus. Item ignis ſolum eſt calefaciens: ſol vero eſt alterans ſcilicet calefaciens τ frigefaciens. Eodem modo tonſor eſt preciſe in ſalute infirmi euacuans per phletomiam medicus vero, qui eſt vniuerſalior in cauſando, eſt etiã vniuerſalior in p̄dicãdo: q̄a eſt generaliter euacuãs τ ſanãs ſiue p̄ phlebotomiã, ſiue per potionẽ. Exemplaque Ariſto. ponit in cauſis efficientibus τ formalibus, in omnibus generibus cauſarum adhiberi quoq; poſſunt. Enimuero vt medicus eſt cã efficiens particularis τ artifex vniuerſalis: τ proportio dupla eſt cauſa formalis proxima proportionis duple in numero ſonoro, q̄ eſt diapaſon: τ p̄portio eſt forma remota, ita ſtatue cã materialis proxima eſt marmor: remota vero, lapis: ſed remotiſſima eſt corpus durũ, vt ſit gen⁹ ad lapides τ ligna τ metalla. τc. Et in finibus. finis p̄ximus medici eſt ſanitas, vniuerſalis vero eſt bonum, qđ eſt cõmune ad ſanitatẽ τ alia bona. Et in naturalibus hoīs cã efficiẽs p̄xima per ſe eſt hõ: remota vero, aĩal. Et finis proximus eſt vita: vniuerſalis vero, bonũ in cõmuni. ¶ Dubitatio eſt tñ vtrũ poſſint ſignari in omnibus generibus cauſarũ proximũ τ remotum ex p̄te ſuppoſiti. Reſpõdet in efficiẽtib⁹ τ finib⁹ illiud eſſe manifeſtũ: cã em̃ p̄xima hoīs eſt pater, τ remota auus: τ finis proximus arboris eſt fructus, remotus vero hõ: ſicut finis p̄ximus gñationis hoīs eſt vita corporalis: remot⁹ vero, vita eterna atq; adeo omnium vltimum eſt Deus. In materiali vero cã generatiõis ſubſtãtie nõ poſſunt dari plures q̄ vna materia que eſt materia prima. Niſi dicas, materiam primam eſſe remotam: τ illam cũ diſpoſitionibus eſſe p̄pinquã. Reſpectu vero forme accidentalis materia p̄xima eſt ens naturale (ſi modo illud ſit ſubiectũ accidẽtiũ) materia vero prima eſt ſubiectum remotum. Sed in cauſis formalibus ſubſtãtialib⁹ datur q̄dẽ proxima τ remota in predicando. At humanitas eſt proxima forma hominis: animalitas vere remota. Verũtamẽ cũ in cõpoſito nõ ſũt plures forme nõ dabunt diſtincte forme quarum vna ſit proxima τ alia remota. Diſcernunt tamẽ diuerſe rationes eiuſdẽ forme. At aĩa nr̃a, quatenus dat eſſe corporeũ, eſt forma remota: inquantum vero dat eſſe ſenſitiuum, eſt propinquior: ſed qua rõne dat eſſe rationale, eſt forma proxima. ¶ Facile quiſq; põt diuiſiones iſtas ad cauſas p̄ accidẽs applicare. Album em̃ eſt cã per accidens p̄xima ſtatue: ſed coloratum eſt cauſa remota. ¶ Nõ eſt neceſſe diuidere rurſus cãm in immediatã: τ mediatã q: idẽ eſt imediatum τ mediatum, q̄ p̄ximum τ remotum niſi q̄ proximum τ remotum proprius latine dicunt. De q̄bus mẽbris lati⁹ dicturi ſum⁹. q. ſe. vbi explicabit, an cãe ſuperiores, τ maxime De⁹, ſit cã p̄xima τ immediata horum inferiorum. Nã ex dictis videt ſubſeq cãs ſuperiores eſſe remotas: cum tñ vt videbimus: immediate attingãt effectũ. ¶ Aliã tertiam diuiſionẽ ſubnectit. Ariſ. in cãm ãſimplicẽ p̄ ſe, vt ſtatuarius τ ſimplicẽ p̄ accidẽs, vt Polycletus: τ ex vtraq; cõplexam, vt Polycletus ſtatuarius. Sed parui eſt momẽti. ¶ Alie ſunt preterea diuiſiões cauſarũ: q̄, licet aliq̄ earũ poſſint quodam modo atribui cauſis finalibus, tamẽ proprie nõ cõpetunt, niſi efficientibus. Prima (q̄ ſit numero q̄nta) deriuat ex ea q̄ mõ dicta eſt. Eſt q; cauſarum in plurali: nẽpe qñ plures cõcurrunt ad eundem effectũ Alie em̃ ſunt cauſe eſſentialiter ſub ordinate τ alie accidentaliter ſubordinate. Eſſentialiter ſubordinate ſunt ille quarum vna abſq; alia agere neq̄t, vt ſol τ hõ τ De⁹. Nec enim hõ actu generare põt, quin

5. Diuiſio. Cauſe efficientis ineſſentialiter ſubordinatam. τc.

ſol τ Deus actu etiam cõcurrãt: nec rurſus ſol ſine homine generare põt hominem. Imo nec deus naturaliter ſine cã ſecunda effectus nr̃ales producit. Cauſe accidentaliter ſubordinate ſunt, quarum vna aliq̄d põt efficere, alia tunc nõ cõcurrente, ſicut pater τ auus τ proauus τc. qñ em̃ pater generat, au⁹ nihil facit. De iſtis latius li. 7. dicturi ſum⁹, vbi docet Ariſ. q̄ eſſentialiter ſubordinate nõ poſſunt eſſe infinite: accidentaliter vero ſubordinatas nihil vetat in infinitũ abire. ¶ Sexta diuiſiõe diuidit cã efficiẽs in cãm vniuocã τ equiuocã. Cã vniuoca eſt q̄ producit effectũ ſibi ſimilẽ. vt ſunt omnes cauſe naturales horũ inferiorũ. Ignis em̃ producit ignẽ equ⁹: equũ τc. Imo τ artifex quodãmodo dicit cã vniuoca reſpectu artificis, qđ ſimile arti exhibet quã habet in mente. Cauſa equiuoca eſt q̄ effectũ ſibi ſimilẽ in forma nõ producit, vt eſt ſol τ omnes cãe ſuperiores reſpectu horũ inferiorũ. ¶ Et hinc ortũ habet ſeptima diuiſio cãe efficiẽtis. Alia em̃ eſt cã a qua effectus depẽdet in fieri tantũ, τ alia a qua dependet in fieri τ cõſeruari. Cuius rationem egregie profecto. 1. p. q. 104. ar. 1. explicat. S. Th. pluribus quidẽ verbis, ſed hec eſt in ſumma. Qñ agens imprimit in effectũ formã eiuſdẽ rationis ſecũ, tunc effectus quidẽ depẽdet in fieri, nõ tamẽ in cõſeruari: q̄a iam effectus cõſeruabitur p̄ formã receptã, vt hõ generat hominẽ, cui dat formã eiuſdẽ rationis: τ equus, equũ: τ ignis, ignẽ: effectus ergo productus nõ dependebit in conſeruari a cã. Sol vero producens hominẽ nõ communicat illi formã eiuſdẽ rationis ſecũ: τ ideo q̄diu eſt, dependet in cõſeruari a ſole. Et hac ratione celi ipſi τ angeli τ vniuerſus orbis depẽdet in eſſe a deo: q: deus habet eſſe per ſuã eſſentiam: ſicut ignis eſt ignis per ſuã eſſentiã: τ quia deus nõ põt dare alicui talẽ eſſentiã, vt per ſe conueniat eſſe, propterea ſemper omnia in eſſe dependẽt a deo. Eſt enim mentis intuitu cõtẽplandũ, eo mõ mundũ a deo conſeruari queãdmodũ lumẽ aeris dependet in eſſe a ſole: quia cũ ſol nõ data eri formã ſuã, q̄ p̄mũ ſol abſcedit, lumẽ ceſſat. Et eadẽ analogia ſubſtrahẽte Deo ſuũ cõcurſum, eodẽ momento vniuerſũ i nihilũ euaneſceret. Hic ſequit q̄ oĩs effectus equiuocus dependet nõ ſolũ in fieri, ſed in cõſeruari a ſua cã: τ equiuocatio eſt cã huius dependentie. Et hac rõne omnes effectus horum inferiorum depẽdẽt in eſſe a cauſis ſuperioribus. ¶ Sequit ſecundo, q̄ qñ cã ſecunda particularis p̄fecte producit ſimilẽ ſibi formã, tunc effectus nullo mõ depẽdebit in eſſe a cã. Unde generaliter nulla ſubſtantia d̄pendet a ſua ca ſc̄da in fieri: nec aĩal ab aĩali nec plãta a plãta a q̄ fuit p̄ducta nec ignis ab igne. Si vero p̄ducat ſuã ſimilitudinẽ imp̄fecte, tũc effectus dependebit q̄dem in eſſe: ſed poterit nihillominus tãtiſper in abſentia cãe durare, vt cum ignis calefacit aquam, nõ tñ perfecte quoaduſq; a qua fiat ignis, durabit aqua calida aliquo tẽpore in abſentia ignis: ſed tandẽ frigeſcet. Secus de calore animaliũ τ aliorũ mixtorũ: qui cũ forma mixti cõſeruat, quia eſt ſibi naturalis. At vero ſi non producat formã ſuam, nec p̄fecte, nec imperfecte, tũc nec per momentũ durabit in abſentia cauſe. At cũ candela illuminat aerẽ, ſublata candela, nihil luminis manebit in aere. ¶ Quod ſi percõteris cur calor taliter imprimit, vt durare poſſit in abſentia ignis, lumẽ vero nequaq̄. Reſpondetur q̄ calor eſt diſpoſitio ad formã ſubſtãtialẽ ignis: τ ideo eſt quodammõ participatio forme: lumen vero, q̄a nõ eſt diſpoſitio ad itroductionẽ forme ſubſtãtialis, idcirco nullaten⁹ durat in abſentia cãe. ¶ Artificiorũ autẽ alia eſt rõ: forma enim artificialis, cũ nihil aliud ſit

6 Diuiſio in vniuocã τc.

sit ꝙ compositio rerum naturalium, aut quomodo libet aliter eorum figura, in fieri dūtaxat pēdet ab artifice: in esse vero conseruatur a subiecto naturali

8. Diuisio cause, in primam ⁊ secundam.

vt patet de domo, veste ⁊c. ¶ Octaua diuisio manifestissima est causarū alia est prima ⁊ alia secunda. Causa prima est solus Deus quippe qui a nulla alia dependet: sed per suā infinitam essentiam, que ad nullum genus entium coartatur, eminenter est omnia. Cause vero secunde, sunt relique omnes siue vniuersales sint, siue particulares: nempe que a prima dependent nō solū in essendo: sed in causando. ¶ Causis vniuersalibus seorsum positis.

9. Diuisio cōsulendi positi. ⁊c.

¶ Nona diuisio est causarum particulariū. Quā. S. Tho. hic lec. ponit inter cās efficientes alia est consilians: consultor em̄ dat agenti formā per quā agat, sicuti auus dat formā pducēdi filiū, ⁊ generās dat graui formā per ꝙ mouet. Alia est causa disponēs, sicut faber lignari⁹ dolat lapides, vt architectus cōstruat basilicā. in naturalib⁹ vero idē ignis per calorē disponit passum ⁊ per calorē introducit formā ut sequēti. q. videbimus. Alia vero est cā adiuuās: sicut medicine iuuant naturā vt se reducat ad sanitatē. ¶ Et per hec facile intelligūtur minutiores alie diuisionis cause, in totalē ⁊ partialē, sufficientē ⁊ insufficientē, ⁊c. Causa enim cōsulens est partialis ⁊ insufficiens: ⁊ pariter adiuuās, ⁊ disponēs.

10 Diuisio in principale ⁊ instru.

¶ Decima deniq ⁊ insignis diuisio est. Causarū particulariū alia principalis ⁊ alia instrumentalis. Causarū inquā, particulariū. Nā cause vniuersales in via Aris. nō diuidūtur cōtra instrumēta. Illa em̄ erat doctrina Platonis qui solā primā cām appellabat efficientē: reliquas vero oēs causas dicebat esse ei⁹ instrumēta, veluti inferiores artifices sunt instrumenta architecti. Nec adeo multū erat ineptus sermo. Nisi ꝙ cū creature habēt in se virtutes agendi, melius ait Arist. ꝙ causa pncipalis est illa q̄ agit p propriā virtutē intēdens pfecte assimilare sibi passum, instrumētalis vero est q̄ agit tanꝙ virtus, aut p virtutē cause principalis, vt faber lignarius est cā principalis intēdens pducere arcā similē sue arti: serra vero est instrumētū qḋ p motionē artificis pducit arcā, similē, non sibi, sed arti. Et in naturalib⁹ ignis est cā principalis calefactionis per ꝙ intēdit pducere ignē, in quo cōsistit perfecta assimilatio: calor vero est cā instrumētalis: q̄a tanꝙ virtus ignis pducit calidū que est quedā imperfecta assimilatio ignis tēdens ad perfectā. ⁊ aīa est principalis cā ⁊ nutritionis ⁊ gñationis aialis: calor vero naturalis est cā instrumētalis nutritionis: ⁊ semē est instrumētū gñatiōis. ¶ Unde instrumētū est duplex: aliud cōiunctū: ⁊ aliud separatū. Instrumētū cōiunctū: vt calor in naturalibus, ⁊ serra vel calam⁹ in artificialib⁹. Tametsi hoc aiaduertēdū est hic, qḋ calor ignis, aut calor naturalis aialis quo fit nutrititio ꝙuis dicent quodāmodo cause instrumētales ad differētiā forme substātialis, nihilomin⁹ forme naturales nō dicunt tā pprie instrumēta artificū: sed forma tā substātialis ꝙ accidētalis dr̄ principiū, quo, aut substātiale, aut accidētale. Et vtraq est potius virt⁹ agētis, ꝙ instrumētū. Instrumētū vero cōiunctū dicit in artificialibus illud qḋ nullā virtutē habitualē recipit a cā principali preter motū quo actu mouet, vt patet de calamo ⁊ serra: q̄ nisi actu moueant nihil faciūt. Instrumentū vero separatū est illud qḋ recipit aliquā virtut, ēqua semota cā principali, adhuc agit. Et hoc modo semē solet appellari instrumentū generationis separatū: vel significāti⁹, virtus separata, quomodo. S. Tho. astruit sacramēta esse cās instrumē
modo. S. Tho. astruit sacramēta esse cās instrumē
tales Dei ad producēdū gratiā p virtutē ꝙ habēt a Deo. Et hanc nihil aliud esse existimo, ꝙ institutionē qua a Christo instituta sunt ad talē effectū.

11. Diui.

¶ Undecima est diuisio ꝙ Arist. ponit quartā. text. 34. in causam in potentia, vt domificator, ⁊ in cām in actu, vt domū faciēs.

12. Diui.

¶ Duodecima deniq diuisio est q̄ habet text. 30. Causarū em̄ efficientiū alia est positiua: vt gubernator nauis est causa seruationis, ⁊ alia priuatiua, vt absentia est cā submersionis. Hic tamen est notandum ꝙ causa priuatiua nō est causa per accidens, sed per se, effectus priuatiui. Cum enim positiuum per se cōueniat alicui positiuo, priuatiuum illius per se conuenit priuatiuo alterius. Et ideo cum per se causa conseruationis sit presentia naute ⁊ gubernatio nauis, fit vt quādo presens gubernando posset ⁊ deberet nauem liberare, tūc eius absentia sit per se causa submersionis. Unde illius submersionis est duplex causa per se: altera positiua, vt vētorū impetus ⁊ procella, ⁊ altera priuatiua. s. absentia, aut negligentia naute. ¶ Possent hic preterea multiplicari alie diuisiones causarū. Nā alia est causa naturalis. s. effectus illius qui cōcursu naturali sequitur: ⁊ alia est supernaturalis: vt cā creationis ⁊ gratie ⁊ glorie. Et naturalium idest que non sunt miraculose: alia est libera ⁊ alia naturalis agens ex necessitate, nisi impediatur. Sed de his satis.

Cā finalis.

¶ Causa finalis ait Philosoph⁹ text. 31. est id cuius gratia aliquid fit. Que diffinitio in commento abunde exposita est. Obidq modus agendi finis non est proprie efficere, sed mouere agens ad opus secundum esse quod habet in intentione. Hoc tamen in agentibus a proposito est euidentius. Artifex em̄ a fine qui est constructio, aut habitatio domus, mouetur ad opus: ⁊ infirm⁹ a sanitate quam desiderat mouetur potionē potare: agentia vero naturalia non agunt se in finē: sed aguntur a Deo datore nature. Obidq brutum generans animal, aut hirundo faciens nidum sine cognitione finis mouetur a natura ad procreandā prolem, vt corruptibiliū species perpetuo duret. Ueluti sagitta a iacēte directa mouetur ad signū.

Dubitatio

¶ Est tamen hic non pretereūda dubitatio, vtrum finis habeat rationem cause secundum quod est in re, an secundum quod est in intentione. Exempli gratia. Infirmus cognoscens sanitatem esse sibi bonam concupiscit eam: quo desiderio mouetur ad sumendum potionem. Dubium est vtrum sanitas secundum quod est futura in re, an secundū quod est cognita moueat infirmum. Et videtur ꝙ secundum quod est in intentione cognoscentis, sit causa. Nā concursus cause presupponitur ad effectum: finis autem secundum esse reale non presupponitur ad actionē, sed secundum esse cognitum: quoniam per actionem, agentis acquiritur finis: quoniam nomē finis, idem sonat, quod vltimum. Et confirmatur. Quod non est non potest esse causa: sed finis secundum esse reale non est quando est actio: ergo nec tunc secundum esse reale est causa. Pro solutione huius dubitationis notandum est ꝙ ly secundum, pōt dicere, aut rationem cause finalis, aut conditionem que requirit ad agendum. Distinctio patet in causa efficienti. Rō. n. calefaciēdi in igne est calor: sed cōditio requisita est applicatio agētis ad passū. Est ergo prima propositio. Finis mouet secūdum esse reale quod habet postquam est acquisitus, vt ly, secundum, dicat rationem formalem finalizandi vt hoc verbo explicemus modum peculiarem concurrendi finis. Probatur. Finis secundum Philosophum

sophum hic tex.31. est illud quod est optimum & vltimum & cuius gratia omnia fiűt sed illud optimű & vltimum cuius gratia omnia fiunt est finis secűdum esse reale: optimű enim quod mouet infirmű ad sumendam potionem est sanitas quā existimat se consequuturű: ergo secundum esse reale mouet in ratione finis. ¶ Secundo idem confirmatur. Finis & bonum idem sunt iuxta illud .1. Ethi. bonű est quod omnia appetunt: sed nihil est bonum, nisi secundum esse reale: ergo secundum illud esse habet rationem finis. Probatur minor. Bonus idē est quod conueniens: at nihil alicui conuenit, nisi quatenus in re ad suam pertinet perfectionem: ergo nihil est bonum, nisi secundű esse reale. ¶ Et postremo arguitur. Illud est finis, quod si agens non consequatur, actio est frustra: ergo secundum eā rationē qua agens illud consequitur habet rationem finis. ¶ Secunda propositio sit. Finis mouet secundum quod est in intentione, vt ly, secundum, dicat conditionem requisitam. Est enim adnotandű quod quemadmodum causa efficiēs debet applicari localiter secundum realem præsentiam, ita modus proprius quo applicatur finis est per cognitionē, aut particularis agētis (si agit libere mouendo se in finem, vt creatura rationalis) aut per cognitionem primæ causæ dirigentis, vt sunt bruta & res insensibiles: que a Deo mouentur in suos cuiusqz fines. ¶ Unde ad argumenta in contrariű respondetur, quod iste est proprius modus causandi finis, vt moueat antequam sit in re. Et ideo Aris. 1. de gene. tex.55. dicit φ finis mouet metaphorice quia nō agit per cōtractum realem. Et in hoc differt ab efficiente. Possumus dicere φ mouet intētionaliter: siquidem mouet producendo intentionem qua intenditur finis.

Conclusio principalis. ¶ Conclusio ergo respōdens ad quęstionem est quatuor esse genera causarum. s. materialē, formalē efficiētē, & finalē. Cui⁹ diuisionis sufficientia quam Philosophus infra tex.68. insinuat, & S. Tho. explicat, est huiusmodi. Causa aut sola consideratur quoad esse: & quātum ad hoc sufficit forma que dat esse et quiditatem rei. Ob id que substantię separatę que habent quiditatem sine materia, appellantur formę. Aut consideratur quantum ad fieri. Et tunc, cum aliquid produci in his inferioribus nihil aliud sit quam id quod erat in potentia educi ad actum, necessaria est materia de cuius potentia educatur forma & agens educēs de materia formam, & preterea finis intentus a tali agente. Quia opera naturę sunt opera intelligētię, quib⁹ actionibus res a prima causa i proprios diriguntur fines. ¶ Ordo autem harű causarű est hic. Prim⁹ concursus est causę finalis: quē sequit actio agētis: mox ad actionē agentis sequit forma in materia presupposita. Atqz adeo agēs producit ppter finem formam in materia que est propter formam. Tria questionis argumenta principalia soluta sunt. Super est ergo quartum diluere quo petitur sensus diffinitionis causę: nempe cā est id ad quod aliud sequitur. Et primum omnium manifestum est, vt ait ipse Philosoph⁹ tex.37. non intelligi d cā in in potentia. Stat enī φ sit edificator anteφ sit domus, & φ sit aial anteφ generet filium. Exponit ergo fere ab oīb⁹ d cā ea rōne q actu agit & de effectu ea rōne qua actu fit. Manifestű enī est φ si edificator edificat, aliqđ edificat: & si hō generat, aliqđ gñatur. Hęc enī verba, edificat, generat ampliāt. ¶ Attamē φuis verű sit huiusmodi consequētias esse necessarias, nō tñ plane videt hic esse

Ordo causarum.

Ad.4. pri.

sensus diffinitionis cāe, nec sensus Philosophi dicētis φ cā in actu & effect⁹ in actu couertunt. Enī uero hoc poti⁹ est expmere naturā relationű actionis & passionis, φ rōne causę. Actio enī & passio in actu dicunt correllatiue: eo φ mot⁹ idē vt ab agente est actio, vt a patiēte est passio. Et ideo actio & passio solű differűt penes diuersas relatiōes. Que qđē explicant cū dr in hac cōsequētia, agēs agit ergo patiēs patit. Ratio vo cāe pcedit actionē: saltē natura. Itē qa nihil esset dicere, cā est, q cű aliquid causat, fit illud φ causat. Nā diffinire cām p causare, esset diffinire idē p idē. Aliter ergo dicēdű est nēpe φ illa diffinitio itelligēda est nec simpliciter mäliter de re q est cā, nec rursus in alio extremo vt icludat actionē: sed medio mō de cā formaliter scdm rōnē cāe. s. Causa est q posita scdm rōnē cāe ponit effect⁹. Poni autē scdm rōnē cāe est φ omnia requisita ad agēdű, vel causandű (vt oēs cās includam⁹) sint debite applicata ad op⁹. Intelligit ergo cű quinqz cōditionib⁹ videlicet φ sit cā, totalis p se, naturalis, debite applicata, & nō impedita. Totalis inφ, quia posito sole non generabitur hō nisi ponat etiā hō vt causa. Per se, qa posita fossione sepulchri nō sequit necessario inuētio thesauri: eo φ est cā eius per accidēs. Naturalis (vt dist inguitur cōtra volűtaria) nā cű homo statuit hodie apud se gris facere statuā, posita illa volitione non ponit statim effectus, nisi pro statuto tēpore a volutate. Imo deus ab eterno predestinauit producere műdű: non tñ posita predestinatione factus est mundus, nisi in tēpore de stinato. Debite applicata, qa ignis nihl agit, nisi itra sphera sue actiuitatis. Nō impedita, quia ignis ille babylonicę fornacis applicatus pueris nihil illis nocuit subtrahente deo cōcursu generali. Et qui ardentē furnű intrant nihil ab igne lęduntur, aut prohibēte lapide quē dicűt naturales [si quis eű manu teneat] ignē ab actione prohibere, aut propter vnctionē qua secűdű alios liniuntur. Itidē debite applicato semine in matrice impedientibus aliis causis naturalib⁹, aut nihil generatur aut generatur monstrum. ¶ Sed arguitur contra hanc solutionem. Quando animalia cōueniunt ad generationem tunc causa ponitur sub ratione causę: & tamen effectus non ponitur puta filius, & quando statuarius incipit dedolare lignű, iam tunc ponit causa sub ratione causę & tamē nō ponitur effectus: ergo adhuc isto mō non satis defenditur diffinitio causę. ¶ Respōdet vno mō φ satis est poni tűc effectű in fieri: cű enī semen deciditur filius est in fieri, & cű fundamentű iacitur, domus est in fieri. Hoc tñ si recte inspiciatur, videt recidere in priorem solutionē quā superius reprobauimus. Et ideo aliter forsan dicendum est φ qñ dr causam esse id ad quod sequitur aliud: in causis naturalibus, intelligitur in tempore determinato a natura, si non impediatur actio. Unde ad hoc φ vere pater sit causa filij, satis est φ modo faciat id vnde post nouem mēses nascetur filius nisi aliqua causa impediatur animatio embrionis. Et proportionabiliter dicēdum est in artificialibus. Et hęc est doctrina Aristo. 2. post. tex.25. ¶ Hinc sequitur φ hoc nomē causa, ampliat a parte post. i. ampliat nomē effectus. Hęc enim est vera Petrus est causa Pauli, eo momento quo Petrus generat. Et ideo ly, Pauli, ampliatur: sicuti in hac, Paulus generatur. Nec tñ ly, causat, nec ly, gñatur, ampliat simpliciter: qr vtrűqz ponit effectű esse iā in fieri. Sed tamen a parte ante nō ampliatur ly, Petr⁹. Etenim si quando embrio animatur mortuus est pater qui genuit, illa est tunc falsa, Petrus est causa

Sensus diffinitionis.

Causa ampliat.

ſa, aut, Petrus generat, tametſi cum addito, verũ ſit dicere, virtus Petri generat, ſeu, Petrus manens in virtute ſeminis generat, ſicuti Ariſtotel. concedit. 8. huius ꝙ graue mouetur a generãte qđ non eſt in re: ſed in virtute quã impreſſit graui vt queſtione. 1. dictum eſt. ¶ Sequitur ſubſequenter queſtio quarta.

¶ In capite. iij. tex. xxix. Amplius vnde principium mutationis &c.

## ¶ Quæſtio quarta.

### ¶ VTRVM FORMA SIT PRINcipium quo cauſa efficiens agit.

A Parte negatiua arguitur primo contra id quod queſtio preſupponit. ſ. cauſas ſecundas aliquid agere. Deus in rerum natura nihil fecit redũdans atq; ſuperfluũ ſed concurſus cauſarum ſecundarum eſt ſuperflu⁹ ergo neutiquam eſt aſſerẽdus. Probr̃ minor. De⁹ cuiuſcũq; motus horũ inferiorum eſt cauſa ſufficiẽtiſſima: q̃ vt in dogmatib⁹ eſt theologorũ, vbiq; eſt preſens per eſſentiã preſentiam ⁊ potentiã (a fine enim ad finem attingens, vt habetur Sapientie. 8 diſponit omnia ſuauiter) nec eius infinita potentia auxilio indiget vllo creaturarum: ergo creatura nihil agit, ſed Deus ad preſentiam ignis calefacit: ⁊ ad preſentiã ſolis illuminat ⁊c. ¶ Secũdo principaliter argr̃ contra id quod queritur. Si forma ſubſtantialis eſſet principium formale actiõis ſequeret̃ ꝙ ignis non eſſet per ſe cã efficiẽs actionis qđ eſt falſum: nã certe id quod per ſe calefacit eſt ignis. Sequela tamen probatur: quia tũc ignis calefaceret per formã: atq; adeo forma eſſet per ſe principium, ⁊ non ignis. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si forma ſubſtãtialis eſſet principium quo principale ad producẽdum ignem, eadem ratione calor eſſet principium quo inſtrumentale ad eũdẽ effectum: nã ſicut homo pedibus ambulat ⁊ oculis videt, ita calor videtur eſſe inſtrumẽtum generationis ignis: conſequens tamẽ videtur falſum: qm̃ tunc accidens produceret ſubſtantiam: ⁊ per conſequẽs ageret vltra perfectionem proprie ſpeciei. ¶ Quarto prĩcipaliter argr̃. Si forma eſt prĩcipiũ actionis, etiã calor erit principiũ calefaciẽdi: ⁊ tunc ſequeretur ꝙ calor ſeparatus ab igne, vt calor hoſtie conſecrate, poſſet calefacere naturaliter ſine miraculo, preter illud quo cõſeruatur ſine ſubiecto: conſequens eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. Probat̃ minor ex Ariſtote. in principio metaphyſice ⁊. 1. de anima tex. 64. vbi ait ꝙ forma non agit ſed ſuppoſitum. ¶ Quĩto deniq; ⁊ poſtremo arguitur. Si forma eſſet principiũ actionis, ſequeretur ꝙ virtus ⁊ actiuitas agentium deberet attendi penes multitudinem forme, nam multiplicata, aut diminuta virtute, eadẽ proportione creſcere, aut decreſcere, actionem neceſſarium eſt conſequens tñ eſt falſum: ergo ⁊ antecedẽs. Probr̃ minor. In ferro cãdẽti (vbi tamen formaliter non ſit ignis) min⁹ multo eſt multitudinis caloris, q̃ ĩ flãma eſt ſtupe ignite, q: cũ in flãma ſit ignis calor eſt illic ſumme intẽſus qualis nõ eſt in ferro vbi non eſt formaliter ignis: vbicũq; tñ calor eſt intenſior: videtur plus eſſe de multitudine caloris: ⁊ tamen experientia cõpertum eſt ferrũ multo vehementius calefacere q̃ flãma ſtuppe: ergo nõ attẽdit̃ actiuitas ex multitudine forme. ¶ Pro parte affirmatiua queſtionis eſt Ariſt. qui in textu preſenti. 29. dicit cauſam efficientem eſſe illam, vnde ſumitur principiũ motus, vbi aſſerit cauſas ſecundas eſſe actiuas. Et 5. huius text. 17. affirmat formam (quam appellat ſpeciem) eſſe principium ⁊ cauſam motus.

¶ De materiali cauſa libro pri Tres opiniones.
mo ſatis dictum eſt, ⁊ de fine. q. 6. plura dicturi ſumus. Reſtat ergo hic de efficiente ⁊ forma examinare, vtrum forma ſit principiũ quo cauſa efficiẽs operatur. Ad quam queſtionem iuxta numerũ ⁊ ordinem argumẽtorũ quinq; cõcluſionibus reſpõdebimus. De efficientia cauſarũ, due fuerunt antique extreme opiniones: quas. 2. ſen. d. 1. q. 1. artcu. 4. recitat. S. Tho. in quarum medio conſiſtit ſententia vera. Prima fuit quorundã opinio, qui primo quod fecimus, argumento adducti opinabantur cauſas ſecundas neq; vniuerſales, nec particulares quicq̃ agere. Quã poſtmodũ opinionem cõprobat Gabri. 4. ſen. d. 1. q. 1. dicẽs, ꝙ cauſe ſecũde nihil reuera agunt: ſed Deus in ipſa ſtatim rerum creatione pepigit ad preſentiam creaturarũ ſe ſtatim agere. Unde quando ignis applicat̃ ſtuppe nihil ignis agit: ſed Deus ad preſentiam ignis ex lege quam ſtatuit, calefacit ſtuppam et tandem comburit. Quemadmodũ (inquit) ſi nunc ſtatueret legem vt quotieſcũq; ego dicerem, fiat ignis, ipſe ad preſentiam verbi produceret ignem. Sicuti in rei (inquit) veritate pepigit cum verbis conſecrationis, vt ad preſentiam verborum Chriſtus ſe poneret in ſacramento, verbis nihil agentibus. ¶ Hanc opinionem loco citato. S. Thom. merito negligit impugnare: ſed ait poſitionem eſſe ſtultam: ſane q̃ ordinem tollit vniuerſi. Ego, niſi. S. Tho. dixiſſet, non auderẽ quenq̃ hoc verbo ſubnotare. Sed tamen profecto indigna eſt que opinionibus philoſophorum ãnumeretur. Imo neq; illi audiẽdi ſunt qui temperantius loquentes dicunt ſatis non eſſe euidens ignem calefacere ⁊ ſolem illuminare.

¶ Alia in alio extremo fuit opinio, ꝙ Deus non agit immediate: ſed ipſe creauit primum ens. ſ. primum angelum, ⁊ ille per virtutem receptã a Deo creauit ſecundum: ⁊ vltimus cęlũ ⁊ cęlum iſta inferiora. Eodem iſti mouebantur argumẽto: q: nõ poterant intelligere quomodo Deus ⁊ cauſa ſecunda ſimul immediate cõcurrunt ad eundem effectũ nam ſi Deus concurreret, ipſe ſolus videretur ſufficere. ¶ Hanc opinionẽ ſequutus eſt Auicẽna, vt refert. S. Th. 1. p. q. 45. arti. 5. Sed iſta opinio preſertim derogat religioni Chriſtiane. ¶ Unde contra opinionem vtranq; ſtatuitur hic, prima cõcluſio. Ad motum omnem ⁊ actionem naturalem, nec 1. Conclu.
Deus ſolus, nec ſola creatura, ſed Deus ſimul et cauſe vniuerſales ⁊ cauſa particularis cõcurrunt. Quod non ſolum Deus concurrat, euidentiſſimũ ⁊ profecto quanta eſſe poteſt naturali euidentia. Primo q: alias nulla eſt in rei veritate cauſa ſecũda efficiens preter Deũ: nam ꝙ Deus ad preſentiam ſolis calefaciat, non ſufficit, vt ſol ſit aut dicatur cauſa: ſed cã ſine qua nõ: quã paulo ãte diximus eſſe cauſam per accidens nihil ad rẽ pertinẽs, ſicut muſicus eſt cã ſtatue. ¶ Secundo. Si Deus nõ fecit res propter operationes, ocioſas illas fecit, atq; adeo ſuperfluas ⁊ ſine aliqua prorſus neceſſitate: quod ſapientie diuine maxime derogat. Probatur ſequela: nã ſi ſol nõ eſt q̃ illuminat ſine ſole illuminaſſet nos De⁹ eo modo quo ſcđm iſtos nũc illuminat: quid ergo opus fuit ſolem creare, vt ad eius preſentiam Deus illuminaret? ¶ Tertio quia tunc nulla eſſet ratio quare magis ad preſentiam

ſolis

solis statuisset illuminare, quam ad presentiam alterius cuiuscunque rei: nec esset ratio cur potius ad presentiam ignis ordinasset calefacere, quã ad presentiam aque: nec esset ratio cur potius ad presentiam cibi nutriretur animal, quam ad presentiam aeris subintrantis per respirationem. At vero quis adeo sit stupidus qui nõ palam videat naturam solis esse illuminare, non autem naturam ligni, & naturam ignis esse calefacere, & naturam propriam animalium esse nutrire: quod non conuenit rebus alijs inanimatis: & naturam aque extinguere sitim & naturam melis alium generare saporem in gustu quam generat acetum. Et reuera qui hoc negat, sine causa dicat necesse est creatas esse naturas herbarum: alimentorumque & aliarum penitus rerum tam variorum saporum & ceterarum virtutũ. ¶ Nõ siquis dicat hanc censeri esse naturam rerum propter solum pactũ in earũ creatione factum a Deo, Arguitur sic. Aut pactũ hoc intelligitur superadditum nature rerum, aut quod de intrinseca ratione & essentia solis esset illuminare, & ignis calefacere &c. Si primo modo, vt isti se exponunt, iam tũc certe negant illam esse naturam rerum: nam quod nõ pertinet ad essentiam, non pertinet ad naturam: dicere enim nemo potest naturam verborum consecrationis esse transubstantiare panem in corpus: cum potius supernaturaliter ad hoc fuerint instituta: ratione cuius institutionis sunt quidem causa: sed tamen supernaturalis tanquam instrumentum dei. Et reuera quamuis deus in prima institutione rerum statuisset ad presentiam lapidis hominem generare, nunquam esset hoc lapidi naturale. Si vero secundum dicatur, hoc illud est quod nos venari contendimus: nempe quod de intrinseca ratione & essentia solis est esse luminosum: & animalis, nutrire se, & generare sibi simile &c. Quod si hoc est illis naturale, non potuit Deus aliter res condere. At enim non potuit facere hominem qui non esset aĩal rõnale, ita nõ potuit facere aĩam: que nõ esset causa sue nutritionis: & solem, qui suapte natura non esset causa luminis. Enimuero vt ait Augustinus ante mundi creationem quatuor et tria erant septem: nec Deus potuisset aliud facere. Et pari modo nec Deus potuit facere quin cause iste naturales suapte natura essent cause: propterea nanque dicũtur cause naturales. Ecce ergo manifestam rationem conclusionis. Res ab intrinseca sua actiõe & natura sunt cause: & tales eas deus condidit qualiter sue conueniebat nature: ergo ad effectus istos particulares nõ solus Deus, sed cause iste particulares concurrunt. ¶ Quarto quod hoc sit etiam lumine naturali euidentissimum confirmatur authoritate Aristo. & omnium Philosophorum asserẽtium ista principia naturalia. s. ignis est calefactiu⁹, aqua est frigefactiua, et alia id genus experientia esse per se nota. Quare indignus est hec negans, contra quem Philosophus naturalis disputet. ¶ Quinto quomodo dicere isti possunt quod homo non est qui loquitur, aut ambulat: cũ hoc fiat per motum lingue & pedum. Et presertim in actionibus liberis, quomodo homo meretur, si ipse non est qui studiose agit: aut quomodo peccat, si ipse non est qui occidit hominem. Quin etiam, quomodo concedendum est quod non homo, sed Deus ad presentiam passionis praue, elicit odiũ sui in homine. ¶ Et preter authoritatẽ Aristo. omniumque Philosophorũ, quibus nihil notius vnquã fuit, quod actio secundarũ causarũ, est etiã expressus locus sacer gene. 1. vbi habet Germinet terra herbã virentẽ & facientẽ semen, & lignũ pomiferũ faciens fructũ iuxta gen⁹ suum cuius semẽ in semetipso sit super terram. Ecce nõ Deus solũ, sed terra produxit lignũ qđ in semetipso habet semẽ ad procreandã speciem. Et rursus hominib⁹ dictũ est Crescite & multiplicamini: nẽpe per propriã actionẽ. Et qđ enim necessarius esset cõcursus vtriusque sexus, decisioque seminis, & tam multe eius trãsmutationes, nisi cause secunde aliquid agerent: Et. 1. de trini. Aug. Sic Deus res quas condidit administrat, vt eas suos motus agere sinat. Fuerim in re manifesta aliquãto prolixior, vt admonerẽ non esse cuiusuis assertũ inter opiniones cõtinuo referẽdũ. Qđ autem solũ causa secũda cõcurrat sine Deo, imprimis esset erroneũ id asserere & cõtra prouidẽtiam Dei, qua immediate oĩbus prouidet, vt Gregorius adnotauit super illud Job. 34. Quẽ constituit aliũ super terrã: aut quẽ posuit super orbẽ quẽ fabricatus est. Est cõtra illud Joan. 5. pater meus vsque mõ operatur: & ego operor. ¶ Ex tñ ratio optima naturalis. Res nãles per formas easdẽ operantur, per quas habent esse: nam esse est propter operari, ergo eo modo quo res a deo dependẽt in esse, dependent in operari: sed in esse dependent a Deo conseruante eas per suam presentiam: ergo eodem modo concurrit cum illis ad operandum per presentiam. ¶ Et confir. Rem fieri, est esse acquirere: sed res dum sunt conseruantur a Deo presente ipsis rebus: ergo dum fiunt per se etiam Deus attingit earum productionem. Hac enim vna ratione San. Thom. 1. part. q. 8. articul. 1. & theologi recte sentiẽtes probant Deum esse presentem omnibus rebus per essentiam: nẽpe quia immediate attingit effectum. Nam alias, si solum moueret primum angel⁹, & angel⁹ moueret orbẽ, & orbis hec inferiora, nullũ esset argm̃ quod Deus esset hic presens. Nõ ergo solus De⁹ mouet hec inferiora per imperiũ, sicut rex vno loco existẽs per imperiũ mouet totum regnũ: sed immediate attingit, sicut calor ignis attingit stuppã. ¶ Et cõfirmatur hec ratio: quia nisi Deus immediate concurreret cũ causis secundis, sequeretur quod non posset eas prohibere a suis motibus, nisi obijciendo contrarijs cõtraria. s. non posset ignẽ impedire ne calefaceret, nisi contra ponẽdo aquam vel aliam causam frigiditatis. Nam si Deus non concurreret in quacunque actione, tunc suspendendo concursum non impediret actionem cause particularis. Hoc tamen derogat eius omnipotentie. Immo solum suspendendo concursum generalem ad motum fecit solẽ sistere Josue. 3. & ignẽ nõ agere in fornace. Est ergo conclusio principalis vera, quod deus cũ causis tam vniuersalibus quam particularibus concurrit simul ad eundẽ effectũ. ¶ Ad minorem primi principalis argumenti conceditur deũ esse cuiuscũque motus causam, que omnibus assistit per suam presentiã & omnipotentiã: negatur tñ cõsequẽtia qua inde infert, causam secũdã nihil agere. Dispositio enĩ qua Deus oĩa suauiter disposuit est quod res conditas suis naturalibus virtutibus cõcessit agere: & iã dictũ est deũ nõ potuisse creare rerũ naturas quãtũ ad essentialia aliter quam fecit: potuit namque non creare ignem, nec solem: sed quod creatus sol nõ esset luminosus, & ignis non esset calidus, non potuit fieri. Unde si non sineret res agere, impediret virtutes naturales vt fecit in miraculis iam modo citatis. ¶ Unde ad argumentum Gabrielis. Deus est causa sufficientissima: ergo creatura non agit, distinguitur antecedens. Quod cum Deus sit causa sufficien

Deus vbique concurrit.

Ad. 1. prĩci.

tissima

tissima in habitu id est que si vellet ipsa sola facere quod facit cum causis secundis, id quidem conceditur. Quod autem ille concursus, quo concurrit cum causa secunda, sufficeret facere quod facit cum causa secunda, id negatur. Ex ideo non est superuacaneus concursus cause secunde. ¶ Ex quo sequitur dictum illud Petri de aliaco in principio 4. senten. s. ꝙ plus facit Deus quando concurrit cum igne ad producendum ignem: quam si se solo produceret ignem, propterea ꝙ quando cum igne concurrit non solum est causa effectus ignis, sed est causa ꝙ ignis calefaciat, certe, bona venia dixerim, non esse verum: licet sit a Gabriele ⁊ alijs tam celebratum. Nam quando se solo facit, supplet concursum cause secunde: ⁊ ideo specialiori modo concurrit: id maxime si rē ex nihilo producat. In hac enim salebra isti herent, quod putant concursum cause secunde non esse illi naturalem. Si enim hoc inspicerēt, viderent minus esse Deum agere cum causis secundus, quam supplere vicem earum: primum enim est natura, ⁊ secundum est miraculum. Ubi autem talis virtus non est naturalis causse secunde fateor quod maius forte miraculum est deū facere. v. g. ꝙ verba sacramentalia actiue instrumētaliter concurrant ad consecrationem panis, quā si absq; aliquo instrumēto creato id faceret. ¶ Sed restat argumentum vbi plus est difficultatis. Si Deus ⁊ arbores celestes et ignis simul concurrūt ad calefactionem, aut concurrunt eque immediate, sicuti duo impellentes columnam quam volunt prosternere: aut ignis cōcurrit immediate: ⁊ deus mediate, sicut serra immediate serrat ⁊ artifex mediate per serram: itaq; iste creature sunt sicut instrumenta Dei. Hoc secundum dici nō potest: quoniam si Deus solum moueret ignem ad comburendum stuppam, non immediate attingendo formam que inducitur in materiam stuppe non esset per essentiam presens omnibus rebus: quod, vt modo dicebamus, falsum est. Si autem immediate concurrat primo modo, tunc non videtur quid agat ignis. ¶ Et confir. Deus cōseruat ista inferiora mediantibus causis secundis vt. 1. p. q. 104. art. 2. probat. S. Th. Creauit enim illas immediate sine causis secundis: sed conseruat eas mediantibus caussis secundis: ergo causa particularis immediatius attingit effectum quam Deus. ¶ Sed ex alia parte, videtur ꝙ etiam Deus immediatius attingat. Nā prius natura Deus videtur concurrere, quā ignis, siquidem Deus est causa mouēs ignem quam ecōuerso. Difficile ergo est explicare quomodo Deus et relique omnes cause concurrant eque immediate. ¶ Hic consueuerunt quidam distinctionem facere quam ex. Sanct. Thom. tertio. contra gent. capitul. 70. sibi videntur elicere. Nempe quod dupliciter aliqua causa dicitur immediata. Uno modo immediatione virtutis: et alio modo immediatione suppositi. Illa causa est immediate immediatione virtutis, que agit per propriam virtutem, ⁊ illa dicitur hoc modo mediata, que agit per virtutem quam recepit ab alio. Sed illa causa est immediata immediatione suppositi, que attingit effectum per hoc quod mouetur ab alio: et illa est hoc modo mediata, que mouet aliud suppositum, vt in sectione ligni artifex est causa immediata immediatione virtutis: et serra mediata, sed immediatione suppositi contrario modo serra est causa immediata: et artifex mediata. Hoc modo dicunt deū concurrere immediatū immediatione virtutis: ⁊ ita solent homines dicere se aliquid facere mediāte Deo: quia agunt per virtutem quam recipiunt a Deo.

Immediate dupliciter.

Sed immediatione suppositi cause particulares immediatius attingunt: nam mediātibus illis. s. per virtutes quas eis communicat, conseruat hec inferiora. Nec prorsus displicet ista distinctio (quanuis non sit formaliter. S. Thome) dummodo non intelligatur esse integram similitudinē. Nam primum res naturales agunt per virtutem sibi propriam competentem sue essentie: licet habeant illam a deo, sicut ab illo habent naturam. Et preterea Deus nō est vt artifex, qui non tangit lignum: nam per essentiam, vt dictum est, est presens effectui qui producitur. ¶ Unde nō est necessarium non constringi his angustijs: sed satis est dicere ꝙ singule cause concurrunt in suo genere immediate: ⁊ quelibet est in suo ordine talis: puta ignis tanquam causa vniuoca ⁊ particularis, ⁊ orbes celestes, tanquam cause vniuersales a quibus particulares pendent: ⁊ Deus tanquam causa omniū prima. Quam ob causam San. Thom. loco citato ait quod principalis effectus dependet a prima causa: ⁊ quanto causa est superior: tanto principalius dependet ab illa. Hec ille. Sed tamen est considerandum quod cum cause vniuersales indifferenter se habeant ad omnes effectus, causa particularis determinat omnes causas vniuersales, quasi materialiter, ad productionem huius effectus. Et ideo quantum ad emanationem, effectus immediatius procedit a causa particulari: eo ꝙ producitur similis, non causis vniuersalibus, sed particularibus. ¶ Sed aliud posset fieri argumentum. Deus prius natura agit quam cause secunde: ergo quando cause secunde agunt iam est productus effectus. Respondetur quod prioritas hec nature non est prioritas instantis, in quo verum sit dicere: Deus agit quando creature non agunt. Non enim prius isto modo Deus agit quā creatura, sed omnino simul. Quod autem prius natura Deus agat, nihil aliud est, quam, ꝙ Deus moueat creaturas ad agendū: non tamen prius mouet, quam causa particularis determinet in genere cause materialis causas vniuersales ad agendum. Et hoc est memorie commēdandum.

## ¶ Secunda conclusio. Forma

substantialis est principiū formale principale quo agens agit: ⁊ forma accidentalis est principium, quo minus principale quodammodo instrumentale. ¶ Probatur primo authoritate Aristo. supra citata. 3. huius. tex. 17. vbi ait ꝙ species. i. forma principium est ⁊ causa motus. Et cōfirmatur ratione. Unum quodq; agit inquantum est actu: sed per formam res est in actu: ergo per eam operatur. Exponitur maior. Id quod est possibile, vt antichristus per hoc solum quod possit, esse, nihil agit realiter. Nec id quod potest esse calidum, calefaciet nisi actu sit calidum. Et per consequens ignis non producit ignem, nisi per id quod est actu ignis: neque equus producit equum, nisi per id quod est actu equus: sed ignis est ignis, ⁊ equus est equus, per formas ergo: illa sunt principia agendi. ¶ Preterea Intētio agentis est assimilare sibi passum: sed passum non assimilatur agenti, nisi in forma ⁊ specie: ergo forma est principium agendi. ¶ Et postremo id cōfir. quia materia nullius est actiuitatis: restat ergo vt actio sit a forma. ¶ Secunda pars conclusionis probatur. Quemadmodū forma ignis est id quo ignis est ignis, ita calor est id quo ignis est calidus: sed eo principio quo aliquid est actu tale facit sibi simile, ergo sicut per formam facit ignem, per calorem facit calidum. Et confirmatur: quia quicquid

quicquid est calidum, siue ferrum, siue aqua cale-
facit. ¶ Atqui in hac conclusione vt iacet nulla est
inter doctores controuersia. ¶ Unde ad. 2. prin-
cipale respondetur ꝙ esse per se principium ⁊ cau
sam actionis stat dupliciter, vno mō tanꝗ princi-
piū, ꝙ, ⁊ isto mō ignis est ꝑ se cā ⁊ principiū calefa
ciēdi ⁊ generādi ignē: qꝛ ꝙ alicui cōuenit ꝑ suā ꝓ-
priā formam conuenit per se. Alio mō tanꝗ princi-
piū, quo, qđ est esse rōnem formalē agēdi ⁊ hoc con
uenit formę quę dr̄ principiū per se ⁊ primo. Quo
circa Deus: qꝛ est res simplicissima est per se pri-
mo principium suaꝝ actionū tanꝗ qđ: ⁊ tanꝗ quo.

Ad.2.pnc. ¶ Est autē hoc sub iudice vtrū
accidentia sint instrumenta attingentia ad produ
ctionem formę substantialis. v. g. ignis per calorē
Scotus. non solum calorem: sed formam substantialem pro
ducat. Scotus nāqꝫ in. 4. sen. d. 12. q. 3. pro indubi-
tato habet ꝙ accidens, nec principaliter, nec in-
strumentaliter concurrit ad ꝓductionē formę sub
stantialis. Precipua ⁊ vnica eius persuasio est quā
tertio argumento tetigimus: nempe ꝙ nulla res
agere pōt vltra suā speciem. i. ꝙ res inferior: non
potest producere effectū se nobiliorē. ¶ Nihilomi-
nus ⁊ ratio physica ⁊ oculata experientia videtur
contrariū persuadere. ¶ Ideoqꝫ tertia cōclusio hu
ius quęstionis est. Calor est igni instrumētū ad ꝓ-
ducendum non solum calorem, sed formā substātia
lem. Probat̄. Rō mediorū sumitur a rōne finis, vt
in hoc secundo tex. 91. asserit Aristo. sed ignis non
calefacit, nisi, vt formam substantialem inducat in
materiam: ergo calor qui est instrumentum calefa
ciendi est simul instrumentum producendi formā.
¶ Et confirma. Ad productionem caloris, qui est
minima dispositio ad introductionem formę sub-
stantialis ignis, naturali necessitate subsequitur
forma substantialis: sed calor attingit illam disposi
tionem: ergo attingit formam. Et confirma. quia
certe calor naturalis in animali instrumentum est
nutritionis ⁊ augmentationis, vt expressa est do-
ctrina Philosophi. 2. de anima text. 50. nutritio au
tem est productio partialis substantię: ergo.
¶ Sed secundo arguitur. Radij solares in speculo
cōcauo reflexi producūt formā ignis: ergo calor ꝓ-
ducit substantiam. Non negamus, quin sol produ-
cat illam: sed tamen videtur esse ratio ꝙ non produ
cat immediate: nisi per calorē intensum. Nam cum
sol nō sit formaliter calidus neqꝫ ignis, videtur ꝙ
non producat ignē, nisi mediate per calorē forma-
lē. ¶ Et confir. adhuc euidentiori experientia. Fer
rum candens, vbi tn̄ non sit formaliter ignis stup-
pam applicatā inflāmat: sed forma illa substātialis
ignis non pōt produci a forma ferri ergo producit̄
a calore tanquā virtute ignis. Et tertio principali
ter arguitur. Uirtus seminis ī matrice foemine im
mediate ꝓducit animā tanquā virtus generantis.
Est enim semen in potētia corpus viuens. vt habe
tur. 2. de anima text. 10. ⁊ tamen virtus illa est acci
dens: ergo. ¶ Profecto sunt adeo manifeste expe
Ad.3.pnc. rientię ad rem comprobandam, vt Scotus loco ci
tato in hanc ceciderit solutionem. Ait enim ꝙ pro
pter nullam experientiam concedendum est ꝙ res
nobilior producat nobiliorem. Unde quando nulla
alia, inquit, causa nobilior signari possit quę edu-
cat formā aīalis ex semine: concedendum est ꝙ for
ma immediate producitur a solo Deo: potius quā
dicatur geri a virtute seminis. ¶ Hoc tamen nescio
equidem quomodo in physica sustineri possit. Nā
primum omnium simpliciter reputaret impossibi-
le Philosophus quicunqꝫ in lumine naturali pri-
mam causam aliquid efficere posse in his inferiori
bus, nisi mediāte causa secunda. Manifestissime er
go illa responsio cōtradicit Aristo. Imo ⁊ Philoso
pho Christiano. Nā quāuis nostra nos fides docue
rit, deū se solo posse facere id quod facit per causas
secundas, id tn̄ dicimus esse miraculum. Cū autem
de rerū natura sermo est, nullaten⁹ cōceditur deū
sine cā scđa effectus producere naturales: alias in
generatiōibus semper essent miracula. ¶ Item vt
lib. 1. q. 7. dictum est, sola aīa rōnalis est, quę a solo
Deo producitur: aīę vero brutorum, si a solo Deo
producerētur, non educerent̄ de potētia materię,
nec esset dr̄ia inter animā rōnalē ⁊ animā brutoꝝ.
¶ Itē Arist. 7. meta. tex. 31. expresse ait ꝙ semē po-
testate, ⁊ virtute cōtinet formā, sicuti ars artificis,
licet realiter nō sit domus, est tn̄ virtus faciēdi do
mum. Ubi Cōmentator ⁊ Galenus dicunt virtutē
cęlestē adesse semini ad generādum: sꝫ vocāt eā di
uinā: qꝛ est virtus ⁊ generātis ⁊ oīm causarum vni
uersalium. vt. 3. de gene. aīalium late disserit Arist.
Certe nescio quō negari posset quin virtus semi-
nis attingat ad ꝓductionē formę. ¶ Et confir. prę
terea conclusio in his quę per putrefactionē gene
rantur, ⁊ in aīalibus quę febre, aut alio accidente
moriuntur: vbi certe forma cadaueris ab acciden
tibus producitur. Et hęc est conclusio. S. Tho. 4.
d. 12. q. 1. artic. 1. ⁊. 3. p. q. 77. arti. ad tertium argu
mentum. Ubi ait quod immutationes naturales
non fiunt immediate a forma substantiali: sed ab ea
mediātibus accidētibus. Intelligatur ergo sic cō
clusio, ꝙ quēadmodum ignis est agens quod cale-
facit ⁊ producit formam ignis, ita vtriusqꝫ motus
principiū quod est ⁊ forma substātialis, ⁊ simul ca
lor, illa quidē principale: ⁊ hęc instrumentale. ¶ Et
pręterea est mihi argumentum sumptum ab artifi
cialibus quorum analogia cognoscimus naturalia.
Serra a forma sua naturali solum habet scindere
lignum, scindere aūt hoc vel illo mō ad faciēdum,
vel scānum, vel arcā hoc nō hꝫ a se, sed ex motione
artificis vtentis sectione serre, ⁊ eam quodāmō ele
uantis ad productionē huius, vel illius formę arti
ficis, ergo eadē proportione quāuis concederetur
propriā actionē caloris esse calefacere, tamē ignis
calefactione vtitur ad producendum formam.
¶ Scio ⁊ hoc Scotum negare in. 4. sent. d. 1. q. 5. ne
gat inquā instrumētū artis aliquid agere ꝓpterea
qꝛ durities inquit serre non est actiua. ¶ Sed reue
ra hoc est vniuersa in quęstionē reuocare. quis eñ
neget formā serre factā eē ad inscisionē ⁊ artificē
per serram secare? Non eñ nos dicimus ꝙ serra a-
git actiōe naturali, sicut ignis per calorē, sed actio
ne artificiali. Et simili proportione dicimus ꝙ for-
mę substantiales non sunt principia immediata ad
generandum: sed id faciunt mediante calore.
¶ Sed dubium est hic propter verba quę statim ibi
dem subiungit Scotus, vbi ait ꝙ calor qui produ-
citur ab igne in aqua, non expellit effectiue gradū
frigiditatis sibi contrarium, sed formaliter. Du-
bium inquam est an verum hoc sit. Et videtur esse
verum propter eius ratiōem, quę est hęc. Ubi duę
formę sunt contrarię et incompassibiles in eodem
subiecto non potest vna alterā expellere, quia cum
omne agens agat per contactum, necesse esset vt
ambę essent simul ad hoc quod vna aliam expelle-
ret, sed quia formaliter repugnant, expellunt se
formaliter. Ponit exemplum. Sicuti vnum cor-
pus inquit non expellit aliud effectiue ab eodem
loco, sed formaliter. Et ita inquit serra expellit nō
effectiue, sed formaliter particulas ligni, quod se-
cat a loco quem ipsa intrat. ¶ Sed reuera quanuis

ignis per formam substantialem principaliter expellat frigiditatem, id nihilominus facit instrumentaliter per calorem quem introducit. Quod & experientia, & suum ipsius exemplum manifestat. Mirabile enim esset sane φ cum ego, cupiens esse in loco in quo est alius, expello illum humeris, tunc non concurram effectiue: & quod serra vel gladius effectiue non separet partem corporis ab alio, post quam contingunt se. Dubitari ergo profecto non potest quin ignis per calorem quem producit in aqua effectiue expellat frigus. Sicut aer intrans, effectiue aperit fenestram: licet non stent simul introitus aeris & clausa fenestra. Nec satis mirari possum, quomodo hoc Scotus negare potuit.

¶ Respondetur ergo φ calor qui introducitur expellit frigiditatem. Enimuero vt ego pello aliū loco per hoc quod ipse desinit esse in illo per instās primū non esse, quod est primum esse, quod ego sum in eodē loco, ita calor qui introducitur pellit frigiditatē ad quod sufficit quod frigiditas desinit esse p primū non esse quod est primum esse contrarij gradus caloris. Et hic concursus sufficit, vt se dicantur contingere. Quocirca prius natura introducitur calor quam frigiditas contraria pellatur: quia in his quę sunt simul tempore nihil aliud est esse prius natura altero, quam esse alterius causam.

¶ Respondetur ergo ad tertium principale, quę est ratio Scoti, per distinctionem: quod res ignobilior tanquam causa quidem principalis et particularis non potest rem nobiliorem vltra suam speciem producere. Et ratio huius est: quia omne agens huiusmodi intendit producere sibi simile in specie. vt homo, hominem: ignis, ignem, &c. attamen tanquam instrumētum & virtus alterius causę nihil omnino vetat, quominus accidens concurrat ad generationē substantię. ¶ Sed replicat Scotus contra hanc solutionem, inquirens, quid nam intelligatur, cum dicitur calorem in virtute substātię producere substantiam. Aut enim per illam virtutem intelligitur aliquid respectiuū, aut absolutum: non est dicendum quod sit relatio: quia relatio cum sit minime entitatis, non est causa substantie. Si vero sit aliquid absolutum: aut est substantia ipsa: & sic nō datur quod accidens producat substantiam. Aut est accidens caloris: & sic petitur principium dicendo quod illud accidens est causa substantię. ¶ Ad hoc metaphysicum argumentum respondetur, quod illa virtus substantię in calore ad producēdum ignem nihil aliud est prorsus quā calor ipse. dicitur enim ille agere in virtute substātię. i. tanquam virtus substātię. Nec petimus principium dicendo quod virtus sit instrumentum producendi substantiam, considerat enim Scotus calorē ignis ac si esset per se suppositū quod propria virtute agit, cū tamē attente intelligendū est verbum Arist. 7. meta. tex. 2. vbi ait φ accidēs non est ens: sed entis ens. Quo palā significatur, accidentia nihil aliud esse, φ virtutes quasdam substātię: vt sicut oculi dati sunt homini ad videndum: & pedes ad ambulandum: ita calor naturalis datus est illi, vt sit virtus nutriendi, augmentandi, & generandi. Unde non est imaginandum, vt Scotus fingit calefactionem esse per se a calore: & generationem formę a forma substantiali: quia calori, sicut p se naturaliter non cōuenit esse, ita nec operari: sed vtraq; actio est a forma substantiali per calorem. Neq; prius natura forma substantialis calefacit, aut producit formā substātialē, quā hoc faciat per calorē. Ob idq; si ignis daretur per miraculū sine calore, sicut non posset calefacere, ita neq; ignem generare: sicut homo sine oculis nō posset videre.

¶ Quarta huius quęstionis cōclusio est. Calor separatus ab igne, dummodo sit extensus in quantitate, producit omnino eundē effectum quem produceret si esset in igne, vt calor aut frigus sacramenti altaris eundem gradum omnino caloris & frigoris naturaliter producit in manu quem produceret si esset illic panis. Neq; hoc est qui negare possit: quanuis Scotus dicat φ hoc nō faciūt in virtute panis. Sed tamen profecto, vt de semine dicebamus, illa accidentia eodem modo afficiunt manum, quo afficeret panis: quia agūt tanquā virtus relicta a pane. Quapropter cum aqua calida calefacit manum, illius certe calefactionis principium non est forma substantialis aquę, vt aliqui existimant, sed calor in virtute ignis. Et hac de causa calefactio illa dicitur naturalis: non a natura aquę: sed a natura ignis. Dixerim si sit extēsus: quia cum actiones naturales fiant per motum corporalem: fit vt sicut nō possunt recipi, nisi in subiecto quanto, ita nec exerceri possunt, nisi ab agente qđ sit quantitate extēsam. ¶ Hinc sequitur φ si calor summus, vt octo (qui suapte natura esse non potest, nisi in igne) per miraculum esset ab igne separatus, produceret eodem modo formam substātialem ignis, sicut si esset in igne. Hanc conclusionem subsequenter ad suam opinionē negat Scotus: sed tamen qui senserit calorem in igne esse instrumentum & virtutem ad producendum ignem, cōcedat subinde opus est quod separatus itidē efficiat. Et ideo San. Tho. 1. p. q. 53. articu. 1. non minus calor (inquit) calefaceret si esset per se subsistens, quam si esset inherens. i. si esset vt quatuor, calefaceret vt quatuor, et si esset vt octo, calefaceret vt octo: atq; adeo tunc produceret ignem. ¶ Et probatur conclusio. Calor vt octo est dispositio sufficiēs ad introductionem formę ignis, ergo vbicunq; sit, eundem faciet effectum: sicut virtus seminis in absentia animalis a quo decisum est, generat animal. ¶ Sed probatur secundo. Detur calor summus vt octo separatus: cui applicetur guta aquę. Et arguitur sic. Ille calor producit in materia aquę calorē vt octo, quantus ipse est (neque hoc negare potest Scotus: siquidem calorem per se concedit calefacere) sed cum calore, vt octo non se compatitur forma substantialis aquę: ergo in tali materia nō erit forma aquę: & per consequens vel erit materia sine forma, vel introduceretur forma ignis. ¶ Perseuerat ad hoc argumentum respondere Scotus, φ tunc a solo Deo corrumpetur forma aquę & introducetur forma ignis. Sed non est mirum cum in generatione naturali equi ex semine id concedat, si posito miraculo caloris separati idem asserat. At vero qui virtutem seminis intellexerit concurrere ad productionem substantię, nihil metuet confiteri calorem summum separatum posse producere substantiam. ¶ Unde ad quartum argumentum respondetur φ quando inquit Arist. actiones esse, non formarum, sed suppositum, loquitur secundum rerum naturam: quia illis tantum conuenit operari quibus conuenit esse: nam operari est producere esse simile agenti. Attamen si per miraculum detur accidens per se esse ad modum substantię, consequenter habet agere sicut ageret substantia.

¶ Quinta atq; postrema cōclusio quęstionis est. Actiuitas agentis attenditur penes multitudinem formę tam substantialis, quā acciden

Quarta cōclusio. (margin)

Ad. 4. prin. (margin)

5. Conclus. (margin)

accidentalis. Nam quantitas accidentis quanti-
tatem consequitur forme substantialis: saltem exi-
stēs in sua naturali disipositione. Itaqꝫ ignis bipe-
dalis eadē proportione dupla qua plus habet mul
titudinis ⁊ caloris ⁊ forme subantialis, quā ignis
pedalis, potest maiorem effectum producere. Con
clusio hęc sequitur ex superioribꝰ hac ratione. To-
ta virtus agentis est forma: ergo secundum eius
quantitatem erit ⁊ actionis quantitas. Ex quo se
quitur ꝙ vbi esset forma infinita, esset actiuitas in
finita: ⁊ vbi finita, finita. Sed tamē contra hoc est
argumentum. Non augetur, aut diminuitur actio
nisi secundū proportionem qua augetur, aut dimi
nuitur causa totalis: sꝫ cause particulares nō sunt
cause totales, cum simul requiratur concursus
causarum vniuersalium: ergo ignis bipedalis non
erit in duplo maioris actiuitatis quam pedalis:
quippe cum cause vniuersales non mutentur, sed
eedem concurrant cum igne pedali, que concur-
runt cum igne bipedali. ¶ Responsio est manifesta
ex his que paulo ante dicebamus. Cause enim v-
niuersales non agunt: nisi ex determinatione causa
rum particulariū. Et ideo in illa proportione qua
causa particularis est maior, plus cōcurrunt Deꝰ
⁊ cause vniuersales cum tali causa.

¶ Quapropter quāuis causa particularis non sit
totalis, illa tamen aucta, aut diminuta, in eadem
proportione augetur, aut diminuitur concursus
causarum vniuersalium. ¶ Attamen circa solutio
nem quinti argumēti, quod nonnullos in errorem
adducit, notandum est quod multitudo formę attē
Ad.5.prin. ditur penes multitudinē materie. Ita vt in eadē
proportione in qua plus est de materia, plus est de
forma. Ratio huius est quia materia, vt. lib. 1. dictū
est nihil aliud est quam potentia forme, ⁊ forma ni-
hil aliud quam actus materie. ¶ Secūdo notandū
est, ꝙ multitudo materie cognoscitur per extensio
nem ⁊ intensionem vbi est equalis densitas, aut pe
nes densitatem, vbi est equalis extensio ⁊ intensio.
Exempli gratia. Flamma ignis bipedalis in duplo
plus habet multitudinis forme quam flamma ig-
nis pedalis, vbi vtraqꝫ esset flamma stuppe eque ra
ra: vbi vero flamma pedalis est densior, puta quādo
fumus ligni viridis inflammatur, non opus est
duplam materiam esse in igne bipedali: atqꝫ adeo
neqꝫ duplam formā. Imo potest esse plus materie
et forme in igne minori. In rebus calidis vbi non
est formaliter ignis, sed calor, res patet euidētius.
Plus multitudinis caloris est in pruna pedali
querci, quam in pruna pini: quia quercus lignum
est densius: vbi sint equales quantitates ⁊ inten-
siones. Et multo plus erit in ferro equali. ¶ Tertio
notandum est, vt. 6. huius libr. 1. de gene. peram-
plius constabit, quod est insignis fallacia dignosce
re multitudinem forme penes intensionem. Enim
uero neqꝫ in ferro neqꝫ in alia re, que non sit forma
liter ignis, potest esse tam intensus calor quam in
flamma rarissimi ignis: nam cum calor sit disposi-
tio naturalis ignis, esse nequit sūmus calor, nisi v-
bi est forma ignis: in ferro vero, vbi non est ignis,
non potest esse calor tam intensus: sicut in flamma
ignis. Hinc sequitur ꝙ equalis multitudo caloris
in materia eque extensa intensior erit vbi materia
fuerit rarior. Et hinc fit ꝙ licet ī substātia ferri nō
sit formaliter ignis, quia nō est calor intensus ver
bi gratia nisi vt. 6. applicata tamen stuppa inflāma
bitur: quia cum illa multitudo caloris ferri produ
catur in stuppa, magis intenditur: ⁊ ideo fit ignis.
Demus exēpli gratia intensionē fieri per additio-
nem gradus ad gradū: dico ꝙ in pedali ferro cali-
do vt quatuor, multo plus caloris est quā in flāma
ignis pedalis: licet nō sit tam intensus calor: quo-
niam illi gradus in ferro non vniuntur secundū in
tensionem: sed condēsantur, vt sic dicamus, in den-
siori materia. Unde si ferrum illud posset rarefieri
ad tantam raritatem quanta est flāma ignis, fieret
quidem in cētuplo. v. g. extensius quam modo est:
⁊ sic in nulla eius parte tantū calefaceret: sicut flā
ma ignis. ¶ Et per hęc patet responsio ad formam
quinti argumenti. Negatur ꝙ in ferro calidissimo
sit minus multitudinis caloris quā in flamma stup
pe: licet in flamma stuppe sit intensior, negaturqꝫ,
vbicunqꝫ calor est intensior, esse plus multitudinis
forme, nisi cętera sint paria in raritate. Imo dici-
mus quod in ferro pedali est multo plus multitu
dinis caloris: ob idqꝫ vehemētius calefacit. ¶ Sed
est adhuc replica. Sit. v. g. pinus calida que in ea
dem proportione sit extensior in qua ferrum est dē
sius: ita vt sit equale de multitudine materie ⁊ for
me caloris in vtraqꝫ. Tunc arguitur sic. In toto il
lo ligno tātū est de multitudine forme caloris quā
tum in minori ferro: ⁊ tamen vehementius cale-
faciet ferrum quam lignum illud, cuicunque eius
parti fiat applicatio, vt experientia constat: ergo
non attēditur actiuitas per multitudinem forme.
¶ Respondetur ꝙ in tali casu vehementius calefa
ciet totum ferrum: non quidem propterea ꝙ ha-
bet plus de multitudine forme: sed quia virtus v
nita fortior est seipsa dispersa: quia dum tota multi
tudo forme que extēditur per. 10. pedes cōdensat
ad pedalitatem, vehementius agit. At vero hęc ad
vnguem examinari nequeūt quoadusqꝫ lib. 1. de ge
ne. explicemus naturam intensionis. ¶ Hinc sequi
tur quā sint sine apparētia sophismata, que hic in
digne a nōnullis multiplicātur. v. g. si esset aliquod
pedale vniformiter calidum vt quatuor: voluīt pro
bare ꝙ illud posset fieri infinite calidum sine addi
tioni noui caloris, vt si diuiso per partes propor-
tionales, calor prime partis per rarefactionem ex
tendatur per totum: ⁊ itidem calor secunde par
tis per rarefactionem extendatur per totum: et
ita calor cuiusque partis. Hoc enī mō putant resul
tare calorē infinite intensum: quia cuicūqꝫ parti ad
duntur infiniti calores eiusdem intensionis. Nul
la est tamen in argumēto apparentia. Primo, quia
multitudo forme quomōcunqꝫ condenset, aut rare
fiat semper est eadem ⁊ ideo actiuitas nunquam va
riabitur. Et preterea calor non pōt de se rarefieri:
nisi ponat in subiecto rariori. Si autem subiectum
efficiatur rarius: sicut rarefiunt ille partes debe
ret subiectū extendi in infinitū et esset infinite ra
rū. Quod implicat cōtraditionem. Et preterea: li
cet admitteret illa sua imaginatio, deueniendū est
ad tantā raritatē caloris, qua non posset esse maior
⁊ tunc nō posset calor minoris partis extendi per
totum. ¶ Hęc aliaqꝫ id genus sophismata multipli
cantur hac tempestate: quibus ⁊ tempora discipu
lorum ⁊ ingenia perdantur. ¶ Sed ⁊ subiciūt hoc
loco quęstionem, an potentia tam actiua quam pas
siua terminetur per maximum quod sic, aut mini
mū quod non: vbi alia sophismatū genera indigna
profecto, nō solū Philosophie, sed ⁊ summularum
etiam volumine. Quocirca nō rem adeo existima
mus necessariā, vt peculiaris de hoc sit quęstio: sed
lib. 6. vbi Aristo. mētionē facit de proportione mo
tuum quod fuerit necessarium, dicemus. ¶ Sequi
tur in textu caput quartum cum quinto et sexto vs
que ad textum. 67.

¶ In capite.iiij.textu.xxxix. Dicuntur autem fortuna & casus. &c.

## Quæstio quinta.

¶ VTRVM FORTVNA ET casus & perinde fatū in numero sint causarū.

Aduersus partem affirmatiuam arguitur primo. Nulla est fortuna ergo pͣsupponit falsum. Añs patet nō solū authoritate August. q in pͥncipio statim retractatiõ nū accusat se ꝙ aduersus academicos sepe fuerit vsus nomine fortune, verū, ⁊ gentiles ipsi lumine naturali negabāt fortunā. vnde Satyric⁹ ille satyra.10. Nullū numē abest si sit prudētia: sed te nos facimus fortuna deā, celoq; locamus. ¶ Secūdo arguitur. Esto esset fortuna, de illa tamen nulla potest esse scientia: nam vt patet hic apud Philosophum tex. 52. fortuna est causa per accidens: scientia vero vt.1.post.tex.19.⁊ infra habetur nō est nisi de his que sunt per se. ¶ Et cōfir. Fortuna, vt patet in tex. 53. est occulta ⁊ immanifesta: ergo ꝺ illa nulla est definitio: nam definitio est que rei naturā manifestat: cuius tamen non est definitio nec esse potest sciētia. ¶ Tertio principaliter arguitur, qꝛ videtur Arist. contraria dicere de fortuna, dum inquit fortunam esse causam per accidēs: nempe effectus illius qui est preter intentionem agentis: ⁊ tamen text. 58.⁊.61. dicit ꝙ solum contingit fortuna in his que agunt a proposito per intellectum. ¶ Et confirm.2. Partitur Phi. in text.48. ea que fiunt, in tria: nam alia (inquit) ⁊ fiunt semper, alia frequenter: in quibus fortuna non contingit: alia vero sunt que in minori parte.i. raro contingūt: ⁊ in his tantum est fortuna, hec autem diuisio est insufficiens, vt ait Auicēna quē citat illic Cōmentator: nam alia sunt equaliter cōtingentia ad vtrum libet: vt hominem sedere ⁊ non sedere. tacere ⁊ loqui ⁊c. que etiam videntur esse a fortuna: cum cause naturales ad huiusmodi effectus de se sint indifferentes ⁊ indeterminate, ergo diminutus fuit Aristote. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si fortuna esset numero causarum ascribenda maxime reduceretur ad genus cause efficientis: vt Aristo. ipse docet text.65. sed hoc est falsum: ergo Probatur minor. Materia est de se causa indeterminata, quia de se ad nullam speciē determinatur: nisi per formam: vt.3. huius tex.65. videbimus: sed fortuna ⁊ casus sunt cause indeterminate ⁊ indefinite, vt habetur hic text.53. ergo fortuna potius reducitur ad genus cause materialis. ¶ Et confirmatur. Effectus fortuitus est ille qui accidit effectui intēto ab agēte, vt patet in text.51. vt si aliquis vadat ad forum gratia salutandi amicum, ⁊ in itinere inueniat debitorem, a quo recuperat pecunias: sed huius fortuiti effectus prima causa fuit finis intētus propter quem ille iuit ad forum: ergo finis ipse potius est fortuna, quam causa efficiens, puta ꝙ homo vadēs ad forum. ¶ Quinto principaliter arguitur. Fatum nullatenus est asserendum: ergo secūda pars questionis presupponit falsum. Probatur antecedēs: primo authoritate Grego. in hom. epiphanie dicentis. Absit a fidelium cordibus, vt fatū aliquid esse dicant. Et preterea ratione. Aut fatum idem prorsus est ꝙ fortuna.s. causa preter intentionem agens, aut est aliqua certa causa agens prouidēter ex intentione. Nō primum quia. vt.5. de ciui. dei cap.9. ait August. fatum dicitur a fando. vt fatum sit id quod est predictum ab aliqua pͥuidentia. Si autem detur secundum, tunc causa illa que dicitur fatum non potest esse, nisi Deus qui ab eterno preordinauit ea que in reb⁹ futura sunt: Deū autem appellare fatū inconueniens est: quidquid agit sicut eū appellare fortunā: nā deus libere agit, fatum autem censebāt Philosophi esse causam necessariā, puta syderum constitutionē vt ait illic August. ⁊ astrologi iudiciarij docent. ¶ In cōtrarium vero.s. ꝙ fortuna ⁊ casus sint, patet ex tex. presenti.39.⁊.42. vbi ait multa fieri a fortuna ⁊ text.52. vbi diffinit fortunam.

¶ Materia hæc casus & fortune visa nobis est aptior, que in cōmentis tractaretur, quā in questionibus, ⁊ ideo plura illic dixim⁹ quā hic sumus dicturi. Quatuor sunt termini qui quandā inter se vidētur habere similitudinē.s. fatum, fortuna, casus, ⁊ occasio: que quodāmodo attinere videnť ad rationē cause: obidq; licet hic Ari. solū de fortuna ⁊ casu loquatur, de his omnibus operepͥtiū est dicere: nēpe ꝺ fortuna ⁊ casu in.1.arti. ⁊ in secūdo de fato. ¶ Fortuna a forte dicitur: forte autem id fit: quod est preter intētionē. Quo fit vt fortuna, ⁊ per se causa, e regione, opponātur. Est enim causa per se illa que ex intentione operatur: atq; adeo inde sequitur, vt effectus idem qui respectu superioris cause est per se, respectu inferioris, que a superiori dirigitur, fit per accidens. Vulgatum exēplum est qꝺ. S. Tho.1.p.q.116. arti.1. ponit. vt si dn̄s duos seruos eodem mittat, seorsum vtrumq;, intentione vt sibi sint inuicem obuij: quā tamen intentionem illis nō reuelat, sed diuersa illis dat negocia. Tunc ꝙ sibi ipsi concurrant, respectu eorū est fortuitus effectus: quia est preter sciētiam et intētionem eorum: at respectu domini nō est fortuitus: sed per se intentus. Exemplum hoc materiam hāc illustrat, ⁊ secundū philosophos naturales ⁊ secundū Christianos. Philosophi enim Arist. precedentes fuerunt in triplici opinione vt hic meminit Arist. text.40. Prima opinio fuit eorū qui omnino negabāt fortunā: ea ducti ratione vt tex. 53. adnotauit, ꝙ cū effectus fortuitus (quia est per accidens) non habeat certā ⁊ determinatā causam, fortuna est causa hominibus occulta. Et preterea, quia vt tex.58. dixit causa que per se non operatur, nō est simpliciter causa. ¶ Hos repellit Philosophus ex cōmuni omniū consensu vno ore dicentiū multa fieri a fortuna ⁊ casu. ¶ Secūda opinio fuit in alio extremo que refertur tex. 44. Democriti dicētis in motibus celorum fuisse fortunā ⁊ ratione materie, quia.s. illuc forte concurrerunt orbiculares atomi qui fuerūt causa motus circularis celorum. Quoniā vt q.3. dicebamus: quia Democritus negabat causam finalē, ⁊ per cōsequēs efficientē, omnia dicebāt facta esse a casu. ¶ Istos tamē tanquam omnium ineptissimos reprobat ibidem Arist. vt in commē. latius dictum est: quia cū experientia cōstet in his inferioribus res naturales non fieri a fortuna (quia ex oliua non nascitur, nisi oliua, a fortiori dicendum est motus illos, qui multo sunt diuiniores, atq; adeo istorum cause, cōtingere ex necessitate nature. Et preterea quia experientia docet in effectibus naturalibus aliqua contingere mōstra, illos autem regularissimos motus nunquam compertum est deficere. ¶ Tertia opinio recitatur text.47.s. ꝙ fortuna est quedā prima causa omnium fortuitorū effectuū: sicut deus est prima causa omnium effectuū per se. Vnde antiqui

Fortuna.

Phi. de fortuna.

tiqui eam colebant tanquam deam vt Augu.ait.5. de ciui. dei capi.18. Inde vt arbitror mouebantur, ꝙ non poterant intelligere quomodo effectus fortuiti sequantur ex concursu causarum per se: vnde cum omnium effectuum signanda sit aliqua causa, cogebãtur dicere fortunam esse aliam causam realiter distinctam a causis per se. ¶ Opinio autem Aristo. cõsistit in hoc ꝙ fortuna ⁊ casus sunt causę efficientes, distincte a causis per se, non quidem realiter, sed sola ratione.

*Diffinitio fortunę.*

¶ Diffinit ergo fortunã Phi. text.52. hoc modo. Fortuna est causa efficiens, per accidens, in his quę secundum propositum fiunt propter finem, raroque contingunt. Ad cuius intelligentiam [licet in cõmento vtcunque sit exposita] animaduertẽdum est ꝙ diuisio causę in per se ⁊ per accidens est analogica: causa enim simpliciter solum dicitur de causa per se intendente finem sicuti equus est causa equi: statuari⁹, causa statue: ⁊ mercator per negotiationem, causa diuitiarum: et homo per virtutem, causa felicitatis. Causa vero per accidens est solum causa secundum quid: quippe que non habet, aut propriam formam naturalem, aut proprium propositum ad illum effectum. ¶ At vero causa per accidens, vt.qõ.3.dicebamus, vno modo accipitur pro ea forma quę accidentaliter coniungitur cum causa per se: sicut musicus est causa statue. Et hęc non est fortuna. Alio modo vt coniungitur cum effectu per se: ⁊ hoc dupliciter. Uno modo remouendo prohibens, aut resistendo corrũpenti, vt amouens columnam sustinẽtem tectum, est causa ruine tecti: ⁊ sal est causa pręseruationis carnium. Et neque isto modo causa per accidens est fortuna: quia hęc agunt ex intentione. ¶ Tertio modo dicitur causa per accidens: quia attingit positiue, non quidem ad effectum cuius est causa per accidens: sed ad aliquam dispositionem: sicut furor tyrannorum erat causa patientię martyrũ. Et hęc causa in moralibus dicitur occasio: sicuti in naturalibus per antiparistasim calor solis in estate est

*Occasio.*

causa per accidens frigiditatis aquę in puteo: nam vnum contrarium non est directe causa alterius, sed per accidens: vt frigiditas fugiens calorem intendit se. Et hoc modo patientia martyrum, quę necessaria erat in persecutione tyrannorum, efficiebatur fortior. ¶ Quarto modo causa dicitur per accidens: quia attingit effectum quem non intendebat: vt fodiens sepulchrum est causa thesauri. Et hęc est fortuna vel casus. Quare causa per se ⁊ fortuna sola ratione differunt respectu diuersorum effectuum vt in commento.50.adnotauimus. ¶ Hinc elicit Arist.tex.1.⁊.51. ꝙ tam fortuna, quã casus contingunt in ijs quę agunt propter finem. Non ꝙ casus fortuitus sit intentus tanquam finis: sed ꝙ sit per accidens adiunctus causę intendenti alium finem, vt inuentio thesauri adiungitur fossioni terrę qua intenditur sepeliri mortuum. Dupliciter autẽ exposuimus illic quomodo semper casus fortuitus contingat in ijs quę sunt propter finem, vno modo ꝙ talis actio, aut fiat, aut apta sit fieri propter finẽ vt si quis indeliberate et ociose fricans barbam erueret sibi oculũ, ille est casus, licet illa actio nullum habuerit finem: quia nata est habere finẽ. Secundo modo melius, ꝙ talis effectus fortuitus, licet tunc actu non fiat propter finem, sit tamen aptus fieri propter finem. Quod itidem super tex.63. adnotauimus. Et cum moueri a fine sit proprium causę efficientis, tam fortuna quam casus reducitur ad genus causę efficientis, vt habetur textu. 65. ¶ Secundo notandum ex Philosopho. text. 48. quod cum effectuum alij contingunt semper, alij frequenter, alij vero raro (quę membra illic abunde exposuimus) fortuna, non est, nisi eorum que in minori parte et raro contingunt. Si enim quis nauigans in hyeme, pereat, certe non potest dici casus: quia talibus nauigationibus frequẽter contingit naufragium. Et qui delectationis causa fornicatur, non a casu peccat, quia peccatum semper adiungitur tali actioni. ¶ Tertio notãdum est vt superius tex.49.diximus, ꝙ agere propter finẽ contingit dupliciter: vno modo a ꝓposito.s.ex cognitione ⁊ electione particularis agentis, vt est in actionibus liberis: alię vero sunt quę agunt ex necessitate naturę, non quidem ꝙ ipsa se moueant ad finem, sed ꝙ moueantur a datore naturę: sicut cum ignis generat ignem: hirũdo facit nidum: formica congregat grana.⁊c. Et in hoc differunt fortuna ⁊ casus, vt egregie manifestat Ph.textu.58.⁊ infra.

*Agere propter finẽ.*

¶ Sunt ergo in diffinitione fortunę particulę quinque. Prima ponitur loco generis.s.causa efficiẽs. Secunda particula est, per accidens, ad differentiam causę per se: quę sola ratione differt a fortuna. Tertia in ijs, quę agunt propter finem, ad explicãdum ꝙ cum quis indeliberate fricat barbam, illa fricatio non est a fortuna, licet non sit intenta, quia illic non sunt duo effectus: sed vnus solus qui fit temere. Quarta in ijs quę raro ⁊ in minori parte contingunt, ad differẽtiam eorum, quę semper, aut frequenter accidunt. Et in ijs omnibus quatuor particulis conueniunt casus ⁊ fortuna. Quinta particula est, secundum propositum, ⁊ in hoc differt fortuna a casu generaliter dicto, vt expositũ est. Quapropter hac sola particula dempta, residuum erit diffinitio casus. Ex quo sequitur quod causa per accidens superius est ad casum ⁊ fortunam: nam musicus est causa per accidens statue: ⁊ non est fortuna nec casus. Casus vero superius se habet ad fortunam: vt habetur in tex.57.

*Nota.*

¶ In summa, casus ⁊ fortuna est concursus duarum per se causarum a neutra earum intentus. Exempli gratia. Quis ex intentione recreandi animum in forum exijt: tegula tunc appetitu naturali ex grauitate cecidit quãdo homo erat subtus: causa illius percussionis fuerunt duę causę per se intendentes alios fines, quarum vtraque est per accidens respectu illius: quia neutra illarum intendebat illam percussionem. Item quis intendens thesaurum seruare defodit subtus terram: quem forte subito mortuus illic reliquit: alius intendens plantare vineam defodit terram ⁊ inuenit thesaurum. Et hunc in modum est casus ⁊ fortuna. Atqui hoc modo intelligere oportet, ꝙ omnis effectus per accidens reducitur ad causam per se: nempe ꝙ si hic effectus est per accidẽs, est quia fit pręter intentionem alicuius causę: ⁊ per consequens illa intendebat alium effectum respectu cuius est causa per se. Ex quo sequitur ꝙ differentię fortunę, nempe cum dicitur bona vel mala: parua vel magna, non sumuntur, nisi ex parte effectus, vt super tex.56.adnotauimus.

*Effectus per accidẽs reducitur ad cãm per se.*

¶ Per hæc manifesta fiunt vniuersa quę ⁊ philosophi ⁊ poete de fortuna prędicauerunt. Primo nanque dicitur fortuna causa occulta ⁊ immanifesta in quo approbatur quodammodo tertia opinio supra recitata. Cum enim fortuna nõ sit causa quę ex intentione faciat certũ effectum, non equidem possumus per effectum venire in cognitionem causę: id quod super textum.53.exposuim⁹. ¶ Secundo fortuna non operatur secundum ratio

*Qualitates fortunę.*

*Occulta.*

nem: ex iis que raro contingunt non possumus rationem certam sumere, vt super textu. 55. satis expositum reliquimus. Eandem ob causam dicitur fortuna insana, ceca, bruta, volubiliqꝫ saxo insistens, vt Cicero libr. 2. ad Herennium ex Pacuuio refert. Insana quidē: quia magnos subitos & atroces habet effectus. Ceca quia oculus cause efficientis est intentio, & fortuna inquantū fortuna nō operatur ex intentione. Bruta: qꝛ quid dignum quidve indignū internoscere nequit. Saxo volubili insistens: qꝛ semper est in cōtinuo motu. ¶ Hinc rursus sequitur ꝙ fuerint ceci qui fortunā, aut causam vnā, aut certe deā fecerūt, vt Augus. lib. 4. de ciui. dei cap. 18. meminit. Si enī dea esset, quomodo mala, ceca, insana &c. imo cum fortuna sit causa quatenus non agit a proposito, nulla esse potest certa causa. ¶ Sequitur ex his deniqꝫ quomodo Christianis licitum sit d fortuna loqui. Primum omnium respectu dei nulla est fortuna. Cum enī nec passer cadat ī terrā sine dei prouidentia, apud quē capilli etiā capitis numerati sunt, nihil in rebus accidere pōt, qd ipse nō preordinauerit. Fit ideo quemadmodū in principio dicebamus, si dn̄s duos seruos consulto mittat vt sibi forte in aliquo loco occurrant, respectu quidem illorum occursus erit fortuitus, non tamē respectu domini: ita prorsus licet respectu causarū particulariū, siue a ꝓposito, siue ex necessitate nature agentium, effectus dicatur fortuitus & casualis, quia non sunt ab eisdē causis particularibus intenti, & eadem ratione huiusmodi cause dicantur fortuna vel casus: tamen respectu Dei nullus est effectus fortuitus: nec ipse potest dici fortuna: qꝛ Deus nihil forte: sed summo iudicio facit. ¶ Quocirca abusus est verbi cum dialectici aiunt Deum contingēter creare, aut quicquam aliud facere: et enim contingenter idem est quod forte & de se indeterminate facere: quod Deo nequaquam conuenit. Sed abutuntur nomine cōtingentie pro eo qd est, libere agere. Enimuero infinita Dei omnipotētia in hoc etiam licet, ꝙ effectibus necessarijs causas attribuit necessarias: contingentibus vero, cōtingentes qd. 1. p. q. 19. artic. 8. ait S. Tho. Ut motibus celestibus, motrices intelligentias: & istis effectibus corruptibilibus attribuit causas que possunt per alias impediri. Unde nō sequitur hec medicina contingenter sanat: & Deus concurrit cum ea ad sanandum contingenter: ergo Deus contingenter concurrit. Nam propterea medicina cōtingenter concurrit, qꝛ taliter concurrit, vt impediri possit eius intentio: deus tn̄ concurrens cū illa nō impeditur: siquidem concurrit cum alia causa impediēte: & nihil seipsum dicitur impedire. Sed concurrit certissimo mō qualiter ab eterno presciuit. De hoc aūt satis. ¶ Hac eadem de causa Phi. 2. magnorū moraliū ca. 8. ait ibi minus esse fortune, vbi plus est intellectus: & contrario. Nam cū aliquid esse a fortuna nihil sit aliud quam esse preter intentionem, fit vt qui plura in futurū prouidet, ei pauciora fortuitu accidant: hominibus autem improuidis multa casu eueniant. Ut in bello, quanto dux industrior est & prouidentior, quia plura facit ex intentione, pauciora contingent illi preter intentionem. Añ. 1. ethi. capit. 9. & 10. dicit ꝙ felicitas eo ꝙ consistit in operatione virtutis, que ex deliberatione operatur, non est a fortuna. Tametsi in libr. 7. c. 13. dicat bona exteriora fortune seruire felicitati. & 1. poli. c. 7. dicit quod fortuna minimum dominatur in artibus, que sunt artificiosissime.

Insana &c.

Christiani d fortuna.

Abiminus d intel. &c.

¶ Igitur ad primum articulum questionis respondetur vnica conclusione. Fortuna non est simpliciter causa: est nihilominus causa per accidens que reducitur ad genus cause efficiētis. Prima pars est Aristo. tex. 54. cuius ratio est quia id solum est simpliciter tale, quod per se est tale: fortuna autem cum non intendat effectū fortuitū, non per se est causa. Quocirca effectus fortuitꝰ nullam habet simpliciter causam. Secūda pars. s. ꝙ sit causa per accidēs, in diffinitione fortune dixerat Arist. Qd tn̄ reducatur ad genus cause efficiētis, asserit text. 65. cuiꝰ ratio est, qꝛ fortuna & casus non est nisi in his que agunt propter finem: agere autem propter finem est propriū cause efficientis. ¶ Ad primū argumentū, respōdet ꝙ Augu. prohibet Christianis frequenter vti nomine fortune. Non ꝙ nō sit nobis licitū ita loqui, si intelligimus fortunā eo modo quo explicatū est. s. cōcursum fortuitum causarū per se intendentium aliū finē: sed ꝓpterea: qꝛ nomē fortune vr̄ insinuare aliquā causam q̄ agat preter intentionē dei, cū tn̄ preter eius intensionē, qui omnia scit, nihil cōtingat. Unde nō est dicendū hoc fortuna voluit, aut noluit: sed hoc Deus voluit, aut noluit: quia solus ipse, & cui ipse reuelauit, sciuit aut nouit, ea que fortuitu contingunt. ¶ Et in eodem sensu negauit Satyricus fortunā: non ꝙ negasset experiētiam qua videmus multa fortuitu cōtingere: sed optime negauit esse deā que ex intētione operatur casus fortuitos. Et ideo dixit ꝙ vbi adest prudentia & preuisio futurorum, nullum numen. i. nulla dea deest: qꝛ prudētia est sufficiens cā futurorū. Debuisset tn̄ gentilis addere, ea que nos prouidemus, Deum preuidisse. ¶ Ad secūdū respōdetur ꝙ quāuis fortuna sit causa per accidens, nihilominus per se conuenit fortune vt sit causa per accidens: & tota illa diffinitio quā ponit Arist. fortune. Et ideo de illa potest esse sciētia: nō quidem per propositiones per accidens, sed per ꝓpositiones per se: qualis est illa in qua predicatur diffinitio fortune de diffinito: & ille preterea in quibus predicantur passiones de illa, vt ꝙ fortuna sit causa occulta, agens preter rationem &c. ¶ Et eodem modo ad confirmationē respōdetur ꝙ quāuis fortuna sit res occulta, nihilominus hoc fit manifestū de illa ex sua diffinitione, ꝙ est occulta eo ꝙ effectus fortuitus ex multis causis potest prouenire. ¶ Ad tertiū respōdetur ꝙ nulla est in verbis Aris. contrarietas. Est enī fortuna causa per accidens, propterea ꝙ effectus fortuitus nō est intētus a tali causa: est nihilominus fortuna semper in his que agunt propter finē, idcirco ꝙ talis causa semper intendit alium effectū cui adiungitur effectus fortuitus, vt in commentis & in hac questione late expositum est. ¶ Cōfirmatio secunda est argumentū Auicēne vt super tex. 48. insinuauimus. Ait enim ꝙ si actiones iste humane que sunt ad vtrūlibet indifferentes considerentur quatenus sunt effectus voluntatis, sunt quidem a proposito, qꝛ homo ex intētione stat: aut sedet, ambulat aut quiescit: si vero considerentur inquantū sunt effectus nature que de se est indifferens principiū huiusmodi motus & quietis, sunt inquit a casu. ¶ Nulla veruntamen ratione opinio hec fulciri potest. Enimuero conditio effectum non debet materialiter pensari ex causa remota que de se est indeterminata: sed formaliter ex cā determinante & applicante alias causas ad effectum. Et qꝛ voluntas est qua determinatur homo sedere vel ambulare, idcirco, licet ex natura rei sint res indifferentes ad vtrumlibet, censentur tamen ab Aristotele inter ea que ex necessitate vel vt plurimum contingunt: propterea qd posita

Cōclusio.

Ad. 1. pñc.

Ad secūdū

Ad tertiū.

Auicen.

posita causa.s. voluntate non impedita, semper se-
quuntur huiusmodi effectus. Ob idq; nullatenus
dicuntur a casu, vel fortuna, sed a proposito. Quis
enim dicat a casu, me modo ambulare, ⁊ Petrum
sedere: aut me dicere, illumq; scribere. ¶Ad quar-
Ad quartũ tum principale conceditur vt dictum est fortunam
reduci ad genus causę efficientis. Et ad primã ra-
tionem in contrarium respondetur ꝙ alia est inde
terminatio materię quę determinatur per formã
ad certam speciem: ⁊ illa non fit forte: sed ex inten
tione agentis: alia est indeterminatio agentis quę
determinatur per finẽ. Et hęc indetermidatio con
stituit rationẽ fortunę. ¶Ad confirmationẽ respon
detur ꝙ causa proxima fortuiti effectus est agens:
quod quidem proinde dicitur fortuna: finis autem
intẽtus a tali causa est causa remota quę mouebat
agens: ⁊ ideo talis finis non est fortuna.

Fatum. ¶De fato (quod ad secundum
articulum questionis attinet) duę fuerũt apud pri
scos cõtrarię per extremũ opiniones. Unã ferunt
fuisse Stoicorũ ꝙ fatũ est series ⁊ ordo naturaliũ
causarũ quę ineuitabili necessitate effectus opera
tur: vt ꝙ iste moriturus esset hac morte ⁊ hac die,
ꝙ futurus esset fortunatus, aut infortunatus ex ne
cessitate fati venire. Unde Chrysipp⁹ vt refert Au
lus Gelius lib.6.cap.2. (qui fuit post Zenonẽ) Stoi
corum princeps. Fatũ est, inquit, sempiterna quę
dã et indeclinabilis series rerũ ⁊ catena. Et Se-
neca itidem Stoicus lib.2. naturalium questionũ.
ca.36. fatum, inquit, existimo necessitatem rerum
omnium actionumq; quam nulla vis rumpat. Tam
etsi quantum ad Senecam pertinet videtur ꝑfe-
cto in subsequentibus Christiane loqui de fato.
Hinc multi ex antiquis fatorũ necessitati attribue
bant prosperitatem ⁊ aduersitatẽ vite ⁊ mortis hu
manę. Unde Virgil. de Paride. Te tua fata trahũt
ne cepta relinquere possis. Hinc astrologi dicunt
fatum esse constitutionem ⁊ positionem syderum
qua quisq; natus est. Quam inquiunt habere vim
super cõplexionem humanã vt homini in vita pro
speritates iste aut ille, ⁊ aduersitates varie contin
gant. ¶In alio extremo (vt Augustinus.5. de ciuita
te.capi.9. arbitratur) fuit Cicero in libris de natu
ra deorum ⁊ de diuinatione. Nempe qui vt necessi
tatem fati aduersus Stoicos negaret, incidit in a-
liam amentiam, vt diceret, deum non esse prescium
omnium futurorum. Arguebat enim ꝙ si prescita
sunt a Deo omnia futura, eo ordine necessario eue
nient quo futura esse prescita sunt: obidq; nõ esset
in nostra potestate euitare mala quę facimus, aut
facere quę omittimus bona. Et ita inquit Augusti
nus, vt hoies faceret liberos, fecit sacrilegos: vide
licet vt crederent deum non habere omnium pre
scientiã. ¶Medius modus qui creditur fuisse Ari
sto. ⁊ quem fides Christiana cõfitetur est quem ex
dictis illic Augustino ⁊ ex Boetio.4. de consola.
colligit. S.Tho.1.p.q.116. ⁊ quem.3.con.Gentiles
capi.92. latius exponit videlicet ꝙ fatum est ordo
causarum naturalium preordinatus ⁊ prescitus a
Deo quę ita influunt in hęc inferiora, vt tamen ex
sua natura deficere possint, ⁊ ex diuina libertate de
pendeant. Et hoc modo vtriq; opinioi recitate cõ
tradicimus. Primę quidem, quia non ponimus fa
tum esse causam necessario ⁊ ineuitabiliter agen-
tem: secundę vero, quia confitemur deũ omniũ ab
ęterno fuisse presciũ, nihilominus suã prescietiam
nullam necessitatem imponere rebus, quominus
eas sinat agere secundum suam naturam, vt alię
possint alias impedire. Exempli gratia. Constella
tiones cęlestes et ordo omnium causarum natura
lium non est dubium quin aliquid agant ad mores
hominum: non quidem necessitando, sed disponen
do. Enimuero, q2 anima est actus corporis, multũ
afficitur ex dispositione corporis: quę sententia est
Arist.1. de anima tex.12. Cholericus enĩ suapte na
tura est iracundus: ⁊ ad literas aptus: phlegmati
cus vero desidiosus, ad literasq; inept⁹. At sangui
neus est bene natus ad beneuolentiam hominum
conciliãdam. Isti tamẽ effectus impediri possunt
per educationem, ⁊ alias causas etiam naturales.
Item Germani ad alios mores sunt propensi, quã
Hispani. Unde mediate huiusmodi sydera sub qui
bus homines nascũtur possunt esse causę bonę aut
malę fortunę. Et hic ordo ⁊ cõcursus causarum est
fatum a fando, quia est prędictus a Deo. ¶Conue
niunt ergo ⁊ differunt fortuna ⁊ fatũ. Primo enim Fortuna ⁊ fatum.
conueniunt ꝙ vtraq; causa est hominibus occulta.
Et pręterea quia sicut fortuna non est, nisi in habẽ
tibus intellectum, ita nec fatum est proprie: nisi in
hominibus, aut in alijs rebus quatenus ad fortu-
nam hominum pertinet. Non enim dicitur fatum
arboris, aut bruti cum fulmine pereunt: quemad-
modum diceretur fatum hominis. Differũt tamẽ
ꝙ fortuna vt dictum est dicit causam per accidens
quę vnum intendit ⁊ aliud consequitur: fatum ve
ro est causa per se inclinans ad aliquem effectum:
qui tamẽ potest per aliam causam particularẽ im
pediri. ¶Sed est hic tamen ad maiorem horum in
telligentiam adnotandum ꝙ isti effectus particu
lares hominum ex triplici causa superiori contin
gunt. Primo ex cõstellationibus cęlestibus vt mo
do dictum est influentibus in corpora humana, ra
tione quarum dispositionum anima inclinatur ad
hos vel illos effectus. Secundo ex angelis custodi
bus qui aut prouincijs, aut personis particulari-
bus sunt in custodiam deputati, vt nobis bona per
suadeant: sicut demones persuadent mala. Et ter-
tio ex prouidentia Dei. Deus autem, quia omnia
futura in particulari cognoscit ⁊ nihil fit pręter
eius intentionem, non dicitur fortuna, vt supra di
ctum est. Neq; dicitur fatum: nam fatum est id qd
passiue dictum ⁊ ordinatum est: scientia vero ⁊ po
tentia Dei non est dicta nec ordinata, sed dicens ⁊
ordinans. Est ergo Deus causa gubernans ⁊ ordi
nans: ⁊ eius concursus est gubernatio ⁊ ꝓuidẽtia
quę nihil contingenter ⁊ indeterminate agit, sed
omnia ex certo iudicio. Et ideo, vt supra diximus,
non est dicendus causa contingens, cum eius intẽ
tio impediri non possit. Neque concursus ⁊ custo-
dia angelorum vocatur fortuna: quia ex intentio-
ne nos custodiunt. Nec proprie angelus est fatum
quia nõ est in ordine causarum naturalium. Ordo
autem naturalium causarum est fatum ratiõe iam
dicta. Non tamen vocabitur fortuna, aut causa per
accidens ⁊ casualis respectu effectuum quos intẽ
dit, vt quando nascitur monstrum, illud quidem e-
rit casuale respectu particularis agentis: quia est
pręter intentionem eius: non tamen erit casualis
effectus respectu causarũ cęlestium: quippe que ex
intentione concurrebant cum alijs causis particu
laribus impedientibus rectam dispositionem ma
terię, ⁊ efficientibus monstrum. ¶Quocirca homo
dicitur bene vel male fortunatus respectu causa-
rum particularium, pręter quarum intentionem
contingit illi talis effectus. s. intẽtio thesauri, aut
casualis mors, vt si casu flante salubri aere in tali
temporis articulo homo liberatur a morte, est be
ne fortunatus respectu omnium naturalium causa
rum que non intendebãt illum effectum: sed nõ di

 cetur

cetur fortunatꝰ respectu dei, qui illud sciebat: nec respectu angeli custodis, qui potuit ex intentione esse causa illius. Tametsi notãdum sit obiter in presentia ꝙ fortunatus non dicitur propter vnũ actũ fortunę, sicut nec studiosus propter vnum actũ virtutis: sed propterea ꝙ plurimum illi prospera accidunt. ¶ Respectu autem cõstellationum cęlestium a quibus homo bene vel male inclinatur, dicitur homo bene vel male natus. At vero respectu angeli non dicitur homo bene natus, sed bene custoditus: quia ex intentione custodit nos. Et eadem ratiõe, nec respectu dei vllo mõ dicimur bene, aut male nati, aut fortunati: sed bene gubernati, & bene ꝓuisi. Non tamen male gubernati: quia malorũ quę nobis contingunt, aut nos sumus causa per voluntatem, si sunt mala culpe, aut si sint alia mala pene deꝰ occulto iudicio illa ordinauit ad bonũ. ¶ Hinc demum sequitur ꝙ in ijs que dependent ex solo cõcursu Dei (vt creatio mundi, conseruatio angelorũ & orbiũ celestium) que cum suapte natura sint perpetua entia ex nulla causa secunda, sed ex solo Deo dependent, nec esse potest fortuna, nec casus, nec fatum: quia cum non dependeant ex causa que deficere possit, nihil potest illis a casu, vel fortuna cõtingere. In his autem inferioribus, quia depẽdẽt ex causis secũdis, põt cõtingere casus & fortuna: & quãto res ex pluribus causis dependẽt, tãto pluribus accidẽtibus casualibꝰ sunt subiecte. ¶ Et hinc

Voluntas. rursus sequit̃ ꝙ volũtas nostra nulli est immediate subiecta fortune aut casui: q2 in suis actionibus a solo Deo immediate depẽdet. Nec alia causa mũdi potest eam directe mouere: nisi angelus vel demon, non quidem compellendo, sed proponendo sibi obiectum bonum vel malum per modũ persuasionis. Et ideo non habet quo possit se a commissis peccatis excusare: sed de hoc alias. ¶ Ad quintum

Ad.5.arg. ergo argumentum respondetur primo ad authoritatẽ Gregorij, ꝙ interdicitur Christianis nominare fatum eo modo quo Gentiles loquebantur de fato, credẽtes, esse causam necessariã ineuitabilẽ, vn

Parce. de fabulabantur esse apud inferos tres Parcas a contrario fato nominatas, qꝺ nemini parcerent: secundum tres differentias temporis, puta presentis, & futuri. Que quidem admodum nentiũ: filum vite nostre ducunt: filum enim quod in fuso tortũ est, significat tempus preteritum vite: quod modo ex colo trahitur & filo torquetur, significat instans presens: quod vero ex colo nondum extractum est, significat tempus futurum. Unde Lachesis filum deducit ex colo. Clotho vero fusum torquendo colligit filum: sed Atropus illud rumpit. Quas quidem fingebant esse inexorabiles, quia vnicuiqꝫ destinata est vite periodos. Putabant. n. presentiam dei necessitatem rebus imponere. Et hoc est quod Grego. condemnat & Augusti. 5. de ciuita. dei. ca. 9. At vero si modo iam exposito loquamur de fato, vt sit ordo rerũ preordinatus et prefatus a Deo, qui non imponit necessitatem rebus, nihil periculi est vti hoc nomine, fato. Unde idem Augustinus eodẽ lib. cap. 1. si propterea inquit euentus rerum quis quam fato attribuit: quia ipsam Dei voluntatẽ fati nomine appellat, sententiam teneat: sed linguã corrigat. Quocirca si astrologi nihil alium nobis prenunciarent quam euentus aliquos in generali ad quos sydera nos nostre natiuitatis inclinãt, neque illos ita affirmarent ineuitabiles, tollerabiles quidem essent, sed de hoc merito quidẽ reprehenduntur, & quod ad particularia nimium descẽdunt, & summam certitudinem suis prenosticis arrogant. ¶ Ad rationem autem satis responsum est, dum constituta est inter fatum & fortunam differẽtia, ostensumqꝫ est quemadmodum fatum non est Deus neqꝫ eius prouidentia: sed ordo naturalium rerum ab ipso prestitutus. ¶ De arte ariolãdi: qua vtebantur gentiles, ex animalium extis auiumque volatu, & alijs id genus futuros euentus portendẽtes, nihil opus est mẽtionem facere: quippe cũ ea demonum fallaci suasione obseruabant.

In cap. viij. tex. lxxv. Dicendum igitur. &c.

# Quæstio sexta.

## VTRVM NATVRA agat propter finem.

A Parte negatiua arguitur primo contra primam conclusionem Arist. in text. 76. ꝙ physico incumbit per omnes causas demõstrare. Si hoc esset verum, maxime vt ait illic Commenta. ꝙ physico proprium est considerare materiam: sed hoc non: quia metaphysicus abstrahit a materia (cum tractet de intelligentijs) & tamen habet etiam ipse considerare omnes causas, vt Aristo. 3. meta. tex. 3. docere videtur. ¶ Secundo principaliter arguitur contra eundem textum, vbi ait tres causas in idem coincidere. Forma ignis est pars substantie: eius tamen finis est calefacere. nam esse est propter operari. Et in artificialibus forma domus est ordo partium: finis autem est habitatio: ergo forma & finis nõ sunt idem. ¶ Et confirmatur. Materia nonnunquã & efficiens coincidunt: imo & materia & finis (vt quando aqua se reducit ad frigiditatem) ergo debuisset Arist. dicere ꝙ omnes quatuor causę aliquando coincidũt: & non tãtum tres. ¶ Tertio principaliter arguitur contra aliud dictum eiusdem text. 70. s. ꝙ illa que non habent in se intrinsecum principium sui motus, non cadunt sub physica. Celi non mouẽtur ab intrinseco vt. q. 1. huius libri dictum est: & tamen pertinent ad physicam cõsiderationem: nam libri de cęlo sunt mere physici. Imo intelligentias quę nullo modo mouẽtur, nec sunt entia naturalia, pertinẽt ad physicum cõsiderare, de quibus proinde disserit Aristo. 8. huius ergo dictũ illud est falsum. ¶ Quarto principaliter arguitur. Natura non mouetur a fine: ergo non agit propter finem. Consequẽtia est nota: nam, propter, dicit motionem qua agens mouetur a fine & ad finẽ. Sed probatur antecedens. Quando ignis comburit stuppam forma generanda nullatenus potest mouere ignem: nam aut moueret illum realiter per se immediate: & hoc non, cum talis forma non sit. Aut per hoc qꝺ ignis recepit virtutem agendi a tali fine: sicut ait Aristo. graue moueri a generante: & hoc non: quia adhoc saltem requiritur ꝙ illa forma fuerit. Aut mouetur intentionaliter: sicut infirmus a sanitate futura quam cognoscit mouetur ad sumendam potionem: & hoc non, quia ignis non cognoscit.
¶ Et confirmatur. Si natura agit propter finem, maxime animalia illa bruta quorum exempla ponit Philosophus: sed ea non: ergo. Probatur minor. Aut hirundo extruens nidum cognoscit finẽ. s. procreationem filiorum, aut non: si non cognoscit, male dicit Aristot. ꝙ illa animalia non agunt ex deliberatione: nam si cognoscunt finem ordinant

niant media ad finem. Si tamen non cognoscant finem, mirabile est quod tanta arte vtantur hirundines, apes, & vermes illi serici, bõbices nomine. Et reuera quicquid sit de alijs, tamen formica congregans grana, videtur cognoscere finem, nam cognoscit alimentum: & canis venaticus videtur cognoscere feram, quam absentem indagine sequitur.

¶ Quito principaliter arguitur. Si natura ageret propter finem, id maxime esset, quia causa naturali concursu & instinctu producit talẽ effectum (hoc enim sonat agere propter finem) sed si hoc esset verum, sequeretur ꝙ cum natura producit monstra, ageret etiam tunc propter finem: quoniam sicut naturali concursu producitur perfectus homo, ita naturali consursu causarum vniuersalium & particularium impedientium productionẽ perfecti hominis producitur monstrum. Consequens tamen est contra Aristo. c. 8. appellantem monstra peccata nature, atque adeo effectus per accidens, propterea ꝙ raro contingunt.

¶ Sexto principaliter arguitur contra aliam conclusionem in text. 88. s. ꝙ necessitas in rebus naturalibus sumitur a fine. Durities ossis & oculorũ mollitudo prouenit ex dispositionibus materie: quia scilicet in osse est magis densa & sicca: in oculo vero mollior & rarior: & ꝙ es appositum igni liquescat, lignum vero vertatur in cineres, prouenit ratione materie, scilicet, quia materia æris est aquea, materia vero ligni terrea. Item ꝙ res iste sublunares sint corruptibiles: prouenit ratione materię: quia, scilicet, sunt materiales: nec est alius finis earum corruptionum: ergo male dictum est ꝙ necessitas sit a fine. ¶ Septimo demum arguitur aduersus aliud verbum in text. 91. quo insinuatur finem esse priorem causam quam materiam atq; adeo omniũ causarum primam. Materia est perpetua loquendo naturaliter: & in rei veritate presupponitur ad introductionem forme: quę vt docet Aristotel. coincidit cũ fine: ergo materia est prior causa q̃ finis ¶ Confirmatur. Ordo causarum particularium sumendus est ex ordine vniuersalium: sed inter causas vniuersales prima omniũ est Deus qui est prima causa efficiens: ergo causa efficiens precedit finem. ¶ In cõtrarium est authoritas Aristote. qui per totum capit. 8. probat naturam agere propter finem.

## ¶ Quæstionis huius materia

abunde constat ex textus expositione: sed ne filum quęstionum rũperemus, mota est vt & textus & commentatorum epilogum faciamus. Summa trium capitulorum a textu. 68. vsque ad finem huius secundi libri consistit in septem conclusionibus: tribus preambulis in. 7. c. & quarta principali. in. 8. & tribus item appẽdicibus. ¶ Prima in textu statim

1. Conclus.

70. Philosopho naturali incumbit per omnia causarum genera respondere & suas conclusiones demonstrare. Ratio est vt in Commento. 68. diximus: quia considerat res naturales, non solum quantum, ad esse quod est a forma, sed quantum ad fieri: ad quod requiruntur alie tres cause. Idem pollet ratio Commenta. commen. 70. scilicet, quia physicus habet considerare materiam, quę dependet a forma, & per consequens propter finem educit formam de potentia materie. Unde mathematicus vt illic dicebamus, quia abstrahit a materia, solum demonstrat per formam, scilicet, per quidditates & diffinitiones rerum: nihil considerans de efficiente & fine. De metaphysica vero quę tangitur in primo argumento, non ita manifeste determinauit Aristotel. ꝙ habeat tractare de omnibus causis: vt. 3. metaph. lect. 5. adnotauit. S. Thomas Nihilominus etiam metaphysica tractat de omnibus causis: alia tamen ratione quam physicus. Cũ enim consideratio eius sit de ente in communi: de cuius ratione non est materia (quia intelligentie quę sunt optima entia sunt immaterialia & ingenerabilia) non considerat de materia & forma q̃ sunt partes rei naturalis: sed cõsiderat de forma totius quę est quiditas rei constans ex genere & differentia tanquam ex materia & forma. Non enim diffinit hominem, quod sit compositum ex corpore & anima: sed ꝙ sit animal rationale. Quod si consideret de materia & forma physicis, id facit in genere, quatenus sunt potentia & actus: quę sunt entis differentie. Et eadem ratione non tractat de fine intrinseco generationis: sed de extrinseco rei genite: & per consequẽs nec de efficiẽte quatenus mouet motum: sed de mouente nõ moto. Tractat enim de intelligentijs quę mouent non mote: & sunt secundum Aristo. extrinsecus finis omnium corruptibilium. Tametsi reuera: Deus sit vltimus omnium finis. Et per hęc patet solutio ad primum.

2. Conclu. Finis duplex.

¶ Secunda conclusio est in eodem textu. Forma & finis sunt idem re: quibus efficiens etiam est idem secũdum rationem. Nam finis moueus ignem ad comburendum stuppam est forma introducenda sibi similis in specie. ¶ Sed pro solutione secundi argumenti notandum est ꝙ duplex est finis, alius est finis generationis & alius rei genite. Finis generationis est ipsamet forma quę introducitur per generationem. Et de hoc fine loquitur Ph. Cum enim vnus equus generat alium, forma equi generantis non habet rationem forme in tali generatione, sed forma equi geniti: quę eadem fuit finis mouens agens, vt produceret sibi simile: finis autem rei genite est actio, puta vt res genita iterum operetur. Sicuti finis generationis plante est forma plante: finis autem rei genite est fructus. Et de hoc fine non ait Aristo. ꝙ coincidat cum forma. Imo nec semper talis finis cadit sub consideratione physica. Finis enim hominis est operari secundum virtutem. quę pertinet ad Philosophum moralem: & visio beatifica: quę pertinet ad theologũ.

Ad. 2.

¶ Ad confirmationem respondetur, ꝙ in generatione substantie nũquam materia potest coincidere, nec secundum rem, nec secundum rationem, vel cum efficiente (quia materia nullius est actiuitatis) vel cum forma aut fine: quia materia est pura potentia: & forma & finis sunt actus. Et ideo Aristo. non dixit materiam coincidere cum alijs causis. In alterationibus vero nihil prohibet, vt materia & agens sunt idẽ, vt quãdo aqua reducit se ad frigiditatem: vbi etiã perfectio aque est finis. Aut quando semen per virtutẽ intrinsecam digeritur ad generationem: quanuis etiam tunc aqua moueatur in virtute generantis, & semẽ in virtute animalis a quo fuit decisum. ¶ Tertia conclusio, est in eodem textu. Mouentia quę mouent mota, id est quę

3. Conclus.

habent in se intrinsecum principiũ sui motus, pertinent ad physicam considerationem, quia sunt entia naturalia: illa vero quę mouent & non mouentur, id est quę non habent principium intrinsecum sui motus, quia non sunt entia naturalia, non pertinent ad physicum. Unde infert tria esse genera rerum ad tres scientias pertinentia. s. intelligentias quę nullo modo mouentur, celum quod mouetur sed non corrumpitur, & ista corruptibilia.

¶ Ad tertiũ igitur argumẽtũ respondetur ꝙ celi: licet nõ habeãt principiũ intrinsecũ actiuũ sui motus,

tas habet tamē principiū passiuū mot⁹ localis, vt eadē questione dictū est: obidq; sunt entia naturalia pertinentia ad physicā: sed quia non sunt corruptibilia distinguūtur ab alijs entibus naturalib⁹. De intelligentijs vero ꝛ prima causa alia prorsus ratione ꝙ metaphysicus tractat Philosophus naturalis. Metaphysicus enim tractat de illis quatenus sunt quedam entis genera per suas diffinitiones quiditatiuas (quales pro isto statu de illis venari possumus) physicus vero duntaxat tractat de illis per ordinem ad motum: reducit enim particulares motus ad prima mouentia particularia: deinde ad vniuersalia. Ut cur genitus est homo, quia ex semine humano: ꝛ cur semen erat humanū: quia decisum ab homine. Et illud ad primum mouens particulare. Nihilominus: quia cause particulares dependent ab vniuersalibus, necesse habet tractare de celis ꝛ eorum motibus. Atque adeo perscrutari tenetur vtrum talis motus celorum cōueniat illis ab intrinseco, an ab extrinseco. Et hac necessitate tractat de intelligentijs inquantum sunt celorum motrices. Utrum vero sunt materiales vel spirituales, hoc pertinet ad metaphysicum. Et hęc de septimo capit. quod in Commentis latius expositum est.

Conclusio pricipalis.

¶ In cap. viij. constituit principalem conclusionem quartam in ordine, qua respōdetur ad questionem. Que vt in Commentis dicebamus in precipuis est quas Aristot. asseruit. Non enim solum ad intelligentiam rerum naturalium summe opere conducit, verum ad corroboratione̅ diuine prouidētie, res vniuersas in suos cuiusq; fines dirigentis: vnde Empedocles ꝛ Democritus ex ignorātia finis non solum errores: sed certe deliramenta plurima somniarunt. Nā vt. q. 3. ꝛ hic super text. 74. adnotauimus, ignorato fine, necesse est ꝛ causas efficientes latere: efficiens enim agit propter finem. Et hinc lapsi sunt isti in illum errorem, ꝙ omnia sunt facta a casu, etiam celi, propter fortuitum cōcursum atomorum circularium, aut pyramidalium, aut alterius figure. ¶ Et preterea nullam pręter materialem reddebant rerum causam: ob cuius necessitatem dicebant prouenire varietatem membrorum animalium, omniumque generationes ꝛ motus, vt in commētis septimi capitis late expositū est. Atq; adeo nimirū si Dei prouidentiā, imo et Deū ipsum, ignorauerint. Nā cum Deus sit qui suos quibusq; rebus indistinctus ad suos certos fines impressit, ignorantibus fines rerum, nō restat in lumine naturali quomodo cognoscant Deum esse causam horum inferiorum, aut certe esse Deum. Aduersus istos constituit Philosophus hanc conclusionem. Natura agit propter finem. Quam nouem egregijs rationibus corroborat. Primo, quia ea quę sunt a natura contingūt, aut semper, aut frequenter. Secundo quia natura agit similiter vt ars: quam constat agere propter finem. Et tertio, quia ars imitatur naturam: vt patet in arte medica: q eodē modo producit sanitatem quo produceret natura si posset: que tamen ars ordinat media ad finem. Et. 4. exemplo brutorum animalium, puta formice ꝛ hirundinis que sine aliqua consultatione agunt propter finem. Et 5. quia materia est propter formam. Et. 6. ex indicio sumpto a monstris: que idcirco sunt monstra, quod non attingunt finem intentum a natura. Et. 7. quia certus est ordo ꝛ series actionum, vt prius sit semen deinde digeratur, ꝛc. quod est testimonium illa ordinari ad finem. Et. 8. quia plante etiam agunt propter finem, licet non sit ita manifestum. Et postremo: quia si natura non ageret propter finem, non solum contingerent monstra constantia ex diuersis membris animalium, aut membris deformia, sed indifferenter fierent monstra ex partibus animalium ꝛ plantarum coeuntibus: quod est contra experientiam. Has rationes: quia copiose (ni fallor) exposuimus in Commentis, molestum duximus hic pluribus verbis explicare. Commenta. consulite. ¶ Reuera nihil aliud quam furor ꝛ insania est de rebus naturalibus finem tollere. Quis enim homo, nisi qui hoc nomine non est dignus (vt alia preter mittamus) dicere audeat, cum ceterorum animalium, tum maxime hominis membrorum compaginem, forte ꝛ casu factam: sane que ad sua cuiusque officia tam sunt copiose apposita, atque adeo mirabiliter accommodata, vti oculi, aures, manus, pedes, ꝛ his interiora, os, dentes, guttur, stomachus, tanquam multe vene, arterie, alueique diuersi, quibus alimentum, quo sine viuere nequimus, sumatur, teratur, deglutiatur, digeratur, distribuatur, ꝛ egeratur? Et in cerebro rete illud, merito mirabile nuncupatum, quod spiritibus colandis artifex natura retexit, quales sensibus visui esse possent. Atqui quis inficiari potuit, aerem ꝛ reliqua elementa, seminumque ꝛ plantarum tam multa genera, in vsum esse animalium, ꝛ presertim hominum, condita vniuersa: figuramque ipsam iumētorum ad vehendū, cum sarcinas, tum etiam homines ipsos aptissime fuisse creata? Et vt ethnicus ille cecinit, non sibi, sed nobis nidificare aues, mellificare apes, vellera ferre oues, aratraque boues. Si qui vnquam hęc olim ignorabant, nimirum si nullum Deum colerent: nam qui modo de his vniuersis, Deum non colit, amat, ꝛ veneratur, dabit ille ingratitudinis penas. ¶ Sed vt ad solutionem quarti argumenti reuertamur, respondetur ex distinctione Aristo. in text. 49. vbi distinguit ea que sunt propter finem in duo: alia enim agunt propter finem, id est, a proposito: ꝛ alia tanquam directa ab alio. Possumus tamen in tria membra explicatius distinguere, vt ait. S. Tho. 1. p. q. 59. artic. 1. ꝛ 12. q. 1. ꝛ 6. alia enim agunt propter finē sine aliqua prorsus cognitione finis. vt plante, ꝛ elementa: alia vero cum cognitione finis. Dupliciter tamen, aut cognoscendo finem materialiter, idest, rem particularē, que est finis, non cognoscēdo rationem finis, neque ordinem mediorum ad finem: ꝛ isto modo bruta cognoscunt finem: cognoscunt enim famem ꝛ sitim, quam sentiunt: ꝛ hordeum quod comedūt, ꝛ quam bibunt aquam, non tamen cognoscunt hęc ordinari ad sedandam famem aut sitim, propterea ꝙ imaginatiua bruti non est collatiua vnius ad aliud. Alia sunt que agunt propter finem cognoscendo formaliter finem ꝛ ordinem mediorum ad ipsum. Ut Deus ꝛ creature rationales.

Insania est finē negare.

Ad. 4. Agere ppter fi. tripliciter.

¶ Tunc ad formam argumenti respondetur ꝙ insensibilia agunt naturaliter propter finem primo modo: sensibilia vero secundo modo. Sed semper restat argumentum quomodo ignis, aut plāta mouetur a suis finibus, scilicet, ab igne generando, vel a germinandis fructibus. Respondent communiter nihil aliud esse plantam moueri fructibus quam habere virtutem naturalem producendi fructus. Sed certe hoc non satisfacit verbo quod est, agere propter finem: nam ly, propter, dicit quodammodo moueri a fine. Et ideo dicendum est ꝙ quemadmodum cognoscens album dirigit sagittam in album, imprimendo illi impetum, vel motum

motum ad talem determinatum locum, & ideo album mediate mouẽdo hominem mouet sagittam: quia virtus impressa est sagitte ex intentione albi: ita quia conditor nature Deus ex intentione fructuũ impressit plante virtutem germinandi, planta mouetur quodam modo a fructibus, id est, per virtutem sibi impressam ex intentione fructuum. Et ideo opus nature, est opus intelligentie. Et eodem modo ignis quodãmodo mouetur ab igne generando.

¶Quod si cõtra obijciatur. Natura illa cõuenit ab intrinseco taliter ꝙ non posset Deus facere primũ quin suapte natura esset productiua pruni. Respõdetur id esse verũ: nihilominus in rei veritate, quãdo res create sunt, condite sunt illa intentione. Et philosophi naturales: licet ignorassent creationem mundi, ita tamen explicabant naturas rerum, ac si essent opus intelligentie. Quando diximus hominem agere a proposito mouendo se in finem, non intelligimus de actionibus naturalibus, sed de moralibus, vt ducere vxorem ad procreãdos liberos emere alimenta, &c. sed tamen actiones naturales vt generationes & nutritiones eodem modo fiunt quo in ceteris animalibus.

Bruta quo modo agũt propter finem.

¶De materia cõfirmationis varie sunt opiniones quas recitat Paulus Venetus. Alij enim dicunt ꝙ formica cõgregat grana ex cognitione quadam naturali quam habet futuri euentus, scilicet, ꝙ in hyeme indigebit. Et ita araneus texit telam ex cognitione naturali qua cognoscit telam futurã. Alij dicunt ꝙ ista animalia operantur ex memoria preteriti: vt hirundo niduli memor quẽ fecerat anno preterito, facit nunc similem.

¶Sed nihilominus rei veritas est ꝙ eiusmodi animalia nullum prorsus finem futurum cognoscunt: neque ista operantur ex memoria preteriti. Quando enim diximus bruta cognoscere finem intelligimus, aut de obiecto presenti (puta quãdo brutum bibit aquam) aut de fine localiter distante, qui per aliquem sensum percipitur: sicuti vultures olfactu mouentur ad remotissima cadauera: tamen de futuro certe nihil cognoscunt. Et quanuis aliqua animalia bruta habeant memoriam & sint quodam modo prudentia, vt docet Aristot. in principio meta. sicut apes retinent quodam modo in memoria flores quas collegerunt, & vbi collegerãt: & bruta habeant ordinem singularẽ in memoria quod tali loco comederunt: ratione cuius ad stabulum properant: nihilominus hirundo non indiget memoria niduli preteriti ad faciendum presentem: nam hirũdo hoc anno nata, quę nunquam fecit nidum, sine memoria preteriti facit nidum: & ita formica noua congregat grana.

¶Dicendum ergo ꝙ ista animalia solo instinctu naturali quę nõ est cognitio: sed inclinatio (sicut graue inclinatur ad centrum) operantur nõ cognoscẽdo quo fine id faciant: sed natura instigante. Imo neque equus quando generat cognoscit futurum filiũ: sed solum habet sensationem presentem delectationis: nec quãdo sumit hordeũ cognoscit futurã satietatẽ: sed presentẽ famẽ antequã comedat, & presentẽ satietatem comedẽdo.

¶Nec solum nõ cognoscũt finem rei quam faciũt, vt araneus non cognoscit futuram muscam ad quã illaqueandam texit telam: nec vermis bombix cognoscit futurum sericum: aut hirundo, futura oua: sed neque cognoscũt finem intrinsecum ipsius rei: vt hirundo non cognoscit quantitatem & figuram rotũdam nidi quem facit: sed instinctu naturali facit nidum quem postea videt esse rotũdum.

¶Quocirca illi quos hic notat Aristo. text. 80. dicentes huiusmodi animalia ex parte operari merito sunt reprehendẽdi: nã certe si hirũdo cognosceret figuram futuram nidi & eius durationem, addisceret vno tempore meliorem nidũ facere: vel vna hirundo doctior esset ꝙ alia.

¶Unde ad formam confirmationis respondetur, ꝙ licet huiusmodi animalia non cognoscant finem, nihilominus natura magistra docta sunt operari ad modum artis. Imo propterea dictum est, ꝙ ars imitatur naturam. Et ad aliud respondetur ꝙ formice cognoscunt quidem presentia grana quę colligunt: non tamẽ futuram necessitatem in hyeme: sed natura instigat tantum colligere quantum erit postea necessarium. Canis vero habere potest memoriam fere quam antea vidit: non tamen illud est necessarium ad indagandum. Nam & si nunquam leporem vidisset, olfactu traheretur vsqꝫ ad leporem.

¶Aliæ sunt conclusiones tres ab ista principali appendices & corollarie. Prima in tex. 88. quę sit ordine quinta. Monstra sunt peccata nature, non potẽtis ad suum proprium finem peruenire. Aduersus Empedoclẽ qui dicebat mõstra in prima institutione rerum a casu fuisse facta ex fortuito concursu membrorum. Ad cuius intelligentiam notat hic Albertus tracta. 3. capitu. 3. quatuor de causis in genere contingere monstra. Aliquando enim fiũt propter penuriam materie, aut in toto (vt cum nascitur pigmeus homo) aut in parte: vt cum nascitur homo truncus aliquo membro. Aliquando ex superabundanti materia: aut in toto (vt cum nascitur giganteus homo) aut in parte (vt cum homo nascitur sex digitis.) Tametsi his addere nos possumus, ꝙ nonnunquam quantitas parua, vel magna geniti prouenit ex vehementi, aut exigua virtute agentis nõ potentis totam materiam digerere. Tertio proueniunt ex indebita proportione qualitatum ad materiam, scilicet, caloris aut humidi: ratione cuius nascuntur homines grossi, aut exiles. Et quarto contingunt ex malitia continentis, scilicet, matricis. Et ideo nascuntur homines gibbosi, claudi, & nonnunquam bicorpores. Quale mõstrum nos ipsi vidimus: hominẽ. s. ex cuius ventre appendebat alius homo preter caput: propterea ꝙ pãniculus medius duorum ventriculorum matricis, in quibus duo erãt fetus, ruptus esset: & ambo fetus fuerũt coniũcti. His ergo modis impedita natura particularis ne possit consequi suum finem, prodeunt huiusmodi monstra.

5. Conclus.

Monstra.

¶Unde ad quintum argumentũ principale respondetur, ꝙ monstra possunt comparari, vel ad causas vniuersales, vel ad causas particulares quę impediuntur a suo fine, vel ad causas particulares impedientes. Si compararentur ad causas impeditas, vt monstrum hominis ad hominem generantem & ad semen, dicuntur quodammodo effectus per accidens: cum quia tales cause non per se intendũt illa monstra: tum etiam quia raro contingunt. Et ideo dicuntur quodammodo effectus casuales. Non tamẽ sunt simpliciter casuales, sicuti effectus fortuitus. Nam in fortuna & casu dicitur fortuna causa accidentalis talis effectus, quia accidit effectui per se se intento: monstrum autem non sic: sed potius est defectus finis intenti. Respectu vero causarum impedimentorũ particularium monstrũ posset dici per se intentum: non primo: sed tanquã medium ad suum finem, veluti corruptio aquę est effectus ignis. Qui certe non est per accidens (vt quidam

Ad. 5.

quidam volunt) sed per se intentus tanq̃ via ad generationē, quā per se primo intendit. ¶ Posset etiā dici per accidens, vt causa que rupit ventriculum, aut que fecit exuberantem calorem, non intendebat per se monstrum: sed per accidens sequutum est. Respectu vero causarum vniuersalium dicunt q̄ est effectus per se: sicut respectu Dei qui per se concurrit ad omnes effectus. Alij dicunt q̄ causa vniuersalis non intendit monstrum, scilicet, illam deformitatem, monstrum tamen intendit, scilicet, rem que est monstrum. Sed parum refert quomodo loquamur quando de re constat. Hoc enim est certum q̄ monstrum non est miraculum, postq̄ fit mediantibus causis secundis. ¶ Hinc constat qua de causa non contingunt tot monstrorum genera in plātis, quot in animalib⁹: vt tex. hic. 83. insinuauit Aristo. Nempe q̄ ad generationem animalis multo plura concurrunt quam ad generationem plante: & vbi plura requiruntur, pluribus etiā modis contingit deficere. Qua etiam ratione plura monstra contingunt in hominibus, q̄ in brutis.

6. Conclus. ¶ Sexta conclusio, est in cap. 9. text. 88. Necessariū in rebus naturalibus dicitur de materia: sed tamē ratio necessitatis sumitur a fine. Hec conclusio addita est ab Aristotele, vt in commentis dictum est, ad respondendum aduersarijs. Cum enim antiqui dixissent totam causam effectuum naturalium prouenire ex parte materie, Arist. vero cōtra dixisset prouenire ex parte finis, restabat argumentū, quia negare non possumus necessitatem ex parte materie. Alia enim est materia oculi (nēpe aquea & mollis) alia materia auditus, alia ossis, & alia carnium. Alia inq̄ nō loquendo de materia prima, sed de materia physica, que includit dispositiones. Respondet ergo Aristo. q̄ in vnaquaq; re naturali est hec, aut illa materia necessaria: tamē ratio necessitatis est a fine, propterea enim requiritur talis materia oculi, quia talis est acommoda ad finem, scilicet, ad recipiendum species: & talis materia est necessaria in osse propter duritiem: que est necessaria vt ossa sint sustentaculū hominis. Sicut in artificialibus necessaria sunt lapides & ligna: sed ratio materie est, quia talis materia requiritur ad constructionem domus. Vbi adnotādus est modus loquēdi, q̄ finis nō dicitur necessarius: sed mediū requisitum ad finem: nam necessarium idem est quod requisitum.

Necessariū

Ad. 6. ¶ Unde ad sextum principale cōceditur: q̄ durities ossis & mollities oculi prouenit a materia, sed tamen q̄ talia mēbra habeant diuersas materias physicas, reducendum est in finem tanq̄ in primā causam, vt modo dicebamus. Et pariter cōceditur q̄ es igne liquescit, lignum vero inflammatur ratione materie, attamen necessitas materiarum est, quia talis materia requiritur ad finē intrinsecum, puta ad quiditates & naturas taliū rerum: & tādem ad finem extrinsecum, puta ad diuersos vsus hominum.

Corruptio ¶ At vero ad postremum membrum argumenti respondetur, q̄ corruptio rerum non reducitur de per se ad aliquem finem intrinsecum: quia vt supra text. 23. dixerat Aristo. mors & corruptio non est finis rerum: & ideo corruptio non reducitur in finem sed in causam materialem. Est enim homo mortalis, quia materialis: nihilominus corruptio non est per se primo intenta a natura, sed tanquam medium ad generationem: est enim corruptio vnius, alterius generatio. ¶ Septima denique & postrema conclusio colligitur ex text. 91. Finis est omnium causarum prima. Ait enim Aristo. q̄ tam materia q̄ finis cadunt in considerationem hominis: precipue tamen finis: eo q̄ est causa materie. Et ita supra insinuauerat text. 26. s. q̄ finis est prima omnium causa. Sunt qui rationem huius conclusionis reducant in causas vniuersales, propterea & intelligentie & Deus sunt finis omnium corruptibilium: tamen Aristote. non intelligit, nisi de fine particularis generationis. Estque intelligēda cōclusio de causis formaliter, scilicet, quādo actu causant. Etenim vt in artificialibus, quanuis lapides & artifex precesserint tempore domum, tamen quando artifex molitur ex lapidibus facere domū, primū mouens est finis. s. domus facienda: q̄ quidē mouet nō realiter: sed intētionaliter vt supra dictū est per cognitionē. Et eodem modo in naturalibus primum mouens hirundinem ad faciendum nidum est procreatio prolis: ex cuius intentione, vt diximus impressus est illi instinctis nidificandi. Et tūc cogerit materiam: vnde educit formam nidi. Et pariter primum mouens equum ad generationem est procreanda proles. Et ita in reliquis. Unde vt ordinem causarum colligamus primum mouens est finis, qui mouet agens: secundum agens quod mutat materiam: & tertium est materia de cuius potentia educitur forma. Atque adeo forma que in ratione finis erat primum mouens per intentionem, in ratione forme est vltima causarum ordine executionis. ¶ Unde ad septimū principale respondetur q̄ loquendo naturaliter in via Arist. sicut res que est materia fuit perpetua, ita & finis & forme & omnes cause fuerūt perpetue: quia mundus fuit ab eterno: sed quantum ad rem sufficit, non dicimus q̄ res que est finis materialiter sit prior, q̄ res que est materia: nam finis est forma ista que generatur: cum tamē materia sit perpetua: sed loquimur formaliter q̄ quando cause applicantur ad opus, primum mouens est finis, vt modo exponebamus. ¶ Ad cōfirmationem vero respondetur, q̄ sicut Deus est prima causa efficiens, ita est vltimus omnium finis. Est enim alpha & o. principium & finis. Sed quando immense eius bonitati placuit creare mundum, primum etiā mouēs (vt ita more nostro de Deo loquamur) fuit finis, puta etiam bonitas: statuit enim ab eterno mundum creare propter hominem: & hominem propter se: nempe vt eius perpetua societate frueretur.

7. Conclu.

Finis, primarū causarum.

Ad. 7.

Finis secundi Physicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super tertium Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶In textu.vj. Eius quod potentia, &c.

## ¶ Questio prima.

¶VTRVM DIFFINITIO motus cum reliquis adiacentibus sit ab Aristotele bene assignata.

CVm libro primo & secũdo de principijs & causis entis mobilis dictum sit, negocium huius tertij libri (vt in commentarijs dicebamus) est de motu: qui est passio mobilis: & de infinito. De motus ergo diffinitione mouetur prima hec q̃stio. A cuius parte negatiua arguit primo cõtra id qđ Ph. ante diffinitionẽ mot⁹ tex.1. presupponit, videlicet, ꝙ natura, ignorato motu, nequeat cognosci. Naturã esse (vt li.2.tex.6. idẽ ipse asserit) est per se notũ, vbi subinde ait ridiculũ esse hoc demõstrare: ergo cognitio nature ab alterius cognitione nõ pẽdet. ¶Et confirmatur. Eadem sunt principia cognoscendi, que sunt principia essendi: vt em̃ res se habet ad esse, ita & ad cognosci.2.meta.tex.4. sed natura est principiũ motus, vt patet ex diffinitione: ergo potius mot⁹ cognoscitur per naturam, q̃ natura per motũ. Alias tractatus de motu anteponẽdus fuisset tractatui de natura, & per consequens liber hic debuisset secundum precedere. ¶Secundo principaliter arguitur contra diffinitionẽ motus. Motus non est in aliquo certo predicamẽto, vt Ph. ipse premittit tex.4. sed vnusquisq; motus reducitur ad genus sui termini: vt augmẽtatio ad quãtitatẽ: alteratio ad qualitatem, &c. vnde infert ꝙ sicuti ens non est vniuocũ ad omnia predicamenta, ita nec mot⁹ in communi ad motus particulares: id autem quod non pertiuet ad vnum genus, non habet vnicam diffinitionem: nam tũc genus diffinitionis non esset potius vnius predicamẽti q̃ alterius: ergo motus non diffinitur vnica diffinitione. ¶Tertio principaliter arguitur. Diffinitio illa motus conuenit omni forme: quoniã omnis forma est actus subiecti existẽtis in potentia ad illã, vt forma substãtialis est actus materie q̄ est eius potẽtia. Quinimo ita formaliter diffinitur anima.2.đ anima.tex.6.s. est actus corporis physici organici in potẽtia vitã habentis: ergo diffinitio motus cõuenit alijs a diffinito. Quod si dicatur ꝙ motus est actus imperfectus subiecti carẽtis perfectione eiusdem actus, sequitur tunc ꝙ calor aque tepide que cessauit calefieri esset motus, siquidẽ est actus imperfectus: cõsequens est falsum: cũ tunc sit calida inesse quieto. ¶Et confirmatur. Diffinitio tunc motus nõ cõuenit generationi quã tñ hic Aris. cõprehẽdit sub gñali nomine motus: postq̃ ponit illius exẽplum: ergo non conuenit omni contento sub diffinito. Probat antecedẽs: quia forma substãtialis in generatione nõ introducitur successiue. Idq; cũ nõ sit intensibilis, & remissibilis: sed in instanti producitur eo modo quo lib.1.q.4. expositũ est, patet cũ palee introducta sufficiẽti dispositione inflãmant: ergo q̃ primũ est aliquid forme substãtialis in materia, iã est in actu cõpleto: & per cõsequens nõ est amplius in potẽtia. ¶Quarto principaliter arguitur. Aut in diffinitione diffinitur motus inquantũ est actio, aut inquantum est passio: si inquãtum actio, tunc motus est actus potentie actiue: potentia autem actiua est actus perfectus: vnũquodq; enim agit inquantum est actu, sicut dictum est: ergo potius dicendum est ꝙ motus est actus procedens ab ente existente in actu, q̃ actus entis in potentia. Itẽ talis mot⁹ videtur ꝙ nõ sit in ptiẽo, sed in agente: nã agens ab actione dicitur agẽs: & per cõsequẽs actio est in agente: tñ Aris. tex.17. dicit motũ nõ esse in mouẽte: sed in mobili. Si vero motus diffiniatur, vt est passio, tunc restabat diffinire motum vt est actio: nam ab illo motu qui recipitur in passo nõ apparet quomodo denominetur agẽs. ¶Quinto principaliter arguitur contra illam cõclusionem quam Aristo. pretendit. c.3.s. ꝙ agens & patiẽs sunt idem. Actio est propria forma denominans agens: sicuti albedo, album: sed albedo nõ potest determinare, nisi illud in quo est: ergo actio est in agẽte: motus autem est in passo quod mouetur: ergo non sunt idem. ¶Et confirmatur. Agẽs & patiens debent in omnibus ꝓportionari, preter illud quod producit in passo: sed in passo sunt tria. s. subiectum & potentia receptiua & passio: ergo in agente preter agens & virtutem actiuam, debet esse actio. ¶Et secundo confirmatur. Actio & passio sunt duo generalissima: ergo sunt primo diuersa: atque adeo hec negatiua est immediate vera, actio non est passio, vt habetur.1.poste.text.31. & per consequens non sunt idem. ¶In contrarium est authoritas Aristo. ostendentis aduersus antiquos suam esse optimam diffinitionem motus.

¶ In hac prima quæstione, textum, vti solemus, per conclusiones examinabim⁹. 1. Conclus.
Que sunt numero quinq; secũdum numerũ argumẽtorum. Prima statim textu.1. Physicus habet considerare de motu: quia habet considerare de natura: que, ignorato motu, cognosci non potest: propterea ꝙ natura diffinitur per motum (vt lib.ij. dictum est) & nõ potest cognosci diffinitio si eius partes ignorentur. ¶Unde ad primum argm̃ respondetur ꝙ tam naturam, q̃ motũ cognosci, stat dupliciter, vno modo quãtum ad si est: alio modo quãtũ ad quid est. Et vtroq; modo proportionabiliter cognitio nature dependet quo ad nos ex cognitione motus: sed a priori econuerso cognitio motus dependet ex cognitione nature. Exempli gratia. Naturam esse est per se notum nobis: nihilominus id nos cognoscimus: quia per se notũ est motum esse. Unde loco citato lib.ij. propterea dixit, ꝙ esset ridiculum demõstrare naturam esse, q: natura est principiũ motus, & ad sensum est per se notũ res moueri: quod autẽ per experientiã cognoscimus, non indiget demonstratione. Sicut ignem esse calidum, Ad primũ.

dicitur

dicitur per se notum, quia experientia cognoscit per calefactionem. Eodem modo cognitio nature quo ad quid est, dependet ex simili cognitione motus: eo ꝙ quid sit natura, diffinitur per motũ. Unde nisi cognoscamus quid est motus, nõ possumus cognoscere quid est natura. Velut fieri nequit, vt cognoscatur distincte quid est homo, antequam cognoscatur quid est animal. Et hoc est quod hic affirmat Aristot. Possumus tamen cognoscere naturam esse antequam diffinitiue cognoscamus quid est motus: quia illud est per se notũ: hoc vero tractat in hoc libro. ¶ Ad confirmationem rñdetur ꝙ a priori & propter causam cognitio motus depẽdet ex cognitione nature: sed tamen quo ad nos econuerso quãtum ad si est (vt modo dicebam⁹) At quãtum ad quod quid est, prius debuit constitui diffinitio nature que est principiũ motus, tanquam diffinitio subiecti de quo tractat physic⁹: & deinde videre diffinitionem motus que ponitur in diffinitione nature. Quã ob rem debitus fuit ordo vt materia secundi libri precederet materiã tertij. Sicut sciẽtia de homine prius debet statuere diffinitionem hominis, deinde inquirere diffinitionem animalis, que requiritur ad eius distinctam cognitionẽ.

¶ Quid si quis arguat posse cognosci quid sit natura absque hoc quod cognoscatur quid sit motus: quia potest cognosci quid est causa, absque hoc ꝙ cognoscatur quid est effectus: sicuti potest quis cognoscere quid est terram interponi inter solem & lunam: non cognoscendo quid est eclipsis: nempe si non cognoscat lunam recipere lumen a sole. Rñdetur ꝙ quando causa non diffinitur formaliter in ratione cause potest quidẽ cognosci quid est, ignoratis effectibus illius, vti cognoscere possumus quid est equus non cognoscendo quiditatiue omnes eius effectus: tamen natura diffinitur formaliter in ratione cause: & ideo in sua diffinitione ponitur eius effectus, puta ꝙ sit principium motus: & per consequẽs perfecte nõ cognoscitur ignorato quid est motus.

2.Conclus.

¶ Secunda conclusio est in textu quarto. Motus non est preter res ad quas est motus, idest ad eadem predicamenta pertinet motus in quibus sunt forme acquisite per motũ. Cuius ratio (vt illic dicebamus) quia motus nihil est, nisi acquisitio forme: vnde sicut materia reductiue ponitur in predicamẽto substantie, quia est pars substantie & quid imperfectum in illo genere, ita augmentatio ponitur in predicamento quantitatis, quanta via ad quantitatem: & alteratio in predicamẽto qualitatis, &c. ¶ Sed circa materiam secundi argumenti principalis & ad cognoscendũ rationem motus, est hic attente notandum cum Cõmẽtatore tex.4. & S.Th.lec.5. ꝙ motus dicit duo scilicet formã, eã in fieri que nõdũ peruenit ad terminũ. Et hoc modo nõ habet peculiare predicamentũ: sed reductiue ponitur in predicamento illius forme: vt cum aqua que calefit, attingit.v.g. ad calorem vt quatuor, sicut calor vt quatuor est in predicamento qualitatis tanq̃ quid imperfectum quod non facit perfecte calidum, ita calefactio materialiter est in eodem predicamento. Alio modo accipitur formaliter, vt dicit viam & acquisitionẽ continuam eiusdem forme. Et isto modo habet peculiare predicamentum, nam si consideretur vt procedens a causa efficiente est in predicamẽto actionis si autem consideretur vt recipitur in passo: qd tali forma mouetur, est in predicamẽto passionis. Et idem proportionabiliter dicatur de ceteris generibus motuum. ¶ Unde ad formam argumenti respondetur ꝙ nõ diffinitur hic materialiter pro formis que acquiruntur: nam illo modo motus nõ est vniuocus, sicut nec ens ad.10.predicamẽta: sed diffinitur formaliter, vt pertinet ad predicamenta actionis, vel passionis: nempe vt dicit acquisitionẽ continuam forme: que quidem ratio est communis & vniuoca omni generi motus. At enim res successiue acquirit qualitatem, ita & quãtitatẽ, & vbi. Nam de forma substantiali alia est ratio.

Ad secdm. Motus formaliter.

¶ Quod si quis percontetur quomodo ista acquisitio distinguatur a forma que acquiritur vel a subiecto, quod illam acquirit, expectet solutionem vsq ad questionem sequentem: hec enim interrogatio petit an motus distinguatur a mobili: acquisitio enim illa est motus. Interim tamẽ dicimus ꝙ acquisitio illa & fluxus forme nõ est res tertia distincta a subiecto & forma: sed fluxus dicit formam illã in ordine consideratam, & ad terminum a quo & ad terminum ad quem pro vt, scilicet, est continuus & non intercisus processus ab vno ad aliud. Et hoc est quod ait. S. Thom. lect.5. scilicet, ꝙ motus non completur solum per id quod est in rerum natura: sed per id quod ratio apprehendit. De hoc tamen latius.q.sequenti.

3.Concl. Diffinitio motus.

¶ Tertia conclusio est diffinitio motus tex.6. scilicet. Motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia. Et q̃uis eã satis illic exposuimus, nihilomin⁹ pro solutione tertij argumenti, notãdum est primo, ꝙ potentia vno modo accipitur actiue: que non est ad propositum nisi quatenus motus est effectus mouentis. Alio modo accipitur passiue pro possibilitate physica, siue ad esse substantiale, siue ad aliquod esse accidẽtale. Et hec rursus accipit dupliciter, scilicet, absolute, vt dicat ordinem subiecti ad formam: seu ad esse per formam, siue actu habeat illam, siue nõ. Et isto modo materia nũc mea est in potẽtia ad meã formam quia est suapte natura subiectum eius: & ego eadem ratione sum in potentia ad omnia accidentia que habeo. Et hoc modo non accipitur potentia in diffinitione motus: sed tertio modo, vt.s. potentia dicat aptitudinem in subiecto simul cum priuatione forme: vt corpus quod est frigidum est in potentia, vt sit calidum: & puer est in potẽtia vt sit vir, & graue quod est sursum est in potẽtia vt sit deorsum: & semen est in potentia vt sit arbor vel animal. Et hoc modo accipitur potentia in diffinitione motus. ¶ Secundo notandum est, vt illic dicebamus, ꝙ cũ motus non sit nisi quandiu res mouetur (neq enim aqua quando est in pura potẽtia ad calorem, anteq̃ per calorem sit aliquo modo in actu, neq rursus postq̃ est in cõpleto actu caloris mouetur) duo requiruntur ad rationem motus.s. ordo a pura potentia in actum completum, vt.s. inceperit et nondum peruenerit ad terminum, & rursus cõtinuitas. Si enim postq̃ aqua acquisiuit aliquem gradum caloris cesset alterari, ille gradus acquisitus non erit amplius motus. Quod Arist. textu. statim. 1. admonuit, dicens, motum esse de genere continuorum: & tex.20. dicens, esse actum nõ intercisum. Est ergo motus act⁹ imperfectus habens respectum duplicem.s. & ad terminum a quo qui est ad potẽtiã, & ad terminũ ad quem: qui est cõpletus actus. Et ideo mot⁹ est act⁹ entis i potẽtia.i. actus subiecti, qd non est in pura potẽtia: sed iam habet aliqd d actu, est tñ semper in aliqua potentia: qui nõdum peruenit ad completum actũ, vt patet in aqua cũ calefit: & in aiali cum augetur, vel localiter

localiter mouetur. ¶ Inquantū est in potentia: q2 forma substātialis aquę & frigiditas in esse quieto, est quidem actus entis in potentia.s.aque, quę est in potentia ad calorem: at quia non est actus entis inquantum est in tali potentia, non est motus. Pariter forma substantialis eris, licet sit actus entis in potentia ad statuam, non tamen est motus: quia non est actus illius inquantum est in tali potētia. Nec rursus forma statue erit motus: quia tūc iam subiectum desinit esse in potentia ad illam. ¶ Sed ait quispiam saltem calor vt vnum in aqua tepida cessante calefactione per nullam particulam excluditur a ratione motus: cum tamen non sit motus. ¶ Propterea aliqui dicunt addendū in diffinitione ꝙ sit actus continuus. Censeo tamen non esse necessarium, postꝙ Aristo. id non apposuit: sed satis excluditur per illam particulam, secundum ꝙ in potentia, nam ille calor remissus non est actus aque inquantū est in potentia ad aliū calorem: sed inquantum informat aquā & denominat taliter calidam. Igitur (secundum quod in potentia) accipitur formaliter, in hoc sensu, quod sit actus entis tēdentis a potētia in actū quasi in via. Et per hęc responsum est ad tertium argumentum principale. Ad.3. Nec enim forma substantialis aut calor remissus habet rationē motus. Anima enim est actus corporis physici in potentia vitam habentis, secūdo modo accepta potētia, vt nō dicat priuationem. ¶ Cōfirmationi vero conceditur conclusio quā intendit s. quod generatio non est proprie motus: siquidem forma substantialis esse non potest actus entis in potentia ad vlteriorem gradum: cum non sit intēsibilis, sed tota simul introducatur per primū sui esse. Gñatio nō est motus. Et ideo in eodem instanti quo est actus, cōplet totam potentiam subiecti, vt amplius nō sit in potentia: licet successiue extendatur per subiectum, vt quando lignum subiectiue inflāmatur: vel si forte anima prius informat aliquā partem corporis, puta cor, ꝙ totum. Hoc tamen non est ad propositum: quia illa particula in qua est forma non est amplius in potentia: sed de per accidens est ꝙ eadem forma extendatur per aliam partem subiecti. Et ideo aliqui dicunt ꝙ accepit hic Aristo. generationem, vt comprehenderet alterationem. Non tamen est id verisimile: quandoquidem distincta posuit exēpla alterationis & generationis. Et ideo dicendū est ꝙ posuit exēplū de generatione: nō ꝙ sit ꝓprie motus, vt in lib.5. hac eadē ratiōe ipse docet sed quia est mutatio quedā q̄ est termin⁹ alterationis: nā motus & digestio seminis terminatur ad introductionem forme substantialis: quę facta dispositione, in instanti introducitur.

4.Conclu. ¶ Quarta conclusio est in tex. 17. de subiecto motus.s.motus est in mobili: quam dicūt esse diffinitionem materialem.s.motus est actus mobilis inquātum mobile. Hāc probat Ph. eo ꝙ motus est per se actus mobilis: sicut albedo est forma albi: licet per accidens cōtingat ꝙ agēs sit etiā mobile, eo ꝙ repatitur: & per cōsequens, ꝙ aliquis etiam motus sit in agente: nō inquantū est agens, sed inquantum est patiens: vt in commento latius explicuim⁹. ¶ Ad.4. Añ ad quartū argm̄ respondetur ꝙ motus diffinitur abstrahendo ab actione & passione: & ideo illa diffinitio conuenit motui, siue consideretur inquantum actio, siue inquātum passio. Id quod Ph. text.23. expresse docet, dicens, ꝙ sicut est duplex potentia, actiua & passiua, ita dupliciter potest intelligi diffinitio motus. Quod hic est animaduertēdum: nam calefactio aque ab igne considerata inquātum actio, est etiam actus entis (puta ignis) existentis in potentia actiua: id est: exercentis talem potentiam. Nihilominus in toto cap.2. explicatur diffinitio de motu inquantum est passio, vt in commentis & hic modo dicebamus. Quapropter nō opus fuit dare duas diffinitiones actionis & passionis. Neqꝫ opus est ꝙ actus proprius agentis sit subiectiue in ipso agēte: licet aliqñ id per accidens contingat in actionibus immanentibus, vbi idem est agens & patiens, videlicet, in cognitionibus quę recipiuntur in potentijs cognoscitiuis: & in frigiditate aque tepide reducentis se ad frigiditatē: & in nutritione viuentium. Enimuero agens denominatur ab extrinseco, scilicet, ab actu quem producit in passo. Sicut pater a filio & simile a suo simili: hęc enim est propria differentia inter agens & passum. Imo hoc nomina ipsa pre se ferunt vt.s.motus qui procedit ab agente recipiatur in passo, a quo & agens denominatur extrinsece agere: & passum, intrinsece pati: vt iam modo euidentius patebit.

¶ Quinta & postrema conclusio est quam Aristo. tractat toto cap.3. atque adeo in text.22. concludit. Art.sc'dus 5.Conclus. Actio & passio sunt idem motus: nihilominus inter se formaliter differunt, vt videlicet idētice actio sit eadem res quę est passio, puta idem motus, formaliter tamē falsa sit hęc predicatio, actio est passio. De qua conclusione sit secūdus articulus huius quęstionis. Actio & passio. Exempli gratia cum ignis calefacit aquam, idem calor qui successiue recipitur in aqua, est passio qua aqua patitur: & est actio: qua ignis agit: quia vero alia ratione est actio, scilicet: quia procedit ab agēte, alia vero est passio, puta quia afficit aquā, hęc formaliter est falsa, actio est passio. Sunt eñ due rationes primo diuerse pertinentes ad diuersa predicamenta: atqꝫ adeo differunt genere. Et doctrina hęc Arist. perspicua est & facillima, nisi opinionum contentione obtenebrata fuisset. Illi eñ quibus negocium est in istis relationibus anxie perscrutari, quid senserit Herueus, quid ve Burlifer, aut Burleus, sexcentas opiniones, distinctiones, & conclusiones cumulant. Disputant enim vtrū actio vel passio supponant solum pro motu, scilicet, pro calore, qui acquiritur, an vero solū pro relationibus diuersis, an pro aggregato ex motu & relatione: an pro fluxu caloris, qui distinguitur a calore, & relatione & vtrum relatio actio sit distincta ab agente formaliter in illo existens: & vtrum preter relationē, qua ignis dicitur agere, & calorem qui est virtus calefaciendi, sit alia entitas absoluta quę sit actio agentis. Et quid de hoc sentiat. S. Thom. Scotus vel nominales. Hęc vero minoris sunt momenti, quam vt tantum negocium nobis facessant. Quod tamen [ni fallor] certissimum est, cōsistit in his subiectis propositionibus.

¶ Prima. Actio aut passio nō supponunt in recto pro relatione: sed pro motu ipso, quicquid illud sit, de quo mouetur quęstio sequēs. vt si. v.g. tenean⁹ motum caloris esse calorem qui acquiritur, ille est actio & est passio, hoc expresse asserit Aristot. text. 22. dicens ꝙ tam actio, quam passio est motus. Et secundo id manifeste probatur: nam actio & passio sunt distincta predicamenta a predicamento relationis: ergo non supponunt pro relatione, sed pro fundamento proximo relationis. 1.Conclus.

¶ Secunda conclusio. Actio supponit pro motu cōnotādo relationem ab agente, puta ꝙ procedat ab illo: sicuti & passio supponit pro eodem connotando rela 2.Conclus.

dorela

do relationem ad passum. ꝙ afficiat ipsum.

3. Conclus. ¶ Hinc sequitur tertia. Actio ⁊ passio non sunt relatiua secũdum esse, sed solum secundũ dici. Quos terminos in predicamento relationis. q. 1. exposuimus. Relatiuum enim secundum esse est nomen illud quod imponitur ad significandum solam habitudinem vnius ad aliud, sicut simile quod nõ significat de formali albedinem meam, aut alterius: sed solam habitudinem, que est esse ad aliud: relatiuũ vero secũdum dici est illud quod impositum est ad significandum rem aliquam absolutam: que tamẽ explicari nõ potest, nisi per respectũ ad aliud que dicũtur dialectice nomina potius respectiua ꝙ relatiua, vt scientia que significat qualitatem que est adequata cognitio obiecti. Eodẽ modo actio ⁊ passio non significant de formali relationem, sed qualitatem, aut quemcunqȝ alium motum que est vera res absoluta: licet rationes ille differentes actionis ⁊ passionis explicari non possunt, nisi in ordine ad agens ⁊ passum. Et ideo faciunt predicamenta distincta a predicamento relatiõis: nam in predicamento relationis ponũtur habitudines que nullum habent esse, nisi esse ad aliud: hic autem ponũtur motus qui solam denominationẽ extrinsecam habẽt ab alio: passum enim denominatur ab agẽte ⁊ agens a passo. Non nego quin actio ⁊ passio importent relationes: sed dico ꝙ formaliter non significant, nisi agere ⁊ pati quicquid illud sit, etiam si non dicent relationes: simile autem solam relationem formaliter significat cuius hoc ipsum qđ est esse ad aliud.

4. Conclu. ¶ Quarta propositio. Iste relaiones non sunt res distincte a subiectis que denominãt: sed solũ sunt quedam denominationes ab extrinseco. vt in igne nulla est relatio distincta a qua dicatur agens: sed denominatur agẽs a motu quo mouet aquam. Hoc credo mẽ satis manifestasse in predicamento relationis questi. 2. quia intelligere nõ possum propterea ꝙ ignis calefaciat aquam, que entitas in illo resultet. Et preterea licet talis entitas fingeretur, dubitare nequeo (quicquid totius mũdus mihi diceret) quominus posset Deus igne calefaciente aquam, talem entitatis productionẽ impedire: ⁊ tunc eque bene calefacere aquam sine illa: ⁊ per consequens superfluit. Et hec est manifestissima doctrina. S. Thome. vt illic ostẽdim⁹, ⁊ ex lectione hic quinta facile constat. Ubi expresse ait ꝙ passum extrinsece denominatur ab agẽte: ⁊ agens a passo. Et paulo inferius dicit ꝙ hec duo predicamenta differunt eo ꝙ licet vnus sit motus, tamẽ ab illo res denominatur diuersis denominationibus exterioribus, scilicet agens a passo ⁊ passum ab agente. Quod si aliquãdo dixerit. S. Tho. actionem esse in agente, intelligitur ꝙ denominatio est in agente: sed tamẽ forma qua denominatur est in passo.

5. Conclus. ¶ Quinta propositio. In agẽte nihil aliud est ꝙ agens ipsum ⁊ virtus agendi. Hanc conclusionem addiderim propter aliquos Thomistas qui putant in igne. v. g. quãdo calefacit, preter formam substantialem ⁊ calorem, qui est virtus calefaciendi, esse adhuc nescio quam entitatem absolutam que est productio actiua caloris, que est fundamentum relationis agentis. Quam opinionem videtur impugnare Scotus. 4. d. 17. q. 1. Et quicquid sit de eius argumentis, existimo certe nihil esse prorsus in igne preter formã ⁊ calorem quo calefacit. Primo, quia Aristot. hic expresse disputat vtrum actio sit in agente: ⁊ respondet ꝙ nõ: nisi in passo. Neqȝ aliam prorsus actionem ponit a qua agens denominetur preter motum qui est in passo ab agente. Et quando Aristo. ⁊. S. Tho. contrariũ dicerent, persuadere mihi certe nõ possent, ꝙ quãdo ignis calefacit aquã, aliqua entitas producitur in igne: nam cum ignis nihil prorsus producat ꝙ calorem in aere contiguo circunstante, non video, vnde produceretur talis entitas in agente. Unde quando. S. Thom. 1. p. q. 54. articu. 3. ait operationem esse actum potentie operatiue, non vult dicere talem actum distingui ab agente ⁊ eius virtute: sed ꝙ illa est perfectio ⁊ proprius finis potentie operatiue: sicuti actus edificatoris est edificare: non tamen ꝙ edificare sit alia entitas quam domum facere. Nec certe productio conceptus, quam vocant alii actum intelligendi, si accipiatur passiue, est aliud ꝙ ipsa notitia: ⁊ si actiue, aliud ꝙ intellectus. Sed de hoc alias. Et reuera in his hactenus verũ habet nominaliũ opinio. Non ignoro Thomistas plerosqȝ perscrutari authoritates. S. Tho. quibus entitates istas multiplicent: nihil aliud profecto facientes, ꝙ grauissimum philosophum obscurum atqȝ adeo inuisum reddere: ego tamẽ certus sum. S. Tho. non multiplicasse huiusmodi relationes, aut entitates ad sensum istorũ: ⁊ quando cõtrariũ in illo reperirẽ, aut exponerem aut nihil crederẽ eius honori ⁊ authoritati obuiari, si in rebus his minimis communem potius modum concipiendi amplecterer. ¶ Est nihilominus 6. Conclu.
sexta propositio (in qua profecto multi ex nominalibus indigne negant expressam doctrinam Arist. in hoc textu. 22.) Actio ⁊ passio sunt primo diuersa: atqȝ adeo formaliter hec est falsa, actio est passio licet hec sit vera, actio est eadem res que est passio. Probatur, quia propositio in sensu formali nõ solũ denotat ꝙ res significata per pdicatũ sit res significata per subm̃, sed ꝙ sint idem secũdum eandem rationem: ⁊ quando predicãtur in abstracto significant, ꝙ ratio vnius sit ratio alterius, aut saltem ꝙ ratio predicati includatur in subiecto, vt humanitas est animalitas. Et certe conclusio hec non solũ est Aristo. sed vniuersali modo loquẽdi est receptissima. Quis em̃ dicat ꝙ actio est passio: cũ sint res adeo diuerse, vt etiam sint opposite: aut ꝙ agere est pati: nempe ꝙ comburere est comburi, aut verberare est verberari ⁊c. Reuera si idioma hoc discitur in scholis, satius esset nunꝙ scholas videre.

¶ Quintum igitur argumentũ principale est Scoti: quod cũ aliis ꝙ plurimis refert Capreo. 2. sent. d. 13. q. 1. ⁊ alibi frequentissime, ad probandum nomine Scoti ꝙ actio sit entitas existẽs in agẽte ab eo distincta: nihilominus profecto sententia Aristo. est hic in contrarium. Ex cuius mente respondetur ad argumentum negando, ꝙ actio sit forma intrinseca agentis: sicut albedo albi: imo contrarium ex professo vult hic docere Aristo. scilicet, ꝙ agẽs denominatur agens ab extrinseco, scilicet, qa aliquem effectum producit vel in se (si sit actio immanens) vel in alio: si sit actio transiens. Unde ad cõfirmationem negatur, ꝙ sicut passio est in passo, ita actio debet esse in agente: imo ab eodem motu qui recipitur in passo denominatur ⁊ agens agere, ⁊ patiens pati, vt in solutione superioris argumenti dicebamus. ¶ Ad secundam vero confirmationẽ conceditur ꝙ actio ⁊ passio sunt primo diuersa ⁊ illa est immediate falsa, actio est passio, nihilominus negatur idẽ sequi, ꝙ sint due entitates, aut absolute, aut respectiue realiter distincte a motu, sȝ sunt due rationes eiusdem motus: que solum per operationem intellectus distinguntur, vt idem motus, consideratus in ordine ad agens, sit actio: ⁊ consideratus in ordine ad patiens sit passio.

¶ Sed imminet hic statim nobis argumentum duplex.

plex. primum a realibus ⁊ alterum a nominalib⁹. Primum est hoc quo Scotus frequenter vtitur. Seclusa quacunque operatione intellectus motus est actio ⁊ motus est passio: ergo actio et passio seclusa operatione intellectus distinguuntur.

¶ Negatur tamen hec consequentia: quod maxime notandum est in via Aristotelis. ⁊ S. Thome ⁊ in rei veritate. Non enim sequitur actio est, ⁊ passio est, seclusa operatione intellectus: ergo distinguũtur seclusa operatione intellectus. Enimuero seclusa operatione intellectus motus est ab agẽte ⁊ est in passo: non tamen iste sunt rationes distincte: nisi per operationem intellectus comparãtis ad diuersa. Et ideo sunt quidem relationes reales: sed sola ratione inter se ⁊ a motu distincte. Et hec dicitur ratio ratiocinata propterea ꝙ inuenit fundamentum distinctionis in re. Et hoc sufficit vt seclusa operatione intellectus hec sit falsa, actio est passio, quia scilicet seclusa operatione intellectus obiectiue ⁊ fundamentaliter est illic facere ⁊ pati que intellectus ratione distinguit. Et si nominales hec vellent animaduertere, censeo facile conuenirent cum S. Th. quia in re certe conueniunt. ¶ Alterũ vero argumentum est a nominalibus. Sequitur ex ista doctrina Aristot. ꝙ idem omnino miraculum, quod in diuinis fides catholica cõfitetur, asseritur quoque in creaturis: illic enim sola fides cogit nos negare hanc consequentiam, hec singularissima essentia est pater, ⁊ eadem essentia est filius: ergo pater est filius, ⁊ tamen similem consequentiam negat hic Aristo. scilicet hic motus est actio, ⁊ hic motus est passio: ergo actio est passio. Respondetur tamen vt questio. 2. de quantitate respondimus, ꝙ licet sit nonnulla similitudo, est nihilominus latissima differentia: nam hic solum negamus consequentiam propter differentiam rationis ⁊ diuersum modum significandi terminorum in abstracto: illic vero negatur consequentia propterea ꝙ due persone realiter ⁊ formaliter sunt vna res ⁊ etiam realiter ⁊ formaliter sunt plures res. Itaque hec propositio. Actio est passio, est falsa non propterea ꝙ sunt due rationes: illa vero pater est filius, propterea ꝙ sunt due res. i. due persone. vnde iste premisse motus est actio ⁊ motus est passio, equiualent vni de omni: nam quicquid est motus est actio: illic vero non quicquid est essentia est pater. Quare hic committitur defectus appellationis acsi argueretur, motus est actio ⁊ motus est passio: ergo actio inquantum actio est passio. Et ideo sic concludẽdum est, actio est res que est passio, id solum fit ne varietur appellatio: in diuinis vero arguitur ex puris particularibus. Unde consequentia bona est, quicquid est essentia diuina est pater, quicquid est essentia est filius: ergo pater est fili⁹, ⁊ premisse sunt false: hic vero quãuis dicas quicquid est motus est actio quicquid est motus est passio: ergo actio est passio, non sequitur propter defectum appellationis. Et hoc est accurate memorie commendandum aduersus nonnullos qui existimãt similem esse hãc consequentiam illi que fit in diuinis.

¶ Sequitur statim. q. 2. super tex. 4. precedentem.

In textu præcedenti. iiij. Non est autem motus præter res.

## Quæstio secunda.

VTRVM MOTVS SIT RES distincta & à mobili & à forma seu termino.

Pro parte affirmatiua arguitur primo. Si motus non distingueretur a mobili, tunc motus alterationis, vel esset qualitas (puta calor, aut frigus) aut subm̃ quod alteratur: ⁊ motus augmẽtationis esset quãtitas vel subiectum: ⁊ motus localis esset vel spacium qđ transitur, vel mobile transiens, vel vbi. Sed hec omnia sunt falsa, nã hec. s. substantia, quantitas, qualitas, vbi, sunt diuersa predicamenta ab actione ⁊ passione in quibus ponitur motus: ⁊ per consequẽs sunt primo diuersa, vt habetur. 10. meta. text. 12. atq; adeo iste negatiue sunt immediate vere, substantia non est motus, qualitas nõ est motus, quãtitas nõ est motus, vt habetur. 1. post. text. 32. ergo motus est res distincta a rebus aliorum predicamentorum. ¶ Et confirmatur. Res diuersorum predicamentorum differunt genere: nam idem differre genere: ⁊ differre predicamento, vt habetur. 5. metaphy. text. 12. sed quecunque differunt genere, differunt numero, vt ibidem subiungitur: motus autẽ, substantia, qualitas, ⁊c. differunt predicamento, ⁊ per consequens numero. ¶ Et secundo id confirmatur. Quecunque sic se habent, vt possit vno destructo alterum manere, distinguuntur realiter: motus ⁊ substantia ⁊ qualitas ⁊ vbi ita se habent, vt possit manere aqua cum calore, cessante motu, ⁊ homo sub hoc vbi, id est in hoc loco, cessante motu locali: ergo tam motus alterationis ꝙ localis distinguitur realiter ⁊ a qualitate ⁊ ab vbi ⁊ ab spacio.

¶ Secundo principaliter arguitur. Motus est ens successiuum cuius partibus repugnat esse simul, ratione cuius Aristotel. 6. huius text. 29. ait motum non posse esse in instanti: substantia vero, quantitas, qualitas, ⁊ vbi, habent partes permanentes, ob idque possunt esse in instanti: qua etiam de causa motus incipit esse per vltimum non esse, substantia vero per primum sui esse.

¶ Et confir. Partes substantie ⁊ omnium accidentium que sunt in illa vniũtur per quãtitatem: partes vero motus. vt. 5. ⁊. 6. huius latius patebit, continuantur per mutata esse: quia sicut de tempore nihil habemus, nisi instans presens, quod dicitur nunc, ita de motu nihil aliud potest esse presens, nisi mutatum esse quod durat per instans: ergo motus distinguitur a mobili ⁊ a forma vel vbi que acquiritur per motũ. ¶ Item tertio arguitur authoritatibus multis Aristo. Ait enim hic ꝙ motus est actus entis in potẽtia: per qđ distinguitur a qualitate acquisita, que est actus entis existentis iam in actu sub illa: ⁊ text. 16. dicit ꝙ motus est in mobili: que quidem locutio transitiua denotat distinctionem: ⁊ tamen in eo quod mouetur localiter nõ potest dici ꝙ spacium sit in mobili: ergo motus est aliqua entitas existens in re que mouetur. Et. 7. meta. text. 5. ait ꝙ ad qualitatem ⁊ quãtitatem est per se motus, sed ad motum nõ est motus: quod est dicere qualitas acquiritur per motum: motus autem non acquiritur per motum, vnde expresse infert illic Commenta. ꝙ motus ad albedinem nõ est albedo, sed albificatio. Et. 2. de anima: text. 133. ponit quinq; sensibilia communia: que sunt magnitudo ⁊ figura numerus motus ⁊ quies. ¶ Et postremo hec omnia confirmantur ex communi modo loquendi. Concedimus enim vt modo dicebamus ꝙ calor acquiritur per motum, nõ tamen per calorẽ: ⁊ locus vel vbi acquiritur per motũ localẽ, non tamen per locum vel vbi. Item concedimus ꝙ motus est via: calor vero terminus: ⁊ ꝙ motus est cau



Ratio ratiocinata.

sa caloris, non tamē calor est causa motus: ⁊ ꝙ motus est velox vel tardus, substantia vero, vel qualitas, vel vbi nō est velox aut tardum: que omnia nō possent saluari, nisi posito ꝙ motus distingueretur a mobili. ¶ Item alias concedēdum esset ꝙ motus circularis esset motus rect⁹: ⁊ vniformis est difformis, vt si aliquis globus ab alto caderet ⁊ simul cadens moueretur circulariter vniformiter, tunc idem globus esset motus circularis vniformis, ⁊ rectus difformis: quia ille casus velocior est in fine ꝙ in principio. Quinetiam sequeretur ꝙ motus contrarij essent omnino idem, scilicet, ꝙ calefactio esset frigefactio: ⁊ augmētatio esset diminutio: nam si calefactio non est res distincta a calore qui acquiritur, pariter frigefactio que est remissio caloris non distingueretur ab ipso calore: ⁊ sic idem calor erit modo intensio modo remissio: modo calefactio, modo frigefactio. Et simili ratione eadem quantitas quando acquiritur erit augmentatio, ⁊ quādo deperditur erit diminutio, ⁊ eadem sagitta sursum proiecta quādo ascendit erit ascensus, ⁊ qñ cadit erit descensus. Multa alia id genus possent his adiungi: sed per hec facile erit reliqua dissoluere. ¶ In contrarium est authoritas Aristo. in textu presenti quarto. vbi ait ꝙ motus nō est preter res ad quas est motus. Ubi videtur dicere ꝙ motus alterationis non distinguitur a qualitate acquisita, nec motus augmentationis a quantitate, nec motus localis a re que est vbi.

¶ Quæstionem hanc, quanuis metaphysica sit, excusare hic nequiuim⁹: tum quia vsu iam recepta est: tum etiam quia non possumus plene intelligere diffinitionem motus, nisi cognito quenam entitas sit. Premisimus vero aliam licet hec sit super tex. 4. prior vero super. 6. quia conueniebat a diffinitione motus proficisci. Et quanuis fere doctores distinctas questiones moueāt de motu locali ⁊ motu alterationis, existimo tamen non adeo differre, quin melius sub vna terminentur. Tametsi de motu locali nonnulla sit maior difficultas. Ob idq; in .1. artic. tractabitur questio. de motu alterationis, vbi res est euidentior: deinde in articu. 2. extendemus ad motum localem sermonem. ¶ Primum autem operepretium est sensum questionis intelligere. Dum aqua calefit, preter calorē qui acquiritur, ⁊ relationes seu respectus actionis ⁊ passionis, est qualitatis acquisitio: nam motus (vt quest. 1. dicebamus) est fluxus ⁊ tendentis forme a potentia ad actum. Unde actualis illa acquisitio qualitatis, quicquid illud sit, est motus, quoniam motus alterationis est alteratio: alteratio vero est acquisitio qualitatis que est in passo. De hac disputatur vtrū sit tertia entitas distincta ab aqua ⁊ calore: an vero sit aqua ipsa, aut calor. Proportionabiliter de motu augmētationis queritur, vtrum sit res ipsa, que augetur: an quantitas que in fieri acquiritur: an poti⁹ tertia entitas. Et in motu locali suo modo. In motu enim locali subiectū qd mouetur non acquirit nouam formam intrinsecam que sit terminus motus, puta qualitatem, aut quantitatem: sed quemadmodum alteratio est illa actualis acquisitio successiua intēsiōis qualitatis. s. qua semper est sub maiori ⁊ maiori gradu, ita mot⁹ localis est actualis ⁊ successiua acqsitio locorū, vt in quolibet instanti sit in alio loco ꝙ immediate antea fuerat: ⁊ immediate postea erit. Et ideo illic est maior difficultas, vtrum. s. motus sit spacium, per quod mobile mouetur: an successio illorum vbique sunt respectus, aut aliqua entitas absoluta. Suo modo erit sermo de generatione quanuis non sit motus, sed mutatio. De hac. q. Albertus hic tractatu. 1. c. 3. plures refert opiniones, ꝙ opus sit hoc adducere. Tres satis est recitare, quibus rem aperiamus. Una fuit antiqua: quam sequitur Pau. Venet. s. ꝙ motus alterationis est fluxus quidam realiter distinctus ab ipsa qualitate que acquiritur. vt calefactio est fluxus, ⁊ via qua acquiritur calor. Et isti dicunt ꝙ motus est entitas absoluta. ¶ Secūda opinio est ꝙ est quedā relatio realis qualitatis ipsius ad eius terminum: que est habitudo tendentis in finem. Et hec est fere opinio realium, ⁊ presertim Thomistarum. Ochā lib. 1. q. 9. ⁊ Gregorius eodē d. 1. q. 4. quos nominales sequūtur dicunt, ꝙ est ipsamet forma absoluta, puta calor qui acquiritur. Fiūt vtrinq; innumera argumenta: que molestissimum esset referre, ⁊ difficilimum intelligere.

¶ Respondetur ergo ad quæstionem tribus conclusionibus de motu alterationis ⁊ augmentationis. ¶ Prima. Motus (formaliter loquendo) est flux⁹: siue sit alterationis, siue augmentationis: siue localis. Hec conclusio vt certissima supponenda est in omni opinione, quippe que manifeste elicitur ex diffinitione motus. Illis enim verbis, motus est actus in potētia, nihil aliud voluit exprimere Aristot. vt quest. 1. dicebamus, ꝙ ꝙ motus est fluxus quidam continuus forme, procedentis a pura potentia in completū actum. Idē patet ex communi modo concipiendi. Nam motus est via quedam qua acquiritur forma vel locus. Et ita Comment. ⁊ omnes Philosophi frequenter dicunt motum esse viam. ¶ Hinc sequitur, vt quecūq; opinio teneatur, nulla tamē negare debeat motum formaliter loquēdo esse ens successiuum: quēadmodum ⁊ tempus. Nā motus consistit in fieri ⁊ acquiri. Itaq; motus semper dicit respectum ad preteritum ⁊ futurum, vt qualitatem intendi est nunc esse in maiori gradu, ꝙ immediate ante hac ⁊ in minori ꝙ immediate post hac. ¶ Secunda conclusio. Fluxus ille non est entitas realiter distincta a qualitate. Hoc primo manifeste patet in textu presenti. 4. vbi expresse ait Aristo. motum nō esse pter res ad quas est motus, id est motū alterationis idem esse realiter cum qualitate, ⁊ motū augmētationis, idē cum quātitate, ⁊c. ¶ Sed. 2. id arguitur. Si motus esset entitas alia distincta a qualitate, que acquiritur: sequeretur ꝙ ignis quādo calefacit aquā duas simul qualitates produceret in aqua, scilicet, ⁊ calorem ⁊ fluxum illum: consequēs tamen est falsum Primo, quia ignis profecto natura sua nihil habet producere ꝙ calorem ⁊ formam ignis: neq; intellectus aliud cōcipere potest: quod potissimū semper argumentum in physica esse duxerim. Et preterea vt arguit hic Philo. text. 19. s. ꝙ si actio ⁊ passio essent duo motus existentes in passo, tūc duplici motu moueretur: idem profecto hinc sequitur, nā tūc aqua non solum alteraretur per calorem, sed etiam per fluxum que est alia qualitas distincta.

¶ Et tertio arguitur illo argumēto cōmuni quo solemus vti aduersus istas distinctiones. Si motus ad calorē ⁊ calor sunt due res distincte, certissimū est Deum posse alterā illarum entitatum sine altera seruare: siquidem neutra est pars alterius, sed omnino distincta. Et tunc certe seclusa illa entitate que dicitur motus, si calor reciperetur ab igne in aqua, aqua moueretur sicut modo: ⁊ per consequens calor ille in fieri esset motus: ob idq; superflue modo ponitur: nam ponētes illum necesse habent dicere, ꝙ sine motu illo non mouetur aqua, magis

1. Conclu.

2. Conclu.

magis quam paries esset albus sine albedine. Et preterea quia viceuersa posset Deus seruare illum fluxum qui dicitur motus suspendēdo actionē ne produceretur calor: & tūc deberent dicere ꝙ aqua moueretur motu calefactionis: & tamen non calefieret. ¶ Quarto arguitur: quia vix profecto possumus comprehendere ista accidentia successiua: nempe quorū nulla prorsus sit nec in aliquo instanti preterito nec futuro, & tamen quocunque instanti dato aliqua pars precessit & aliqua erit futura. Et presertim in motu alterationis. Arguitur enim sic. Qualitas que acquiritur per motum alterationis est res permanens & durans: ergo motus per quem acquiritur non est entitas distincta successiua ad hunc sensum ꝙ eius partes in nullo instanti sint. ¶ Quinto maioris explicationis gratia arguitur. Aquam moueri motu calefactionis nihil aliud est quam pertransire distantiam que est inter non gradum & summum gradum caloris: distantia vero hec nihil aliud est quam calor ipse: sicut distātia hinc ad Romam nihil aliud est quam medium spacium: ergo motu calefactionis nihil aliud est realiter: quam calor ipse qui acquiritur & quodammodo pertransitur.

¶ Sexto denique & postremo confirmari potest conclusio ex illa regula Aristo. 1. huius, frustra fit per plura, quod fieri potest per pauciora: si vero necessitas aliqua est ponēdi illam entitatem distinctam maxime ne cōcedamus propositiones que communi modo concipiendi & apud omnes Philosophos censentur false. s. motus alterationis est qualitas q̄ acquiritur, via & acquisitio rei est terminꝰ & res ipsa que acquiritur. At enim nullus diceret motum ad certum locum esse quietem in illo loco, ita nec diceret motum esse qualitatem ipsam, sub qua mobile quiescit. Sed tamen ad negandum istas predicationes satis est distinctio rationis, seu formalis, quam sequenti conclusione explicabimus: ergo nō est necesse ponere fluxum distinctum realiter a qualitate que acquiritur.

3. Conclu. ¶ Tertia cōclusio. Fluxus iste qui est motus ad calorem ratione distinguitur a calore. Ubi notandum est ꝙ idem calor dum acquiritur potest considerari quadrupliciter. Uno modo absolute & materialiter vt est quedam qualitas: & tunc est in predicamento qualitatis, vt dicebamus articulo precedenti. Secundo modo, vt est in fieri quia vt est in continua acquisitione: & hac ratione est motus, quapropter vt illic dicebamus identice reducitur ad idem predicamentum in quo est illa qualitas: formaliter tamen. i. vt ratione distinguitur, est predicamētum actionis, vel passionis: & est postpredicamētum propterea ꝙ est commune ad multa predicamenta. s. ad quantitatem qualitatem, & vbi. Tertio consideratur vt est effectus agētis & tunc est specialiter in predicamēto actionis. Et quarto vt est id quo afficitur passum, & sic est in predicamento passionis. Et ideo dicebamus superius ꝙ motus in diffinitione accipitur vt abstrahit ab actione & passione. Quod si quispiam percōtetur quid addit qualitatem esse in fieri supra qualitatem? Dico ꝙ nihil addit q̄ relationem quam dicebat secunda opinio: puta habitudinem cōtinue tendentie ad terminum ad quem: dūmodo nō censeatur esse rem distinctam vt aliqui opinantur: sed modū & aliqualiter se habere qualitatis, sola ratiōe distinctū. Hāc conclusionē nō aliter probamus, q̄ vt solemus cōmunes modos cōcipiendi & loquendi re ceptissimos inter Philosophos, vnde in re nō differimus ab schola nominaliū: sed solum in modo loquendi. Qd̄ em̄ ipsi appellant cōnotationes terminorum, nos appellamus distinctionem rationis. Aiunt enim ꝙ hoc nomē motus supponit pro qualitate connotando ꝙ sit in fieri: & hoc nomen actio pro eadē qualitate cōnotādo ꝙ fit ab agente. Nos tamen dicimus ꝙ motus est illa qualitas ea ratione qua est in fieri: & actio est eadē qualitas ea ratione qua fit ab agente. Est tamen in modo loquēdi latissima differentia. Cōcedūt enim ipsi ꝙ acquisitio qualitatis est ipsa qualitas que acquiritur. Aristot. vero & omnes Philosophi negarēt illam: sicut negant illā, calor est calefactio. Itaq; illa aliqualiter se habere diuersa, q̄ nominales concedūt, deberent sufficere ad negādum similes propositiones in sensu formali: postq̄ pertinēt ad diuersa predicamenta. Calor enim est in predicamento qualitatis, sed motus est in p̄dicamento actionis vel passionis. ¶ Utriq; ergo (si ego non fallor) per extremū peccauerunt. Reales quidem quia videntes illas propositiōes esse falsas: crediderūt significare res distinctas: nominales vero credentes non distingui, concesserunt res diuersorum predicamentorū formaliter de seipsis predicari: cum tamen artificium predicamentorum fuit distinguere res que sunt primo diuersa. Quod quidem artificium satis saluat per istas distātias rationes, seu formales q̄ idem est: nam ista distinctio sumitur penes diuersas diffinitiones quiditatiuas rerū. Alia enim est diffinitio quiditatiua motus: & alia diffinitio qualitatis: & alia quātitatis (eo modo quo generalissima diffiniri possunt.) Unde nō vocamꝰ distinctionem rationis [vt supra dicebamus] eo ꝙ motꝰ vel actio sit ens [rationis, sunt enim identice entia realia: puta qualitas: sed quia per solam consideratione intellectus distinguimꝰ inter calorē & motum, considerando illa tanq̄ duo. Et ideo S. Tho. & antiqui Philosophi in hoc sensu appellabāt has distinctiones reales: non ꝙ secluso operatione intellectus essent due res: sed ꝙ seclusa operatione intellectus est in rebus, vnde sumitur illa distinctio. Unde non inepte posset distingui duplex distinctio realis: vna que est inter rem & rem vt distinguntur substantia & qualitas: alia que est inter illa que distinguntur tanquam res & modus realis eius, vt distinguitur sedens, & sessio, fundamentū, & relatio, motus, & qualitas, &c. Distinctio realis. ¶ Queritur hic autē vtrum sicut negatur ista, actio est passio & qualitas est actio, ita sit negandum, motus est actio. Et videtur ꝙ sic, quia motus dicit fluxum & actio dicit relationem. Dubium. Respōdetur, ꝙ ad affirmandū, aut negandum huiusmodi propositiones oculus attente habendus est semper, vt videatur an sint res diuersorum, an eiusdem predicamenti. Unde sicut ista est falsa, actio est passio, quia sunt res diuersorum predicamentorum, ita & ista, qualitas aut quātitas est actio, aut passio, quia qualitas & quantitas & actio & passio sunt res diuersorum predicamētorum. Et pariter iste, motus est qualitas, motus est quantitas, sed motus est acquisitio qualitatis, aut quantitatis. Iste tamen verissime sunt, motus est actio, motus est passio, nam motus est quid superius ad actionem & passionem. Diuiditur enim motus per motum alterationis & motū augmentationis: & idem est motus alterationis, quod alteratio actio, aut alteratio passio. Quocirca oculis ambobus animaduertendū est ꝙ Aristotel. non dixit ꝙ actio, aut passio est qualitas: sed ꝙ est motus.

¶ Sed in contrarium arguitur, Stat esse motum

sine actione, vt patet in sagitta que proiecta mouetur postquam cessauit actio, scilicet proiectio sagittantis: et econuerso stat esse actionem vbi nullus est motus, vt patet in illuminatione, et in generatione substantie: que fiunt in instanti: que quidem proinde sunt actiones sine motu: ergo neque omnis motus est actio, neque omnis actio est motus.

¶ Ad primum respondetur, quod quandiu durat motus proiecti durat actio proiicientis. Ait enim Aristo. quod actio est motus in passo: et per consequens quandiu proiectum mouetur, proiiciens dicitur agere per virtutem et motum quem impressit proiecto. Quinimo vt lib. 2. q. 1. dicebamus, quando graue descendit, generans eadem ratione dicitur agere.

¶ Ad aliud respondēt aliqui, quod sicut illuminatio nō est motus, presupponit tamen motum localem applicationis luminosi: pariter generatio presupponit alterationem. Solutio tamen non est ad propositum. Est enim questio vtrum ipsamet productio luminis formaliter sit motus: et pariter productio substantie. Ad quod respondetur quod non sunt proprie motus: sed mutationes, quia non fiunt successiue: quapropter hactenus nō fecimus mentionem de generatione. Proportionabiliter tamen loquēdum est de generatione: sicut de aliis motibus. s. quod generatio non distinguitur a forma vel composito que generatur, non tamen est motus: quia non est ens successiuum nec fluxus. Sed in eodem instanti quo est primum esse substantie, res simul gignitur et genita est. Et idem dicendum est de creatione. Unde quando dicimus omnem motū esse actionem et passionem, loquimur large de motu, vt comprehendamus etiam mutationem.

Motus localis.

¶ De motu autē locali est difficultas nota, propterea quod id quod acquiritur per motum localem non est forma intrinseca que recipitur in ipso mobili, sicut per motum alterationis recipitur qualitas, et per motum augmentationis, quantitas: sed solum acquiruntur successiue diuersa loca, que sunt res extrinsece continentes locatū. Quapropter licet Ochā et Gregorius conueniant de motu alterationis et augmentationis, differunt tamē de motu locali. Gregorius enim existimat motum localem esse spacium per quod mobile mouetur. Quam opinionem sustinent nonnulli Thomiste, credentes illam opinionem esse. S. Thome. Ochā vero putat motū localem non distingui realiter a mobili: cui ego potius fidem adhibeo.

Rō Grego.

Ratio et analogia Gregorii est hec. Quemadmodum se habet qualitas in motu alteratiōis, se hz spaciū in motu locali: et qualitas est idem realiter cum motu alterationis, vt modo dicebamus: ergo et spacium est idem cum motu locali. Probatur maior. Quemadmodum in motu alterationis id quod acquiritur est qualitas qua mobile mouetur, ita id quod acquiritur in motu locali est spacium quod successiue secundum partes pertransitur. Id enim quod acquiritur per motum localem est locus: locus autem est aer ipse qui me circunstat secundum nominales: ergo motus est spacium.

¶ Et possumus nos hanc opinionem confirmare ex his que paulo ante dicebamus: videlicet quod quemadmodum spacium medium inter terminum a quo et terminum ad quem est distātia que pertransitur per motum localem: ita latitudo qualitatis a non gradu vsque ad summum est quodammodo distantia que pertransitur per motum alterationis: ergo sicut acquisitio illius qualitatis. i. mot⁹ alterationis non distinguitur ab ipsa qualitate, ita motus localis non distinguitur ab ipso spacio: quod est locus acquisitus per motum.

Contra Grego.

¶ Aduersus hanc opinionē communiter ab omnibus arguitur, quod primum mobile mouetur: et tamen si ponamus supremum celum moueri, non posset signari motus eius: quia extra ipm nullū est spaciū quod acquiritur. Respondet Gregorius quod eius spacium est terra, vel aer circa quem mouetur. Sed tamen demus quod celum nec extra, nec intra se quicquā habeat: sed moueatur supranaturaliter in vacuo, nō posset tunc signari spacium quod esset motus. Item si me quiescente aer qui me circunstat moueretur, tunc successiue acquirerem alium et alium locum: et per consequens illud spacium esset motus meus: et tamen ego nō mouerer. Hec autem forsan posset ipse diluere, dicēs, quod loquitur de spacio vero, vel imaginario quod semper supponatur esse immotū et quiescēs.

¶ Aliter tamen arguitur. Motus vt ait Ph. tex. 17. est in mobili: nam motus est id quo mobile mouetur: sicut albedo est id quo corpus est album: spacium vero seu locus, materialiter accipiendo pro aere continente nō est in mobili: quia est illi extrinsece circunstans: ergo locus vel spacium nō potest esse motus.

Locus dupliciter.

¶ Notandum est ergo quod locus (vt in. 4. huius latius videbimus) dupliciter accipitur. Uno modo materialiter pro aere circunstante, siue sit fixus et permanens, siue currens, vt fluit ventus) seu poti⁹ accipitur hoc modo pro vltima superficie cōtinentis. Et tunc est de predicamento quātitatis. Alio modo accipitur formaliter pro eadem superficie connotando respectum in ordine ad aliquod fixum verum vel imaginarium. Et hic est de predicamento vbi. Dicenim locus habet quod sit hic numero propterea quod est in hac numero distantia a centro terre (quātum ad altitudinem) et in tanta a puncto orientis (quantum ad longitudinē mundi) et in tanta a polo: quantum ad latitudinē. Et quanuis isti respectus et relationes non sunt res realiter distincte: nihilominus explicari non potest quid est me esse in hoc loco numero, nisi per huiusmodi respectus. Et quanuis in rei veritate non distinguantur loquendum est nobis claritatis gratia ac si distinguerentur. Respōdetur ergo ad Gregorium quod analogia non est inter qualitatem, que acquiritur motu alterationis: et loca materialiter accepta: que acquiruntur per motum localem: sed inter qualitatē et loca formaliter loquendo, scilicet, vt cōnotant vbi que sunt in me et identice sunt ego ipse. Unde identice loquendo motus localis est mobile ipsum, consideratū quatenus continuo est in alio et alio loco, scilicet, quaten⁹ modo est in alio loco quā fuit immediate ante hoc et erit immediate post hoc. Quare sicut qualitas quando est in esse quieto desinit esse motus, ita vbi in esse acquisito desinit esse motus.

¶ Quod vero aliqui Thomiste velint attribuere S. Thome motum localem esse spacium propterea quod. 1. p. q. 110. artic. 3. et alibi frequenter dicat quod mobile secundum locum non est in potentia ad aliquid intrinsecum: sed ad aliquid extrinsecum, puta ad locum, nullam prorsus habēt apparētiam: quia. S. Thom. non loquitur de potentia mobilis ad motū: sed de potentia eius ad terminum motus. Uult enim dicere quod non sicut alterabile acquirit qualitatem et augmentabile quantitatem, mobile localiter acquirit in se formam absolutam: non tamen negat quin successio qua est in diuersis locis sit motus. Qui realiter est idem cum mobili.

¶ Nihilominus tamen, vt dicebamus de motu alterationis, nullatenus concedendum est in sensu formali quod substantia est motus. Quis enim inter

Philoso

Philosophos audeat proferre ꝙ celū est quidam motus, aut ꝙ pater meus fuit motus, tunc enim ego essem filius cuiusdam motus: ⁊ cum ego comedo, aut bibo, interrogatus quid comedo, possem respondere me comedere ⁊ bibere quosdam motus. Profecto vt reales nimiū sunt in rerum multiplicatione, ita ⁊ huiusmodi nominalium quorundā locutiones: preterꝗ ꝙ sunt contra Aristotelem, auribus quoqꝫ ⁊ vulgi ⁊ Philosophorum dissonant. Et eadem ratione qua in sensu formali negatur ꝙ motus alterationis seu alteratio est qualitas (cum motus ⁊ qualitas sint diuersa predicamenta) negatur ꝙ motus localis est vbi. Aliud enim predicamentum est vbi, ꝗ actio ⁊ passio que importātur nomine motus. Vbi, enim solum dicit esse in hoc loco, siue per modum quietis, siue per modum transitꝰ motus autem dicit illam cōtinuationem successionis vbi. ¶ Ex quo sequitur ꝙ si dū nauis mouetur versus orientem homo intus moueretur versus occidētem taliter, vt semper maneret sub eodem Zenit (quod est pūctum fixum in celo) talis homo nō moueretur secundum se totum, licet moueret pedes.

Ad.1.pnc. ¶ Ad primum argumentum principale Ochā ⁊ Gregorius simpliciter cōcedūt ꝙ qualitas est motus alteratiōis, ⁊ mobile, vel spacium est motus localis, confundentes subinde predicamenta contra artē profecto Aristotelicā. Dicunt enī ꝙ motus ⁊ qualitas, seu motus ⁊ mobile, vel spacium, sunt duo termini supponentes pro eodem sub diuersis cōnotationibus. Nos tñ quāuis iure non differamus, tamen, vt seruemus modum philosophicum loquendi, concedimus solum in sensu idētico ꝙ motus alterationis est res que est qualitas, ⁊ motus augmentationis, res que est quātitas: nihilominus in sensu formali negamus, motus est qualitas, aut quantitas, ⁊ pariter concedimus ꝙ motus localis est res, que est mobile: negamus tamen, mobile est motus, vt expositum satis est.

¶ Ad primam confirmationem que nititur authoritate Aristo. respondetur ꝙ quando Aristo. dixit ea que differūt specie ⁊ genere differre numero solum intelligit in hoc sensu ꝙ vnum non predicatur de alio formaliter: nihil tamē vetat ꝙ que differūt specie ⁊ genere, sint vnū numero: ad hūc sensum, ꝙ sint vnum subiecto: sicut petrus ⁊ sua quantitas ⁊ qualitas sunt vnum numero: ⁊ due medietates eiusdem virge, quarū alia est viridis: ⁊ alia sicca sint vnum numero. Et eodem modo ratio motus ⁊ ratio qualitatis concidunt in eādem rem: sed tamen quia differunt genere, differunt numero, ad hunc sensum, ꝙ sunt due distincte rationes, quarum vna formaliter non est alia. Et isto modo actio ⁊ passio differunt numero: sicut differunt genere.

¶ Ad secundam confirmationem respondetur ꝙ si in subiecto maioris, quecunqꝫ sic se habēt ⁊c. sit sermo de quibuscunqꝫ duabus rebus in rigore maior est vera (quecunqꝫ enim due res realiter distingūtur) sed maior est falsa. Si autem intelligatur de duabus sola ratione distinctis, tūc negatur maior, quantūcunqꝫ a realibus sit consecrata tanꝗ maxima quedem inuiolabilis. Et est instantia de fundamento ⁊ relatione ⁊ de omnibus sex vltimis predicamentis. Concedimus enim ꝙ qualitas ⁊ motus alterationis sunt due rationes, quarum vna potest manere sine alia: potest enim manere qualitas sub ratione qualitatis, quando non maneat sub ratione motus puta quando manet in esse quieto: ⁊ tamen non inde sequitur ꝙ motus realiter distinguatur a qualitate, sed solum ratione. Et idem dicatur de quantitate ⁊ motu augmentationis: ⁊ de vbi ⁊ motu locali. Potest enim manere vbi, puta mobile in hoc loco, quando vbi non habeat rationem motus: tamen non sequitur ꝙ realiter distinguantur. ¶ Et nequis realium existinet hanc solutionem non esse Aristotelicam, videat Aristotelem libro primo, tex. 59. similiter prorsus arguentem de materia ⁊ priuatione, scilicet, ꝙ materia manet in genito priuatio vero que fuerat principiū a quo non manet ⁊ tamen non subinde infert materiam ⁊ priuationem differre realiter sed solum ratione vt expresse ipse asserit tex. 60.

¶ Secundum principale argumētum est principiū apud Paulum Venetum ⁊ alios tenētes motū distingui a mobili. Propter quod fingunt motū tam alterationis, ꝗ augmētaticis, ꝗ localis esse quoddam ens successiuum cuius nulla pars potest esse secundum se ⁊ quodlibet sui in instāti. Aiunt vero partes motus cōtinuari per quedam indiuisibilia que dicuntur mutata esse sicuti partes linee continuātur per puncta: ⁊ partes temporis, per instantia. Atqꝫ adeo dicunt de motu nihil esse presens: nisi mutatū esse: sicut de tempore nihil est presens nisi instans. ¶ Et tūc de existentia motus sunt diuerse inter eos opiniones. Alij enim dicunt ꝙ proprie motus nō est in ordine ad copulam de presenti: sed motus fuit ⁊ erit: quia habent pro inconuenienti dicere illud esse in hoc instanti, cuius partes non sunt. Alij vero dicunt ꝙ motus est: si ly, est vniat pro toto tempore motus: non tamen si vniat pro instanti, ⁊ in re nihil differunt a prioribus. Paulus vero ⁊ alij dicunt: vt dicēdum est, ꝙ etiam si ly, est vniat, pro instanti, hec est vera motus est, concedimus enim ꝙ nunc est hora nona, ⁊ dies iouis: ⁊ mensis Iunij, ⁊ annus. 1544. Ad quarum propositionum veritates satis est ꝙ sit nunc instans continuatiuum temporis: ⁊ eadem ratione concedendum est ꝙ nunc est motus celi, ⁊ ꝙ est deambulatio mea: postquam celum nunc mouetur, ⁊ ego deambulo. Ob idque eadē ratione sufficit ad veritatem huius: motus est, ꝙ sit mutatum esse continuatiuum partium motus. ¶ Contra hanc sententiam arguit Grego. ⁊ alij nominales. Primo aduersus hoc indiuisibile quod est mutatū esse: quia vel motus cōponitur solum ex mutatis esse: ⁊ hoc nō da vt. 5. 2. 6. huic patebit, sicut magnitudo nō componitur ex īdiuisibilibus, ita nec motus: qui etiā est de genere continuorum, vel componitur ex partibus que non sunt mutata esse: ⁊ tunc dicunt difficile esse imaginari quomodo in nullo īstāti ante hoc fuit nisi mutatum esse: ⁊ tamen immediate ante ⁊ immediate post quodlibet instans durationis motus fuit ⁊ erit aliqua pars motus. Hoc tamē, quicquid sit de tēpore probabilissimum est vt, in predicamento quantitatis dicebamus, quantitatem distingui a re quanta, ⁊ per consequens partes linee continuari per puncta, ⁊ partes superficiei per lineas. ¶ Hoc mihi tamen fateor est intellectu difficile, vt paulo ante dicebamus, ꝙ detur aliquod ens cuius nulla pars vnquam sit de presenti secundum se ⁊ quodlibet sui ⁊ tamen habuerit ⁊ habebit partes. Eo presertim, ꝙ entitas illa deberet esse bifariam diuisibilis, scilicet, ⁊ secundū subiectū nam animalis quod localiter mouetur caput ⁊ omnia membra mouētur: ⁊ per consequens entitas illa deberet esse extensa per totum subiectum. Et preterea esset diuisibilis ad dimēsionem temporis in preteritum ⁊ futurum. Et per consequens secūdum primam diuisionem haberet partes perma-

Existentia motus.

menteſ:⁊ ſecundum ſecundam,nõ,niſi ſucceſſiuas. Nõ neq̃ intellectu facile eſt nec creditu. Et ideo nõ credo motum eſſe entitatem ſucceſſiuam diſtinctam realiter. Quod nec de tempore poſſum ſatis mihi perſuadere.vt lib.4.videbimus.

¶ Deinde arguitur ꝙ ſi motus iſte diſtingueretur a mobili,vt ait Paul.ſequeretur ꝙ eadẽ res ſimul dum eſſet fieret ⁊ corrumperetur in eodem tempore ⁊ inſtanti,vt patet de illa entitate:nam eodem tempore adequato quo acquiritur corrũpitur per ſucceſſionem partium. Et certe corollarium eſt cõcedendum. Et idem eſt dicendum de tempore ſi ponatur entitas diſtincta. ¶ Itẽ ſequeretur ꝙ ad preteritum eſſet potentia. Nam detur.v.g.motus horarius durans a nona vſq̃ ad decimam:⁊ de quo ſecundum hanc opinionem in quocunq̃ inſtanti intrinſeco illius hore verũ eſt dicere ꝙ totus ille motus eſt. Simus nunc in illo inſtanti prime quarte: ⁊ tunc verum erit dicere ꝙ totus motus horarius eſt:⁊ per conſequens in inſtanti medio totius hore verum erit dicere motus horarius fuit. Simus ergo in illo inſtanti medio:⁊ arguitur ſic. Iſte motus horarius fuit:⁊ tamen nunc poteſt facere Deus ꝙ nunquam fuerit:quia poteſt facere ꝙ medietas ſequens non erit:⁊ tunc nunquam erit verum dicere totus motus horarius fuit,ergo ad preteritũ eſt potentia. ¶ Hoc etiam corollarium debent cõcedere:quia hec propoſitio,hic motus horarius fuit ita eſt vera in inſtanti hore medio,vt depẽdeat ex vna de futuro contingenti:⁊ propoſitionibus veris de preterito dependentibus a futuro contingenti cõtingere poteſt vt nunq̃ fuerint vere. Quare hec non ſunt magna inconuenientia.

¶ Sed tamen propter argumenta ſuperius facta negamus motum diſtingui a mobili. Non tamen propterea negãdum nobis eſt quin motus (formaliter loquendo) ſit ens ſucceſſiuum vt Grego.⁊ Ockã videntur negare. Nam quamuis eadem res ſit qualitas ⁊ motus,tamen,ea ratione qua eſt qualitas non dicit ens ſucceſſiuum:ſed ſolum formã inherentem ſubiecto:ea vero ratione qua eſt motus eſt ens ſucceſſiuum. Itaq̃ ratio motus eſt cõtinua ſucceſſio. Quocirca licet motus ⁊ mutata eſſe non ſint realiter diſtincta,ſed ſola ratione,loquendum tamẽ nobis eſt de illis claritatis cauſa ac diſtiguerentur. ¶ Unde ad formam argumenti diſtinguitur ꝙ motus ſit ens ſucceſſiuum. Si enim accipiatur materialiter pro qualitate,aut quantitate,aut vbi quibus eſt idem realiter, negatur:imo eſt ens permanens. Si vero accipiatur formaliter ſecundum propriam rationem motus,id conceditur. Et eodem modo conceditur ꝙ repugnat habere omnes partes ſimul,ad hunc ſenſum , ꝙ ratio motꝰ in qualitate ſi ſit intenſionis conſiſtit in hoc,quod immediate ante hoc fuerit minor ⁊ imediate poſt hoc maior quam nunc eſt:ſi vero ſit motus remiſſionis:conſiſtit in hoc, ꝙ immediate ante hoc fuerit maior ⁊ immediate poſt hoc minor. Et ratio motus localis conſiſtit in hoc quod mobile immediate ante hoc fuerit in alio loco ⁊ imediate poſt hoc in alio quam modo eſt. Non tamen ꝙ ſit aliqua entitas diſtincta que ſolum conſiſtat in fieri.

¶ Et proportionabiliter reſpondetur ad confirmationem ꝙ materialiter loquendo de motu pro re que eſt motus partes eius continuãtur per quantitatem: quia eſt ens permanens. Si vero loquamur formaliter ſub ratione motus, concedimus ꝙ de motu in inſtanti preſenti nihil aliud eſt quam aliquid ad imaginationem indiuiſibile. Nõ ſi vocetur mutatum eſſe, de nomine non diſputamus ad hunc ſenſum, ꝙ in quocunq̃ inſtanti intrĩſeco motus localis mobile eſt in aliquo loco,in quo nec fuit immediate ante,nec erit immediate poſt. Et ſuo mõ dicatur de motu alterationis ⁊ augmentationis. Ad.3 ¶ Authoritates omnes,que in tertio argumento citãtur,facile ex his que dicta ſunt ſoluũtur,poſita diſtictione rationis motus a mobili ⁊ termino. Per hoc enim ſaluatur ꝙ motus ſub ratione motus ſit actus entis in potentia,ideſt,conſiſtat in fluxu ⁊ fieri:qualitas vero dicat actum in actu quieto. Et eadem ratione ſaluatur quod motus eſt in mobili:nam motus augmentationis ⁊ alterationis ⁊ ſuo modo generationis eſt forma que recipitur in paſſo:motus vero localis dicitur eſſe in mobili propter diſtinctionem rationis. Et pariter reſpondetur ad illud.7.meta. ſcilicet , ꝙ ad qualitatem eſt per ſe motus:non tamen ad motum ideſt qualitas inquantum qualitas acquiritur per motum,ideſt, acquiritur ſucceſſiue:motus autem non acquiritur per motum:quia illa ſucceſſio non acquiritur per aliam ſucceſſionem. ¶ Pariter reſpondetur ad illud ſecũdo de anima,ꝙ qualitas inquantum calor eſt ſenſibile proprium tactus : ſed inquantum motus eſt ſenſibile commune: quia ratio motus non ſolum:per tactum:ſed per viſum ⁊ auditum percipitur. ¶ Et per hec etiam ſaluantur illi modi dicendi,qꝺ motus eſt via:qualitas vero ⁊ vbi eſt terminus:⁊ ꝙ motus eſt cauſa qualitatis:non tamen econuerſo:⁊ ꝙ motus eſt velox vel tardꝰ,qualitas vero minime. Omnia ergo hec ſaluantur per diſtinctionem rationis.

¶ Alia vero corollaria,ſcilicet,ꝙ motus vniformis ſit difformis,⁊ ꝙ motus circularis ſit rectus,⁊ ꝙ aſcenſus erit deſcenſus,concedũtur a nominalibsu: quia idem globus qui cadit mouetur circulariter ⁊ recte,⁊ idem rurſus proiectus aſcendit. Nullatenus tamen ſunt concedende huiuſmodi locutiones : tum quia ſunt contra communem modum concipiendi : tum etiam quia alia eſt diffinitio motus circularis ⁊ alia motus recti. Quinimo Ariſt. 1.de celo dicit ꝙ aſcenſus ⁊ deſcẽſus ſunt motꝰ cõtrarij:tam abſurdum ergo eſſet dicere ꝙ aſcenſus ſit deſcenſus:quam ꝙ calor eſt frigus. Concedende ergo ſunt locutiones ille identice,ſcilicet,ꝙ eadem res que eſt motus circularis eſt etiam rectus ⁊ que modo eſt aſcenſus poſtea deſcenſus : ſed tamen formaliter loquendo, nec aſcenſus eſt deſcenſus, nec motus circularis ⁊ vniformis eſt rectus aut difformis.

¶ Et proportionabiliter reſpõdetur ad aliud ꝙ motus intenſionis ſit motus remiſſionis:nam licet eadem qualitas que modo intenditur poſtea remittatur intenſio tamẽ eſt acquiſitio qualitatis, ſcilicet vbi immeditate poſt hoc erit maior gradus quam nunc ⁊ nunc quam immediate ante hoc : remiſſio vero eſt diminutio qualitatis,ita vt viceuerſa nũc ſit in minori gradu, quã immediate ante hoc fuit ⁊ in maiori quam immediate poſt hoc erit. Et proportionabiliter dicatur de augmentatione ⁊ diminutione. Quod autem calefactio ſit frigefactio nulla eſt apparentia: quia neque in ſenſu identico calefactio eſt frigefactio:nã calefactio eſt res que eſt calor, qui acquiritur : ⁊ frigefactio eſt res que eſt frigiditas.

¶ Illi qui à triginta hinc annis aut quadraginta ſcripſerunt:quia non erat illis in animo libros de celo ⁊ de generatione interpretari, ſed ad libros phyſicorum vniuerſam reuocare Philoſophiam : tractant hic ad longum de qua

tuor

tuor speciebus motus .s. localis, alterationis, generationis, augmentationis. Nobis tamen quia institutum est super libros illos etiam scribere, vitio merito daretur, si species mot⁹ in particulari hic tractaremus, vbi Aristo. mentionem de illis nullã fecit, nisi in genere sub nomine motus. Quin poti⁹ id vellem Philosophis huius temporis dissuadere, ne in libris physicorũ tantũ temporis hereant. Intentio enim Arist. fuit in his libris tractare de motu solũ in genere, & in reliquis descẽdere in particulari ad species quascunq; motus vt in libris de celo ad motum localem: & in libris de generatione ad alias tres species motus. In quib⁹ proinde medulla Philosophie est inquirenda. Atqui si de intentione augmentatione & rarefactione & de motu( locali hic tractaretur (preter ordinis peruersionẽ in immensum abiret hic tertius physicorum. Eo vel maxime si sophismata que de velocitate horum motuum huc aggerãtur, submoueremus: indigna certe quibus humana vexentur ingenia: tantum abest vt digna sint que in libro physicorum recitẽtur. De velocitate autem motus ad sextum & ad septimum huius proprie pertinet differere. De quo illic satis dicimus. Non ergo hic legentur hec sed ad sua vsque cuiusque loca spectetur: eo presertim ꝙ. 5. huius incipit Aristot. distinguere has species motus disputando ad quem genera rerum sit per se motus. Interim satis est presupponere de modo que fit intensio duas esse, inter alias celebres opiniones alteram nominalium communem scilicet, ꝙ fit per additionẽ gradus ad gradum in eodẽ subiecto adequato: ita vt sicut qualitas est diuisibilis in partes secundum extensionem subiecti ita est diuisibilis in partes secundum intensionẽ. Alia vero est opinio. S. Thom. ꝙ qualitas, quemadmodum forma substantialis ligni, & quemadmodum quantitas, habet quidẽ partes secundum extensionem: secundum tamen intensionem minime sed est indiuisibilis secundum suam essentiam: intensio autem fit per hoc quod illa forma magis ac magis radicatur in subiecto, & magis actuat ipsũ vt illic peramplius res dilucidata examinabitur. ¶ Sequitur statim in textu caput quartũ & sequẽtia vsq; ad finem libri.

¶ In textu.lvi. Atq; manifestum est, ꝙ quodammodo est &c.

## ¶ Quæstio tertia.

## VTRVM INFINITVM sit naturaliter possibile.

IN duo partitur Aris. hunc tertium librum vt in initio cõmentorũ eius dicebamus. In tribus enĩ capitulis egit de motu, & in quinq; reliquis de infinito. De primo disputauimus duas questiones: de altero disputabimus item duas hanc quidem, scilicet, vtrum naturaliter sit infinitũ, alteram vero vtrũ possit esse supranaturaliter. ¶ Primo omniũ argr̃ contra primam statim assertionẽ Arist. tex. 24. s. ꝙ ad physicum pertinet disputare de infinito. Q.ð. non est .i. qð habet rationẽ entis non scitur. 1. post tex. 5. q̃a ens est obiectũ intellectus: infinitũ autẽ nõ est possibile in actu, vt ipse asserit textu presenti, imo nec si esset cognoscibile, vt dixerat libr. 1. tex. 35. & hic repetit tex. 66. ergo de infinito nõ est sciẽtia, & per cõsequẽs ad nullũ pertinet disputare de illo. ¶ Et cõfir. quia si ad aliquẽ pertineret disputare de infinito, is esset vel mathematicus (cum finitũ & infinitum sint passiones quantitatis. vt patet tex. 1. 35. de qua considerat mathematicus) vel metaphysicus, cum quia solus Deus est infinit⁹, tũ etiã quia infinitũ diuiditur per infinitũ in actu & infinitũ in potentia vt habetur textu presenti: hec autem diuisio est proprie diuisio entis. vt habetur. 9. meta. tex. 21 de Deo autẽ & ente i genere pertinet ad metaphysicũ disputare. Id vel maxime ꝙ physicus non cõsiderat, nisi de ente mobili: infinitum autem si esset non esset mobile, vt hic ostendit Aristo. tex. 48. & infra. ¶ Secundo principaliter arguitur, ꝙ detur infinitum in actu. Potentia frustra est que non reducitur ad actum: nam potentia illud est quod actu fieri potest. 9. meta. tex. 12. sed Aristote. concedit hic infinitum in potentia: ergo naturaliter potest esse in actu. Quod si quis respondeat pro Aristotele, vt seipse statim explicat tex. 57. ꝙ nõ est in potentia vt reducatur in actum completum quemadmodum entia permanentia, vt es fit statua, sed que reducitur ad actum qui est in fieri: vt entia successiua, quemadmodum tempus, & motus, & series generationum, & diuisio cõtinui. Arguitur sic. In continuo sunt partes infinite illic actu existentes: ergo agens naturale potest illas actu separare. Quemadmodum enim ignis quando comburit lignum omnes partes proportionales successiue diuidit, ita videtur ꝙ non repugnaret naturaliter esse actu diuisas: & tũc esset naturaliter infinitum in actu multitudine.

¶ Et confirmatur manifeste aduersus Aristotelẽ, ꝙ detur infinitum in actu: nam si mundus fuit ab eterno tempus & motus que transierunt sunt infinita in actu, scilicet, infinite circulatiões celorum. Perinde enim est profecto ꝙ actu transierit infinitum, ac si modo detur infinitum permanens, presertim si tempus & motus sint accidẽtia distincta a mobili. Atq; inde patet ꝙ infiniti homines fuissent actu hactenus transacti. Imo probatur ꝙ si mundus est futurus perpetuus, erũt etiam infiniti homines in actu respectu copule de futuro: nam ꝗro de illa tota collectione q̃ in rei veritate erit, an erit finita vel infinita: non finita, quia non potest signare sub quo numero erit: ergo in rei veritate erit infinita. ¶ Et confirmatur secundo argumẽto quod hactenus non constat quomodo illud soluisset Aristo. Si enim mũdus fuit ab eterno, ita vt ante quẽlibet hominem fuit homo, & quot fuerũt homines tot fuerunt anime, & anime sunt perpetue, liquido colligitur nunc esse animas actu infinitas.

¶ Tertio arguitur ꝙ detur nunc aliqua perfectio actu infinita. Natura hominis est aliqua quãtitas perfectionis: & perfectio angeli in infinitum excedit hominẽ: ergo perfectio angeli est infinita, quoniam si data pedalitate daretur quantitas que in infinitum excederet illam, illa perfectio esset infinita. ¶ Et confirmatur. In homine sunt infinita predicata essentialia quorum quodlibet addit nouum gradum perfectionis supra aliud: ergo est infinita perfectio. Probatur antecedens. Natura animalis dicit nouum gradum perfectionis super naturam corporis: & perfectio hominis aliquem gradum super perfectionem animalis: ergo inter animal & hominem potest dari vnus gradus medi⁹ perfectior animali & imperfectior homine: & inter illum gradũ & animal potest dari vnus alius & sic in infinitum: & iste omnes perfectiones vsque ad substantiam & ens sunt in homine: ergo. ¶ Quartum argumentum esse posset. Ignis potest produ-

cere infinitos calores.i.non tot quin plures:nẽpe quot applicarentur combustibilia:ergo habet infinitã virtutem. Quod si dicas non posse naturaliter applicari infinita:saltem si per impossibile applicarentur illi infinita combustibilia in eodẽ loco,infinitos calores ꝓduceret:⁊ per consequens videtur habere infinitã virtutem naturalem. ¶ In contrariũ est Arist. in hoc tex.56.vbi ait naturaliter esse infinitũ in potentia:infinitũ vero in actu:nequaꝗ̃.

## ¶ De infinito secũde intentionaliter

sumpto pro hoc nomine,non homo,⁊ similibus nihil ad presens. Infinitum autem prime intentionaliter acceptum pro rebus,de quibus hic disputatur, idem est vt nomen ipsum sonat, quod

Infinitum dupliciter. res nõ infinita,aut limitata:sicuti immensum, idẽ est,quod non mensuratũ. Accipitur autem ab Aristotele in tex.hic.34.dupliciter. Uno modo negatiue pro eo quod non habet terminum neq; aptitudinẽ vt terminetur:quia.s.non est quãtitã vt punctum potest dici infinitũ:sicuti vox que est obiectũ auditus est inuisibilis. Alio mõ accipitur priuatiue pro eo quod non est terminatum, aptum tñ est terminari:nempe quia est quantũ:nam omne quãtũ ex natura sua est aptũ terminari. Linea enĩ terminatur per puncta:⁊ corpus per superficiẽ:siue realiter distinguantur a substãtijs,siue non:quis perspicacior erit sermo supponendo distinctionẽ quantitatis a re quanta. ¶ Secundo autem diuiditur infinitum:quia aliud est infinitũ secũdũ essentiam,⁊ aliud secudũ quantitatem. Essentia enĩ cum habeat perfectionis quantitatem,⁊ finita esse potest ⁊ infinita. De huiusmodi infinito nihil hic locutus est Arist. possumus tamẽ de hoc obiter statuere primã conclusionem. ¶ Tantũ Deus est infinitus per essentiam:imo tantũ ipse esse potest hoc

1. Conclus. modo ifinitus. Cõclusio ab omnibus theologis cõsentienter est receptissima in.1.d.43.tametsi profecto a priori difficile sit rationẽ assignare. Nisi illa sit quam.S.Tho.1.par.q.7.artic.1.⁊.2.affert. Ait enim ꝙ in rebus materialibus tam materia terminatur per formã,ꝙ̃ forma per materiam. Materia enim de se habet infinitã.i.illimitatam potẽtiã ad formam:⁊ ideo hic tex.65.infinitum in potẽtia cõparatur materie,potentia vero illa materie,que de se est indifferẽs ad plures species, terminatur per formam cõstituentẽ illã in aliqua certa specie. Sz forma etiam de se quodãmodo habet quãdã infinitatẽ ⁊ illimitationem:quia de se est indifferens ad plura indiuidua:terminat̃ vero ⁊ limitatur ad hoc indiuiduum per hoc quod recipitur in hac numero materia,⁊ his dispositionibꝰ singularibus.s.hic ⁊ nunc,⁊c. Nam in formis que educuntur de potẽtia materie,propterea forma producit̃ hec numero quia educitur de potentia huius materie cum his dispositionibus. Et anima rationalis, licet priꝰ natura sit in se,ꝙ̃ insit materie,vt lib.1.q.7.dictũ est, est tamẽ hec:quia fit a Deo receptibilis in hac numero materia. Hinc fit ꝙ infinitas potentie materie dicit imperfectionem:quia est mera potẽtia ad esse per formam:finiri autem dicit perfectionem quia est acquirere actum. E cõuerso vero infinitas ex parte forme quia forma est actꝰ,dicit perfectionem:⁊ limitari ad istam materiam ⁊ ad hoc suppositum dicit imperfectionem. Hinc ergo sumitur argumentum. Forma quanto est natura sua immaterialior,tanto est perfectior: Deus est simpliciter a natura sua immaterialis:quia non coarctatur,nec limitatur ad aliquem gradum perfectionis: ergo est essentialiter infinite perfectus. Maior probatur. Eo anima rationalis est perfectior quam anima bruti:quia est immaterialior,idest, quia ex sua natura potest subsistere separata a materia, quod nõ potest anima bruti. Et angelus est perfectior ꝙ̃ anima rationalis:quia est magis immaterialis,propterea ꝙ non est receptibilis in corpore:ergo maior est vera. Minor autẽ patet quia cũ Deꝰ habeat per se esse,non receptũ ab alio:sequitur ꝙ essentia illius est omnino purus actus,nihil habens ad mixtũ de potentia. ¶ Et per hoc soluitur argumentũ Scoti.1.sent.d.2.q.2.ꝙ angelus esset tũc infinitus quia non est aliquo modo materialis. Respõdetur in ꝙ̃ ꝙ quamuis non recipiatur in materia sensibili habet tamen esse receptũ ab alio:⁊ per consequẽs quodammodo essentia angeli recipitur in supposito:⁊ ideo non est simpliciter infinitus. Scio rationem esse metaphysicam:sed certe ratio rei tam remote a sensibus nostris,non potest esse,nisi metaphysica ⁊ itellectu difficilis,ob idq; a priori nõ potest alia reddi:nam probare Deum esse infinitum: quia potest perpetuare mũdum in infinitũ, aut ꝓducere aliquid ex nihilo,preterꝙ̃ ꝙ est probatio ab effectu,est etiam ineuidens:⁊ potius ex hoc quod habet essentiam infinitã,debet probari a priori virtus infinita ⁊ consequenter effectus infinitus, ꝙ̃ e conuerso. ¶ Possumus tamen sic forsan clariꝰ proponere rationem. Perfectum tantum valet quantum id cui nihil deest in suo genere,⁊ imperfectum id cui aliquid deest:ergo infinite perfectum est id quod nihil simpliciter recipere potest:⁊ quicquid potest aliquid recipere non est infinite perfectũ omnia vero materialia possunt aliquid recipere, vt patet ad experientiam ⁊ angeli recipiunt esse ⁊ volitiones ⁊ intellectiones, Deus autẽ cũ nihil habeat potentialitatis ad recipiendũ,sequitur ꝙ est infinite perfectus. ¶ Et hic patet ratio quare nulla creatura potest esse infinita,secundum essentiã. quia videlicet implicat esse creaturam,que non recipiat esse:⁊ si recipit esse potest etiam recipere alia accidentia,⁊ per consequens implicat ꝙ sit infinite perfecta. Nam illa probatio quam alij faciunt scilicet ꝙ si creatura sit infinita:illa esset Deꝰ certe nõ explicat causam proximã ⁊ per se:quia plus requirit̃ vt sit Deus, ꝙ̃ vt sit essentia infinita:quoniã ad infinitatem sufficeret essentia illimitata in perfectione:sed ad hoc ꝙ sit Deus, requiritur qđ sit indepẽdens ⁊ habeat per se esse ex ĩtrinseca ratione sua ⁊ nõ ab alio. Et ideo ratio proxima quare non potest esse creatura infinita,est,quia si est creatura recipit esse;⁊ si recipit esse, habet limitatum esse ad certum gradum.vt homo ita est homo, ꝙ nullomodo est equus, ⁊c. ¶ A posteriori vero probatur infinitas Dei hoc modo Deus est per se causa oĩm rerum:ergo est quodammodo omnia vt enĩ qđ est ꝑ se causa ignis debet esse formaliter ignis, aut quodammodo eminenter,vt sol,⁊ qđ est causa hominis,debet esse homo,⁊c. ita Deus cum sit oĩm causa debet esse eminenter omnia:esse autem non posset emĩter omnia,si haberet esse limitatum ad aliquod certum genus, ergo habet esse illimitatũ quod est esse infinitum. Sicut oculus:quia videt omnes colores non habet limitatam naturam alicuius coloris:⁊ ideo vt in predicamentis dicebamus Deus non ponitur in genere. Aliam probationem adduximus in lib.1.q.7.ex modo producẽdi:quia videlicet potuit producere aliquid nihilo presupposito. ¶ Per oppositum extremum:quia omnis creatura habet essentiam finitam, nec potest habere infinitam essentiam:nec virtutem,nec accidentia infinita. Sed de hoc satis.

¶ Ad

Diffinitio infiniti. ¶ Ad propositum ergo vt re-
deamus, aliter accipit̃ infinitũ rõne quantitatis,
aut continue aut discrete. Et hoc mõ loquit̃ in hoc
libro Aristo. Quocirca diffinit infinitum esse illud
cuius secundũ quantitatem accipientibus semper
aliquid accipere est extra, vt patet in text. 63. vbi
eandem diffinitionem expositam dedimus. Et hęc
conuenit tam infinito in magnitudine, quã in mul
Infinitum dupliciter. titudine: tam in actu, quam in potentia. Neoterici
autem Philosophi dicunt infinitum hoc modo ad
huc accipi dupliciter, vno modo cathegorematice,
vt est nomẽ supponens pro re infinita: & ali omodo
syncategorematice vt est aduerbium exponibile p
hanc orationem, non tantum quin maius, aut tan-
tum & in duplo plus & in quadruplo &c. Et hoc pro
infinito in magnitudine. Et proportionabiliter in
finitum multitudine exponitur, nõ tot quin plura
seu aliquot & in duplo plura & in triplo &c. Sta-
tuunt preterea hanc regulam, quod quãdo infinitũ
ponitur a parte predicati, tunc accipitur nomina
liter & categorematice, vt, Deus est infinitus, con-
tinuum habet partes infinitas. Quando vero poni
tur a parte subiecti, tunc accipitur syncategorema
tice, & exponibiliter, vt, infinite parua est pars con
tinui. Regula tamen non est adeo necessaria. Quin
potius consulende sint aures. Exactior forsan esset
regula, qđ accipitur syncategorematice, quando
habet formam aduerbij, vt, infinite parua est pars
continui, continuum est diuisibile in infinitum. Nã
quando habet formam nominis, etiam a parte sub
iecti accipitur categorematice, vt infinite partes
sunt in continuo, infinita res est Deus. ¶ Atvero
nec Arist. neq; veterum vllus Philosophorum v-
titur his nominibus: sed vt patet textu presenti.
56. distinguitur infinitum in infinitum in actu & in
finitum in potentia. Quibus verbis vtitur Sanct.
Tho. & interpretes vniuersi. Atqui idem existimo
pollere infinitum actu, quod infinitũ categorema-
tice: & infinitum in potentia, quod infinitũ syncate
gorematice. Et sumitur hęc distinctio ex distin-
ctione huius quod est esse permanenter, aut succes
siue. Nam infinitum in actu est illud qđ habet infi
nitas partes permanentes: & idẽ est infinitum cate
gorematice. ¶ Est ergo infinitum hoc modo, illud
qđ vni parti signate habet infinitas equales et nõ
communicantes, vt si daretur infinita linea versus
orientem, signata vna pedalitate, habere infinitas
equales non cõicantes. Dicit̃, equales, quia in vno
pedali sunt infinite partes inequales proportiona
les. Dicitur, non cõmunicantes: quia bipedale ha
bet infinitas equales communicantes. s. infinitas
pedalitates. nempe primam medietatẽ, & aggrega
tum ex secunda medietate prime pedalitatis & pri
ma medietate secunde, & aggregatum ex vltima
quarta prime pedalitatis & tribus quartis secun-
de, et ita infinitum diuisa prima pedalitate per par
tes proportionales, & pariter secunda. Dicitur, v-
ni parti signate, vt supponat determinate: nam si
supponeret confuse, dares in pedali infinitas non
communicantes equales vni scilicet duas tertias
ęquales tertie parti, et tres quartas equales quar
te parti &c. ¶ Infinitum autem in potentia est ens
successiuum, vt ait hic Aristotel. text. eodem. 56.
Unde infinitum in potentia est illud cuius partes
si incipias numerare semper quę numerate sunt,
sunt finite, et quę restant numerande infinite. Et
hoc est quod aiunt Philosophi huius temporis,
syncategorematice, vt si tempus post hoc infinitũ
incipias numerare, non dabitur tanta pars tem-
poris, quin adhuc alia pars restaret transeunda:
nunquam tamen veniretur ad instans in quo sic
numerando sit trãsactum infinitũ. Pariter in infi-
nitum potest Deus creare speciem creaturarum
perfectam: quia quacunq; data poterit creare per
fectiorẽ: nunquã tamen dabitur infinite perfecta.
Simili modo cõtinuum est in infinitum diuisibile
syncategorematice: nam quotcunq; datis diuisioni-
bus, possunt esse plures: sed nunquã dabunt̃ infini
te facte. ¶ Hic tamẽ adnotauerimus non est subinde
concedendum: quod iuniores isti concedunt. s. infi
nite magnam esse partẽ continui syncategorema-
tice, propterea ꝙ signato pedali, aliquãta est pars
illius & non est aliqua tãta pars, quin adhuc detur
maior, addendo medietatem excessus quo totum
excedebat illam. Iste eñ premisse concludunt qui
dem ꝙ non detur maxima pars, non tamẽ ꝙ detur
in infinitũ magna pars. Ad hoc eñ non sufficeret
ꝙ quacunq; parte data daretur maior pars, sed re
quireretur ꝙ quacunq; quãtitate data daretur ali
qua pars maior: & clarum est, ꝙ nulla est pars ma-
ior quantitate totius. Et reuera hoc sonat quod de
tur infinita pars. Eadem rõne est potentia portati
ua petri terminetur ad minimum quod non: (nam
pondus equale sue resistentie non potest portare &
quodlibet minus põt, esto inquã hoc detur, non ta
mẽ illico sequitur, vt isti cõcedunt, ꝙ petrus infini
tum põdus põt portare: sed requiritur ꝙ quocũq;
pondere dato possit maius portare. ¶ Et ideo con-
uertũtur ille due expositiones non tm̃ quin plus,
& aliquantum & in duplo maius, & in triplo, &c.

¶ His præiactis fundamentis

preter primã supra positã conclusionẽ adhibentur
alie duę quibus ad questionẽ respondetur. Sit er
go secũda cõclusio. Datur naturaliter infinitum in 2. Conclu.
potentia: tam in quantitate cõtinua ꝙ in discreta.
Conclusio est expressa Aristot. text. presenti. 56. et
sequentibus. Quam quatuor exẽplis ostendit. s. in
tẽpore, et motu celi, & quantũ ad discretã, in gene
rationibus: quę tria per se existimabat in infinitum
durare. Et ideo quantocunq; tempore & motu si
gnato, adhuc posset esse maior quod est esse infini
tum in potentia. Et idem est de gentrationibus.
Nos vero christiani, quos fides docet mundum nõ
duraturum in infinitum, exempla ponere possumus
de igne inferni: qui durabit in infinitum, & per con
sequẽs quocunque tẽpore & motu illius dato adhuc
restabit amplius. Idemq; censetur de dãnatorum
cogitationibus, quin etiam de actibus beatorum
quos habere possunt extra verbum: qui in infinitũ
poterunt multiplicari. Quartũ exemplum est de
partibus continui, quas dicit esse infinitas in po
tentia. Ubi adnotandum est quomodo Aristo. non
ponit partes continui actu infinitas: nõ ꝙ nõ sint
infinite partes proportionales in continuo: sed ꝙ
non sunt per se infinita entia: nam cum ens & vnum
conuertãtur, & partes ille nõ sunt actu separate, &
per consequẽs nec habent vnitates distinctas, sed
faciunt vnum cum toto, fit vt nec sint entia actu
plura. Obidq; ait continuũ esse infinitum in poten
tia: nempe quia potest diuidi in duas medietates,
et in quatuor quartas, & ita in infinitũ. Taliter ta
men inquit ꝙ illa potentia nunꝙ potest reduci ad
actum, veluti es qđ est in potentia statua potest ali
quando esse actu statua: sed taliter, vt quecunque
diuisiones dentur erunt finite & restabunt semper
infinite. Et ideo ait infinitum esse imperfectũ & vt
materia: nempe quia illa ratio infiniti semper est
in fieri & nunquã exhauritur. Consule cõmẽta, qui

bus hec explicatius adnotauimus. Est enim du-
plex potentia alia permanentium que pôt aliqñ re
duci ad actum, vt puer qui modo est potentia vir a
liquando erit vir. Alia est potentia successiuorum,
que non reducitur ad actũ permanentẽ, sed actus
3. Conclus. eorum consistit in fieri. Et tale est infinitum in po
tentia. ¶ Tertia conclusio. Nullo modo est natura-
liter possibile infinitum in actu, neq3 in magnitudi
ne nec in multitudine. Et hec pariter asseritur ab
Aristot. eodem textu aduersus eius predecessores
Philosophos: quorum opiniones abunde vt reor
explicite sunt in cõmentis, cũ rationibus, quibus
multis Aristo. aduersus eos vsus est. Cum enim in
rei veritate principium generationũ perpetuo de
beat durare, probe illi hallucinabãtur debere esse
infinitum. Non tamen cognoscebant principiũ nisi
materiale: & ideo conuincebantur eiusmodi princi
pium materiale ponere infinitum in actu: hoc qui
dem decepti, vt id quod primo principio efficienti
(qualis est Deus) debebãt attribuere, attribuebãt
principio materiali. Nam cum in materia eademq3
nunc est sub vna forma, possit postea succedere sub
alia, sufficiens est materia finita ad perpetuitatem
generationum, vt supra textum. 73. liquidum feci
mus. ¶ Atqui quantum attinet ad magnitudinem,
dupliciter conclusionẽ possumus explicare: secun-
dum q quantitas alicuius corporis dupliciter pôt
considerari. s. aut physice aut mathematice. Cor-
pus. n. physicũ est qđ per certã formã constituit in
certa spẽ: & cũ omnis forma naturalis determinet
sibi certam quantitatẽ quo ad maximũ & minimũ.
vt li. 1. q. 4. pertractauimus, planũ inde fit nõ posse
naturaliter esse corpus physicũ infinitum. Secun
do probatur cõclusio: argumento Aristo. in hoc li-
bro textu. 48. vsq3 ad. 52. Omne corpus physicum
est mobile naturaliter ad certũ locũ (vt grauia et
leuia) vel circulariter in loco, vt celum: sed corpus
infinitum nullo istorum motuũ esset mobile: ergo.
Probatur minor: nã motu recto non haberet lo-
cum naturalem quo moueretur (cum omnia reple
ret) de motu, autẽ circulari, sic manifeste probat,
hoc supposito qđ linee circuli quanto longius di-
stant a centro, tanto & inter se plus distãt, vt appa-




ret in subiecta figura. Si ergo
ille linee protraherẽtur in infi-
nitum, fieret vt & interse infini-
te distarent. Tunc sic arguitur.
In motu circulari necesse est q
linea que nunc. v. g. est in pũcto
a. tãdem per motũ aliquãdo ve
niat ad punctũ b. vbi est alia li-
nea exiens a centro: sed in cor-
pore infinito nunq̃ posset illac peruenire: nam li-
nee quantuncũq3 proxime deducantur a centro si
in infinitũ protrahantur distabunt infinite: & cum
spacium infinitũ non sit pertrãsibile, fit vt neutiq̃
posset vna peruenire ad punctum in quo est alia.
¶ De corpore autem mathematico non currerent
ista argumẽta: corpus enĩ mathematicũ est quan-
titas per intellectum abstracta ab hoc vel ab illo
corpore physico. Nihilominus cum corpus mathe
maticũ solum per intellectũ sit abstractũ, & in rei
veritate non possit esse: nisi in aliquo corpore natu
rali, fit, vt sicut corpus physicũ non potest esse infi
nitum, ita nec corpus mathematicum. ¶ Sed pre-
terea arguitur. Si daretur infinitum naturaliter
maxime esset extra celum (vt ponebant pythagori
ci) vbi nos credimus esse vacuum: nam latera celi
cum finite distent, nõ possunt capere intra se infini
tum. Si autẽ extra celũ esset infinitũ, illud cũ non
posset esse pura materia, sequitur q illic essent infi
ta entia naturalia: & sic essent infiniti mundi: quod
primo de celo scite redarguit Aristot. ¶ De infini-
ta intentione qualitatis non est hic necesse verbũ
addere: nam quã ratione non potest esse corpus
physicum naturaliter infinitum secundum quanti
tatem, nec potest habere infinitam qualitatem. de
potentia vero supranaturalia quidnam dicendum
sit questio sequens prestabit.

¶ Ad primum igitur argumen
tum respondetur primo, q quãuis infinitũ non sit
in actu, est tamen in potentia modo iam exposito.
Et preterea quanquã infinitum non sit possibile,
hoc tamen non esse possibile, pertinet ad physicum
ostendere: non vt sciatur simpliciter: sed vt sciatur
non esse possibile. Ea ratione qua ad physicum per
tinet tractare de vacuo, quod non est possibile.
¶ Ad aliud rñdetur q infinitũ cognoscitur p suum
positiuum: sicut tenebre & cecitas cognoscuntur.
per lumen & visum. Est enim infinitum cuius pre-
ter numeratas partes semper est similes alias nu-
merare. ¶ Ad cõfirmationem respõdetur q alia ra
tione pertinet ad mathematicum tractare de infi-
nito (nempe qr est passio priuatiua quantitatis) et
alia ad metaphysicũ (videlicet quatenus infinitũ
dicit potentia vel actum) nihilominus alia ratio
ne etiam pertinet ad physicũ: vt ait Aristot. s. quia
tractat de mobili & motu, qui fit in tempore. Unde
qr hec omnia sunt quãta, pertinet ad ipsum differe
re an eorum quantitas possit esse infinita. Itaq3 alii
tractant de infinito, vt abstrahit a materia & mo-
tu: physicus autem concernendo materiam & mo-
tum. ¶ Ad secundum principale optima est respon Ad. 2. p^li
sio Aristo. quam supra textum. 57. exposuimus: vi-
delicet q vnicuiq3 potentie conuenit reduci ad a-
ctum eo modo quo illi cõuenit habere actum: & qr
infinitum non datur in permanentibus, sed in suc
cessiuis, potentia infiniti reducitur ad actum qui
consistit in fieri: non tamen ad actum completum:
qui est actu habere infinitas partes. Et isto modo
generationes & tempus & motus, que sunt infinitũ
in potentia, reducuntur successiue ad actum: qui
nunquam finitur. Et eodem modo partes cõtinui
que suntentia in potẽtia plura p diuisionẽ nũt actu
plura, nunquã tamen possunt esse actu separate. Et
ideo ratio infiniti est ratio imperfecti. ¶ Sed tunc
ad replicam negatur quod partes ille continui pos
sint actu esse separate: alias continuum esset diui-
sum in omnem suam partem, quod implicat con-
tradictionem vt sequenti questione videbitur. Es
set enim tunc pars indiuisibilis. Neq3 ignis quan
do comburit lignum diuidit illud in omnem suam
partem: tum quia combustio non procedit sigilla
tim per partes proportionales numerando vnam
post aliam: tum etiam quia illa non est proprie diui
sio: sed consumptio per introductionem noue for
me in precedentem materiam. ¶ Ad alia vero incõ
uenientia respondetur, quod Aristo. non negasset
tẽpus transiisse infinitũ & pariter motum & circula
tiones celi: qr incipiendo ab isto instanti numera
re tempus preteritũ semper vltra quãlibet diem
erit dare aliam diem: que est diffinitio infiniti (Ab
eterno vero non potuit incipi numeratio, vt hic
finiretur.) Sed negat esse actu infinitũ propterea
q oẽs ille partes non possunt esse simul vt expres
se subiungit tex. 58. Imo quanuis daretur tempus
esse accidens distinctum: & quod Deus posset illud
conseruare, repugnat tamen qđ formaliter illam
successionem temporis & motus deus conseruaret
similiter.

similiter. Et idem est dicendũ de generationibus preteritis infinitis. Et eadem ratione non negaret respectu copule de futuro ꝙ tẽpus infinitũ erit etiã cathegorematice demonstrãdo totũ tẽpus futurum: sed negat esse actu infinitũ ꝓpterea ꝙ incipiendo hinc numerare nũquã post hac signabitur instans in quo verum sit dicere infinitos dies esse transactos. Itaq; ad hoc quod hęc sit vera, infinitũ tempus erit, nõ requiritur quod ista de in esse sit vera in aliquo instanti post hoc, tempus infinitum est transactum: (quod requiritur vt sit post hac infinitum in actu) sed satis est ꝙ hęc post hac sit vera, infinitũ tempus est, si verbum vniat pro toto tẽpore futuro, aut si vniens pro instanti denotet tunc esse aliquod instans continuatiuũ tẽporis infiniti. Unde apud Aristote. non est idem ꝙ infiniti homines precesserint, aut quod post hac infiniti erunt: & aliquando dentur infiniti in actu. ¶ Ad aliud de animabus fateor difficilimum esse diuinare quid Aristote. respondisset. vnde vt ait Sant. Thom. 2. contra genti. cap. 38. propter hoc argumentum Philosophi ante lumen fidei in varios errores abierunt. Alij enim dixerũt humanas animas esse mortales. At quia Aristote. 1. de anima text. 65. & lib. 3. text. 20. de generatione animalium. capit. 3. manifeste posuit mentem esse perpetuam & separabilem a corpore, tanquam perpetuum a corruptibili, Cõmentator captus est dementia illa vt affirmaret intellectum esse perpetuum, ac perinde vnum in omnibus hominibus, animas vero corrumpi. Quod certe bonum fuisset illi, ne nunc eius anima in inferno penas lueret: nõ solum quod saracenus fuit sed ꝙ isto errore ansam Christianis et plurimis exhibuerit reuocãdi in dubiũ animarũ perpetuitatẽ. Alij (vt pythagorici) ponebãt circulationem animarum, ita vt vna anima successiue sit in diuersis corporibus: qua ratione finite sufficerent hominibus infinitis. Alij vt Aui. & Algazelus (quorum opinionem refert Sant. Thom. 1. p. quęst. 7. articul. 4.) dixerunt solum Aristotel. negare infinitam multitudinem causarum de per se: non tamen infinitam multitudinem rerum per accidens. Cause per se sunt ille quę sunt essentialiter subordinate: quarũ, si essent infinite, nulla esset prima: & per consequẽs non esset possibilis actio: eo quod causa prima est quę debet omnes alias mouere. Anime vero infinite non essent essentialiter subordinate: sed singule essent singulorum hominum forme. Sed profecto hoc est impossibile secundum Aristotel. qui textu hic. 41. expresse negat numerum infinitum. Nec valet responsio quod loquebatur solum de numero qui resultat ex diuisione quantitatis: nam ratio eius etiam comprehendit numerum rerum indiuisibilium. Ait enim quod omnis numerus est numerabilis: & per consequens habet primam & postremam vnitatem. Et reuera omnia inconuenientia, quę quęstione sequenti monstrabimus inferri posita infinitate rerum diuisibilium, sequuntur etiam ex infinita multitudine animarum: preterquam quod anime non occupant locum. Unde San. Th. 1. p. quęstio. 46. articu. 2. nihil respondet ad Arist. sed cum sit alias tã eius discipulus, videtur eum in hac parte deserere: innuens, ꝙ quãuis fuerit possibile de potentia Dei absoluta mundum fuisse ab eterno, non tamen est possibile ꝙ homines fuerint ab eterno: sed ꝙ angeli numero finito, et celi & res perpetue fuissent ab eterno. De quo nos disputabimus lib. 8. ¶ Sed ais quicquid sit de natura rerum saltẽ supranaturaliter postquã non repugnat mundum fuisse ab eterno, vt illic. S. Thom. et fere theologi cõsitentur, posset Deus qualibet die produxisse vnam animam, vel vnum angelum: quę cũ sua natura sint entia perpetua, essent nũc infinita in actu. De hoc quęstione sequenti disputabitur. ¶ Hęc argumenta rẽ faciunt vehementer dubiam quid responderet Arist. quippe qui nõ solũ opinatus est mundũ fuisse ab eterno. vt lib. 8. videbimus sed quod ante omnem hominem fuit etiam homo. Et hoc est manifeste necessarium secundum eius principia: nam ipse (vt ceteri omnes Philosophi) ignorauit creationem. Ut enim libr. 1. adnotauimus, impossibile reputauit ex nihilo aliquid fieri: homines autem incipere non poterant, nisi daretur primus homo, aut primi homines in aliquo numero, qui quidem cum nõ potuissent ex prioribus alijs generari, debuissent fieri par creationem, aut sicut in rei veritate factus est homo de limo terre: quod Aristote. nec suspicari vnquam potuit. Et ideo supposito quod nõ habuit opinionem Pythagore, nec Commentatoris, ineuitabiliter sequitur quod posuisset infinitas animas modo existentes, vbicunq; ille sint. Nam cum nõ occupent locũ, vbicunq; esse possunt. Sicut concederet ꝙ fuerunt infinite reuolutiones celi. Atqui illi qui Aristotelem habent pro Deo, discruciãt se, vt respondeant huic argumento: christiani vero non est cur de hoc se tantum fatigent: nam est hoc magnum argumẽtum quod habemus contra Aristotel. ad probandum mũdum non fuisse ab eterno: quoniam reuera creature esse non potuerunt, nisi per creationem: creatio autem neq; hominis neq; alicuius rei corruptibilis potuit fieri ab eterno vt relinqueretur sue nature. Nam si ab eterno creatus esset equus relictus sue nature, debuisset durare tantum per tẽpus finitum: et per cõsequens ille equus etiã ab eterno fuisset mortuus: vt est manifestum: implicat tamẽ cõtradictionẽ ꝙ ab ęterno fuerit natus, & ab eterno mortuus, & tamẽ ꝙ prius per viginti annos fuisset natus, quã mortuus. Si ergo nullus homo ex natura sui potuit ab eterno creari, impossibile est ante omnem hominem fuisse hominẽ: vno autem impossibili dato, nimirum si aliud sequatur. Atq; adeo id manifeste concludit hoc argumentũ, quod Aristo. lumine naturali, quantocunq; fuerit preditus, pertingere exacte non potuit ad rerũ veritates oẽs naturaliũ. Et ideo quãuis cõcessisset infinitas aias, nullũ argumentũ est ita esse: postquã illud inferebat ex vno impossibili. Et forte hac de cã ita lubrice & sub nubilo loquutus est de perpetuitate animarũ, qr videbat subsequi infinitas esse nec videbat clare quomõ producerentur in corpore, & tñ non educerẽtur d potẽtia materie, ꝙ tamẽ erat necessariũ, si erãt perpetue, nã ꝙ producerent per creationẽ ignorauit. Quocirca de intelligentijs: quia non sequebantur eadem inconuenientia palam enunciauit esse perpetuas, improducibiles et incorruptibiles: finitas tamen & non receptibiles in materia. ¶ Ad tertium distinguitur ꝙ angelus in infinitum excedat perfectionẽ hominis, aut homo perfectionem equi. Si enim intelligatur positiue et cathegorematice scilicet qd excedat per aliquam latitudinem habentem infinitos gradus perfectionis, sicut infinita pedalia excederent vnam pedalitatem, id negatur: quia illo modo, solus deus essentialiter excedit omnem creaturã, idcirco, vt dicebamus in prima conclusione, ꝙ eius essentia est illimitata et non coarctata ad aliquem certum gradum et perfectionem specificam, sed est eminenter omnia: aut quod excedat negatiue. i. ꝙ species equi non potest attingere ad perfectionem

Marginal notes: De infinitis anima. (left, beside "quando dentur infiniti in actu … Ad aliud de animabus"); Ad. 3. pri. (right, beside "les in materia. ¶ Ad tertium")

nem hominis, nec species humana ad perfectionem angeli: et sic conceditur: vnde tamen non sequitur quod species Angeli sit infinita: sed habet se in hoc species: sicut numeri vt.8.meta.text.10.docet Arist. species enim quinarij est finita, licet species quaternarij non possit attingere ad speciem quinarij: quia huiusmodi species consistunt in indiuisibili: et ideo repugnat quod fiat eis additio in eadem specie. Repugnat enim quod sit homo essentialiter perfectior: me: alias non esset homo. ¶ Confirmatio tertij argumenti multis modis peccat. ¶ Primo vt dicebamus in predicabilibus, questione de specie, et lib.1. huius questione.2. falsum est quod inter hominem et animal sit signabilis gradus medius essentialiter imperfectior homine et perfectior animali: sed animal est proximum et immediatum eius genus: cum enim diffinitio hominis constet ex animali et rationali: non habet alium gradum: nisi istos duos. Et secundo ascendendo supra animal non proceditur in infinitum: sed solum vsque ad substantiam quod expresse docet Aristot.8.meta.text.10. vbi in hoc comparat species numero (qui non diuiditur in semper diuisibilia, sed sistit in vnitatibus) et non magnitudini que diuiditur in semper diuisibilia, videlicet quod diffinitio specifica non diuiditur in infinitum: sed datur primum genus et vltima differentia. ¶ Et preterea quod modo mihi occurrit. Quanuis daretur latitudo media inter hominem et animal, et inter animal, et corpus, non se tamen haberent sicut infiniti gradus perfectionis equales et non communicantes, sed sicut diuisio continui per partes proportionales. Itaque inter hominem et substantiam est latitudo finita perfectionis procedens ab homine vsque ad substantiam tanquam a certa latitudine perfectionis ad imperfectum: quod se habet sicut principium talis perfectionis. i. sicut vnitas post principium numeri.

Ad.4.pri. ¶ Ad quartum principale conceditur, quod ignis potest producere infinitos calores syncategorematice. i. non tot quin plures naturaliter posito mundo perpetuo: hoc tamen non est infinitum in actu: sed solum in potentia, vt expositum est. Quod si applicentur per miraculum infinita simul combustibilia, iam casus non est naturalis: sed hoc spectat ad questionem sequentem, an Deus possit facere infinita actu diuisa. Illo tamen per impossibile dato, conceditur quod producerentur infiniti calores: sicuti sol, si applicarentur infiniti aeres actu diuisi, produceret infinita lumina. Sed tamen inde nullum est argumentum ad probandum infinitam virtutem ignis. Ignis enim solum potest producere calorem vt octo in quodcunque passum. Quod autem sint tot vel tot numero, hec est per accidens ex parte materie. Imo illo etiam dato per impossibile, ignis in infinitum cresceret. vt lib.1.q.4. disputatum est.

Textu.lxvj. Quocirca ignotum, &c.

## ¶ Quæstio quarta.

### VTRVM DE POTENTIA Dei absoluta posit fieri supranaturaliter infinitum in actu.

Pro parte affirmatiua arguitur. Quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere, infinitum esse non implicat contradictionem: ergo id potest a Deo fieri. Maior est nota et authoritate Luc.1. non est impossibile apud Deum omne verbum: et ratione: quia repugnantia esse non posset, nisi aut ex parte Dei: et hoc non cum sit potentie infinite: aut ex parte effectus qui tamen si non implicat contradictionem, non habet repugnantiam, vt fiat. Minor autem probatur: quia posito infinito, nulla potest inferri contradictio. ¶ Nihilominus secundo probatur, quod non implicet contradictionem: nam tota disputatio in hoc puncto versatur. In continuo sunt infinite partes, vt Arist. concedit, dicens: quod est diuisibile in semper diuisibilia. Nec valet si dicatur quod sunt in potentia: siquidem illic sunt actu existentes in toto: ergo Deus cognoscit singulas distincte. Tunc: sic quicquid Deus conseruat per causas secundas potest se solo conseruare: sed ille partes sustinentur per vnionem in toto: ergo poterit illas diuidere et seorsum conseruare: quo facto erit infinitum in actu. ¶ Tertio principaliter arguitur de linea gyratiua. Sit enim columna pedaliter circularis, bipedalis autem longitudine, vt apparet in hac figura.



Illic possumus cogitatione intelligere vnam partem digitalis latitudinis que circum eat primam partem proportionalem illius columne diuise proportione dupla: que quidem linea erit plusquam pedalis: et aliam partem continuam eiusdem linee angustiorem, que gyret secundum partem proportionalem: et eadem ratione gyrentur omnes que sunt infinite: que quidem linea in rei veritate existit in illa columna, postquam est pars illius. Hoc intellecto patet illam lineam esse infinitam: quia quelibet pars illius linee ad minus erit pedalis postquam facit circulum pedalem: et sunt infinite: ergo linea erit infinita. Quam nihil repugnat Deum posse separare a toto: et tunc erit actu infinita. ¶ Quartum argumentum est. In hora futura, que nunc incipit, sunt infinite partes proportionales, quas Deus distincte cognoscit: ergo poterit in singulis singulos angelos creare. Qua ratione in fine hore erunt infiniti angeli. Et eadem ratione potest in qualibet parte creare ignem, vel lapidem pedalem et vnire precedenti: et hoc modo in fine hore erit ignis aut lapis infinitus: hec autem nullam implicant contradictionem: ergo.

¶ Quinto principaliter arguitur. Nihil repugnat vt in confesso est apud theologos mundum fuisse ab eterno: quod et S. Thom.1.p.q.46. affirmat: ergo nec repugnat Deum in qualibet die creasse vnum angelum, vel animam: atque adeo essent modo tot actu angeli quot fuerunt dies: dies autem vt superiori.q. dicebamus, fuissent tunc infiniti: ergo angeli essent modo actu infiniti. ¶ Postremo arguitur. Uirtus potentie attenditur ex obiecto: virtus enim calefactiua est, quia calefacit: et visiua, quia videt: virtus autem Dei est infinita: ergo potest producere obiectum infinitum. ¶ Hec et alia huiusmodi argumenta fieri solent ad probandum possibilitatem infiniti supranaturaliter. ¶ In contrarium non possumus Aristotelem expresse citare, cum de supranaturalibus nihil nouit: nihilominus videtur in hoc textu presenti insinuare esse impossibile de quacunque potentia: dicens, quod infinitum non est cognoscibile sub ratione infiniti: quod autem non est cognoscibile, per nullam potentiam fieri potest. Item quia vt videbimus infinitum implicat contradictionem.

¶ Quæstio hęc celebris est &

perquam

per quam multis rationibus vtrinq; controuersia cum Philosophis tum etiam theologis. Antiqui semper habuerunt pro comperto Deum non posse facere infinitum: sicut non potest facere chimeram, propter repugnantiam rei. Ita tenet San. Thom.1.q.7.& q.46. licet illic solum de naturis rerum disputet, negat tamē infinitatem animarū fuisse possibilem. Sed quol.9.articul.1.expresse negat per omnem potentiam fieri posse infinitū. Eandem opinionem tenet Scotus.2.senten.d.1.q.3.& Bonauent.1.senten.d.43. Et eadem distinctione Durandus: qui licet non adeo frequenter solet fidem adhibere sententijs Sanct. Thom. in hac tamen parte eum indubius sequitur. Et Marsilius in.1.q.42. dicit hanc esse opinionem communem & eādem sequitur: et ingeniose certe eam corroborat licet plus insistat de infinitate perfectionis: de qua nihil hic intēdimus dicere: quod enim questione precedenti diximus, abundat Philosophis. Hanc vero opinionem repellunt nominales. Occham quidem.2.d.1. sed inter omnes latissime Gregorius in.1.d.43.q.4. nam Gabriel. lib.2.d.1.q.3 vtranq; opinionem censet esse probabilē. ¶ Et quāuis Gregorius tres conclusiones sigillatim ponat scilicet ꝙ potest Deus facere infinitum magnitudine multitudine & intensione qualitatis: tñ quia rationes germane sunt et connexe, vnica conclusione respondetur ad questionem. ¶ Per nullam potentiā possibile est dare infinitum in actu: aut magnitudine aut multitudine, aut intensione. Terminus superiori questione, expositus est. Appellamus infinitum in actu, si sit cōtinuum, illud quod est ens permanens habens omnes suas partes simul: taliter, & vni certe signate sint in illo infinite equales non communicantes &c. Infinita vero multitudo est collectio infinitorum entium separatorum: sed infinita intensio qualitatis est, vbi sunt infiniti gradus equales non communicantes. &c. ¶ At vero quia tota hec disputatio in hoc posita est, vt examinetur an implicet contradictionem infinitum esse, hoc primum omnium stabilire est operepretium. Etenim & naturali, & fidei presertim lumine, receptissimum est et solenne, omnipotentiam dei nullatenus terminari, sed esse infinitam: infinitas vero in hoc consistit, quod omne factibile possit facere. Si autē aliquid nequit facere, non est ex defectu potentie, sed quia illud ex natura sua non est factibile, vt quod chimera sit, et quod homo sit rationalis. &c. Attamen quid sit factibile, hoc est sub iudice. Ait theologorum schola ipsum quodcunque esse factibile, quod non implicat contradictionem. Que quidem sententia, nisi sano sensu intellecta profecto sustineri non potest. ¶ Bifariam enim contingit aliquid implicare contradictionem, vno modo quod intrinsece, expresse et formaliter infert duas contradictorias: vt si quis diceret orbem lune qui capitur intra orbem veneris esse illi equalem: aut cor hominis esse equale toti homini, sequeretur expressa contradictio. Orbis enim Veneris continet intra se orbem lune: ergo est maior illo: & per consequens non est equalis. Item totum est maius sua parte, vt patet ex diffinitione totius: cor est pars hominis: ergo non est equale illi. At qui si isto modo intelligatur implicatio contradictionis, profecto manifestissime est falsum quod quicquid non implicat contradictionem, Deus possit facere. Innumera enim concedimus, Deum non posse facere: ex quibus tamen non sequitur huiusmodi contradictio. In diuinis nanque confitemur non posse filium generare alium filium: & tamen ex opposito non sequitur manifesta contradictio. Et negamus Deum posse facere hominem esse equum, seclusa vnione hypostatica, et tamen non sequitur expresse: petrus est equus: ergo non est homo, nam posset aliquis dicere, quod licet natura id non possit, tamen Deus posset facere vnum hominem, qui simul esset equ⁹. Et negamus Deum posse facere chimeram: et tamen illa creata certe nulla contradictio expressa sequeretur: nisi quod esset vnum monstrum constans ex partibus diuersorum animalium. Quin imo concedentes infinitum in quantitate, negant possibile esse infinitum in perfectione: et tamen profecto non sequitur manifesta contradictio, si daretur essentia infinite perfecta. Quod enim aiunt tale infinitum continuo sequi esse Deum; reuera non sequitur euidenter: nam vt dicebamus questione proxima, plus requiritur vt sit Deus, quam vt sit essentia infinita. Sufficeret enim ad essentiā infinitam, habere infinitos gradus perfectionis: licet dependeret ab alio. Alio modo accipitur implicare contradictionem, pro eo quod includit repugnantiam: ad quod sufficit quod intellectus lumine naturali, quamprimum id proponatur, dissentiat et resiliat: neque vllo modo adherere possit, quod enim lumini naturali intellectus repugnat merito dicitur natura sua repugnare. Et hoc modo verum est quod quicquid non implicat idest non repugnat intellectui Deus potest facere. Atqui hic profecto est german⁹ sensus loci illius Luce.1. non est impossibile apud Deum omne verbum. Verbum enim illic tantum valet, quantum id quod potest mente concipi esse factibile, non enim potest facere hominem esse irrationalem, aut chimeram esse: quia suppositis naturis rerum scilicet quod homo sit animal rationale: statim intellectus dissentit, vt possit simul esse animal brutum. Et suppositis naturis diuersorum animalium, renuit quod possit esse monstrum diuersorum naturas participans.

¶ Hoc supposito profecto nō est ita multum difficile persuadere infinitum implicare contradictionem. Et quia isti, vt infinitum defendāt, alia noua inconuenientia cumulant, incipiam a diuisione continui: tametsi hoc libr. sexto. ex professo tractandum sit. Et vt secundum argumentum propositum quod magnifacit Gregorius in authorem ipsum reijciam, arguitur. Si Deus posset facere infinitū, sequeretur quod posset illud etiam facere per diuisionem continui in omnem suam partem, hoc tamen profecto non solum implicat contradictionem, secundo modo, sed primo modo: quia facta quacunque diuisione, si est pars illa adhuc est diuisibilis. Nec valet solutio Gregorij quod scilicet illa iam est actu diuisa: nam cum cōtinuum non constet ex indiuisibilibus, que cunque fiat diuisio fit in partes adhuc diuisibiles: que licet naturaliter non possint esse sub quacunque parua quantitate, tamen supernaturaliter possunt diuidi. Sed quia hoc in sexto explicatius habet examinari, supponatur hic (id quod nemo preter Gregorium dignus nomine Philosophi negare posset) continuum non posse actu diuidi in omnem suam partem, alias (vt Philosoph. probe infert sexto. huius) sequeretur, continuum componi ex indiuisibilibus: quod implicat contradictionem: nam vnum indiuisibile additum alteri non reddit maius. Unde ad secundum principale argumentum (nam ad primum in calce questionis

Conclusio. pricipalis.

Implicare cōtradictionem.

Ad.2.prin.

stionis respondebimus) omissis variis responsis que dantur a diversis, conceditur Deum cognoscere distincte infinitas partes cōtinui: cognoscit tamen eas sicuti sunt. i. cognoscit eas actu componere totum, esseq; diuisibiles in infinitum syncategorematice: non tamen cognoscit omnes collectiue posse esse actu diuisas. Quemadmodum cognoscit quidem entia ex quibus fingitur componi chimera, non tamen cognoscit illam esse possibilem. Et ideo non potest illam facere. ¶ Sed ecce validissimam replicam Gregorij. Quando dicitur ꝙ continuum habet partes in potentia, aut ly, potentia, determinat ly, habet: ⁊ tunc sensus esset quod solū potest habere illas: quod est falsum (imo actu habeat eas) aut determinat ly, partes, vt sit sensus quod ille partes non faciunt singule per se vnum, sed omnes simul componunt vnum: ⁊ tunc (inquit) non est maior ratio ꝙ sint isto modo infinite facientes vnum, quam si essent actu separate. ¶ Damus nos ille secundum sensum, vt enim semel intelligatur quid est pars in potētia, explicamus, quod partes continui sunt quidem actu partes: quia actu componunt: non tamen sunt actu entia: quia ens ⁊ vnum conuertunt: ⁊ ideo pars que non per se subsistit, non est ens, sed entis ens. Est autem repugnantia quod sint actu infinita entia, nulla est tamē quod sint actu infinite partes in toto. Si enim illa fierent per diuisionem continui in omnem suā partem darentur partes continui indiuisibiles vt dictum est. Si autem alio modo crearentur actu infinita simul per se subsistentia, sequerentur incōmoda alia que iam modo inferētur.

Partes in potentia.

¶ Ad formam ergo argumenti conceditur, quod quicquid Deus conseruat per causas secundas efficientes potest se solo conseruare. Quod autem non possit singulas partes continui actu diuidere non est, quia non potest supplere vicem cause efficientis, sed quia repugnat intrinsece rationi quātitatis esse diuisam in omnem suam partem: eo qđ de ratione quantitatis est esse diuisibilem ⁊ de ratione partis est esse quantam: atq; adeo quantuncunq; detur minima diuisa, restat adhuc diuisibilis. ¶ Similimodo peccat tertium principale argumētum famose linee gyratiue: de qua tam se anxie affligunt multi, aliis dicētibus esse infinitam solum syncategorematice. i. non tantam quin maiorem, aliis minus male dicentibus qđ si infinita est linea gyratiua, linea gyratiua est infinita. i. si est infinita syncategorematice: est infinita categorematice: nam si non est tanta quin maior, eadem ratione cōcedendum est ꝙ vni pedalitati signate (quanta est grossities columne) habet infinitas equales. Nihilominus falsissimum est ꝙ sit infinita in actu, aut categorematice, aut syncategorematice. Est enim ridiculum in physica quod in corpore bipedali detur linea longior quam sit totum: nam eisdem punctis, quibus clauditur longitudo totius, clauditur longitudo cuiusq; partis ipsius. Et irrideret Aris. ꝙ inter duo puncta finite distantia, detur aliqua linea actu infinita. ¶ Respondetur ergo ad formam argumenti, ꝙ quanuis cogitatione possimus imaginari talem lineam, tamen non est actu infinita: sicuti neq; actu est ens per se. Quod si Deus inciperet illā separare a toto, erit semper tam lōga quāta erit pars separata: nunquā tamē Deus per suā omnipotentiā poterat totā separare: sicut non pōt diuidere cōtinuum in omnem suam partem. Et in hoc sensu conceditur qđ est infinita in potentia, ⁊ syncategorematice, separabilis: quātacunq; enim separetur, poterit separari maior: non tamen est potentia infinita categorematice: quoniam non est possibile, vt sit separata infinita: veluti continuum est infinitum diuisibile: nunquam tamen pōt esse actu diuisum in partes infinitas. ¶ Per hec itidē respōdetur ad argumentū Maioris qui. 4. sent. d. 11. q. 2. censet posse infinitum fieri in actu multitudine, si sacerdos intēderet cōsecrare solas partes hostie diuise proportione dupla: tunc enim cum in omnibus partibus erit corpus, in imparibus vero panis, sit vt partes ille panis sint actu diuise tamen si albedo ⁊ alie qualitates sint continue: ille nanque non credit quantitatem distingui a re quanta. Quod si tenentes quantitatem distingui responderint manere illic omnes partes sub eadē quantitate continua, saltem sequitur quod partes panis erunt infinite actu diuise secundum substantiam. Et preterea arguitur, quia si hoc modo Deus facere potuit vt diuideretur substantia, manifeste sequitur quod potuerit simili modo corrumpere partes pares quantitatis ⁊ ꝙ manerent impares. ¶ Huic tamen argumēto respōdetur primo physice ꝙ petit principiū: nam si implicat contradictionem continuum esse diuisum in omnem suam partem [quia tunc daretur pars indiuisibilis] negatur posse Deum cōferre talem virtutem verbis, vt posset illo modo intercalare partes proportionales. Et reuera si Philosopho naturali non posset persuaderi mysterium eucharistie aliter, quam vt simul hoc corollarium admitteret, satis profecto esset illi persuasu difficile. Preterea rñdetur more theologorum, qđ certe sacerdos qui illo modo pretenderet consecrare, ⁊ nullatenus consecraret, ⁊ sacrilegus proinde esset: consecrari enim non pōt materia, nisi sit distincte presens, vt possit demonstrari pronomine, hoc, qđ est in forma verborum: partes vero impares non possunt illo modo esse presentes homini distincte et sigillatim: siquidem sunt infinite, nec alicui creature. Et quāquam deo sint presentes, iam dictū est ꝙ Deus nō cognoscit illas vt actu separabiles: ⁊ ideo nec posset Deus illo modo consecrare: sicut non potest diuidere cōtinuum in quamlibet suam partem.

Maior.

¶ Hinc sumitur alterum argumentum aduersus istos assertores infiniti, ꝙ profecto quāuis vera esset opinio infiniti, fieri tamen nequiret modo quo ipsi concedunt. Casus enim eorum frequentissimus est qui positus est in quarto argumento principali: nempe, quod hora futura diuisa per partes proportionales minoribus terminatis versus finem, Deus producat in qualibet parte vnum angelum ⁊ sic erit multitudo infinita aut lapidem ⁊ continuet cum alio: ⁊ hac ratione erit magnitudo infinita. Huiusmodi tamen casus, preter positionem infiniti, non solum implicant, sed certe explicant manifestam contradictionem: nam ponunt quod hora sit numerabilis per quamlibet suam partē: quod est impossibile sicut ꝙ vnū continuum permanens diuidatur in omnem suam partem. ¶ Et certe quamuis deus possit facere alio mō infinitum, non posset tamen oēs partes proportionales hore numerare incipiendo a prima. Et hec est ratio Aristo. hic textu. 41. vbi sic arguit, omnis numerus est numerabilis: infinitum autem non est numerabile: ergo non potest esse numerus infinitus. Et tex. 59. expresse ait, ꝙ si quis continuum aliqua certa proportione diuidat, nunquā illud pertransibit. Nec potest intellectus aliud capere, nisi ꝙ si Deus numeraret illo modo oēs, numeraret vltimam. Et ideo qua rōne nō datur vlti-

ma, fit vt nec sint omnes numerabiles. Nec valet
consequentia in instanti terminatiuo hore tota trã
siuit, ⁊ quelibet eius pars: ergo potuerunt omnes
numerare sigillatim versus illud instans: sicut non
sequitur, musca potuit pertransire totum pedale:
ergo potuit trãseũdo numerare sigillatim omnes
partes proportionales. Unde Gabriel loco citato:
licet dicat probabilem esse positionem infiniti, non
tamen persistit in hoc quod fiat per partes propor
Primũ corollarium. tionales hore. Quocirca posito isto modo infini-
to, non solum sequuntur inconueniẽtia propria in
finiti, sed alia noua, ⁊ manifestiorẽ implicantia con
tradictionem. ¶ Quapropter vt plene respondea
mus quarto argumento, ostendamus septem argu
mentis quomodo implicat contradictionem infini
tum factũ per partes proportionales hore: ⁊ quin
que alijs quomodo repugnet simpliciter: vt oĩa
sint numero duodecim. Primo si Deus posset face
re isto modo infinitum, sequeretur quod etiam pos
set facere illud producendo pedalitates illas per
omnia instantia hore (nam sicut cognoscit omnes
partes proportionales, ita cognoscit omnia instan
tia) taliter tamen vt nullum pretermittatur instãs
totius hore: quo non producatur vnum pedale ⁊
vniatur precedenti. Nihil enim argumento refert
instantia esse accidentia distincta, nec ne. Tunc se
queretur ꝙ illius infiniti secundum longitudinẽ nul
la esset pars continua maior quam pedalis: quod
profecto expressam dicit contradictionem. Seque-
la tamen probatur. Detur pars aliqua maior peda
li, que sit. v.g. bipedalis, ille due pedalitates fue-
runt producte in duobus instantibus diuersis: et
Deus nouit que instantia erant illa: sed nulla pos-
sunt esse instantia immediata, imo nulla, inter que
non medient alia infinita: ergo inter productionẽ
prime pedalitatis et productionem secunde, fue-
runt alie infinite producte: et per consequens iste
non sunt immediate vnite. Et pari modo replica
bitur de quibuscunqꝫ duabus pedalitatibus quas
dederis immediate continuas. Propter argumen
tum hoc nullus credo admittet huiusmodi produ
ctionem partium continui per omnia instãtia nul
lum pretermittẽdo: sed per partes ꝓportionales:
aut per instãtia incipientia partium vt ponit Gre
gorius: que habent certum ordinem. ¶ Tũc sequi
2. Corolla. tur secũdum corollarium. s. ꝙ dabitur vltima pars
⁊ non dabitur vltima pars proportionalis in con-
tinuo. Negatiua supponitur ex natura cõtinui: sed
probatur affirmatiua. Producat Deus in prima
parte proportionali hore vnum baculũ pedale in
manu mea, quod ego pugno comprehendam: in se
cunda parte proportionali excludat illud, ⁊ produ
cat aliud cõtinuum priori: quod quidem prius pro
cedat versus orientem: in tertia parte proportio-
nali excludat secundum, ⁊ ponat tertiũ continuum
cum secũdo. Et ita per totam horam. Itaqꝫ in qua
libet parte ꝓportionali, pugno teneo ego vltimũ
pedale. Tunc sequitur ꝙ in fine ego habebo aliqđ
pedale in manu: nec oppositum potest quis assenti
re. Primo, quia nullum fuit productum nisi in ma
nu nec, aliquid fuit inde exclusum, nisi ad positionẽ
alterius. Et preterea, quia illud infinitum tendẽs
versus orientẽ terminetur in manu mea, quia ver-
sus occidentem non est infinitum, ⁊ non poterit lo
cus alius signari, vbi terminetur. Quod si in fine
hore detur aliquod in manu: reuera illud erit vlti-
mũ. Certe non video quomodo quis possit hic con
tradictionem subterfugere. s. ꝙ detur vltima pars
⁊ non detur vltima pars proportionalis hore. Itẽ
est mirabile qđ in instanti terminatiuo illius hore
verum sit dicere, immediate ante hac hoc corpus
fuit finitum, ⁊ in nullo instanti fuit addita pars, ni
si finita: ⁊ tamen nõ est finitum.
3. Corolla. ¶ Sed tertium corollarium est, quod posset Deus
producto vno infinito secundum quid puta quod
sit infinite longum versus orientem, terminatum
hic Salmentice, pedaliter latum ⁊ pedaliter pro-
fundum. Posset inquam ex illo infinito nihil pror
sus addendo, facere vnum infinitum simpliciter
versus omnem differentiam positionis. Proba-
tur sequela. Uolo quod ĩ prima parte proportiona
li hore, Deus ponat secundam pedalitatem illius
infiniti super primam: ⁊ secunda parte proportio-
nali ponat tertiam ⁊ quartã pedalitates ad latus
illarum correspondenter: ⁊ in tertia parte capiat
quatuor alias pedalitates ⁊ apponat prioribus re
tro versus occidentem, vt fiat corpus vndiqꝫ qua-
dratum, ⁊ cubum ex octo pedalitatibꝰ. Et ita per
omnes partes proportionales augeat illud corpꝰ
sub figura quadrata versus omnẽ differentia posi-
tionis sursum ⁊ deorsum, ante ⁊ retro, dextrorsum
⁊ sinistrorsum: nullam partem creando: sed taliter
vt nihil addatur corpori cubo, nisi quod demitur a
corpore infinite longo. Tunc manifestum est ꝙ in
instanti terminatiuo hore, illud corpus erit infini
tum simpliciter cum, infinities fuerit facta equa-
lis additio quaqꝫ versus. Et preterea, quia si nege-
tur restare simpliciter finitum, signari non pote-
rit cuiusnam sit quantitatis: ⁊ tamen factum est
ex vno infinito secundum quid. Quod profecto in
tellectus qui capit, nec putat esse contradictionẽ,
nescio quõ nõ capiat esse possibile, hoĩem esse equũ
¶ At qui preterea sequitur ꝙ in illo instanti termi
natiuo verũ erit dicere. Immediate ante hac cor-
pus hoc erat vndiqꝫ quadratũ: ⁊ in nullo ĩstati ad-
ditũ est illi quicq̃, nisi sub figura quadrata: ⁊ tamẽ
modo non est quadratum: quia infinitũ nullam po
test habere figurã. ¶ Quartũ corollariũ est. Dato
4. Corolla. illo secundũ quid versus orientem infinito, hic ter
minato, pedalis latitudinis ⁊ profũditatis, posset
Deus infinities infinita ab illo tollere, taliter ta-
mẽ, vt semper maneret ĩfinitũ. Probatur. Uolo ꝙ
Deus in prima parte proportionali hore auferat
ab illo infinito omnes pedalitates impares. s. pri-
mam, tertiam, quintam ⁊c. pares autem vniat: iam
aufert vnũ infinitũ, ⁊ manet aliud. In secũda par-
te proportionali hore itidẽ diuiso illo infinito per
pedalitates auferat impares, vt vniat pares. Et
ita faciat per omnes partes proportionales hore:
que sunt infinite. Tũc in instanti terminatiuo hore
abstulit ab illo infinito, infinities infinitum, et sem
per manet infinitum. Est mirabile quod in singu-
lis partibus proportionabilibus vnius hore deus
non producat, nisi vnam pedalitatem, quando pro
ductum fuit illud infinitum secundum quid: ⁊ ta-
men postea in qualibet hora auferat ab illo infini-
ties infinitũ, ⁊ hoc faciat per infinitũ tẽpus: ⁊ tñ
nõ possit hauriri illud infinitũ. Hoc quidẽ non cõ-
tradictionẽ, sed demẽtiã (nisi verbo adesset ĩuidia)
appellarẽ. ¶ Scio equidem solutionem istorum fo
re, hec esse corollaria que sequuntur ex infinito: et
ideo non esse inconuenientia. Ac si positio infiniti
esset articulus fidei, vt quicquid inde sequatur sub
pena inferni sit concedendum. Quinimo profecto
si ex articulis nostre fidei similia absurda aduersꝰ
nos colligerent infideles, grauissime ⁊ periculossis
sime periclitaretur fides: cũ tñ isti, vt leuiculã opi
nionem defendant, nihilifaciunt hec concedere. 5. Corolla.
¶ Quintũ corollariũ est. Dato vno corpore circu-
lari pedali, posset per partes proportionales hore
semper

semper illud circulariter Deus augere circumponendo pedalem grossitiem in qualibet. Quo dato subsequitur quod i instanti terminatiuo hore verũ erit dicere. Immediate ante hac, hoc corpus fuit circulare: ꝛ in nullo instanti quicquam est additũ nisi circulariter: ꝛ tamen modo non est circulare. Item tunc linee que exibant a centro singule a se inuicem in infinitum distabunt. Nam quanto plus elongãtur a centro, tanto magis distant, vt in precedenti questione dictum est: ꝛ cum diducantur linee in infinitum secundum hanc opinionem, sequitur ꝙ darentur infinite linee quarum singule a singulis in infinitum distant. ¶ Sextum corollarium est. Datis duabus columnis pedaliter distantibus si Deus per partes proportionales produceret infinitum lignum, inter illas in qualibet parte proportionali hore interponendo vnam pedalitatem inter columnas: quarum altera versus oriẽtem, altera versus occidentem moueretur, daretur infinitum inter duo puncta. Quod si dicas non esse incõueniens, quia ille columne in infinitum distabũt. Arguitur contra, ꝙ non sit possibile duas res finitas in infinitum distare. Deus distincte cognoscit loca illa vbi sunt ille columne, quandoquidem distincte cognoscit intuitiue columnas ipsas. Tunc sic. Aut intelligit vltra illa loca alia esse imaginaria loca adhuc longius distantia: ꝛ tunc non cognosceret colũnas illas in infinitum distare. Si autem dicatur ꝙ Deus non cognoscit alia loca imaginaria versus orientem ꝛ occidentem vltra illas columnas, hoc profecto videtur intellectu difficile imo impossibile: nam cum columna illa que est versus orientem sit corpus finitum, necesse est vt Deꝰ videat eam esse in loco finito pedali, ꝛ per consequens circunquaqꝫ Deus intelligeret locum imaginarium extra illam: atque adeo versus orientem non distat in infinitum: sed poterit adhuc eam pellere vlterius. Mirabile. n. est profecto ꝙ Deus videat columnam in aliquo certo loco ꝛ non possit eam depellere quocunqꝫ velit. Intelligentie relinquimus rem animaduertendam. ¶ Septimum corollariũ posset huc accersiri ex lib. nostro. 3. simul. Sequeretur enim secundum hanc opinionẽ quod eadem ratione, posset Deus i prima parte proportionali hore producere vnum angelum, et eundẽ in secunda parte annihilare: ꝛ rursus in tertia parte producere: ita per totam horam in partibus imparibus producere ꝛ in imparibus annihilare. Quo dato sequitur (vt loco citato dicebamus) qđ ille angelus in fine hore erit ꝛ nõ erit (supponitur n. ꝙ in instanti extrinseco terminatiuo hore, nec ꝑducatur đ nouo, nec annihiletur). Probatur sequela: nam des vtram partem malueris. Si dicas qđ erit: ergo in vltima parte proportionali fuit productus, quam necesse est dicere fuisse imparẽ. At vero nulla dabitur postrema impar, quam non sequatur alia par in qua fuit annihilatus: ergo i fine manet annihilatus. Quod si dederis ꝙ non erit eadẽ arte probabo ꝙ erit: nam postquam licet parem in qua fuit annihilatus: fuit alia impar in qua fuit productus. Reuera argumentum, vel deducit respondentem ad metam non loqui: vel quãcunqꝫ dederit partem contradictionis, cogit eum alteram simul concedere. Existimo ad quartum argumentum principale, satis esse responsum: nempe quod producere infinitũ per partes proportionales hore, non solum repugnat rationi infiniti, sed ex modo producendi infert peiora adhuc ꝛ absurdiora inconuenientia.

Sextum corollarium.

Septimũ corollariũ.

¶ At quia fautores infiniti saltem affirmabunt Deum posse producere infinita entia in eodem instanti actu separata, non per diuisionem continui, nec per partes proportionales hore ꝛ pari modo vnam magnitudinem infinitam: inferam inde alia corollaria, quibus ostenditur esse etiam hoc impossibile. Sit ergo octauum corollarium, argumentum quod ipse contra se facit Gregorius. Sequeretur ꝙ vel pars nõ esset minor suo toto, vel ꝙ non quecunque sint equalia vni tertio sunt equalia inter se, vel ꝙ vnum infinitũ esset maius alio, quorum neutrum est pars alterius. Et faciam prius argumentum in quantitate discreta, vt ipse facit. Sit infinita multitudo lapidum hinc a Salmantica versus oriẽtem, ꝛ infinita etiam hinc versus occidentem: quarum prima vocetur. a. secũda. b. et. c. sit pars multitudinis. a. que quidẽ pars incipit a Parisijs versus orientem. Item ꝙ. a. excedat. c. per totam multitudinem que est hinc vsqꝫ parisios. Tunc arguitur sic. a. multitudo est equalis. b. quia vtraque est infinita, ꝛ neutra est pars alterius: ꝛ eadem ratione. c. est equalis. b. ergo. a. ꝛ. c. inter se sunt equalia. Si negas aliquam partem antecedentis, das duo infinita quorum, neutrum est pars alterius, non esse equalia. Si negas consequentiam, das ꝙ non quecunque sunt equalia vni tertio, sunt equalia inter se. Si vero concedis antecedens ꝛ consequentiam, sequitur ꝙ non omne totum est maius sua parte: nam. a. est totum respectu. c. ¶ Respondet Gregor. ꝙ idem argumentum posset fieri de duobus continuis et de medietate alterius eorum, datis enim duobus bipedalibus a. ꝛ. b. tot sunt partes adequate in. a. quot in. b. et tot etiam in. c. que est medietas. a. quot sunt in. b. ꝛ per consequens tot sunt in. c. quot sunt in. a. licet. a. sit totum ꝛ. c. pars. Eodem modo nihil inconuenit dicere ad argumentum, tot esse lapides in. c. infinito quot sunt in. a. Miror autem quomodo sit contentus hac solutione: aut qua ratione potuit adduci vt concederet tot esse lapides in. c. quot in. a. cũ ad oculum constet lapides qui sunt hinc vsqꝫ parisios esse in. a. ꝛ nõ in. c. ꝛ illinc vtrunqꝫ esse infinitũ versus orientẽ. Nec profecto est par ratio de partibus ꝓportionalibꝰ cõtinui que sunt illic in potẽtia, ꝛ đ partibꝰ equalibus multitudinis infinite, q̃ sunt ꝑ se subsistẽtes. Nam quia nulla est tam parua pars quin sit diuisibilis in infinitas, nihil incõuenit tot esse partes numero in medietate, quot in toto: minores tamẽ. At ꝙ partes equales in magnitudine tot sint in parte, quot in toto, intellectus capere non potest. ¶ Quod si in quantitate continua fiat argumentum, incõueniens erit manifestissimum. Sit enim linea. a. hinc infinita, versus orientem, ꝛ pars eius a parisiis versus orientem sit. c. linea vero infinita hinc versus occidentem sit. b. ꝛ fiat argumentum. a. linea est equaliter longa. b. ꝛ. c. est equaliter longa eidem. b. ergo. a. ꝛ. c. sunt equalia in longitudine. Dicere autem ꝙ pars secundum longitudinem sit equaliter longa suo toti, expressissima est contradictio. Nec locus relinquitur fugiendi ad numerũ partium proportionalium cõtinui. ¶ Nonum corollariũ est. Sequeretur ꝙ datis duobus lineis quarum. a. est lõgior quam. b. per solum motum localem, siue noua quantitatis additione. b. fieret lõgior quã. a. Patet. Si. a. inciperet hinc Salmantica et esset versus orientem infinita. b. vero inciperet a parisiis: manifestum est ꝙ. a. sit lõgior quam. b. ꝛ tamen si manentibus fixis his punctis Salmantice ꝛ Parisiis, Deus moueret illas,

Corol. 8.

Coroll. 9.

vt

vt partes tendentes in orientem verterent versus occidentem: tunc illa linea terminata parisiis, esset longior quam hec que terminatur Salmāticę. Non ignoro quin Aristote. admisso per impossibile infinito versus orientem non concederet ꝙ per aliquam potentiam illud extremum versus orientem (quod nullum est) posset circulariter moueri versus occidentem. Sed tamen isti id non possent negare, nam posset Deus manente prima pedalitate hic iuxta Salmāticę in prima parte proportionali horę abscindere secundam pedalitatem quę est versus orientem ⁊ vnire retro primę versus occidentem, ⁊ in secunda parte proportionali horę vnire secundam pedalitatem eodem modo: ⁊ ita per totam horam linea que erat infinita versus orientem fiet infinita versus occidētem. Quod si idem fiat de illa quę terminatur parisijs, concluditur totum corollarium.

10. Coroll. ¶ Decimum corollarium egregiū certe est. Si Deus posset producere infinitos homines producat eos. v.g. ordinatos hinc versus orientem: quorum singuli singulos, pręcise habeāt pileos. Sequeretur quod posset Deus auferre ab istis infinitos pileos, imo infinities infinitos, ⁊ tamen quilibet maneret cum suo pileo. ¶ Probatur. Vo'o ꝙ auferat omnes pileos hominum pariū, puta secundi: quarti ⁊c. manentibus imparibus: ⁊ tū tertius det pileum suū secūdo, ⁊ alij duo impares. s. quintus et septimus dent pileos suos tertio et quarto, et alij quatuor impares. s. nonus ⁊ tres sequētes dent pileos suos hominibus quinto, sexto, septimo, ⁊ octauo, ⁊ postea octo impares dent suos pileos octo subsequentibus hominibus vsque ad sextum decimū: ⁊ ita fiat per omnes partes proportionales horę. Tunc demū in fine sublati erūt infiniti, ⁊ quilibet manebit cū pileo. Atqui eadem arte poterit De⁹ vti in infinitis horis, aut mille, vel decies cētenis millibus, vt semper auferēdo infinitos pileos relinquat singulis singulos. ¶ Atqui potest alio mō verti corollarium. Datis illis hominibus cū singulis pileis, posset Deus nullū prorsus pileum addendo facere, vt quilibet habeat infinitos. ¶ Probatur in prima parte proportionali horę omnes impares, puta tertius et quintus ⁊c. (qui sunt infiniti) dentur primo homini: in secunda parte proportionali ex alijs restantibus oēs etiam impares intercalariter, puta tertius quisq; (qui etiā erunt infiniti) dentur scdo homini: ⁊ in tertia parte proportionali ex residuis tertius etiā quisque detur tertio homini. Qd si idē fiat per oēs partes proportionales horę, in instanti terminatiuo quilibet habebit infinitos. Nec refert hoc fiat per partes proportionales horę: an simul id faciat Deus in eodem instanti. Fateor corollaria ridicula sunt: sed esset etiam ridiculus, qui vt positionem infiniti defenderet, ista concederet. ¶ Eadem proportione sequitur ꝙ si singuli illi homines infiniti haberent singulos pręcise aureos, possent ex illis vnusquisq; tantū ditescere quantum vellent. Exempli gratia. Si illos infinitos aureos conijcerent in vnum cumulum: ⁊ postea quilibet resumeret centū profecto omnibus sufficeret cumulus: nā tot sunt in cumulo centenarij, quot sunt homines. Et si rursus facerent cumulum, ⁊ quilibet vellet accipere decies centena millia, abunde itidē haberent in cumulo, vnde possent extrahere. Quod si rursus facerent cumulum, ⁊ vnusquisq; parce acciperet vnum tantum aureū: exhaurirent totum cumulum, perinde ac si quicunq; acciperet decies centena millia. Si hęc non est contradictio, nescio quam existiment isti esse contradictionem. Vndecimum corollariū posset esse illud qd tetigimus lib. 3. Sūmularum. Datis em̄ infinitis angelis, vel Deus pōt plures alios producere vel nō: si nō, potentia dei esset exhausta: quod impossibile esse loco citato (vt reor) ostendimus: nā cū potētia dei ex se sit illimitata, ⁊ creatio rerū nō ponat aliquam materiā, que posset exhauriri per creationem fit vt quotcunq; rebus creatis infinitis ⁊ infinities infinitis, nulla potest reddi causa cur deus non possit producere plures. Nā reddere pro causa deū iam ꝑduxisse quotquot potuit: est petitio principij: hoc em̄ ostendit argumentum. s. ꝙ postꝙ non est repugnantia ex parte causę efficientis, nec ex parte materię, quotquot dentur creature nō sunt causa vt nō possint plures produci. Sed de hoc illic copiosius dictum est in materia modaliū lect. 2. Si autem dicatur ꝙ datis infinitis angelis adhuc De⁹ potest producere plures, sequitur ꝙ vna multitudine simpliciter infinita potest dari alia maior: quod rationi infiniti repugnat. Ut enim data magnitudine simpliciter infinita contradictio est posse esse maiorem, ita datis infinitis hominibus qui sunt simpliciter infiniti videtur impossibile posse esse plures: nam qua ratione posset Deus infinite multitudini addere vnitatē, posset etiam infinite magnitudini addere nouam partem: quod est repugnans nisi illa se penetraret cū alijs. ¶ Sed quicquid sit de infinita multitudine rerum indiuisibilium, arguitur ꝙ Deus non possit producere infinitos homines saltem relictos suę naturę. Sequeretur enim quod quelibet pars cum qualibet parte se penetrarent in eodem loco. ¶ Probatur sequela. Illi infiniti homines habebunt infinitos oculos: infiniti autem oculi dextri replebunt omnem locum imaginarium. Imo infinita grana milij, aut infinitę formicę. Si ergo oculi dextri omnem locum imaginarium replent necesse est vt sinistri se penetrent cum dextris: ⁊ cum nō sit maior ratio d̄ vno quā de alio, sequit̄ ꝙ quilꝫ penetrat̄ cū quolꝫ: ⁊ eadē ratione lingua ⁊ manus ⁊ pes penetrātur cū singulis alijs membris. Et vt euidentius argm̄ appareat, creet deus p̄us infinitos oculos: ꝑfecto tūc nō poterit creare infinitas linguas, nisi penetrādo linguas cum oculis, qd si postea creet pedes, debent penetrari cū alijs membris: ergo eadem rōne si creet infinitos hoīes, oīa mēbra debent se inuicē penetrare. Quare nō poterit Deus infinitos hoīes creare relinquēdo illos in suis naturalibus: nam penetratio illa est supranaturalis. ¶ Quinimo nullā multitudinem rerum diuisibilium actu separatarum poterit Deus creare quin singulę partes cum singulis se penetrent. Nam creet. v.g. infinita grana milij: ⁊ arguitur sic, si creasset infinitas medietates illorum granorum ille occupassent totum infinitum locum imaginarium ergo non posset alias medietates creare, nisi penetrando illas cum prioribus. ¶ Et confirmatur quia si creatis infinitis granis integris Deus annihilaret medietates illorum, medietates que superessent replerent tātum locum, quantum grana intregra: ⁊ si ex medietatibus reliquis adhuc corrumperet medietates singularum, adhuc ille quarte partes replerēt tantundem locum: siquidē sunt infinita entia equalia, ergo quando erant infinita grana integra singulę partes se penetrabant cum singulis: sicut est corpus Christi in sacramēto. Pudet certe plura huiusmodi monstra multiplicare. Ista duo argumenta vltima colligimus ex intentione Aristo. hic text 43. vbi pro comperto habet non posse mixtum componi ex pluribus elementis simplicibus quorum quodlibet sit infinitū: nam vnum

H illorum

Horum repleuit totum locū imaginariū: et per consequens non relinquet aliis locū. Eodem enim mō colligimus nos, quod si datis singulis particulis singulorū granorum milij aut hominū, ille replerent omnem locum imaginariū, fit vt integra ipsa tota infinita numero esse non possent, nisi per partium penetrationem. ¶De qualitate infinite intensa nō opus est nouū argumētum addere quia si fiat intēsio per additionem gradus ad gradum (vt isti dicūt eisdem ferme argumentis redarguitur, que facta sunt aduersus infinitam quantitatem: nam intensio nihil aliud est quam quantitas intensionis.

¶Sed aduersus infinitā virtutē motiuā (quā etiā ponūt possibilē creari a Deo) a priori est argumentum quod virtus motiua est tanta quanta est perfectio rei: et ideo si non pōt dari creatura infinita secundū essentiam nec pōt dari infinita secundū virtutē. Sed tñ a posteriori formatur duodecimum et postremum argumentum. Detur verbi gratia intelligentia infinite virtutis que moueat celum, sitque nunc celum quiescens vt centrum solis sit in oriente: et incipiat illud nunc mouere per vltimum non esse. Arguitur quod sit implicatio contradictionis ipsum moueri infinita virtute. ¶Primo si intelligentia mouet infinita virtute immediate post hoc erit facta perfecta circulatio (quia si tardabit per tempus, non mouebitur infinite velociter) rursus: ergo immediate post hoc centrum solis erit in eodem puncto in quo nunc est. Tunc sequitur bene. Omnia puncta celi erunt immediate post hoc in eisdem punctis loci in quibus modo sunt: ergo nec mouetur, nec incipit moueri: sed perfecte quiescit. ¶Item si infinita velocitate mouetur circulariter, sequitur primo quod immediate post hoc erunt facte infinite circulationes: nam qua ratione erit vna, erunt plures: et qua ratione erunt plures erunt infinite: hoc tamen profecto nescio quis intellectus capiat: nempe quod immediate post hoc erunt facte infinite, et tamen ordine certo vna post aliam, immo infinities infinite et vniformiter. Et secundo sequitur, quod nunquam quiescet: sed primo impulsu illius intelligentie mouebitur celum infinito tempore: quia non potest signari tempus quando quiescet. ¶Et quo perspicatius fiat argumentum in motu recto, sit exempli gratia machina bellica vt catapulta, que ignito sulphure iactet globum infinita velocitate. Et arguitur sic. Aut globus ille quiescet aliquando, aut nunquam quiescet. Si primum: queritur vbi quiescit aut quādo: nec poterit profecto signari locus, aut tempus quietis. Si nunquam quiescit: ergo infinito tempore mouebitur: et per consequens non mouebitur infinita velocitate: nam infinita velocitas videtur esse illa siue tempore finito pertransit infinitum spacium. Et sic semper est contradictio. Eo vel maxime quod communi animi conceptioni repugnat mobile infinita velocitate infinito tempore (et presertim indirectum) moueri vt infinities infinita spacia directe transeundo nūquam cesset. ¶Item quia vel transiuit per medium, vel non: quod autē corpus moueatur ab extremo ad extremum, et non per medium, rationi motus repugnat, vt lib. sequēti videbimus. Si autem transibit per medium: ergo immediate post hoc erit in loco pedaliter distāti et in loco decupedaliter in alio et centupedaliter distanti: quod certe fieri nequit, nisi simul in eodē instanti sit in multis locis: id quod per virtutem saltem creatam impossibile est fieri. Quod si Deus simul poneret eandem rem in pluribus locis non moueretur per illa. Nec valet solutio quod sicut immediate post hoc ante quodlibet instans erunt infinita instantia infinitarum partium proportionalium hore: (licet nulla duo instantia erūt simul) ita immediate post hoc illud mobile erit infinitis locis, licet nunquam erit simul in pluribus. Non inquam satisfacit solutio: nam alteratio est de partibus proportionalibus hore que sunt minores versus nos, nec possunt numerari, distantibus vt possit eadem res immediate post hoc esse in omnibus, quin sit simul in illis

¶At metuo ne dum infinitum redarguo, redargutionem ipsam in infinitum producam. Libuit autem neniis istis tantisper ludere, vt portenta que infinitum velut chimera illa fabulosa parit: in medium proferrem,

¶Ad primum igitur argumentum, cōcessa maiori scilicet quod quicquid non implicat contradictionem modo illo secundo exposito Deus possit facere: negatur tamē quod infinitum non implicet illo modo contradictionem, vt prefactis rationibus ostensum est. Similināque argumento, tenentur authores contrarie opinionis respondere. Negant enim posse creari creaturam infinite perfectionis. Contra quos, si arguatur quod creet Deus in parte proportionali hore creaturā alicuius perfectionis, et in fine creaturam duple perfectionis, et in tertia creaturam triple perfectionis: et sic consequenter vt in fine hore detur creatura infinite perfecta. Respondēt quod repugnat creature, vt sit infinite perfecta. Et data infinita magnitudine dicunt, quod Deus non poterit illam augere quia repugnat nature infiniti augmentum. Parimodo nos dicimus quod repugnat nature rerum esse infinitum in actu secundum extensionem, aut numerum. Et reuera multo nos magis dignificamus omnipotentiam dei quam qui asserunt infinitum: nam illi, dato infinito, concedunt aliquod esse ens quod Deus agere non potest nec mouere: et quod dantur due columne adeo distantes, vt Deus non possit amplius separare. Nos autem dicimus nullam esse possibilem rerum multitudinem aut magnitudinem, aut distantiam quin Deus possit illam augere etc. ¶Quod si vrgeas vnde prouenit ista infiniti repugnantia: Diuus Thomas quol. 9. articul. primo citat quosdam dicentes repugnātiam esse quia dato infinito illud esset infinite perfectum secundum essentiam: quod repugnat rationi creature, vt questione proxima dicebamus. Illud veruntamen non sequitur: nam licet esset lapis infinite magnitudinis, non esset essentialiter perfectior quam esset lapis pedalis: nec equus infinite magnitudinis esset tam perfectus quam homo: nec esset essentialiter perfectior quā est modo. Ob idque respondet repugnantiam esse ex natura quantitatis, vt enim nature hominis intrinsece repugnat esse irrationalem ita ratione quantitatis siue continue siue discrete (etiam si sit numerus indiuisibilium) repugnat esse infinitam in actu, vt preter anthoritatem Aristote. in hoc lib. supra factis argumentis monstratum est.

Ad primū principale

¶Secundum tertium et quartum argumenta soluta sunt. ¶Ad quintum vero quod omnium pressius vrget. Nonulli ex thomistis, admisso casu quod in quolibet die Deus crearet vnam animam eamque conseruaret, negāt tamen, hinc sequi fuisse infinitas: quia dies non fuerunt infiniti: alias non fuissent pertransacti: nam infinitum pertransiri non potest, vt docet in hoc libr. Aristot. tex. 56. Et

hanc

hanc putant esse mentem. S. Tho. prima. p. q. 46. articu. 2. ad. 6. argumentum. At reuera admisso casu ęternitatis mundi, et quod in quolibet die fuerit vnus angelus creatus & conseruatus, aut vna anima, negari nō posset, quin fuerint infinite: quia nec Aristote. nec San. Thom. negauit in illo casu fuisse infinitos dies pręteritos: sed solum negauerunt, quod non fuissent infiniti dies sigillatim numerati inter duo extrema: puta inter principium & finem: quia si hinc incipias numerare, venire nō potest ad vltimum in pręteritum: & ab ęterno non poteris sumere principium numerandi. ¶ Et ideo respondetur, q̄ licet fuerit possibile mundum fuisse ab ęterno, tamen non potuit qualibet die creari vna anima & conseruari. Et repugnantia solum est (vt probe inquit Scotus. 2. sent. distin. 1. q. 3.) ex parte obiecti: quia infinita multitudo non est factibilis vt supra ostensum est. Ob idq̄ ea ratione qua Deus in vna die vel in vno instanti non potest producere infinita, non potest illa producere in infinitis diebus pręteritis. Secus autem est de infinitis diebus, aut infinitis circulationibus cęli: nā illa non sunt infinita entia in actu: sed vnus continuus motus: qui supposita ęternitate mundi, non habuisset principium. ¶ Ad postremum principale argumentum. Respondetur, q̄d potentia infinita Dei non attenditur penes hoc q̄ possit infinitum producere, sicut nec penes hoc q̄ possit producere hominem irrationalem, aut chimeram: sed penes hoc q̄ possit producere omne possibile. ¶ Potest nāque infinitas res & mūdos syncategorematice producere. i. non tot quin plures. Et quantum ad modum producendi potest res producere ex nihilo independenter a materia. ¶ Potestq̄ corruptum reproducere: atq̄ adeo homines resuscitare & participes suę beatitudinis in ęternum efficere.

H 2

Finis tertij Physicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super quartum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶ Text. xlj. Quare continentis terminus, &c.

## Quæstio prima.

¶ VTRVM DIFFINITIO loci eiusque conditiones rectè sint à philosopho constitutæ.

Libri huius quarti disputatio (vt in volumine commentorum adnotauimus) in consideratione triplici posita est: nempe loci, vacui, atq; temporis. Unde prima hęc quęstio quatuor priora capitula textus vsq; ad diffinitionem loci examinabit. Arguitur ergo primo pro parte negatiua quęstionis, aduersus primam propositionem Aristo. qua asserit, ad physicũ pertinere disputationem loci. Locum esse (vt inquit Commẽta.) est per se notum: ergo nulla scientia opus habet, id persuadere. ¶ Et confirma. Si aliqua scientia deberet de loco disserere, id proprie cõueniret mathematicę, locus enim nihil aliud dicit, quam superficiem corporis de genere quantitatis, corpus aliud ambientem, vt abstrahit a sensibilibus qualitatibus, & ab actione & passione: sed (vt lib. ij. c. ij. dictum est) mathematicus est, qui tractat de quantitate abstrahendo a sensu & motu (de quibus proprie considerat physicus) ergo negotiũ loci mathematico potius incumbit, quã physico. ¶ Secũdo principaliter arguitur. Locus nihil est positiuũ: ergo quęstio pręsupponit falsum. Probatur antecedens, quia maxime esset superficies vltima continentis (vt ait Arist.) sed quanuis deus corrũperet aerem circũstantem Salmanticam, in eodem prorsus censeretur manere loco, quo est modo: & quanuis corrumperetur aer, ego possem ambulare mutando loca: ergo locus ex natura sua nõ dicit aliquid positiuum. ¶ Et confir. Si locus esset superficies continentis, id esset pręsertim propter illam rationem philosophi tex. 3. quia in eodem loco, in quo modo est vnum locatum, succedit aliud: sed hoc est falsum: ergo. Probatur minor: q2 quando ego deambulans muto locum, in illo loco vnde exeo, non manet locus in actu, cum non maneat locatum distinctum a loco: sed aer cõtinuus rarefit, & replet locũ. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur, ꝙ locus non diuideretur in sursum & deorsum tãquã in duas eius species: cuius tamen contrarium ait Phi. text. 4. dicens illas differentias positionis esse partes loci. s. subiectiuas. Probatur sequela: nam superficies est de genere quantitatis: sursum vero & deorsum sunt de genere relationis: cõstat autem, quod genus & species debent esse eiusdem lineę prędicamentalis. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur, ꝙ esset in prędicamento quantitatis (vt Aristo. in eodem prędicamento docet) consequens est falsum, quia locus videtur esse in prędicamento, vbi, vt nomen insinuat eadem tamẽ res secundũ eandẽ rationẽ ad diuersa prędicamẽta pertinere nõ potest. ¶ Quinto principaliter arguitur. Si locus esset superficies, sequeretur, ꝙ locus nõ esset immobilis: cõsequẽs est contra Aristot. ergo sibi ipse repugnat. Probatur sequela. Superficies corporis cõtinẽtis mouetur ad motum ipsius corporis. Exẽpli gratia, superficies aeris continentis Salmanticam re vera nõ est eadem quę fuit ante decem annos: nam aer continuo corrumpitur, & nouus generatur. Si ergo talis superficies est locus, sequitur, ꝙ Salmantica nõ est in eodem loco, & per consequens est mutata localiter: quod est falsum. Idem apparet de stipite arboris fixę subtus aquam, cuius superficies aquę circunstantis semper mutatur, & per consequens si illa superficies esset locus arboris, locus esset mobilis. ¶ Et confirmatur. Si locus esset superficies cõtinẽtis, sequeretur ꝙ dum lignũ mouetur in aqua fluuij, aut homo in nam non mutaret locũ, quia manet in eadem superficie: consequens tamen est falsum: quia mouetur: & moueri idem est quod locum mutare. ¶ Sexto principaliter arguitur contra illam proprietatem loci text. 3. & text. 33. quę est locum esse ęqualem locato. Locus intra se continet locatum: ergo est maior locato: in corporibus enim intelligi nõ potest quomodo crusta auellanę intra se contineat auellanam, quin sit secundum aliquã dimensionem maior auellana. Et confir. Si locus esset ęqualis locato: id maxime esset secundum superficiem concauam loci & conuexam locati: consequẽs est falsum: ergo & antecedens. Probatur minor: nam alias sequeretur super idem cẽtrũ posse describi duos ęquales circulos: quia illę duę superficies describuntur super idem centrum locati: cõsequens tamen cõtradicit maxime cuidem mathematicorum dicentium circa idem centrum impossibile esse, duos ęquales circulos describi. ¶ In cõtrarium tamen est authoritas Arist.

¶ Quæstionẽ hãc in duos articulos partimur. In primo textum pro more in cõclusiones colligimus: in altero diffinitionem loci explicamus. Initium autem quęstionis inde congrue capere videbimur, si pręmiserimus distinctionem illam loci, quã super tex. 5. subnotauimus, sane quę totius quęstionis fundamentum ac basis est. Cũ enim locus sit superficies corporis continentis intra se aliud corpus, fit, vt quemadmodũ corpus vno modo accipitur mathematice (vt tãtũ dicit quãtitatem) & alio modo physice vt dicit compositum alicuius certe naturę: ita locus vno modo accipitur simpliciter pro superficie ambiẽte aliud corpus trine dimensionis, abstrahendo a quacunq; qualitate naturali cõseruatiua locati: alio modo accipitur pro loco naturali: nempe vt supponit pro superficie continente, connotando formam & proprietatem naturalem conseruatiuam locati. Exempli gratia, superficies aeris me circũdãtis, siue locus sit mihi salubris, siue nocu9, siue in illo sim naturaliter, siue violẽter, eo solum ꝙ ambit quantita

Locus duplicter.

tem

tem meã: est mihi locus: cũ hoc tamen requireretur ad locũ naturalẽ, vt meapte natura ego essem in illo propter qualitates loci mihi conuenientes: siue inquantum sum graue, siue inquantũ animal. Cõcaui eñ lune dupliciter est locus ignis: nã qꝛ ipsum adequate ambit est simpliciter locus: ⁊ quia naturaliter conseruat, est locus naturalis. Idemqꝫ dicendo de centro mundi respectu terrę. Neqꝫ elementis mõ, verum ⁊ mixtis, inquãtum mixta sunt conueniunt loca propria. Uinum enim cõseruatur in vase ligneo, potius ꝙ in vitreo: ⁊ in cauernis terrę, potius ꝙ super aere: ⁊ locus proprie patrie est cuicunqꝫ suapte natura salubris. Unde significatio hec duplex loci equoca est. ¶ Hac supposita distinctione, textus quatuor capitulorum, summatur nouem conclusionibus. ¶ Prima est in textu statim primo.

1. Conclus. Necesse est naturalem philosophũ de loco tractare. Hanc probat quatuor rationibus, quas in cõmẽtis expositas dedimus: videlicet, quia quicquid est, est in loco: ⁊ qꝛ quicquid mouetur, mutat locũ, in quo succedit aliud locatum: ⁊ quia multe sunt dubitationes loci: ⁊ quia ab antiquis parũ aut nihil dictum est de loco.

Ad. 1. prin. ¶ Unde ad primũ argumẽtũ principale respõdet Cõmentator, ꝙ quãuis locum esse sit per se motũ, ⁊ per cõsequẽs nõ sit demõstrabile: nihilominus dialectice ⁊ probabiliter tractãdum est de loco propter ambiguitates que de eius natura sunt. Addiderim tamen ꝙ locum esse, saltẽ proprium cuicũqꝫ rei, non est tam per se notum, ꝙ est motũ esse, nam res aliquas moueri, oculata experientia constat, ea vero que sunt in aere, in loco esse, non est ita manifestum: imo vulgus existimat medium inter terrã, ⁊ cęlum vacuum esse, quando non sunt nubes, aut flantes venti. Unde Aristo. ex motu docet venari locum esse, tanquam rem occultam per aliã euidentẽ: vt patet hic tex. 3. ¶ Obidqꝫ necesse habet philosophus nõ solum ostẽdere quid est locus, sed etiã [pro tyronibus] locum esse: tametsi hoc apud sapiẽtes supponatur tanquã principiũ physicum. ¶ Ad confirmationẽ. Respõdetur ꝙ sermonem de loco naturali manifestũ est spectare ad physicum: sed ⁊ consideratio quoqꝫ loci simpliciter dicti, potius ad ipsum quam ad mathematicũ pertinet, mathematicus enim vt tractat de quantitate abstrahendo a sensu: ita ⁊ abstrahendo a motu. Physicus autem: quia tractat de motu locali, qui fit per mutationem loci, habet subinde tractare de loco. Et hec fuit secunda ratio Aristote.

## ¶ Secunda cõclusio in textu. 3.

2. Conclus. locus est aliquid positiuum. Hanc ponit aduersus vulgares, ⁊ nõnullos etiam antiquos philosophos credentes res que mouentur in aere, moueri in vacuo. Quam probat tribus rationibus. ¶ Prima sumitur ex successione corporum in eodem loco, sicut in eadem materia succedũt diuersę formę: ⁊ hoc ꝓcedit de loco simpliciter ⁊ mathematice dicto. Secunda ex motu naturali grauium ad sua cuiusqꝫ ꝓpria loca: ⁊ hec procedit de loco naturali. Tertia ex authoritate ipsorum etiam ponentium vacuum. Aiunt enim quod vacuum est locus aptus repleri. Quibus verbis fatentur locum esse aliquid positiuum. Rationes iste abũde in commentis exposite sunt.

Ad secũdũ ¶ Unde ad secundum principale negatur, locum nihil esse positiuum: ⁊ ad probationem respõdetur, ꝙ dempto quocunqꝫ circunstanti, si res manerent in vacuo, non manerent, proprie in loco: nã esse in, dicit esse in aliquo positiue: sed tamen quia res ille manerent in eadem distantia ad cẽtrum et ad polum, dicuntur manere in eodem loco imaginario. Aristot. vero quia casum reputauit impossibilem, diffiniuit locum verũ, quem ait esse aliquid positiuum. ¶ Ad confirmationem respondetur argumento Arist. satis esse ꝙ particulariter aliquãdo vnde exit vnum locatum, maneat locus in actu repletus alio locato: vt patet de dolio, vnde exit aqua, ꝙ repletur aere. Et si immediate vnde ego exeo intraret aliud corpus, eadẽ superficies aeris maneret locus in actu, continens aliud locatũ. Si tñ nõ succedat aliud corp⁹ nisi aer, ille cõtinuatur ⁊ ꝑ ꝯñs nõ manet locus in actu diuisus a locato.

## ¶ Tertia cõclusio est in tex. 4.

3. Conclus. sursum ⁊ deorsum, ⁊ alię differentię positionis sunt partes loci. Hec conclusio [vt commẽto. 5. exposuimus] aliter intelligitur de loco simpliciter dicto: aliterqꝫ de loco naturali. In loco eñ primo modo, vt dicit superficiẽ ambientem trinam dimensionẽ quantitatis, non est sursum nec deorsum, nisi respectiue in ordine ad nos: quia, quantum, vt abstrahit a certa specie rei naturalis, non vendicat sibi locũ sursum potius ꝙ deorsum: sed rectum, quod est super caput nostrum, est sursum: ⁊ pauimentum deorsum. Locus tamen naturalis est genus, habẽs sub se species, sursum, ⁊ deorsum. Quas appellat partes loci: quia species sunt partes subiectiue in ꝗs diuiditur genus: aliam enim speciem loci naturalis vendicat sibi ignis ⁊ aliam terra.

¶ Ex quo sequitur, quod si sursum ⁊ deorsum solũ dicãt locũ simpliciter, nõ opponũtur, nisi relatiue respectu nostri, vt illic expositũ est. Quare ille locus qui modo est sursum, si nos ascendamus supra illum, erit deorsum. Et eadem pars erecte columne, que dum est ad caput nostrum, est sursum, si vertatur, erit deorsum. Si autem sint differentie loci naturalis, opponuntur cõtrarie: sicuti alie species vnius generis. Sursum enim est concauum lune, ⁊ deorsum, centrum terre. Que quidem loca ratione diuersarum naturarũ ⁊ qualitatum ad conseruandum diuersa elementa, sunt contraria. Et de talibus locis subdit Phi. in text. 7. ꝙ loci est quedam mirabilis potentia. ¶ Alie vero differentie positionis, ante ⁊ retro, dextrum ⁊ sinistrũ, vt placet Paulo Ueneto, non sunt diuerse species loci: quia nullum corpus mouetur naturaliter dextrorsum, aut sinistrorsum: sed sursum aut deorsum: ⁊ ideo sunt (inquit) differentie positionis non respectu totius locati: sed quo ad situm partium eius. At vero forte Aristo. posuit illas species loci propterea ꝙ, vt. 2. de cęlo est videre, oriens dicitur simpliciter ⁊ absolute dextrum, ⁊ non solum respectiue, ⁊ angulus medie diei qui est supra nos dicitur, ante: ⁊ angul⁹ medie noctis, retro: sed de hoc alias. Alię dfię positio.

¶ Igitur ad tertium argumentum negatur, sursum ⁊ deorsum non esse species loci naturalis. Et ad probationem respõdetur, quod locus naturalis non solum dicit superficiem, sed supponit pro illa, connotando certas proprietates conseruatiuas locati. Neque sursum ⁊ deorsum solum dicunt respectus: sed sursum quidem est locus conseruatiuus leuium: deorsum vero est locus conseruatiuus grauium. Ad tertiũ.

¶ Ad confirmationem respondetur ex supradictis, qđ locus naturalis non dicit solum superficiem continentẽ, vt locus mathematicus, sed virtutem preterea cõseruatiuam. Et quia illa virtus conseruatiua terrę licet sit in toto spacio, quod est intra cõcauitatem aque ⁊ aeris pro illa parte, vbi terra est discooperta, tamen perfectissime est in cẽtro, propterea terra mouetur ad centrum. Eadem ratione licet locus naturalis aeris sit spacium contentum inter Ad cõfirmationem.

concauum ignis et conuexum aque, tamen quia virtus conseruatiua est in medio illius spacij, propterea aer moueretur ad illud mediũ: tametsi hoc non sit adeo certum, quia forsan virtus conseruatiua ignis, perfectissime est prope superficiem concauam lune: et idem possumus dicere de aere, sed de hoc alias.

4. Conclu. ¶ Quarta conclusio est in tex. 8. Locus non est corpus. Ubi adnotãdum est: quinque recitari opiniones a Phi. de re, que est locus: quarum quatuor reprobat, et quantam eligit. Posset. n. quibusdam videri, locum esse corpus, propterea quod cũ nihil sit in loco, nisi corpus habens trinã dimensionem, et locus debeat esse equalis locato, videtur quod locus ipse debeat habere tres dimensiones. Probat autem Aristo. locum non esse corpus nam cum locus debeat esse equalis locato, et locus et locatum debeant esse simul, si corpus esset locus, deberet coextendi simul cum locato penetratiue: alias non posset esse simul cum illo et equale. Peccabat ergo ratio illorum (vt tex. 47. respondet Aristo.) quia credebãt locum debere esse equalem locato penetratiue secundũ trinam dimensionem: et tamen non sunt equalia, nisi secũdum superficies: concauam loci, et conuexam locati. ¶ Reliquum primi capitis continet sex rationes, quibus arguitur non esse locum: quas in commentis explicuimus.

5. Conclus. ¶ Quinta conclusio est in textu. 17. Locus nec materia est, nec forma locati, nec aliqd eius accidens. Erant enim qui paralogizabant, formã esse loci eo quod locus continet locatum, et forma continet materiam dando illi esse. Erant preterea, qui putabãt locum esse materiam, propterea quod locus recipit locatum, et recipere, videtur proprium esse materie. Contra quos arguit Aristot. quod cum materia et forma sint partes locati, et per consequens mouentur ad motum locati, locus autem cum non moueatur ad motum locati, fit, vt locus nec materia sit, nec forma, sed aliquid subiecto distinctum a locato, et a qualibet eius parte et accidente. Peccabant ergo, quod locus non continet locatum, sicut forma materiam: que continet eam tanquam intrinsecus terminus rei naturalis, nec recipit, sicut materia, formam: que est intrinsecũ susceptiuum rei: sed cõtinet locatum tãquam extrinsecus eius terminus recipitque illud extrinsece ad modum vasis. Et hoc modo diluit Aristo. eorum rationes text. 38. Reliqua vide in commentarijs.

6. Conclus. ¶ Sexta cõclusio est in text. 28. Octo modis aliquid est in alio. Ex qua infert, quod nihil est in seipso. Hanc conclusionem cum suo corollario abunde in cõmentarijs exposuimus. ¶ A text. 30. vsque ad. 35. ponit Arist. quatuor suppositiones, et quinque documenta, que illic satis exposita sunt.

7. Conclus. ¶ Septima cõclusio est in text. 36. Locus nõ est spaciũ. i. dimensiones intercepte intra concauũ cõtinẽtis, a locato distincte. Hanc cõclusionem textu sequẽti duabus rationibus probat. Prima quia alias cuiuscunque locati essent infinita actu loca infinitarum partium. Item quia alias loci esset locus. i. locus simul cum locato moueretur ad locum. Opinionem istam hasque rationes, quanquam obscuras, in commentis tamen pro virili expositas relinquimus.

8. Conclus. ¶ Octaua conclusio in text. 41. est loci diffinitio. Locus est terminus continentis immobilis primus. Hanc colligit a sufficiẽti diuisione hoc modo. Locus aut est corpus, aut materia, aut forma, aut spacium, aut vltimus terminus continentis: non aliquid priorum quatuor: ergo quintum. Ponitur ergo prima particula. s. terminus continentis loco generis, immobilis, ad differẽtiam vasis, primus, ad differentiam loci communis, vt in commento expositum est.

Diffinitio loci.

Articul. ij. ¶ At vero ad maiorem rei euidentiam circa singulas particulas mouent in hoc ij. artic. dubia singula. Primum, circa primam dubitatur, que nam res sit locus: nempe alicuius predicamenti. Hec enim prima esse debet cuiuscunque rei cognitio: sit ne substantia, quantitas, aut qualitas, an relatio. Ad cuius intellectum supponendũ est in primis, quod locus (vt ait Commentator commenta. 2.) multis modis equiuoce dicitur. Primo enim possum⁹ distinguere, quod locus accipitur vno modo pro loco substantiarum spiritualium, et alio modo pro loco corporum habentium quãtitatem: alia. n. ratiõe angelus dicitur esse in loco, et alia corpus (vt questione sequenti videbitur.) Et adhuc secundo modo accipitur dupliciter: vno modo pro loco in potentia, et alio modo pro loco in actu. Locus enim in actu (vt text. 34. ait Arist.) est superficies vltima continentis, vltima inquam in actu. i. actu terminans et diuidens locans a locato: locus autem in potentia potest dici vna pars continui respectu alterius: sicuti humerus potest dici locus brachij. tanquam superficies continuans humerũ cum brachio. Que quidem acceptio ad sequentem itidem questionem pertinet: in qua de diuersis modis existendi in loco, disputaturi sumus. Loquimur ergo in hac questione duntaxat de loco in actu corporum diuisibiliũ: de hoc enim precise intelligitur diffinitio loci. ¶ Hoc supposito preter quatuor illas antiquorum opiniones asserentium locũ esse, aut corpus cõtinens, aut materiã, aut formam locati, aut dimensiones et spatiũ interceptum inter latera locatis: quas abunde Aristo. reprobauit, vt in cõmentis expositum est: sunt inter iuniores due alie opiniones quorundã realiũ: et tertia opinio nominaliũ, et quarta censetur esse Aristo. Sunt enim qui distinguũt locũ accipi vno mõ simpliciter (vt supra diximus) pro termino cõtinentis. i. circũscribentis locatũ, et isto mõ suppõit pro superficie, qui est de predicamẽto quãtitatis. Secũdo modo accipitur pro loco naturali, et sic dicũt quod supponit pro virtute conseruatiua, que est de predicamẽto qualitatis. Alij itidẽ distinguunt, quod locus accipit vno mõ materialiter, seu pro substracto (vt reales loquunt) et isto mõ est res absoluta. s. superficies vltima cõtinentis: et alio mõ accipit formaliter, seu pro per se significato: et isto mõ dicunt accipi pro respectu: locus enim dicit duplicem respectum, quẽ statim explicabimus. Hanc opinionem videntur sibi elicere Scotiste ex suo doctore quol. 11. vbi ait, quod vbi dicit respectum extrinsecus aduenientem. Et. 2. senten. d. q. 5. vbi ait, quod locus accipitur vel pro absoluto, vel pro respectiuo. Quem modum loquendi etiam tenent nonnulli ex discipulis S. Tho. ¶ His veruntamen nihil obstãtibus, statuitur hic prima propositio huius articuli. Locus nullo modo accipitur: nec supponit pro qualitate, aut pro respectu sed solum pro superficie, que est de genere quantitatis. Quicquid sit illa superficies, siue distinguatur realiter a substantia, siue non. Uolo dicere quod quãuis locus naturalis dicat virtutem conseruatiuam que sit qualitas, nullaten⁹ tñ supponit pro illa, sed pro superficie cõnotando vt habeat talẽ virtutem. Sicuti albũ nõ supponit pro albedine: sed pro re habẽte albedinẽ: Pari rõne quanuis locus simpliciter dicat respectum continentie, aut respectum distantie, vt statim dicturi sumus, nullo modo accipitur aut

Loc⁹ equiuoce dicit.

Quatuor opiniões.

Prima propositio.

aut supponit pro tali respectu, sed pro superficie continentis, connotando talem respectum. Aliud namque est, locum dicere virtutem aut respectum: aliud vero supponere pro illis. Idem prorsos admonuimus cap. de genere. nempe quod licet genus dicat secundam intentionē, non tamē supponit pro illa, sed pro natura cōnotando secundam intentionem. Hęc certe propositio manifesta est, et apud Aristo. et ex natura loci. Nam Aristo. expresse in pręedicamentis cap. de quantitate. ponit locum speciē quātitatis. Et hic nihil aliud ait esse locum, quam terminum continentis. Terminus autem continētis nec qualitas est, nec relatio, sed quantitas: et illum terminum habentem virtutem conseruatiuam, ait esse locum naturalem, non tamen virtus est locus. ¶ Item qui dicunt, locum accipi pro relatione, id quidem affirmant ad saluandum, quomodo locus sit immobilis, per hoc quod distantia huius loci ad cētrum terrę semper permanet eadem: at quādo Aristo. dixit, locum esse immobilem, certe nō accepit pro relatione, sed pro termino ipso continentis: ait enim quod locus est terminus cōtinentis immobilis. ¶ Et confirmatur: quia idem ipse locus qui est immobilis, est ęqualis locato, vt patet apud Aristot. Relatio vero nullo modo est ęqualis locato, sed superficies. ¶ Item locus dicit duplicē relationem, vnam continentię, quę est loci ad locatum, et aliam distantię, quę est distantia loci a centro et polis mūdi: relatio vero continentię non est locus, sed passio et effectus formalis loci, ergo nec distantia loci a cētro est locus, sed superficies ipsa distās. ¶ Profecto nullius authoritas sufficere deberet, vt quis diceret, quod locus accipitur pro alio, quam pro superficie qui est de genere quantitatis.

Superficies.

¶ Insinuat se hic tamen inter nominales atque reales contentio de superficie. Cōuenit namque inter eos verbo, nempe locum esse superficiem, et terminum continentis: quod omnes concedere debent, nisi velint Aristo. negare. Differt tamen re, quod reales tenentes quantitatem distingui a re quanta, aiunt, superficiem esse quantitatem secundum profunditatē indiuisibilē. Nominales vero negātes huiusmodi superficies dicūt corpus et superficiem esse terminos supponētes pro eodē diuersis cōnotationibus. Aiūt enim quod pars extremalis corporis est superficies: vnde si amphoram, quę locus est aquę, per partes proportionales secundum profunditatem et grossitiem diuidas versus aquam, medietas eius versus aquam est superficies, et itidē quarta pars: atque adeo octaua et oēs quę terminantur ad aquam. Ex quo inferūt Occā eiusque sequaces, infinita esse loca illius aquę nō solum communia sed propria immediata aquę, eique ęqualia. ¶ De hac vero controuersia non est hic locus vberius disputandi: satis enim de hoc a nobis dissertum est in pręedicamentis capit. de quantitate. At vero pręter eas quas illic rationes et authoritates in hac parte congessimus, certe vel hic locus Aristot. vehementer suadet, locum esse superficiem distinctam a corpore. Nam ex professo negat hic tex. 8. [vt diximus in. 4. conclusione] locum esse corpus: asserit vero, locum esse terminum continētis: distinguit ergo inter corpus et terminum continentis et per consequens inter superficiem et corpus. ¶ Item cum ait locum esse terminum continentis, manifeste intelligit de adequato termino nempe qui ita sit terminus continentis, vt non habeat ipse terminum alium: distinguit enim tanquā duo, terminum et rem terminatā: at secundū istos non datur terminus continentis, quin medietas illius versus locatum sit terminus prius signati termini. ¶ Et confirmatur. Si terminus nō est superficies, sed pars versus locatum, nulla esset profecto ratio, cur dicei et locum esse terminum continentis, potiusquam totum ipsum corpus cōtinēs. Etenim vt totum corpus continens non est locus secundum se totum, sed secūdum partem: qua tangit locatum, ita et quęcunque pars eius assignetur, non est illa locus, nisi secundū aliquam sui partem qua tangit locatum: et vice versa sicut pars quęcūque continentis est locus secundum partem qua tangit locatum, eadem ratione, totum corpus dicetur locus, siquidem secūdum aliquam sui partem tangit locatum. Et ita ipsi videntur mihi sentire, quod non dixit locum esse terminum continentis ad excludendum continens ipsum esse locum, sed ad explicādum rationem, secundū quam est locus. ¶ At vero profecto verba Aristot. huic sensui palā aduersantur. Dixisset enim tunc, quod locus est corpus secūdum quod tangit locatum. Non tamen dixit nisi quod locus est terminus continentis, insinuās quod talis terminus est res distincta a continēte. ¶ Itē corollarium illud (quod ipsi concedunt) s. infinita esse loca eiusdem locati, aperte dissonat et Aristote. et communi modo concipiendi: cum enim text. 14. distinguat inter locum communem, qui per accidens conuenit locato, et locum proprium qui per se conuenit illi, id sane insinuare voluit, quod cum ea quę sunt per accidens, non cadant sub certo numero, bene tamen illa, quę sunt per se: loca communia possunt esse mihi infinita, si locum meum circūdaret alius, et alium alius etc. locus vero proprius esse non possit nisi vnus, qui est mihi proximus. Et tamen secundum istos nullus esset locus mihi proximus et primus secundū se totum: quia quacūque parte continentis data versus me, medietas illius ad huc versus me esset mihi quodāmodo propinquior: saltem secundū se totam. ¶ Et postremo id confirmatur. Nisi locus sit superficies indiuisibilis secūdum profunditatē, vix defensari pōt, quomodo locus est ęqualis locato: vt quā primum videbimus. Sed de hoc satis: nō enim mordicus cōtendo, quātitatem distingui a re quanta [licet id tamen opinor] sed ostendo, illam esse mentem Aristot.

¶ Cōstituto ergo genere loci quod est superficies et terminus continentis, secunda propositio huius articuli est. Locus connotat relationem duplicem. s. continentię quę est loci ad locatū, et distantię loci a centro et a polis mundi. Nō intelligo huiusmodi relationes realiter distingui a loco, sed volo dicere, quod locus diffinitur per respectum ad locatum, et ad cētrum. Prima pars patet ex diffinitione Arist. non enim quęcūque superficies est locus, sed illa quę est vltima continētis. Vltima inquam in actu versus locatum. Exempli gratia. Superficies qua brachiū cōtinuatur manui, licet sit finis brachij versus manum, non est locus manus: quia non est terminus in actu. i. non est superficies actu terminans et actu diuidens, sed cōtinuās brachium cū manu. Et hoc explicuit Aris. tex. 34. Item superficies conuexa extera amphore non est locus aquę, sed interior concaua versus aquam. ¶ Priusquam ad secundam relationem descendamus, pro materia quarti argumēti infertur corollariū. quod locus ponitur directe in pręedicamento quantitatis, licet diffiniatur per relationem. Sententia expressa est Arist. in pręedicamento quantitatis: cuius speciem ponit locū. ¶ Vnde ad quartum principale.

Loci relationis.

Locus de pręedicamēto quātitatis.

Ad. 4. prin.

pale argumentū negatur eo locum locari in prędicamento, vbi. In quo profecto [vt bona venia dixerim] multi ex neotericis nescio qua occasione fallūtur, credentes locum pertinere ad prędicamentū, vbi, quod locis supra citatis videtur etiam insinuare Scotus dicens, φ vbi supponit pro illa relatione quę est distantia loci a centro terrę ⁊ polis mundi, ratione cuius, locus est immobilis, de qua statim dicturi sumus. At profecto neque locus est de prędicamento, vbi nec, vbi est relatio: nam: vbi, potius dicit relationem locati ad locū, quam loci ad locatum. Ait enim Aristot. in pre. φ vbi, est esse in gymnasio, aut in foro: videtur, vbi non est locus, sed effectus loci. i. prędicatū, quod cōuenit locato ratione loci. Illa em̄ continētia passiua, qua locatū cōtinetur a loco, est vbicatio (vt ita loquamur) vbi, tn̄ in cōcreto nō supponit pro illa relatione, sed p̄ locato, quod est subiectū talis relationis, connotādo talem relationem. Relatio vero quę est in loco non est relatio vbi: sed est cōtinentia actiua. Exemplum est manifestum, vestis non est de prędicamēto habitus: sed certe de prędicamento qualitatis: at vestitū esse (qui est effectus vestis) est de prędicamento habitus. Est enim considerandum hęc prędicamenta sex prędicari de re ab extrinseco. ¶ Arguit veruntamen Gregorius arim. 2. sen. d. 6. q. 1. artic. ij. φ locus non sit species quantitatis, sed passio quantitatis. Superficies. n. de genere quātitatis nihil aliud dicit, quam quantitatē diuisibilē secundū longitudinē ⁊ latitudinē, ⁊ indiuisibilē secundū profunditatē: locus vero superaddit rationem cōtinentię q̄ est passio corporis terminati per superficiē, ⁊ sic locus potius est passio quātitatis, φ̄ directe quantitas. ¶ Respondetur tamē, φ φ̄uis cōtinere sit passio quātitatis, tamen locus non est passio quātitatis: sed est quantitas cuius passio est cōtinere. Unde diffinitio loci est descriptiua, q̄ dat per passionē quantitatis. ¶ Hinc sequitur: corollarium adnotandū, φ locus est res absoluta secundū esse, ⁊ relatiuū secūdū dici. Quos terminos, ca. de ad aliquid expositos reliquimus. Hoc est dicere: locus nequāφ̄ supponit pro relatione, sed pro quantitate absoluta: circūscribit autem, ⁊ explicatur per relationem in ordine ad aliud, sicut scientia supponit quidē pro qualitate, sed describitur p̄ relationē in ordine ad obiectum. ¶ Dubitatio tamen est hic parua, vtrum locus dicat continentiā actualem, an solū potentialē. Qd̄ est quęrere, vtrū locus tm̄ supponat pro loco pleno actu continente locatū, vel vtrum locus etiam vacuus sit proprie locus, propterea φ aptus est continere. ¶ Res est parui momenti, ⁊ forsan est disputatio de nomine. Ad qd̄ tn̄ forte dicendū est, φ locus in particulari, vt si dicas locus Petri, aut locus meus, aut tuus, non erit locus, nisi ille qui actu continet rem talem. Locus enim quo Romę possum esse, non diceretur nūc locus meus: sed ad hoc φ aliquid sit loc⁹ in cōi, satis est, φ sit superficies concaua in actu. i. terminus in actu corporis continentis in potētia. Arist. nanq̄ diffiniēs vacuum (vt infra videbimus) dicit, vacuū esse locum non repletum corpore, aptum tamen repleri: vbi locum vacuum simpliciter appellat locū. Imo in hoc lib. text. 6. ex diffinitione vacui arguit locum vacuum esse locum.

Gregor. (margin)

Immobilis. (margin)

¶ Secūda particula diffinitionis est immobilis, vbi tāgitur secundus respectus loci, qui est ad centrū ⁊ polos mūdi. Ubi notādum est, particulā hāc (propter difficultatē quinti argumenti principalis) diuersimode a doctoribus esse expositam. Cōm. cōment. 41. cum teneat, locū esse superficiem, quę est accidens de prędicamēto quātitatis, ⁊ accidentia nō moueātur per se, s3 per accidēs ad motū subiecti, dicit φ locus per se nō est mobilis, s3 per accidēs. Hęc tamen expositio profecto nō satisfacit: nā tunc locus nō aliter diceret immobilis φ̄ albedo, vel accidens quodcunq̄ aliud. Arist. autē voluit replicare naturā propriā ⁊ peculiarē esse loci, vt sit immobilis: per contrarium ad naturam vasis, quę est deferre illa quę continet. ¶ Alij iuniores dicunt locum esse immobilē, intelligi negatiue. i. φ locus nō est necessariū, vt moueat ad motum locati: stat enim aere me circunstante manente immoto, me inde moueri, licet nihil repugnet, ipsum etiā mecū simul moueri: sicut vter, qui est locus vini, defert cū illo. Sed neq̄ hoc plane satisfacit, q2 Arist. nō solum negatiue, sed positiue asseruit, locum esse simpliciter immobilem, ita vt nō solum nō moueatur ad motū locati, sed φ nullo modo nec de per se mouetur, nec de per accidens ratione locati, aut locantis, aut cuiuscunq̄ alterius. ¶ Alij distingunt, φ locus vno modo accipitur materialiter pro superficie seu corpore locāte, ⁊ locus isto modo est mobilis, sicut locatum ipsum, vt probat quintum argm̄: sed alio mō accipitur pro quodā respectu distātię huiusmodi loci ad centrū terrę, ⁊ illa est immobilis. ¶ At vero supra satis credo hoc reprobauimus: nempe φ locus supponat pro relatione: nā Aris. nihil vocat locū, nisi terminum continētis, ⁊ illum ait esse immobilem. Item quia authores huius opiniōis (vt Scot. ⁊ nōnulli Thomiste) dicunt huiusmodi relationē esse accidens distinctum a subiecto. Cōtra quos ī prōptu est argumentum, qd̄ relatio ipsa est mobilis ad motum superficiei, ī qua subiectatur, vel saltē si locus meus mouet mecum, illa relatio distātię corrūpitur: nā corrupto subiecto, corrumpuntur ea quę ī ipso sunt. Explicandum ergo est ad mentem Aristotel. quo modo superficies ipsa, quę est locus sit immobilis. ¶ Ubi sciendum est argutissime Arist. hac particula explicuisse naturam loci. Ait enim tex. 3. ⁊ explicatius tex. xxxij. φ ex motu locali venamur naturā loci. Quod est dicere, id dicitur moueri localiter quod mutat locum. Si vero locus non esset simpliciter immobilis tā per se quā per accidēs, nō esset idem moueri localiter, ⁊ mutare locū. Nā si locus nihil aliud diceret quā superficiem me circunstantem, staret, me moueri, non mutando locum, vt cū lignum mouetur in fluuio ad fluxum aquę: et rursum staret, rem mutare locum quando non moueretur, vt cum truncus arboris in fluuio manet immobilis fluentibus aquis ipsum circunstantibus. Ut ergo idem sit, moueri localiter, φ mutare locū, necesse est, locum aliquid fixum ⁊ immobile designare: ad differētiam vasis vt tex. decimoseptimo. dictum est. Natura em̄ vasis est, rē deferre, ⁊ ideo stat, vinum moueri non mutando vas, non tamen non mutando locum. Locus ergo supponit pro superficie cōnotando (pręter cōtinentiā) φ sit immobilis. Immobilitas vero cōsistit in hoc, φ sit in eodem situ respectu totius vniuersi. Situs autem respectu vniuersi attēditur penes altitudinem, quę est maior aut minor distantia a centro terrę: ⁊ longitudinē, quę est maior aut minor distantia a puncto, quod imaginet fixū in oriēte: ⁊ latitudinē, quę est maior vel minor distantia a polo. Est ergo Salmantica in eodem loco, propterea φ superficies aeris illam circunstans eandem habet distantiam a centro ⁊ ab oriente ⁊ a polo. ¶ Unde ad quintum principale argumentum, authores supra citate opinionis

Locus pd supponit. (margin)

Immobilitas. (margin)

Ad. 5. prin. (margin)

opinionis respondent distinguendo consequēs pri me consequentie, scilicet ꝙ locus sit immobilis: accipiendo enim materialiter locū pro superficie, concedunt: sed accipiendo pro relatione, negant. Sed tamen quia relatio (vt dictum est) nullo mō dicitur locus, melius est distinguere, ꝙ ꝗꝗ loc⁹ sit res mobilis non tamen est locus mobilis, id est inquantū locus non est mobilis. Volo dicere, ꝙ superficies aeris modo circunstantis Salmāticam, licet sit alia res in genere quantitatis, idest, alia superficies alterius aeris, est tamen idem locus, propterea ꝙ est in eadem distantia ad centrum & ad orientem & polum vniuersi. Ex ideo licet mutauit aerem & superficiem aeris, non tamen mutauit locum. Et idē dicatur de stipite arboris fixe in aqua. Et quo sequitur, ꝙ si nunc ego, qui sum in aere, me immoto cooperirer aquis, essem in eodem loco, licet non essem in eadem superficie: quia superficies aque me circunscribens, propter eandem distantiam ad dictas partes vniuersi, reputaretur idem locus, qui erat superficies aeris. ¶ Econuerso cum lignum mouetur ad motum fluminis, licet semper manet in eadem superficie concaua aque, non tamen manet in eodem loco: nam eadem superficies, propter diuersas distantias ad orientem & ad polum, est alius locus, licet sit velut idem vas deferens locum. Et per hoc respondetur ad confirmationem. Hoc acutissime adnotauit Phi. text. 41. dicens, ꝙ id quod mouetur in flumine est illic sicut in vase, vt in naui, aut vndis. In toto vero flumine, puta alueo que est immobilis est sicut in loco cōmuni. Et text. 42. subdit ꝙ cētrum terre quia est immobile est locus grauium: concauum vero lune, quatenus semper est in eadem distantia a centro, est locus leuium. ¶ Hinc palam constat, quomodo dicantur ad cōuertentiam, moueri localiter, &, mutare locum. Quod non contingeret, nisi locus esset quid immobile. Itaque sicut moueri motu alterationis est in se recipere nouam qualitatem, ita moueri localiter, est recipi in nouum locum, & quiescere, est manere in eodem loco. ¶ Quod si arguas, mirabile esse, quod alia superficies sit idem locus, & eadem superficies sit alius locus. Respondetur id expresse Aristot. concedere. 5. meta. text. 7. nempe ꝙ res, que in vno genere est vna, in alio est plures. Quod merito sepe citare solemus. Et profecto mirabilius est, quod ipsi concedunt, vt saluent locum esse immobilem: nempe ꝙ locus supponit pro illa relatione distantie: cum tamen Aristot. non relationem, sed terminum continentis asserat esse immobilem. ¶ Contra hoc nihilo minus sunt minima & importuna argumenta. Videtur, ꝙ Salmantica, sicut non est modo in eadem superficie continentis, ita nec sit in eadem distantia ad centrum, et per consequens nec in eodem loco: nam distantia est relatio que est accidens fundatum in ipsa superficie: corrupta autem superficie, corrumpitur accidens, quod est in illa. Eadem ratione, si me immoto, qui nunc sum in aere, cooperirer aquis, eadem numero relatio distantie, que erat in aere non potest manere in aqua: quia idem accidens non transfertur de subiecto in subiectum. ¶ Realissimi isti ponentes relationes esse accidentia distincta, torquentur his neniis: auibus vix se extricare possunt, non potentes explicare, quomodo maneat eadem distantia in diuersis subiectis. At vero neque existimo relationes istas esse accidentia distincta: licet sint reales relationes ad hunc sensum, ꝙ seclusa operatione intellectus res distant ab illis punctis. Nec si distinguerentur, intelligo per eādem, aut diuersam distantiam idem materialiter, aut diuersum accidens: sed intelligo formaliter eandem distantiam secundum cōsiderationem rationis, quanquam enim deus destruat omnes relationes, immo omnem aerem circunstantē Salmanticam, esset in eadem distantia a centro terre, quia per tot adequate passus, aut pedes distaret. Immo vero si deus destrueret celum, & cētrum terre, esset in eadem distantia imaginaria: quod sufficeret, vt maneret immota. ¶ Sed cōtra. Si Deus moueret vniuersum orbem per vacuum versus orientem, me sedente in sede in qua moueret, sicut in naui, tunc ego mouerer, & Salmantica & omnes vrbes mouerentur ad motum orbis: & tamen omnia manerent in eadem distantia a centro & oriente & polo: ergo inuariatis huiusmodi distantiis ego muto locum. Respondetur, me moueri tunc & Salmanticam & omnes vrbes ad motum orbis, quia licet maneat eadem distantia ad centrum verum & orientem verum que moueatur: variatur tamen distantia a similibus punctis imaginarie fixis. Itaque licet nihil sit in mūdo, nisi ego imaginanda sunt tria puncta fixa in profunditate longitudine & latitudine, per quorum respectum ego cognoscar esse in codē loco, aut mutare diuersa loca. ¶ Sequitur hinc tandem (quod mente obseruandum est pro libro sequenti) ꝙ ad relationem (vt putat Scot.) non est per se motus: per motum enim localem ego non acquisiui relationem hanc distantie ab oriente vel polo, sed locum de genere quantitatis, scilicet, hanc superficiem, licet hec superficies sit hic locus ratione huius distantie. Et propterea Aristote. non dicit, ꝙ est motus per se ad relationem, sed ad locum, qui est terminus continentis, vt libro sequenti numerosius examinabimus. Sequitur secundo, ꝙ alia relatio est a qua loc⁹ est immobilis, & alia est relatio importata per predicamentum, vbi, prima enim subiectatur in loco, & secunda in locato, vt paulo superius explicuimus.

## ¶ Nona & postrema cōclusio 9. Conclu.

huius questionis est apud Aristote. text. 30. & 33. quam preter ordinem Aristote. vltimam constituimus, eo ꝙ est tanꝙ dictorum omnium appēdix. Est enim duplex locus (vt tex. 4. dictum est) alius communis, & alius proprius & primus: & locus quidem communis non est equalis, sed maior locato: locus vero proprius est equalis. Hanc verūtamen equalitatem Nominales negantes superficies distinctas a corporibus, non ita possunt ad mentem Aristot. explicare, licet tripliciter dicāt. Primo ꝙ locus est equalis locato quantum ad cōtinentiam, videlicet ꝙ locus continet adequate quātū est locatum, nec plus nec minus. Sed cōtra hoc est argumentum, ꝙ tūc tota amphora secūdū totam eius grossitiē digitalem esset equalis vino, quo est ad summum plena: nam cōtinet illud, & nihil amplius: & tota sphera aeris esset equalis aque & terre, & oībus mixtis, que adequate intra se continet: consequens tñ expresse est contra Phi. tex. 33. vbi ait, ꝙ si locus terre & aque esset totus aer, locus non esset equalis locato: vbi expresse docet, ꝙ corpus continens non est equale contento, sed terminus concauus continentis, termino conuexo contenti. Secundo modo locus est equalis locato: quia si trahatur linea a concauitate loci per centrum locati vsque ad aliud punctum oppositum concauitatis, illa eadem linea metitur adequate conuexum locati, & concauitatem loci. Et tertio modo: quia si filū vnum

vnum circūdacus ad conuexū locati, & aliud intra concauitatem loci, illa duo fila erunt equalia.

¶ Atqui isti quidem duo modi veri sunt, & ita dicēdum est in via Nominalium: sed tamē nō satis explicant mentem Aristo. quia non dant vnam rem, que sit locus, & secundum se totam sit quodammodo equalis locato. ¶ Quod Aristo. ergo sensit, fuit φ locus id est superficies concaua continentis est equalis locato, id est, superficiei conuexe locati. Si enim superficies concaua loci, que distinguitur a corpore, extenderetur, & similiter superficies conuexa locati, ille due superficies essent omnino equales secundum longitudinem & latitudinem: nam profunditatem non haberent.

Loc⁹ equalis est locato.

¶ Hinc palam sequitur, φ si terminus continentis non supponat pro superficie, sed (vt aiunt Nominales) pro parte interiori continentis, nulla dabitur res, que sit terminus continentis, eademque sit equalis locato.

Locus est mensura locati.

¶ Sequitur preterea, locum esse mensuram extrinsecam locati. Quod manifestum est apud Aristot. li et nōnulli hoc in dubium reuocēt. Etenim quēadmodum tempus [vt infra videbimus] est mensura successiua motus, ita & locus est mensura permanens locati: vt quantus est locus, tantum sit locatum: non quidem secundum partes intrinsecas locati, sed secundum externam superficiem. Etenim vt superficies cōuexa cuiuscunque corporis est eius mensura intrinseca, ita superficies concaua sui loci est eius mēsura extrinseca. Et hac ratione (vt cap. de quantitate adnotauimus) tam locus quam tempus statuta est illis species quantitatis extrinseca. ¶ Sed arguunt nonnulli, φ locus non sit mensura, eo φ ratio mensure importat relationem mensurantis ad mensuratum. Quibus tamen respondetur, φ licet mensurare dicat relationem equalitatis, tamen mensura nō est relatio sed quantitas illa, per cuius longitudinem aut latitudinem aut profunditatem certificamur de quantitate alterius. ¶ Quocirca Aristo. 10. meta. text. 2. vnitati, que est principium numeri, attribuit esse primam mensuram: numero enim pedū, aut vlnarum, autținciarum, aut alicuius certe quantitatis, qua vtimur tanquam indiuisibili, metimur rerum quantitates.

Ad sextū.

¶ Ad sextum igitur principale argumentum respondetur. φ proprie loquendo superficies, que secundum Aristo. est locus, non continet locatum, sed vnum corpus continet aliud corpus: vnde locus non (inquit) est superficies cōtinēs, sed est terminus continentis. Quare simpliciter concederet Arist. φ omne continens est maius contento. Qui vero noluerit in tanto rigore respondere, concedere potest, superficiem concauam, que est locus quodammodo continere conuexam locati: sed tunc negandum est: eandem esse rationem in corporibus & superficiebus: corpus enim cōtinere nō potest aliud, quin sit eo maius: superficies vero qa est indiuisibilis secundum profunditatem, & indiuisibile additum indiuisibili non facit maius, potest circunferri super aliam superficiem: & nihilominus exterior nō erit maior interiori. ¶ Et similiter respnodetur ad confirmationem, φ mathematicorum illa regula intelligitur, φ in eadem area fixo altero pede circini si describantur duo circuli, necesse est, extrinsecum maiorem esse intrinseco: quia illi circuli lineantur in eodem corpore: & in eodem corpore non possunt signari due linee immediate. Si tamen duo corpora contigua vnum circunferatur circa alterum, superficies concaua continentis non erit maior, φ conuexa contenti.

Text. xlvj. Terra quidem in aqua est &c.

## ¶ Quæstio secunda.

### VTRVM OMNE CORPVS locum sibi vendicet naturalem, atq; adeo, omne ens necessario sit in loco vno.

A Parte negatiua primi membri questionis arguitur primo. Terra in nullo est loco naturali, ergo pars negatiua est vera. ¶ Probatur antecedens. Si aliquis esset eius locus naturalis, maxime superficies cōcaua aque [vt habetur textu presenti] sed illa nō tegit totam terram, cum pars aliqua pateat aeri: ergo superficies aque non est totus locus terre. Quod si dicas, ambas superficies, scilicet aque & aeris esse locum terre, contra: ille non sunt vna res: ergo nec sunt vn⁹ locus. ¶ Et confir. Huiusmodi superficies non solum intra se terram continet, sed & aerem, & aquā in cauernis terre latentia, atq; adeo mineralia & animalia: ergo signari nequit locus terre proprius. ¶ Et secundo confirmatur. Locus naturalis rei cuiusq; est ille, ad quem res naturaliter mouetur: terra vero non mouetur ad superficiem concauā aque vel aeris, sed ad centrum suum: ergo potius centrum est locus terre (quod hic tex. 42. insinuat Aristo.) φ concauum vel aque vel aeris. Quod si concesseris, repugnat diffinitioni loci, qua habetur, locum esse terminum continentis. ¶ Secundo principaliter arguitur. Null⁹ est locus naturalis aeris: ergo pars negatiua vera. ¶ Probatur antecedēs. Si aliquis esset, ille esset superficies concaua ignis, vt habetur textu presenti: sed hoc non, primo quia superficies cōcaua ignis nō solū aerem, sed & aquā, & terram & mixta omnia comprehendit sub se, & per consequēs non est locus adequatus aeris. Tum secundo, quia locus naturalis debet esse conseruatiuus locati: ignis vero, qui calidus est & siccus, contrariatur aeri, qui calidus est & humidus, ipsum que proinde corrumpit. Similia argumenta fieri possunt, φ concauum lune non sit locus proprius ignis. Tum quia nec continet sub se solum ignem. Tum etiam quia cum luna sit planeta frigidus, videtur potius ignem corrumpere, quam conseruare. ¶ Tertio pricipaliter arguitur. Nulla sphera celestis est in loco naturali: ergo. Probatur antecedens: quia locus naturalis est, qui requiritur ad conseruationem locati: sphere autem celestes suapte natura sunt incorruptibiles non habentes contrarium: ergo non indigent loco naturali magis quā angeli. Quod si dicas, inferiorem spherā, esse in superiori, non propter indigentiam conseruationis, sed quia inferior ambitur superiori. Arguitur saltem de suprema sphera, que cum non circunscribatur alia superiori, videtur non esse in loco. ¶ Quarto principaliter a parte negatiua secundi membri questionis arguitur. Angeli sunt entia, & quidem creaturarum perfectissime, que tamen non sunt in loco, dicente Boetio libro de Hebdomadibus, communem animi conceptionem esse apud sapientes, spiritualia non esse in loco. Et Aristotel. hic text. 47. non omne (inquit) quod est, in loco est, sed mobile corpus. Et ratio etiam est manifesta, quia locus dicit rationem mensure, angelus autem non potest mensurari loco, ergo non potest esse in loco. ¶ Quinto principaliter circa

circa vltimum verbum questionis arguitur. Si corpus omne naturale ex natura sua vendicat sibi locum: sequitur, ꝙ ex natura sua vendicat sibi locum vnum: vnitas enim loci consequitur ad rei vnitatem, vt quot sunt res, tot sint loca: consequens tamen est falsum: ergo ⁊ antecedens. ¶Probatur minor. Nū si natura rei est vt singula sint in singulis locis: sequitur, ꝙ Deus nō potest idem corpus ponere in duobus locis: quod tamen nullam videtur contradictionem implicare.

¶Tres articulos, titulus huius questionis designat. In primo videbimus de naturalibus locis corporum: ⁊ in secundo circa secūdū membrum questionis an substātię spirituales sint in loco: ⁊ postremo circa vltimum verbum, an supranaturaliter possit idem corpus esse in pluribus locis. ¶Pro fundamento huius articuli cōsiderandum est, ꝙ vt Deus ⁊ natura omnia fecit numero, pondere: ⁊ mensura, ita ⁊ ordine pulcherrimo cuncta disposuit. Quod Arist. hic tex. 48. docet, dicēs res vniuersas secundum ordinem graduum perfectionis naturalis sortiri etiam locorum ordinem vt res superior locus sit conseruatiuus inferioris: atq; adeo superior se habet vt forma, ⁊ inferior vt materia: sicuti in rebus particularibus materia recipit esse a forma. ¶Atqui, vt ordinem huius text. 46. obseruemus incipiendo a terra, sit prima conclusio. Locus naturalis elementi terrę est concauum aquę. Conclusio expressa est Aristo. loco presenti. Et probatur ratione eiusdem, tex. 48. Quem ordinem res seruant in nobilitate, seruant in loco sed terra est infimum elemētorum plus habens de materia: grauitas enim ex abūdantia materię venit sicut leuitas ex paucitate materię: sed post terram dignitate immediata est aqua: quia cū sit grauior: est etiam materialior: quam reliqua duo superiora: ergo locus naturalis terrę est aqua.

¶Secundo id confirmatur. Locus naturalis ⁊ locatū inter elementa symbolizant, id est conueniūt in vna qualitate, ⁊ altera differunt: debent enim esse congenea (vt ait Cōmen.) vt propterea conuexum vnius tangat concauum alterius, quia quodā modo natura vnius tangit naturam alterius: sed ita se habent terra ⁊ aqua: terra enim est sicca ⁊ frigida: aqua frigida ⁊ humida: aer vero humidus ⁊ calidus: sed ignis demū calidus ⁊ siccus: ergo qua ratione locus aquę est aer, ⁊ locus aeris est ignis, fit vt locus etiam elementi terrę sit aqua.

¶Et tertio id patet ratione Aristot. text. 49. Locatum ⁊ locus in elementis habent se sicuti materia ⁊ forma: sed ita se habent terra ⁊ aqua, terra enim si daretur purum elementum, non posset verti in aerem, quin prius verteretur in aquam: sicut aqua nō verteretur in ignem, quin prius in aerem, ergo locus naturalis terrę est aqua.

Ad. 1. pri. ¶Unde ad primum argumentum nimirum si aliter respondeamus, quam communiter video iuniores (saltem) respondere. Simpliciter enim negant omnes, concauum aquę esse locum naturalem terrę: sed aiunt locū terrę, esse aggregatum ex superficie aquę ⁊ superficie aeris: non considerantes ꝙ Aristot. non dixit terram esse in aere sed in aqua: ⁊ aquam, in aere. Quocirca distinguendum est potius de terra, nempe ꝙ si accipiatur pro puro elemento terrę, profecto locus eius est sola superficies aquę: ⁊ isto modo loquitur hic Arist. de terra. Sed si loquamur de terra, quę non est simpliciter elementum, vt terra quam nos colimus, illam fatemur, naturaliter esse in aere. Discooperuit enim aquis hanc partem natura, non propter necessitatem elementi terrę (quę melius sane conseruaretur sub aqua) sed propter necessitatem mixtorum, puta arborum, ⁊ pręcipue animalium terrestrium, quę respiratione viuunt. Accipiendo vero terram pro toto aggregato ex terra (siue sit purum elemētum, siue non) ⁊ (vt primam hinc confirmationem dilutam relinquamus) aggregatis etiam mixtis in cauernis terrę ⁊ arboribus ⁊ animalibus quę sunt in superficie: concedimus ꝙ terrę huiusmodi locus naturalis est aggregatum ex concauo terrę ⁊ concauo aeris: quę quidem superficies, licet sint duę res in genere quātitatis puta duę superficies censentur tamen vnus locus, quia conseruant vnicam massam terrę ⁊ mixtorum.

¶Et sic solutum restat primum argumentum cum sua confirmatione. Hinc sequitur, ꝙ cum dicimus, superficiem aquę esse locum terrę, nō intelligimus de hac aut illa portione aquę, aut gleba terrę, sed loquimur de tota terra, ⁊ de superficie totius elementi aquę. Nam ⁊ in cauernis terrę, prouidente natura, ad perpetuitatem fontium, generantur aquę ex ingrossato aere, q̄ potius sunt in terra, tanquam in loco, quam econuerso: sicut aqua cisternę. Imo portio aeris generatur ⁊ concluditur sub terra, tanquam in vase: vnde nonnunquam terrę motus fiunt: sed de hoc alias.

¶Ad secundam confirmationem respōdetur ex supra dictis, ꝙ locus naturalis non dicit superficiem solum continentē, vt locus mathematicus, sed virtutem pręterea conseruatiuā: ⁊ quia illa virtus cōseruatiua terrę, licet sit in toto spatio, q̄d est intra concauitatem aquę ⁊ aeris pro illa parte vbi terra est discooperta, tamē perfectissime est in cētro grauitatis terrę, propterea terra mouetur ad cētrum. Ad. 2. confirma. Eadem ratione licet locus naturalis aeris sit spatium contentum inter concauum ignis ⁊ conuexū aquę, tamen quia virtus conseruatiua est in medio illius spatij, propterea aer moueretur ad illud medium. Tametsi hoc non sit adeo certum: imo forsan virt⁹ conseruatiua ignis perfectissime est prope superficiem concauam lunę, ⁊ virtus pefectissime conseruatiua aeris est in concauo ignis: nisi obstaret contrarietas ignis, nam perfectio duorum elementorum quę plus participant grauitate, vergit ad centrum: perfectio vero aeris ⁊ ignis vergit ad cęlum.

¶Secūda conclusio. Locus naturalis aeris est superficies concaua ignis. Hanc eandem conclusionem affirmat hic Aristotel. eisdēq; rationibus confirmat quibus superiorem, nā vt terra se habet ad aquam dignitate ⁊ symbolo, ⁊ aer se habet ad ignem. Unde ad primam impugnationem in secundo principali argumento respondetur, ꝙ quando Aristote. dicit, aerem esse igne, tanquam in proprio loco, solum intelligit quātū ad superficiem conuexam aeris, cuius mensura est concaua ignis: loca enim naturalia elementorum designat Aristo. solum quantum ad superficien conuexam locati. Si tamen volueris locum circunscribētem totum aerem designare, erit spatium illud interceptum inter concauam superficiē ignis, ⁊ conuexam aquę ⁊ terrę. Enimuero (vt in libris de cęlo videndum est) aggregatum ex terra ⁊ aqua reputatur vnus globus ⁊ vna sphera. Et pari modo licet locus ignis dicatur cōcauum lunę, id tamen intelligitur quantum ad conuexam superficiem ignis: locus tamen eius adequatus est interstitium inter conuexum aeris ⁊ concauum lunę.

¶Secun

¶ Secunda pars secundi argumēti principalis habet plus difficultatis, nēpe quomodo locus aeris sit ignis: cū sint contraria. Ad quod dicunt nonnulli, superficiem ignis habere in se quandam virtutē propriam (preter calorem ⁊ siccitatem) conseruantiuam aeris. Hoc tamē nullum fundamentum habet apud Arist. neq̄ in natura rerū: elementis enī nulla quinta virtus ascribitur, preter quatuor primas qualitates. Neq̄ Arist. hic tex. 48. ⁊. 49. nec 4. de celo text. 23. vbi ordinem elementorum constituit, rationem aliam huius ordinis assignat, q̄ ordinem dignitatis ⁊ perfectionis naturalis, ⁊ ꝙ vnum se habet vt materia alterius. Et ideo dicendum est (vt Comment. hic commento. 43. videtur docere) ꝙ locus aque non est aer propter naturam aeris: nec locus aeris est ignis propter naturam ignis, sed propter distantiam, quam huiusmodi loca habent a centro terre, ⁊ propinquitatē quā habent ad concauum lune. Itaq̄ si imaginetur linea recta ducta a centro terre vsq̄ ad concauum lune, per aliquam portionem illius linee vsq̄ ad certum punctum, est purum elementum terre frigidum ⁊ siccum: altius vsq̄ ad aliud punctum ⁊ elementum aque: licet terra ⁊ aqua in aliquibus partibus commisceantur: ⁊ altius vsque ad aliud punctum est elementum aeris: ⁊ inde vsque ad concauum lune est elementum ignis. Unde locus aeris non terminatur ad cōcauum ignis propterea ꝙ illic sit ignis, sed propter talem distātiam a centro. Imo licet per impossibile nullus illic esset ignis, sed ignis poneretur in infima regione aeris, aer ascenderet supra ignem quousq̄ modo ascendit. Et ideo non obstat contrarietas ignis ⁊ aeris, quominus ignis sit locus aeris: quia aer non conseruatur ab igne, sed suapte natura ex ordine vniuersi conseruatur in tali distantia inter celum ⁊ centrum terre. Et idem dicatur de locis aliorum elementorū.

¶ Sed non est adhuc abunde dissolutum argumentum. Si ignis loco quo aer illi coniungitur corrumpit aerem, sequitur, aerem illic conuersari nō posse. Aliqui possent cogitare, ꝙ in illo confinio elementorum impeditur actio a natura vniuersali. At vero hoc nulla ratione fulcitur. Cū enim apud nos videamus, ignem inflammare aerem, nulla est ratio, cur illic negemus effectum similem. Concedimus ergo, ignem in sua sphera ignire, proximum aerem, id tamen facit vsq̄ ad certā distantiam, semper remissius ⁊ remissius, sicut ignis apud nos nō ad quancunq̄ distantiam, sed prope agit. Et ideo per aliquod spatiū prope ignem est calidior quam sua exigat natura: sicuti terra prope aquam humidior est: sed prope centrum est in sua naturali dispositione. Horū autē oīm cōstituti sunt termini q̄ preteriri non possunt. Eodem modo dicendū est, ꝙ locus ignis est concauum lune: non propterea ꝙ illic sit orbis lune, sed propter distantiam a centro. Non tamen puto esse aliquam contrarietatem inter lunam ⁊ ignē, sicut inter ignē ⁊ aerem: quia celum non habet aliquam particularem contrarietatē cum aliquo elemētorū, sed generali influxu agit concurrendo cum singulis. Si autē propter humiditatē, aliquā alterationē agat in ignē, erit vsq̄ ad certā distantiam.

¶ Sed percontatur quis forte: cū inter elementa vnūquodq̄ habet symbolum cū sibi primo, quod est locus eius, videtur ꝙ ignis deberet pariter symbolizare cū concauo lune qui locus est eius: ⁊ tn̄ cum celum nullā habeat primarū qualitatum, non possunt elementum ⁊ celum esse symbola. Respondetur ꝙ q̄uis non symbolizent in illis qualitatibus, conueniunt tamen ignis ⁊ celū in lucis perspicuitate diaphaneitate ⁊ agilitate, Unde ignis ether, vt celum, appellatur.

¶ At vero contra istum localē ordinem elementorum sunt argumenta nonnulla. Primum, Si ea que dicta sunt, verum habent, sequeretur ꝙ quodlibet elementum, seclusis quibuscunq̄ aliis circūstantibus, naturaliter maneret in suo loco in quo est. Itaq̄ corrupta per impossibile sphera ignis ⁊ aque, aer maneret vbi est est: ⁊ corrupta sphera terre ⁊ aeris, aqua maneret vbi est: nā dictum est, naturaliter elementa in suis sitibus manere, ⁊ conseruari, non propter naturam circunstātis, sed propter talem elongationem a centro, aut propinquitatem ad orbem lune: consequens tamē videtur falsum: nam aquam naturaliter videmus descendere per terrā, vt si defoderetur puteus vsq̄ ad centrū terre, videtur, ꝙ aqua naturaliter illuc vsq̄ descenderet: ⁊ per cōsequēs corrupto per impossibile elemēto terre, aqua conflueret ad centrū.

¶ Secundo arguitur, Terra, que est elementū grauissimum, determinat sibi infimū locum (puta centrum) quo inferior esse non potest: ergo ⁊ ignis cū sit elemētorum leuissimum, determinat sibi locum supremum, quo superior esse non possit: ⁊ per consequens locus eius non est concauum lune: sed nisi celis impediretur, suapte natura ascenderet vsq̄ ad conuexum prime sphere.

¶ Et confir. Locus naturalis elementi est, in quo, cum elementum sit, naturaliter quiescit: sed ignis in concauo lune non quiescit, quinimo circulariter mouetur ad motum primi mobilis, vt. 2. ⁊. 4. de celo habet disputari: ergo ille non est locus eius naturalis.

¶ Tertio principaliter arguitur. Locus naturalis terre est vnus ⁊ determinatus, in quocunq̄ enim puncto concaui lune poneretur gleba terre, siue in zenith nostro, siue in opposito, vbi viuunt antipodes, siue in oriente, siue in occidente, siue in nostro polo, siue in alio, gleba illa descenderet ad idem punctum centri: ergo ⁊ locus ignis deberet esse vnum punctum determinatum: consequens tamen est falsum, nam ignis noster ascendit ad zenith nostrum, ⁊ ignis antipodum ad zenith suum.

¶ Quod si dicas locū determinatum ignis nō esse punctum, sed totam circunferentiam concaui lune, ascendere enim est elōgari a terra directe versus celum. Tūc sequeretur, ꝙ si portio ignis poneretur in centro terre, nullo corpore impediente, non magis ascenderet versus zenith nostrum, q̄ antipodum: aut versus orientem, q̄ versus occidentem.

Ad primū.

¶ Primum argumentum non est quod in presentiarum ad vnguem examinemus, vsq̄ ad secūdum ⁊ quartum de celo. Res profecto est dubia, quid nā sentiret Aristote. De igne namq̄ ⁊ terra inter omnes Philosophos cōuenit, ꝙ demptis omnibus aliis creaturis naturaliter manerent in locis, in q̄bus sunt: quia vnum est elementum grauissimū, ⁊ alterum, leuissimum, sed tamē de aqua ⁊ aere nō omnes consentiunt: nam aqua non est simpliciter grauis, sed respectu aeris ⁊ ignis: nec simpliciter leuis, sed respectu terre: nec aer est simpliciter leuis, sed respectu terre ⁊ aque: nec simpliciter grauis, sed respectu ignis, vt est sententia Aristot. 4. de celo text. 27. ⁊ Comment. illic, ⁊. 3. huius text. 49. Quem Paul. Venet. hic super text. 49. imitatus sit, ꝙ aer si poneretur in concauo lune, descenderet per ignem vsq̄ ad locum in quo modo est: ⁊ aqua si poneretur in centro terre, ascenderet vsq̄ ad locū, in quo modo est. Qd̄ certe verū est, q̄a terra necesse habet, esse sub aqua, vnde si profundissi

mum

mum puteum aque impleas terra, aqua ascendit vt cedat terre. At nõdum est compertum, vtrum si corrumperetur modo terra, aqua particulari appetitu descenderet ad centrum: nam ex vna parte ait Aristo. 2. de celo text. 79. ꝙ aqua non potest manere suspensa, sed debet sustẽtari super aliquod corpus: & ideo naturaliter descendit per viscera terre, si meatus inueniat: & per cõsequens dẽpta terra videtur, ꝙ descenderet ad cẽtrum. Ex aliaq; parte videtur, ꝙ si aqua est modo in suo loco naturali, dempta terra, adhuc maneret, vbi est: quod mihi pro nunc est verisimilius: nam aer corrupta sphera ignis, non ascenderet altius quam modo est: ergo simili proportione non descenderet aqua particulari appetitu dempto igne. Et quod ait Arist. terram non posse esse suspẽsam intelligit naturaliter: nec tunc dempta terra, proprie esset suspensa cum esset in loco naturali. Unde si defodiatur terra vsq; ad punctum sphere aque, aqua descendet naturaliter. Si tamẽ profundius procederet puteus, aqua non descenderet ex naturali appetitu particulari; sed appetitu vniuersali, nec daretur vacuũ, sicut descenderet aer, si non esset illic aqua.

¶ Neq; mireris si sphera naturalis aque descẽdat sub terram hãc nostram: quia cum pars hec discooperta, sit multo leuior, ꝙ̃ pars alia que tegitur aquis propter maiorem siccitatem, non est idem cẽtrum grauitatis, & centrum magnitudinis terre: sed centrum grauitatis est multo propinquius superficiei terre cooperte aquis, ꝙ̃ superficiei nostre Et cum centrum grauitatis sit centrũ mundi, quo torra descendit, & sphera aque debeat eque distare ab illo centro, fit, vt si aqua ab illo cẽtro versus mare distat. v.g. per cẽtum millia passuum, etiam versus nos vsq; ad centum millia passuum a centro grauitatis, sit etiam locus naturalis aque: quare residuum terre versus non penetrat multum de sphera aque. Imo & multi montes attingunt spheram aeris. Et ideo in illis cauernis naturaliter generantur fontes qui sunt altiores superficie maris, qua mare tangit terram: quãdoquidem flumina a suis fontibus vsq; ad mare semper descendunt.

Ad secũdũ ¶ Ad secũdum argumentum respondetur, ꝙ sicut terra determinat sibi locum simpliciter infimum ita & ignis determinat simpliciter supremum: infra latitudinem tamen loci elementorum: & quia locus elemẽtorum terminatur in cõcauo lune, illic est loc⁹ naturalis ignis, nec sursum ascẽderet, quãuis nõ impediretur celo. ¶ Ad cõfirmationẽ respõdetur, ꝙ quicquid sit de motu circulari ignis, an videlicet sicut primũ mobile rapit secũ orbes planetarũ, ita moueat spheram ignis: nihil tamen obstat quin ille sit locus eius naturalis. Ad quod sufficit, ꝙ quiescat in illo quiete opposita motui naturali elementi leuis, qui est ascendere: non enim altius ascendit. Sicuti mare, ꝙ̃uis moueatur motus fluxus & refluxus propter impressionẽ celestẽ: nihilomin⁹ quiescit quiete elemẽti, quia nec ascẽdit, nec

Ad. 3. descendit. ¶ Ad tertiũ bene responsum est, ꝙ versus quancũq; regionẽ celi a centro terre ignis elõgetur vere ascendit: est enim centrum grauitatis terre, veluti cẽtrũ circuli, cuius circunferentia est celum: & motus a centro ad circunferẽtiam est ascensus, & circunferentia ad centrum est descensus. Ad replicam vero Paul. & nonnulli alij respõdẽt, ꝙ ignis positus in centro, nõ magis versus hãc ꝙ̃ versus illã regionem ascenderet, nisi influẽtia celestis ipsum determinaret, qua versus ascẽderet. At vero nunꝙ̃ mihi persuadere potui, ꝙ constellatio celestis aliquid agat in ista inferiora, nisi mediantibus causis secundis. Et ideo signanda est causa particularis talis motus. Itẽ quia propter illum casum supernaturalem non est ponenda aliqua tunc influentia, que non erat ante.

¶ Dicendum est igitur, ꝙ cum casus ille sit supernaturalis, si ignis pedalis a Deo poneretur in centro terre, necesse esset, vt punctum eius mediũ correspõderet puncto centri terre: & tũc posset quis dicere, ꝙ queuis pars illius ignis ascenderet versus regionem qua est: vt que est versus nos ascenderet versus nos, & que est versus antipodas ascenderet versus illos. Sed quia tunc est argumentum, ꝙ talis ignis diuideretur in omnem suam partem (sicut a cẽtro circuli infiniti linee deducuntur ad circunferentiam) dicendum est, ꝙ vel subito corrũperetur, vel (quod verisimilius est) non moueretur quia quelibet pars niteretur e diuerso, & sic maneret in equilibrio. ¶ De locis naturalibus mixtorũ non opus est hic longam mẽtionem facere, sed animalia terrestria viuunt in terra: in diuersis regionibus diuersa: pisces in aqua, aues in aere. Et, vt quibusdam physicis placet [ nisi sit commentum] Salamandra viuit in igne.

## ¶ Tertia cõclusio huius articu

li est. Spherarum celestium (citra supremam) quelibet est in sibi proxime superiori tanꝙ̃ in loco, puta luna in venere: venus in mercurio: mercurius in sole: sol in marte, mars in ioue: iupiter in saturno: & ille in octaua sphera. Uel si vis loqui de loco adequato circunquaq;, sol est inter mercurium & martem, & proportionabiliter de alijs. Conclusio est manifesta, quia si elementa sunt in suis locis naturalibus, & corpora celestia sunt corpora mobilia, nulla est ratio cur negemus, illa esse in suis etiam locis naturalibus: siquidem omnia ordine naturali sunt disposita, & vbicunque res a natura est collocata, illa censenda est sedes eius naturalis. 3. Conclu.

¶ Tametsi Commen. hic cõmento. 45. neget spheras celestes, non solum superiorem, sed etiam alias esse in loco de per se: eo ꝙ mobile (inquit) circulariter non indiget per se loco, in quo moueatur (vt patet secundum Arist. de primo mobili) sed motus rectus elementorum indiget loco a quo & ad quẽ fiat. At quanuis motus circularis non indigeret loco in quo fiat, puta superficie circunstante, nihilominus quelibet sphera facta est in sua naturali distantia a centro mundi. Et preterea quia orbes planetarum mouẽtur motu diurno ad motum primi mobilis: quod fieri nõ posset, nisi ordine certo naturali locarentur sub illa. ¶ Unde ad tertium principale argumentum respondetur, ꝙ orbes celestes non sunt in suis locis naturalibus ꝓpter necessitatem conseruationis, sicut elementa & mixta: sed quia secundum ordinem & dignitatem perfectio naturalis, suam quisq; sedem sortitus est.

## ¶ Quarta cõclusio. Primũ mo

4. Conclu.

bile nõ est in loco per se. Conclusio pariter est Aristo. text. presenti. 46. est tñ in loco in potẽtia secũdum partes, vt tex. 45. premiserat. Cõmentator. tex. 43. de loco prime sphere quatuor enarrat opiniones. ¶ Prima opinio est Philoponi dicentis, primã spheram esse in vacuo circunstante illam, tanꝙ̃ in loco. Id tñ expresse est cõtra Phi. qui. 1. c. huius libri ex professo probat, locũ esse quid positiuum, nam esse in aliquo, dicit esse in illo tanꝙ̃ in receptiuo. ¶ Alexander dixit propterea, primam spheram nõ esse in loco, nec mouetur loco, sed in seipsa. At vero cum necessitas loci sit propter necessitatem motus, fit Quatuor opiniones

tus,sit,vt eo modo quo vnaqueque res mouetur, sit in loco: et cum prima sphera secūdum Aristo.sit mobilis circulariter,sequitur,quod sit in loco. ¶Propter hoc Auicēna dicit,quod motus prime sphere non est ad locum,sed ad situm partium.¶Sed neque hoc satis est dicere:nā cum situs importet ordinem partium in loco,vt vna pars sit ad vnam differentiam positionis,et alia ad aliam,fit vt non possint partes mutare situm,nisi mutēt locū,vt pars q̄ modo est in oriēte,sit postea in occidente.¶Ab empache ait quod locus prime sphere est superficies conuexa sphere inferioris sibi proxime,super quā mouetur. At sicut locus elemētorū est ille,ad quē recte mouentur,ita locus celi sit superficies,super quā mouetur.Hec tñ opinio manifeste contradicit suppositioni illi,quod Arist.tex.30.ex cōmuni philosophorū cōsensu statuit,videlicet,quod locus est illud,quod primum circuit, et ambit locatū.¶Opinio Cōmentatoris est,quod prima sphera est in loco per accidens,videlicet in cētro muudi,circa quod mouetur. Ait enim quod orbes celestes nō per se,sed per accidens ratione cētri habēt esse quodā modo fixū,vt.s.nec plus nec minus distēt ab illo, propterea ratione illius sunt in loco. Sed re vera et S.Thom.et alij expositores merito dicūt hanc opinionem esse ridiculam.Nam primo est contra diffinitionem Aristo.dicentis,locum esse vltimum continētis.Item orbes celestes nō habēt a centro terre,vt nec plus nec minus distent, sed natura sua,vt sint,vbi sunt.Et dato quod celi dicantur fixi per respectum ad centrum,illud tamen nihil facit ad rōnē loci:alias diceres,quod axis plaustri est locus rote.Et preterea quia Aristo.nusquā dixit,vnam rem esse in loco per accidens ratione alterius,nisi quando est altera,et altera est in loco: sicut anima ratione corporis est in loco : celi vero non sunt in centro,cum centrum sit a celo prorsus alienum.

Opinio Aristotel.

¶Opinio ergo Aristot.vt ait S. Thom. est quam exponit Themistius.Ad cuius euidentiā notandum est,quod Arist.solum posuit octo spheras, scilicet septem planetas,et primū mobile. Alij postmodum inuenerunt nonum mobile.Alij adhuc suspicātur esse decimum,de quo hic nihil definimus. Christiani autem supra primum mobile ponunt celum fixum:qui est locus beatorum,quod secundum rei veritatem est locus primi mobilis:et si ita crederet Aristo.nihil fuisset anxius de loco prime sphere.Sed quia prima sphera secundum ipsum mouetur,et motus intelligi nequeat sine mutatione loci totius,aut partium,solicitus fuit querere locū primi mobilis.Atqui,si locus esset dimensiones ille coextense corpori locato penetratiue se habentes cum illo,nulla itidem esset difficultas:sed quia locus est terminus continentis,et supra primum mobile in via Aristo.nihil est,queritur locus, secūdū quem tale mobile mouetur. Ad quod respondetur in via Arist.eo modo primum mobile esse in loco,quo mouetur localiter:et quia nō mutat locum secundum se totum,sed secūdum partes,vt ea que nunc est in oriente,postea sit in occidente,fit vt nō sit in loco secundum se totum,sed secundū partes. Quod si queras de locis partium:respondet Aris. a tex.43.vsque ad.46.quod vna pars continui est locus alterius,non locus in actu,quia non est actu diuisa ab illa,sed in potētia,scilicet quia si diuideretur ab illa, manēte vbi est,esset i ea,tanquam in loco in actu. Unde si diuidas primum mobile secundū circulū, sicut radiū plaustri diuidunt rotam , intelliges, quod in loco,vbi nunc est vna pars,postea succedit alia: sicuti in rota vbi nunc est radius vnus , deinceps succedit a lius.Nisi quod illic partes non sunt discontinue.¶Quod si arguas. Primum mobile mouetur per se,et mouetur ratione loci:ergo est in loco per se,et non ratione partium.Negatur consequētia,quia licet per se moueatur,id est,nō ab alio, nihilominus non mutat locum nisi ratione partium ¶Sed arguitur secundo.Nobilissimo corpori debetur nobilissimus modus essendi in loco ,sed ille est,esse in loco in actu secundum se totum :ergo ille conuenit primo mobili.Negatur minor,imo esse in loco in actu,dixit imperfectionem,puta contineri ab alio:et perfectius est,vt primum mobile a nullo contineatur,sed vt omnia contineat. ¶Hinc demum sequitur,quod nec totum vniuersum est in loco secundum se totum,sed secūdum partes.Diuersimode tamen quam primum mobile : nam in vniuerso sunt partes discontinue existentes in locis actualibus,vt sphere celestes intra primam.Et elementa et mixta.

Artic.2.de loco Angelorum.

¶In articulo secūdo dicere statuimus vnum verbū de loco angelorum,nō quod res theologica sit hic exacte tractāda,sed quod philosophi huius tēpestatis imponunt hic.S.Thom. quod ipse nunquam somniauit.Primum omniū cum angelus sit indiuisibilis,fuerūt qui crediderint,esse nō posse,nisi in puncto.Nos.S.Tho.1.p.q.52.art.2.ignorantie arguit:nam punctum et angelus nō sunt indiuisibilia eadem ratione:punctum enim habet positionem in continuo,cuius partes aut terminat, aut continuat tanquam principium quantitatis: angelus autē est omnino extra genus quantitatis potens in loco extenso operari:et per cōsequēs esse valens in loco extenso.Unde conclusio eius illic arti.1.est hec.Angelo conuenit esse in loco:equiuoce tamen quam corpus:corpus enim est in loco, quia applicatur loco secundum contactum quantitatis:angelus vero per applicationem sue virtutis.Unde angelus nec proprie cōtinetur,nec circūscribitur,nec cōmensuratur loco,sicut corpus,sed est quodāmodo sicut anima in corpore,vt sicut anima non conseruatur , nec dependet a corpore,sed illud potius tanquam forma continet,et conseruat,ita et Angelus nō cōtinetur sed potius cōtinet,et cōseruat locū:licet ipsum nō informet.Hanc sententiā S.Th.qui a limine doctrinam eius salutant,male calumniātur: imponentes illi,quod negauerit Angelos esse in loco quantum ad suam essentiam et substantiam,sed solū dixerit,operationē Angeli esse in loco,angelum vero non.Quod dicunt esse condemnatum quodam articulo episcopi Parisiensis:qui sic habet,quod Angelus quantū ad suam essentiam et substantiā nusquam est,error.At vero.S.Th.non negat,substantiā angeli vere esse in loco:sed illa fuit opinio quedam, quam inter quatuor,tertiam recitat Durād.1. senten.d.37.art.1.¶In primis nullus hoc dubuit negare:nā postquam Angeli creati sunt in mundo,necesse est vt sint in illo.Ut enim ait magister.2.sen dist. 22.quod primum creatū est celum empyreum,repletū est angelis.Item Luc.10.videbūt Sathanā,sicut fulgur de celo cadentem.Luc.1.Missus est Angelus ad Mariam.Et in celo sunt Angeli in conspectu Dei videntes faciem eius.Matth.18.Aliaque id genus plurima sunt in sacra scriptura:quibus manifeste comprobatur,angelos esse in loco. Et Arist. posuit intelligentias applicatas orbibus,quos mouent. ¶Et quod hec fuerit sententia.S.Thom. patet.Primo quia probat illic suam conclusionem ex illa collecta , Angeli tui sancti habitantes in ea. Item quia propterea dicit , Angelum applicari loco per suam virtutem , quia requiritur

presentia ipsius substantie angeli ad hoc ꝙ operetur in loco, vt latius ipse id probat quodlibet. 6. ar. 2. Et. 1. p. q. 113. art. 6. ad. 3. dicit, ꝙ angeli custodes aliquando nos deserunt: sed quando periclitamur, velocissime descendunt. Nõ ergo dubitat, quin angelus quantũ ad suam substantiam sit in loco. Sed ait, ꝙ ratio per quã applicatur loco est ratio virtutis ad operandum.

Opinio triplex.

¶ Est enim de hoc opinio triplex. Una est Durãdi loco citato, ꝙ Angelus in quocunque loco potest operari, licet actu nõ operetur, neqꝫ vbi operatur habet aliam presentiam, quam vbi non operatur: preterꝙ̃, ꝙ apparet illic eius effectus, qui nõ appa ret alibi. Et ita consequenter concedit, ꝙ angelus est vbiqꝫ, sicut Deus nisi ꝙ nõ potest simul operari in omnibus locis sicut Deus. Opinio hec est periculosa, vt loco citato supra S. Thõ. late disputauimus: negat enim motus angelorum, scilicet, quomodo descendant, ⁊ veniant: ⁊ recedant, quia secũdum illum nullum locum deserunt, nec de nouo acquirunt, sed solum secundum apparentiam effect⁹ ¶ Scot. 2. sent. distin. 2. q. 6. dicit ꝙ nõ opus est querere per quid angelus est in loco: nã per supessentiam habet ipse potentiam essendi in loco, licet nõ depẽdeat, ne conseructur a loco, sicut corpus. Scotum sequũtur Nominales omnes. ¶ At cõtra hãc opinionem est argumentum: quia profecto non respondent ad punctum difficultatis: nam quãdo dicimus, angelum esse in loco per aliquid, ly per, potest dicere virtutem ⁊ potentiam ponendi se in loco, aut rationẽ per quam actu est in tanto loco: nos non negamus, quin per suam essentiam habeat potentiam essendi in loco: sed percontamur: per quid se ponit in tanto aut tali. Exempli gratia, in corporibus, quia quantitas est ratio essendi in loco, non potest corpus pedale esse nisi in loco adequate pedali nec maiori, nec minoret, circulare, ĩ circulari ⁊ quadratum: in quadrato, ⁊c. Et quanuis ego ex voluntate mea possim mutare locum, tamen non possum esse nisi in tanto loco adequato ⁊ eiusdem figure: cuius est corpum meum. Cũ ergo angelus ex arbitrio suo possit esse in puncto, si vult, ⁊ in loco pedali solum ⁊ in decupedali vsque ad maximũ in quo potest (quia cum sit finite essentie, non potest esse in loco infinito) ⁊ potest esse in loco circulari, aut in quadrato, aut cuiuscunque alterius figure: queritur ratione cuius est in tanto, aut tãto loco, ⁊ nõ in maiori nec minori, aut alterius figure nam substantia indifferens est ad quencunque locum citra maximum. Quod si dicas, quia vult, solum das causam, quare se ponit, sed non rationem per quam se ponit: aliud est velle se ponere: atque aliud se ponere.

¶ Concludit ergo. S. Tho. ꝙ sicut quãtitas est corpori ratio, per quã est in tanto, aut tali corpore: ita in angelo ratio, per quam est in loco pedali, aut circulari aut triangulari, ⁊ non in maiori vel minori, aut alterius figure est quia applicat suam virtutẽ operatiuam (que est quedam quãtitas virtutis) ad operandum in tali loco, ⁊ non in alio. Hec autem operatio non est necesse vt sit aliqua operatio trãsiẽs, vt calefactio aut motio loci [licet ⁊ hec possit esse] sed satis est, ꝙ illum custodiant, sicut angeli custodis prouinciarum, aut ille presideant. Angeli enim non mutant locum, nisi propter aliquem finem. ¶ Et quia res indiuisibilis in loco esse non potest diuisibili, quin sit in qualibet eius parte, ita est quantum ad hoc angelus in loco, sicut anima in corpore, seclusa ĩformatiõe. Et profecto articulus Parisiensis non solũ nõ est cõtra. S. Tho. sed est opinio. S. Thom. Habet enim sic, ꝙ substãtia Angeli non est in loco, error, sed si intelligatur ꝙ substantia non est ratio existendi in loco, sed operatio: verum. ¶ Sed arguitur contra. Nonne Deus imperio suo potest vi tenere vnum demonem inuitum in loco quod ipse voluerit renuente Angelo, aut nullum prorsus actum intellectus aut volũtatis habente? Profecto non dubito, quin Deus posset illud facere: sicuti anime in inferno inuite detinentur. S. Thom. non loquitur, nisi quando Angelus sua voluntate se ponit in loco. Unde quãdo creati sunt Angeli, non se posuerũt in loco per suas operationes: sed in illo primo instanti creati sunt in locis, quibus Deus voluit. At ne in rem theologicam profundius labamur, de hoc satis.

Quod autem Angeli determinent sibi certas quãtitates locorum in quibus sint, non est hic examinandum, sed supponendum: eo ꝙ sunt finite essentie ⁊ virtutis.

## ¶ Vnde promateria quarti argumenti principalis

¶ Vnde promateria quarti argumenti principalis notãdum est, vniuersaliter apud philosophos dupliciter accipi, esse in loco. s. circunscriptiue, ⁊ diffinitiue. Circunscriptiue, vt colligitur ex diffinitione Arist. esse in loco est cõmensurari loco, ita vt totũ sit in toto loco, ⁊ pars in parte vt tantus sit locus adequate, quãtum est locatum Esse tamen in loco diffinitiue Gabri. 2. senten. dist. 2. q. 2. quem Nominales oẽs imitãtur, ait, quod esse in loco diffinitiue est esse totũ in toto loco, ⁊ totũ in qualibet parte: sicuti aĩa est ĩ corpore: ⁊ Angel⁹ in loco. ¶ At profecto nescio vnde isti diffinitionem hanc colligere potuerunt: nam secundũ eos corp⁹ quod est in loco circunscriptiue, non est diffinitiue [⁊ ita ipsi concedunt] cũ tamen manifestum sit, ex nomine ipso diffiniri loco, ꝙ non solũ angeli ⁊ anima diffiniũtur loco, sed ⁊ corpora, imo potius corpora vt expresse ait magister sent. in eadem. 2. dist. quam ipsi exponunt. Etenim rem diffiniri loco, idem est ꝙ finiri ⁊ coarctari loco. Unde si exactam spectas descriptionẽ, esse deffinitiue in loco est taliter esse in loco, vt ex natura rei ⁊ modi existendi illic repugnet naturaliter simul esse extra illum locum. Descriptio hec colligitur ex nomine ipso, diffiniri, nã ex nomine sumitur descriptio rei. Ex quo sequiritur: ꝙ esse diffinitiue in loco, est superius ad esse circunscriptiue: vt quicquid si circunscriptiue sit diffinitiue: ⁊ non econuerso.

Esse in loco circuns. ⁊ defi.

1. Corol.

¶ Sequitur secundo, ꝙ est impertinens, vt res sit diffinitiue in loco, ꝙ sit in qualibet parte loci, nec ne: si enim Angelus esset in loco pedali, taliter, vt ex natura existendi illic repugnaret esse in alio loco, licet non esset in qualibet parte illius pedalis, esset diffinitiue in loco. Et econuerso: licet esset in qualibet parte illius, si ex natura sua non repugnaret esse alibi nõ est diffinitiue in loco. 2. Coro.

¶ Sequitur tertio cõtra istos, ꝙ anima non est diffinitiue in pede, licet sit in qualibet parte pedis: quia non coarctatur pede, cum sit simul in capite sed est diffinitiue in toto corpore, cum repugnet simul esse extra illud, ⁊ ideo ad motum totius pedis non mouetur anima: nisi moueatur totum corpus. Neque Angelus est diffinitiue in parte loci sui, sed in toto. 3. Corol.

¶ Sequitur quarto (quod est maximum argumentum contra eos) ꝙ Deus non est in mundo diffinitiue, cuius contrarium ipsi debent concedere: cum sit in mundo: ⁊ in qualibet eius parte. Quod re vera male sonat: nam diffiniri mundo est comprehendi, contra illud. 3. Regum. 8. Celi celorum capere nõ possunt: nõ est ergo diffinitiue 4. Corol.

lue in mundo, quia non repugnat naturę suę, simul esse in alio loco, & infinitis locis. ¶Sequitur denique quinto ꝙ corpus Christi in sacramento altaris non est diffinitiue (vt ait. S. Thom. 3. p. q. 76. art. 5. ad primum) tametsi totum sit ī tota hostia, & totum in qualibet eius parte: quia modo existendi in sacramento non repugnat simul esse in alio loco: consecrata enim vna hostia nō est nouum miraculum, ꝙ sit simul in alia: in cęlo autē est diffinitiue, quia repugnat naturaliter simul esse illo modo ī alio loco. Sed de hoc in. 3. sent. ¶At ergo ad propositum reuertamur, forsan est disputatio de nomine, an simpliciter & absolute concedendum sit, angelum esse in loco: nam esse in loco, dicit esse tanquam in mensura: quemadmodum enim non sufficeret, vt quis esset vestitus, ꝙ haberet vestem in manu, sed requiritur, ꝙ sit circumamictus veste, ita forsā nō sufficeret apud Aristo. vt Angelus esset in loco, ꝙ esset pręsens loco etiam per operationem. Et hoc forsan insinuat. S. Tho. cū dicit, ꝙ angelus est in loco ęquiuoce ad corpus. Nihilominus possumus simpliciter concedere, ꝙ Angelus est in loco, & mouetur localiter, siquidem in sacra scriptura dicuntur esse in cęlo: & descendere in terrā. At vero quia sunt incorporei, non dependent a loco, sed naturaliter possent esse tam in vacuo, quam in pleno, quare mundus non est propter eorum indigentiam cōditus, sed propter nostram.

Articu. 3. ¶In tertio articulo ꝑpter importunitatem philosophorum huius temporis dubiū est an supranaturaliter possit Deus idem corpus, aut eundem angelum in diuersis locis simul ponere: quia naturaliter non est possibile, nisi sicut angelus & anima est in qualibet parte eiusdem loci S. Th. quodlibet. 3. arti. 2. dicit implicare cōtradictionem, idem posse esse in diuersis locis circunscriptiue. Et in. 4. d. 44. q. 2. articu. 2. dicit ꝙ illud Deus non potest facere. Scot. in. 4. sent. d. 10. cui Nominales adherent, dicit cōtrariū. Ratio istorum est quia quicquid non implicat contradictionem Deus potest facere: sed illud non implicat: ergo. Argumentum istud, vt est vniuersalissimum in multis materiis, ita certe non est magni ponderis. Nam si implicatio contradictionis accipiatur (vt lib. 3. q. vlti. exposuimus) pro eo cui intellectus sua pte natura repugnat assentiri, certe multa sequuntur corollaria posita eadem in duobus locis, quę intellectui repugnare videtur: & multo certe plus q̄ ꝙ manente patre & filio possit Deus relationes illas distinctas corrumpere. Quod tamen Scot. negat esse possibile. ¶Ratio. S. Tho. in contrariū, fundatur in significatione huius, qđ est esse in loco circunscriptiue aut diffinitiue: nam diffiniri est limitari & coarctari loco, repugnat ergo ꝙ ista res si limitata hoc loco, & simul sit in alio. Et re vera stando in rigore nominum manifesta est repugnantia. Nā limitari hoc loco dicit negationem, scilicet, nō esse extra. ¶At vero non disputando de nomine dubiū est, an possit me Deus simul ponere hic & Rome, siue dicat tunc esse circūscriptiue siue nō. Pręsertim quia tunc satis esset, vt essem hic circunscriptiue, ꝙ ex modo existendi hic repugnaret naturaliter esse alibi: cum quo stat supranaturaliter esse alibi. Et ꝙ hoc Deus possit facere, non est mihi tātum argumentum, illud quod fecimus modo, q̄ id quod ex fide sacramenti altaris elicere possumus Corpus Christi est in pluribus hostiis consecratis (vt dictum est) posset ergo si vellet, in hostia ostendere corpus suum, aut aliquam eius particulam, & tunc esset circunscriptiue in duobus locis, puta in hostia & in cęlo: vel in diuersis hostiis si in diuersis ostēderet digitum. Bene video, ꝙ neganti non potest demonstrari, Deum id posse facere sed nihilominus postq̄ fides, ostendit, idē corpus esse in duobus locis facile intelligi potest, quomodo id etiam possit facere circunscriptiue. ¶Item potest duo corpora & infinita simul ponere in eodē loco: ergo per oppositum idem corpus in diuersis locis, & infinitis, si esse possent infinita loca actu diuisa.

¶Et tertio quia postq̄ anima mea est in capite & in pede, videtur, ꝙ absciso pede possit animam in corpore & in pede conseruare, & angelum qui est in lapide pedali, & in qualibet eius parte, posset diuiso lapide in duas medietates seruare in vtraq;. Quod si hoc potest, videtur etiam, ꝙ possit idem corpus in diuersis locis ponere. Nec forsan voluit negare S. Thom. nisi ꝙ stando in rigore circunscriptionis non potest idem corpus esse in duobus locis circūscriptiue. Et pręterea quia illud non dixit repetendo in summa, vbi proprias opiniones, atq; vltimam voluntatem testatus est. ¶Unde ad quintum princicipale argumentum respondetur, ꝙ quanuis naturaliter vnaqueq; res, eo ꝙ est vna, vēdicat sibi vnū locum, non tamē repugnat, quin supranaturaliter possit Deus eādem rem ponere in diuersis locis: sicut duo corpora ponit in eodem: & quantitatē quę ex natura sua requirit locum diuisibilem ponit Deus in puncto, vt patet de corpore Christi in sanctissimo sacramento.

¶At vero admissa ista opinione vidētur mirabilia corollaria ex illa inferri. Puta ꝙ possit idem corp9 esse in vno loco calidum & in alio frigidū, cū tamen caliditas & frigiditas repugnent in eodē subiecto & posset in vno currere, & in alio sedere: & in vno viuere, & in alio mori: & similia alia.

Que vt omnia facile dissoluas, has ꝓpositiones accipito. Prima. Si nullum aliud nouū miraculum ponatur, pręterq̄ ꝙ res vna ponatur in duobus locis, vniuersa accidentia & prędicata que conueniūt illi in vno loco, conueniunt in alio & econuerso, pręter relationes ad locū. Quod addiderim, quia hic esset prope Tormes Parisiis vero prope Sequanam, & Rome prope Tiberim: at si hic est album, vbiq; erit album & nō nigrum: & si hic est calidum pariter Rome est calidū & non frigidum: & si hic sedet, illic non mouetur &c. Propositio manifesta est quia res illa se habebit, vt fert natura rei, ac si esset in vno loco. ¶Hinc sequitur, ꝙ si hic Petrus applicaretur igni, & illic niui, ita vt agentia hęc essent equalis actiuitatis, nec ignis calefaceret Petrum, nec nix frigefaceret, sed impedirent se: siquidē nituntur agere circa idem subiectū: quod tamen nō potest recipere qualitates contrarias, sed tamen si ignis est maioris actiuitatis calefaciendo hic Petrum erit Rome Petrus calidus.

¶Secunda propositio. Posito nouo alio miraculo nempe vt suspenderet Deus actionem, ne calor corrumperet frigiditatem, posset hic Petrus esse calidus & illic frigidus: & a fortiori hic albus & illic niger: hic vestitus, & illic nudus, &c. Probatur cōclusio: quia postq̄ calor & frigus sunt res distincte, & vtrunq; distinguitur a Petro, potest Deus Petrū qui est hic, ponere simul Rome non ponendo illic calorem aut albedinem, aut vestē, qui hic habebat & pariter non ponendo hic accidentia, que illic habet. Tametsi re vera est creditu difficile ꝙ calor sit in Petro, & ego tangā Petrū Rome, & non tāgā illic calorem, nec me calefaciet.

¶Tertia concludit. Si sint prędicata: quorum vnū

includit

includit negationē alterius, Deus nullo modo potest facere, vt simul illi conueniant. Nempe esse nō potest vt in tali casu Petrus sit calidus & non calidus, albus & non albus, sed erit tūc simul calidus & frigidus in diuersis locis. Nec simpliciter potest esse cecus & videns: nec quiescens & currens. Profecto credere non possem, ꝙ Petrus hic moueat pedes, quos simul habet ligatos Rome: & ꝙ aperiat hic oculos, & illic non moueantur palpebre. Quanuis forsan posset hic habere oculos, & illic nō: sicut habere hic albedinem, & illic non, sed tunc non esset dicendum ꝙ est simpliciter cecus, postꝙ est videns: sed cum addito, ꝙ non est Rome videns. Nec posset hic esse infirmus, & Rome sanus: nā infirmitas dicit disproportionē humorum. Neq; a fortiori hic mori, & illic, non. ¶ Sed ait Sophista, quid si inde veniret in Hispaniam, & hinc pergeret Romam per eandem lineam. Utrum in puncto vbi sibi esset obuius, impediretur motus, sicut si duo homines inuicem occurrerent. Respondetur manifestū esse ꝙ nulla esset obuiatio, nec impedimentum motus, cum non sint due res: sed esset tunc Petrus in vno tantum loco. Hec autem ludicra sunt & nenie.

Text. lxxj. Similiter autem & vacuum aut plenum &c.

## ¶ Quæstio tertia.

### VTRVM SI QVID MOVEretur per vacuum, moueretur in instanti.

QVestio hęc quia cōditionalis est videtur innuere non esse possibile vacū. A parte ergo affirmatiua illius quod supponitur arguitur. Si vacuum non esset possibile, nihil ad physicū attineret, de vacuo disputare: contrarium autem affirmat Aristo. tex. 50. ergo vacuū est possibile. ¶ Secundo arguitur. Vacuū est locus non repletus corpore, vt habetur in eius diffinitione tex. 60. ergo vacuū est, a ꝓpositiōe de, est, tertio adiacente, ad propositionē de, est, secundo. ¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Si vacuū non esset aut motus localis non esset possibilis, aut esset penetratio dimensionum, aut re vna mota, cūcta mouerentur vsq; ad celū, vt Xuthus philosophus tex. 79. dicebat. Hec autem absurda sunt: ergo vacuum est possibile. Quod si respōdeas cum Aris. tex. 62. & 84. motū localē fieri per hoc, ꝙ partes aeris vel aque per quas res mouetur, alie condensantur, & alie rarefiunt, est profecto magnū argumentū qñ maxima vētorum copia commouetur, ꝙ non possit esse tanta aeris cōdensatio, vt huiusmodi ventis locū relinquat, idem est, qñ est maxima copia nubiū & pluuiarum. ¶ Et confirmatur. Sine vacuo nō est possibilis rarefactio aut condensatio: ergo. Probatur antecedens. In rarefactione, nulla est materie acq̄sitio, est tñ acq̄sitio maioris dimēsionis, ꝑ hoc ꝙ partes ab inuicē distantius separantur: & eadē ratione in condensatione nihil deperditur materie, sed partes eiusdem materie propinquiores sibi fiunt, vt ex Aristot. hic text. 84. manifestum est: ꝙ autem partes eiusdem corporis magis minusve elongentur sine alicuius materie acquisitione vel amissione, vix est intelligibile, nisi in rarefactiōe vacuitates alique restent inter partes: quę postea in condensationem replentur (vt leuitas in raro, & grauitas in dēso testari vidētur) ergo vacuū est ponēdū. ¶ Quarto principaliter arguitur. Si vacuum, rerū nature repugnaret, sequeretur, ꝙ nec per potentiam Dei supernaturalem posset dari vacuum: consequens est falsum, quia nullam id implicat cōtradictionem, ergo & antecedens. ¶ Quinto principaliter directe a parte affirmatiua q̄stionis arguitur. Dato vacuo, mobile per ipsum moueretur sine aliqua resistentia: ergo moueretur in instanti: consequētia est nota, quia ꝓpterea Deus potest, quicquid vellet in instāti agere, quia agit sine resistentia: & antecedens videtur esse de intentione Arist. text. 71. & infra: imo & conclusionem huius argumenti videtur illic ipse ex professo probare vt in cōmentis late id exposuimus. ¶ In contrarium autē est ꝙ Arist. textu presenti. 71. negat vacuum: & illo admisso videtur repugnare nature rei quāte vt in instanti moueatur.

¶ Duos facimus quęstionis huius articulos. In primo iuxta ordinem textus sex cōclusionibus explicamus, quid nam sit vacuum, & an sit impossibile. In secūdo respondetur ad titulū quęstionis. ¶ Circa primū articulum prima conclusio est in text. 50. Ad physicum pertinet de vacuo disserere. Probatur: quia cū vacuū a loco sola rōne differat, eę dē opiniones quę versantur de loco, versantur de vacuo: & eisdem rationibus quibus antiqui persuadebant sibi dimensiones separatas esse locum, scilicet, ratione motus persuadebant illas quandoque esse vacuum: nempe vt mobile sine penetratione cum alio corpore se in illas reciperet: & eisdem rationibus quibus reprobatur vnum, reprobatur & aliud: vt in processu Aristot. pręsertim tex. 65. apparet. ¶ Unde ad primū principale negatur consequētia: non enim physicus disputat de vacuo, tanꝙ de re possibili: sed quia contrariorum eadem est disciplina, & vacuum opponitur quodammodo loco priuatiue, eiusdē philosophie est tractare de loco & vacuo, an sit possibile: & quid illo dato cōtingeret. ¶ Secūda cōclusio est in tex. 57. Vacuū neutro istorum modorū bene diffiniebant antiqui. Vacuū est locus, vbi nihil est. Aut vacuū est locus vbi non est corpus graue aut leue. Antiqui enim nihil de spiritualibus substantiis cognoscentes, pro eodem ducebant, alicubi nullum esse corpus, & esse nihil: & cum vacuum est locus vbi non est corpus, inferebant esse etiam locum vbi nihil est. Et rursus nullum cognoscentes corpus, nisi tangibile, quod est graue aut leue, dicebant vacuum esse, vbicunq; nō est corpus graue aut leue. Ambe autem diffinitiones per extremum peccāt. Si enim spatium hoc totū infra concauū lune nihil aliud haberet ꝙ angelos, esset profecto vacuum, quia angelus non occupat locū, & tamen diffinitio prima non conueniret, quia vacuū tunc esset locus, intra quē est aliquid. Rursus si esset locus (vt elicitur ex Phi. text. 58.) repletus corpore celesti, aut alio corpore physico, quod non esset graue aut leue, conueniret illi secūda diffinitio, & tamen non esset vacuum: cęlum em̄ neq; est graue, neq; leue, nec tangibile, cum nō habeat qualitates primas, nec secundas: neq; em̄ est calidum, neq; coloratum: sed solum lucidū. Et quāuis sit quodammodo densum & rarum, nam astrum densius est suo modo, ꝙ reliqua pars orbis, tamen quia illa densitas non consurgit ex quatuor primis qualitatibus, non est tangibile: licet impediret ne aliud corpus per se trāsiret, sed de hoc alias.

¶ Tertia conclusio quę sequitur ex secunda in text. 64. Est diffinitio vacui. Vacuum (si sit) est locus nō repletus corpore. Neoterici adiiciunt, aptus natus repleri. Sed superuacanea est huiusmodi particula: in hoc enim qd̄ dicitur locus, includitur, ꝙ sit

1. Conclu.

[ad] primu.

2. Conclu.

3. Conclu. Diffinitio vacui.

aptus repleri corpore, alias non esset locus: et propterea statim subdit Phi. punctum non esse vacuum ex eo enim punctum non potest repleri corpore, quia non est locus, scilicet terminus continentis, sed est indiuisibile continuatiuum partium eius. ¶ Unde

Ad. 2. ph. ad secundum argumentum negatur consequentia: vbi enim diffinitio predicatur de diffinito, consequentia non valet a propositione de, est, tertio, ad propositionem de, est, secundo adiacente: non enim sequitur, homo est animal rationale: ergo homo est: chimera est compositum ex impossibilibus: ergo chimera est licet non sit vtrobique ratio eadem: nam vbi diffinitio dicit veram quiditatem, facit suppositionem naturalem: vt non dicat existentiam subiecti, sed connexionem tantum predicati cum subiecto. vt lib. 2. Summularum opinabamur: et ideo tales propositiones sunt perpetue veritatis. Ubi autem diffinitio non dicit veram quidditatem, ly, est, accipitur loco de ly, significat, vt tamen valeat, vacuum est locus, etc. ac si dicas, natura vacui exprimitur et circumscribitur, vt locus etc. Est enim diffinitio quid nominis: ob idque Aristo. conditionaliter dixit vacuum (si sit) etc. ¶ Quarta conclusio

4. Conclu. tex. 51. est huius tertie corollarium. Non erat ad rem impugnatio Anaxagore, qua reprobabat vacuum, probando, quod aer est aliquid: atque adeo vbi est aer non esse vacuum: hec enim ratio solum militat aduersus eos qui aerem propter suam subtilitatem nihil esse existimabant. Id circo qui impugnaturus est vacuum debet vniuersaliter probare, nullum esse locum, vbi non sit aliquod corpus physicum. Hec omnia in commentis satis habentur exposita.

Conclu. ¶ Quinta conclusio est in tex. 86. (non enim necesse est ordinem ad vnguem textus obseruare,) Non est possibile vacuum aut separatum aut simpliciter aut in raro. Ad cuius intelligentiam considerandum est, quod vt de loco, ita et de vacuo sunt varie opiniones: ob id quod tripliciter potest imaginari vacuum. Uno modo simpliciter, tenendo locum esse vltimum terminum continentis: videlicet, quod intra concauitatem alicuius loci nihil sit prorsus corporale: neque corpus physicum (qualia in rei veritate sunt omnia corpora) neque dimensiones quantitatis separate a subiecto sed esset quemadmodum erat ante creationem mundi: vel nunc est extra celum. Et isto modo nunc doctores disputant de vacuo. Conicio tamen ex Arist. nullum antiquorum ita posuisse vacuum intra vniuersum. Tametsi alique eius rationes militent aduersus hoc quoque genus vacui. Secundo modo potest intelligi esse vacuum, vt sint dimensiones quedam de genere quantitatis separate a subiecto: vt fides catholica ponit quantitatem in sanctissimo sacramento: preterquam quod non essent capaces alicuius caloris, aut cuiuscunque physici accidentis: neque haberent aliquam prorsus resistentiam. Sed dicebant illi, corpora physica penetratiue moueri per illas: sicut corpora gloriosa mouebuntur per celum. Et has dicebant esse locum, vt supra iam explicuimus, que cum haberent in se penetratiue corpus physicum, erant locus plenus, cum autem omni corpore carerent, erant vacuum. Quod proinde appellabant vacuum separatum, id est abstractum a corpore et extra corpora. Sumentes ad hoc argumentum ex motu locali: vt in commento. 53. explicuimus. Hinc fit in quacunque opinione

Democritus. locum et vacuum sola ratione differre. Tertio modo Democritus et eius sequaces ponebant vacuum in poris intrinsecis corporum: puta dimensiones illas separatas absque corpore physico: vt quanto plus illarum esset vacuitatem, corpus esset rarius: et quanto minus esset densius: vt in commento. 80. et. 86.

dictum est. Contra quos tres modos ponit Arist. vniuersalem conclusionem negatiuam. Et quidem quod non sit vacuum separatum, probauit per totum caput octauum rationibus vndecim: nempe octo sumptis ex motu locali absolute: et tribus sumptis ex velocitate motus, que in vacuo debet esse infinita. Primo enim eo omnes tendunt, quod si entia naturalia non mouerentur ad locum certum et destinatum, qui esset terminus continentis, quo suapte natura res conseruarentur, sed mouerentur per vacuum et ad vacuum (siue vacuum acciperetur simpliciter siue pro illis separatis dimensionibus) non potius leuia mouerentur sursum, et grauia deorsum, quam econuerso: imo nec esset aliqua necessitas motuum naturalium: sed essent quidem omnia immobilia: et per consequens neque essent motus violenti, quia non esset aer pellens, aut deferens rem proiectam. Permolestum esset huc rursus rationes accersere, que in commentis sunt copiose tractate. Alias vero tangentes velocitatem motus in vacuo articulo sequenti examinabimus. His adiecit tres alias rationes cap. 9. Prima sumitur ab experientia, qua videmus, quando corpus immergitur aque tantundem aque effundi: quod non contigeret, si lapis ille in vacuum se conferret. Secunda probat dimensiones illas separatas esse impossibiles. Cuncta plana sunt in commentis. ¶ At vero modus ille ponendi vacuum separatum manifestissime est falsus. Primo quia ponit naturaliter accidentia, puta quantitatem et dimensiones illas esse a subiecto separatas: quod Christiani in sacramento altaris pro miraculo preclarissimo habemus. ¶ Item quia esto essent separate, non aliter repugnaret simul cum illis se posse corpus physicum penetrare, quam si essent in subiecto: vt optime arguit Philosop. text. 76. Adeo enim naturaliter repugnat simul cum speciebus altaris esse aliud corpus, ac si illic esset panis. Quapropter de huiusmodi vacuo nullum amplius verbum. ¶ Quod autem non detur vacuum simpliciter preter argumenta Arist. sunt et a posteriori experientie plurime: et ratio optima. Est in primis experientia de clepsydra aqua plena, que oppleto superiori orificio nihil aque deorsum demittit, ne detur vacuum: tametsi quando est semiplena, nonnihil emittit, propterea quod aer (cum sit facillime rarefactionis) rarefit in parte superiori. Est item experientia de follibus, quorum si obstructum fuerit foramen, ne aer ingrediatur, nulla vi, potest alterum latus ab altero dimoueri, antequam rumpantur, nam si dimouerentur, daretur intus vacuum. Quod si eorum angustum os orificio paruo alicuius vasis vitrei aut lutei iustissime apponas, taliter, vt nouus aer intrare non possit, poteris latera follis, non amplius separare quam fuerit rarefactio aeris illius vasis, deinde nanque rumpetur potius vas quam amplius separentur. Sunt etiam manifeste experientie in fistulis: per quas sursum attracto aere aqua velocissime ascendit preter eius particularem appetitum, propter appetitum vniuersalem replendi vacuum ne vniuersi harmonia dissoluatur. Quo experimento artes inuente sunt et machine ad altius subleuandum aquam, quam sit eius locus natiuitatis. Et pari ratione si terra defoderetur vsque ad centrum, aer descenderet ad replendum vacuum. ¶ Sed a priori ratio sumitur ab Aristo. in principio Metheororum, vbi ait necesse esse mundum inferiorem contiguum esse lationibus superioribus, vt eius virtus inde gubernetur. Insinuans naturam rerum esse, vt agens corporeum non agat nisi per contractum, et quia Deus et natura nihil agunt frustra et

Undecim rationes.

Quod non det vacuum simpliciter

frustra sed omnia propter aliquem finem, ordo naturalis rerũ exposcit, vt nihil sit vacuum: sed quemadmodum membra vnius corporis omnia inclinãtur ad conseruationem totius, ita singulis partibus vniuersi, quę sunt sub cęlo, datus est vniuersalis appetitus, vt statim succurrãt, ne detur vacuũ.

Ad tertiũ. ¶Unde ad tertium principale bene responsum est. Ad replicam vero respondetur, ꝙ quantacunqȝ sit ventorum copia, nubium ve vel aliarum exhalationum aut vaporum, est nihilominus tanto maior regio aeris: vt sine sui corruptione possit adeo condensari, vt locum huiusmodi corporibus relinquat Quibus cessantibus rursum rarefit. ¶Ad confirmationem non intendimus hic exacte respondere. Nam licet Aristot. text. hic. 84. latius quam alibi vnquam naturam rarefactionis & cõdẽsationis attigerit, tamen ad omnes motus. s. generationis, alterationis, augmẽtationis, & rarefactionis lucidi⁹ simul primo de generatiõe tractemus, illuc vsqȝ ab his supersedendum duximus. Interim tñ negatur ꝙ nõ possit fieri rarefactio, aut cõdensatio sine acquisitione materię & sine vacuo. Potest enim cera calefactione, aut coriũ extensione rarefieri per hoc solum ꝙ quantitas amplius extendatur, vt loco citato expositum facimus.

¶At vero cõtra cõclusionem hãc restãt argumẽta parua. Primũ. Extra celũ est vacuũ: ergo nihil repugnat esse intra. ¶Secũdo si vas plenũ ad summũ aqua calida rarissima, bitumine optime cõcluso ore, ponatur i media hyeme sub dio, aqua illa, manifestũ est, cõgelabitur ad minorẽ locum: & per consequẽs relinquet de super vacuũ, cum non sit via, qua posset se aer colare. ¶Tertio datis duabus latis tabulis adeo ad iustũ planis, vt altera alteri superposita sese secundũ totam superficiem tangerent, & per ansam quę superiori esset in medio fixa quis eleuaret illam equaliter, tunc daretur vacuũ: nam non posset tant⁹ aer in instanti succurrere ad supplẽdum totum illud spatium: ergo. ¶Ad primũ negatur cõsequentia, vt patet ratione suprapositia: nam extra cęlum nulla est res naturalis: nec põt esse actio: quare nihil repugnat nihil illic esse. Imo si verũ est, ꝙ Deus non põt producere infinitũ, necessario sequitur, vt detur locus imaginarius, in quo nihil sit. Nihil inquam, q: vt scite ait. S. Tho. 3. p. q. 87. arti. 4. illud nihil extra cęlũ non dicitur proprie vacuũ, quia conuexa illa superficies nõ est apta aliqd supra se cõtinere: & ideo nec proprie est locus, atqȝ adeo nec illic proprie est vacuũ. ¶Ad secũdũ respõdetur, ꝙ illo casu posito necesse est dicere, ꝙ illa aqua quantũcunqȝ frigefiat, nõ poterit cõdẽsari, nisi forte vapores aliqui exhalentur ab illa, qui repleant reliquum locum: tantũ tamẽ põt gelu frigere, vt vas frangatur ad cõdensationẽ aquę. ¶Quod si pressius vrgeas. Detur. v. g. vas ferreũ perfecte sphericũ vniformissimũ vndiqȝ grossitie & robore: siue naturaliter id posset fieri, siue supernaturaliter: nullũ habẽs orificiũ, plenũ tamẽ aqua quã circunstans frigus possit congelare. Quęritur enim tũc qua parte rũpetur, ne detur vacuũ. Respõdetur quantũ ego existimo ꝙ cũ aqua sit grauis congelabitur in parte inferiori versus terrã: ob idqȝ rũpetur in pũcto superiori ne detur illic vacuũ. ¶Sed quid si Deus supranaturaliter annihilet illã aquã: qua parte rumpetur. Respõdet in primis ꝙ in quãlibet suã partẽ nec De⁹ põt diuidere. Neqȝ recurrẽdũ est ad cõstellationẽ celestẽ. Tũ quia nulla est in illo casu, q̃ antea nõ fuerat: tum q: cęlũ nõ agit se solo, nisi per causas secũdas: nisi forte dixeris ꝙ rũpetur in puncto propinquiori soli qui vehemẽter agit in ista inferiora, aut ꝙ diuidetur in minimas partes secundũ illã dimẽsionem quę est a conuexa ad concauã superficiẽ, vt intret aer. ¶Quod si adhuc Sophista pergit molestus esse cur poti⁹ diuiditur per has lineas q̃ per alias vt diuisio esset in hęc numero minima potius q̃ in alia. Respondetur recurrendum esse ad principium indiuiduationis: nempe ꝙ in hoc numero tempore & loco & ad introitũ huius numeri aeris, necesse est vt fieret hęc numero diuisio.

Extra cęlũ non est vacuum.

¶Simili enim modo forte respondendum est, si daretur vitrũ planissimum & vniforme supra quod caderet ferrum itidem planissimũ & vniformę, quod tangeret ferrum secũdum omnẽ superficiem. Existimo nãqȝ ꝙ diuideretur in minimas partes: has quidem numero propter hanc numero applicationem. Et forsan non esset necesse ꝙ fieret diuisio in minimas simpliciter q̃ per se possunt esse. Tametsi neqȝ id esset inconueniẽs cõcedere: nam casus iste non est naturalis, quia naturaliter non possunt dari res tam vniformes nec tam ęqualiter applicatę. ¶Ad tertiũ quispiam forsan respõderet nõ admittẽdo casum, videlicet ꝙ tabulę illę duę essent adeo contiguę vt nullus interesset medius aer: propterea ꝙ Aristo. 2. de anima text. 113. dicit ꝙ duo corpora mixta in aqua vel aere, nõ possunt esse immediata & contigua, quin mediet aqua vel aer. Cuius testimonium est ꝙ si digitos q̃tumuis cõpressos in aquam merseris, experieris aquam colari inter illos. At vero existimo Arist. solum illic intelligere ꝙ naturaliter non põt fieri tanta copulatio corporũ quin aqua mediet: nihilominus nulla est repugnantia quin Deus id possit facere.

¶Idcirco admisso casu respõdet Pau. Vene. ꝙ si tabula illa incipit eleuari per vltimũ non esse immediate post illud, aer subito motus replebit totũ spatiũ. Id tamẽ salua authoritate grauissimi doctoris credere neutiq̃ possum, alias daretur motus subitus aeris per magnum spatium: qd repugnat naturę rerum vt articulo secundo vidimus. Et ideo crediderim ꝙ naturaliter non posset tabula superior dimoueri ab inferiori, si ęqualiter vndiqȝ eleuaretur: sed superior traheret sibi affixam inferiorem, quemadmodũ aerẽ attractum a fistula sequit sursum aqua. Et hui⁹ testimoniũ est, qd si quadratũ corp⁹ planissimũ superponas aquę, nõ poteris vniformissime eleuare sine aliquali violentia: & adhuc tunc parumper eleuatur aqua vsqȝ dũ intret aer. Si vero ex vna parte incipias eleuare, nulla est difficultas: quia tunc celerrime penetrat velocissimus aer.

¶Conclusionibus his Aristo. 6. Conclus. aggregatur sexta. Nihil repugnat per potentiã supernaturalẽ Dei esse vacuũ, siue simpliciter, siue accipiẽdo vacuũ pro illis dimẽsionibus separatis. Primum enim manifestum est: nam sicut pro sua volũtate & altissimo iudicio creauit mundũ in hac parte, quę ante erat vacua, potuit creare cęlos tãtum, ita vt nihil crearet intus: & eadem ratione potest aquam dolij annihilare impediendo motum aeris ad replendum vacuum. Res, credo est manifesta magis, q̃ vt testimonijs indigeat. Et ꝙ possit creare dimensiones separatas sine subiecto, manifestũ est: vt in sacramento altaris: quas si modo seruaret sine aliquo calore, aut accidente physico, ille essent vacuum ad modum antiquorum. ¶Unde ad quartum principale argumentum negatur consequentia: non enim ita repugnat vacuum rerum Ad quartũ

J 2 naturę,

nature, vt implicet contradictionem esse vacuum, sicut repugnat, hominem esse irrationalem: sed ad hunc sensum, ꝙ si res relinquantur suis naturis, nullatenus permittent vacuum. Secus si supernaturaliter Deo aliter fuerit placitū. Quod Aristo. minime nouerat. ¶ Sed tunc profecto nōnulla est difficultas dato vacuo in toto concauo lune, ꝛ nullo alio posito miraculo: vtrum latera celi concurrerent inuicem ad replendum vacuum: sicut aqua ascenderet. Rursus si daretur vacuum in ambabus regionibus aeris ꝛ ignis, vtrum elementum aque rarefieret ad tantam quātitatem, vt totū repleret. ¶ Ad primum respondetur, ꝙ nullo alio miraculo posito quam vacuo in concauo lune, celi nullo modo mouerentur ad replendum illud: quia suapte natura sunt incorruptibiles, ꝛ tamen moueri non possent tunc sine rarefactione ne relinquerent vacuum locum suum. Quod esset miraculum maius quam illud de vacuo.

¶ Hec est idem de aqua: que cum ipsa sit mobilis ꝛ rarefactibilis, minus repugnat nature vt ascendat ipsa, ꝙ̄ vt detur vacuum. ¶ Ob idq; ad dubium secūdum respōdetur, ꝙ illo casu aqua ꝛ terra rarefient vsq; ad summam raritatem sub quibus possunt cōseruari, vt repleāt ꝙ̄ maximum possunt locum. Nō tamen (vt arbitror) adeo rarefient quousq; corrumpantur: nam si corrūperētur, plus vacui maneret. Nisi dicas ꝙ conuertentur in rarissimum ignē qui poterit maiorem locum replere. Sed profecto propter vacuum non est admittendum ꝙ vnum totum elementum corrumpatur. Maxime quia per solam rarefactionem sine aliqua alteratione ꝛ inflammatione non videtur quo modo terra conuertatur in ignem: imo neq; in aerem.

Articul. 2.

¶ In articulo secūdo examināda est vulgatissima illa sententia, que circunfertur tanquam Arist. quam elici putant ex. c. 8. a tex. 71. ꝛ infra: nempe ꝙ admisso supranaturaliter vacuo simpliciter vbi nullum esset corpus resistens, si aliquid moueretur per illud moueretur in instanti: ꝛ pars affirmatiua videtur nonnullis esse expressa mens Aristot. Ait enim ꝙ qualis est proportio inter grossitiem ꝛ resistentiam vnius medij ad grossitiem ꝛ resistentiam alterius equalis longitudinis, talis est proportio temporis quo. a. mobile pertrāsibit vnum spatium ad tempus, quo idem mobile pertransibit alterum. Et subdit, ꝙ cum in vacuo nulla sit resistentia, id quod mouetur per vacuum, exuperabit omnem proportionem ad id, quod mouetur per plenum: ꝛ per consequens in non tempore mouebitur. Qd item confirmat tex. 72. quia dato opposito. s. ꝙ mobile per vacuum moueretur in certo tempore, sequitur vnum inpossibile. s. ꝙ idem mobile poterit pertransire spatium plenum in tanto tempore, quanto pertransit vacuū, nā si tempus consumptum in vacuo est subduplū ad tempus cōsumptū in. a. pleno spatio, poterit signari aliud spatium. b. in duplo subtilius ac minus resistens, ꝙ̄. a. quod idem mobile transibit in subduplo tempore, atq; adeo in tanto, in quanto pertrāsiuit vacuum: vt in commentis latius expositum est. ¶ Hinc Cōmen. eodem commento elicit regulā, ꝙ quando tota resistētia motus prouenit ab extrinseco. (. s. ratione medij) motus fieret in instanti. ¶ At quia arguit Abempache ꝛ alij quandoq; cōtingere successionē motus ꝛ retardationē, nō solū ex resistentia medij, sed aliunde: vt patet in motibus violētis proiectorū: ꝛ in motu primi mobilis, vbi non est resistentia medij, in motu aialium q̄ fatigantur. Rñdet Cōme. ꝙ resistētia potest tribus de caussis prouenire. Primo ex parte mobilis, nempe quia mobile in contrarium suapte natura nititur: vt patet in motu violento, quando graue iactitur sursum. Secūdo etiā ex parte mobilis: non quidem contra nitentis, sed ratione situs contrarij, quem habet ad motum intētum a motore. Qua de causa primum mobile nō mouetur in instanti ab intelligentia: non propter resistentiam medij (que nulla est) neq; quia celum contra nititur, imo inclinatur moueri, sicut mouetur: sed ratione situs, quia partem quam modo habet in oriente, intendit intelligentia mouere ad occidentem: ꝛ propter continuitatem partium orbis non potest fieri in instanti. Tertio modo potest prouenire ex parte solius medij, vt ī motibus (inquit) corporum simplicium grauium ꝛ leuium. In illis (inquit) nulla est resistentia ex parte mobilis nam forma grauis suapte natura inclinat ad cētrū: ex parte vero materie nulla est resistentia, q̄a de se nullam habet inclinationem: nisi ad recipiēdū formā. In animatis vero potest ꝓuenire resistētia ex parte medij ꝛ ex parte corporis: quod propter grauitatem aliquo modo resistit motui progressiuo. Resistētia triplicitur.

¶ Ait ergo, ꝙ velocitas vel tarditas motus debet attendi penes excessum virtutis motiue supra resistentiam: considerando, tanꝙ̄ vnam resistentiam, totum aggregatū ex resistentia medij ꝛ resistentia mobilis, si aliqua sit. Et hinc sequitur, ꝙ in motibꝰ violentis proiectorū ꝛ in motibus aialium ꝛ in motu celi seclusa resistentia medij, nō fieret adhuc motus in instanti per vacuum: in motibus vero naturalibus grauium ꝛ leuium motus fieret in instāti per vacuū, quia nulla est resistentia mobilis. Ob idq; Aristo. (inquit) non loquebatur vniuersaliter, ꝙ quicquid moueretur per vacuum, moueretur in instanti: sed vel ex suppositione, si nulla esset resistētia intrinseca, vel particulariter in motibus naturalibus. Hanc opinionem tenet hic Paul. Venetus ꝛ Grego. in. 2. distin. 6. q. 3. art. 2. quem fere Nominales sequuntur. S. Thom. hic lec. 12. ꝛ in. 4. d. 44. q. 2. art. 3. tenet contrarium: nempe ꝙ admisso vacuo nullum corpus nec violenter nec naturaliter moueretur in instāti. Et vt manifestū ab immanifestis separemus, admisso vacuo hinc ad concauum vsq; lune, ꝛ posito graui in concauo lune, si intelligatur moueri in instanti, ita vt in eodē numero instanti esset simul illic ꝛ hic, nemo sane mentis posset dicere, id posse fieri per motum: nam res in duobus simul locis distinctis esse non potest: nisi forte a Deo per miraculū simul poneretur in duobus locis. Item quia motus intelligi non potest, quin aliquo modo prius sit in termino a quo, quam in termino ad quem: nec prioritas nature in eodē instanti temporis sufficeret ad rationem motus. Authores ergo huius opinionis dicere tenentur ꝙ talis motus fiet subito: videlicet, ꝙ si graue illud dimittatur per primum non esse tentionis, itaque nunc non tenetur sursum ꝛ immediate ante hoc tenebatur, tunc illud primum non esse, erit primum esse in termino ad quem: ita vt nunc sit in terra, ꝛ immediate ante hoc erat in concauo lune: si vero dimittatur per vltimū esse tentionis, illud erit vltimum esse in termino a quo: itaq; nunc est in concauo lune, ꝛ immediate post hoc erit in terra. Sequemur secundum modum qui minus habet difficultas. ¶ Contra quem tñ sic arguitur. In primis nō ponunt iam motū in instanti: sed in tēpore. At ꝙ etiam hoc sit impossibile, arguitur, rōne que elicitur ex. S. Thom. Illud graue necesse est, vt habeat extensam quantitatem: sit. v. g. tripedale. Arguitur

guitur sic. Pedalitas suprema nō potest venire ad locum, in quo est infima, quin prius sit in loco, in quo est media: illud autem prius & posterius non potest fieri ita subito ergo. Maior est manifesta: nā corpus quod commensuratur loco, inintelligibile est, vt per motū veniat de extremo ad extremum, nisi per medium: imo oppositum implicat contradictionē. Poterit enim Deus, id quod est in celo, ponere in terra, sine hoc, ꝙ ponat in medio et ponere simul in omnibus locis medijs: sed ꝙ hoc faciat per motū est implicatio: quia motus corporis dicit trāsitū per medium. Ob idꝗ angelus qui cū sit incorporalis, nō dependet a loco, potest quidem forte moueri de celo ad terram, non per medium. At vero corpus ratione situs partium inintelligibile est, vt possit mutare situm partium, aut mutare locum, nisi per medium. Minor autē, scilicet, ꝙ id non possit fieri subito, patet: nam simus in illo instanti, quod est vltimū esse in celo. Arguitur sic. Immediate post hoc lapis hic erit in terra, & erit in medio, imo in infinitis punctis medijs: ergo nō prius erit in medio quam in terra, imo simul erit in omnibus locis. Scio istos negare consequentiam, nam dicūt, ꝙ queadmodum immediate post hoc erit instās, sed nihilominus ante quodlibet instans erit aliud instans: ita dicunt, ꝙ immediate post hoc erit in terra, & nihilomin⁹ ante illud fuit in medio: & quocunꝗ puncto ad imaginationem signato in medio, immediate post hoc erit in illo, & nihilominus ante illud erit in propinquiori. At re vera solutionem hāc nunquam mihi potui persuadere: vt lib. 3. quest. vltima dicebamus: nam de instantibus aliud est, cum tempus versus instās presens non habeat vltimam partem proportionalem, sed quacunꝗ data alia est minor propinquior: illic autem sunt equalia spatia, que pertranseuntur, vt tres pedalitates equales, imo quamplurime vsque ad terram: quare inintelligibile est, ꝙ immediate post hoc erit, in postremo pūcto & medijs quominus simul sit in omnibus, nec prius in vno quā in alio. Cauillari contendunt aliqui argumentum, per hoc ꝙ nullum in reiveritate est medium, cum sit vacuum. Hoc tamen ridiculū est: nam quāuis non sit medium resistens, est tamen distantia: fingatur enim columna creata in vacuo, clarū est, ꝙ altitudo eius distat a profunditate: descendat ergo lapis contigue per illam: & queritur tunc, vtrū prius tanget pūctum prime quarte, quam punctū medium: & prius medium, quā extremum & perstabit integrum argumentum. ¶Secundo manifestissime arguitur de motu celi. Celum mouetur absꝗ aliqua resistētia, & tamē mouetur successiue: ergo. Nec satisfacit responsio, ꝙ mouetur secundum voluntatem intelligentie motricis: nam intelligētia mouet celum summa velocitate: qua suapte natura est mobile, nec veloci⁹ posset aut tardius mouere. Nihil ergo est in causa successionis motus, nisi situs diuersarum partiū in diuersis locis veris, vel imaginarijs, & per consequēs eadem erit ratio successionis in descensu grauis.

¶Et tertio arguitur. Si mobile per vacuum subito descenderet, sequeretur ꝙ eodem modo posset descendere & iterum ascendere. Detur ergo. v.g. spatium vacuum decem pedum inter tectum & pauimentum alicuius aule, & dimittatur pila taliter, vt repercussa a pauimento iterū ascendat aut per violentiam, aut Deo id faciente, vt isti admittunt. Tunc arguitur sic. Nunc pila est in tecto, & immediate post hoc erit in tecto (nam quocunꝗ instanti dato post hoc ante illud tetigit pauimētū, & repercussa est) ergo quiescit: nā quiescere nihil aliud est, quam esse nunc in loco, in quo erit immediate post hoc, & fuit immediate ante: & per consequens non mouetur. Imo isti debent concedere, ꝙ immediate post hoc poterit Deus facere, ꝙ lapis ille faciet infinitos ascensus & descensus, quod est inintelligibile. ¶Et postremo arguitur. Si De⁹ daret modo inclinationem vniuerso orbi, vt moueretur motu recto (vel impelleret ipsum) immediate post hoc transiret infinitum spatium imaginarium, imo infinities infinitum: quod non est intellectu possibile. Re vera fateor, ꝙ quanuis Arist. & omnes Philosophi mihi iurassent, ꝙ aliquod corpus posset trāsire subito aliquod spatium, capere mente non possem. Nam militat etiam hic argumentum illud quod fecimus de infinito. Posset enim tunc eadē ratione subito moueri lapis circulariter in vacuo vt rota molendini. Quod implicat contradictionem: nam tunc sequitur ꝙ quelibet pars erit immediate post hoc in eodē situ & loco in quo est modo, quia quelibet erit reuersa ad suum locum: & per consequens rota quiescit: nam quiescere est ꝙ partes immediate ante hac & immediate posterūt in loco, vbi modo sunt. Item sequitur quod immediate post hoc faceret infinitas circulationes, quō certe intelligibile est a Deo posse fieri.

¶Igitur ad argumenta contrarie opinionis que omnia nituntur authoritati Aristote. vno eodem verbo respondetur: nempe quod Aristotel. non arguit ostensiue vt ex professo probet mobile in vacuo moueri in instanti: sed ex positione si nulla esset repugnantia ex parte mobilis. Et ne hec solutio que vulgaris est censeatur voluntaria, nota quod antiqui ponebant vacuum ne plenum resisteret motui naturali, & ideo videbantur insinuare quod ex parte mobilis nulla erat prorsus resistētia in motu: & ita arguit ad hominē Aristotel. ꝙ tunc motus fieret in non tempore. At ꝙ Aristote. id non concessisset, patet: quia videbat celum absque vlla prorsus resistentia moueri successiue. Et preterea, quia alias deberet concedere successionem motuum grauium & leuium esse violentam: nam esset tota a principio extrinseco passo non conferente inclinationem ad illam. Fateor tamen hanc non tam significanter appellari resistentiam, quam repugnantiam ex parte extensionis quantitatis ne possit corpus moueri de extremo ad extremum, nisi prius fuerit in medio.

¶Eodem modo soluitur secundum argumentum quod isti faciunt: videlicet, ꝙ tunc sequeretur mobile in pleno eodem tempore posse moueri quo per tantundem spatium vacuum moueretur, vt Arist. infert textu. 72. Cōcedimus enim conclusionem. Nam si aliquod remisse graue vt lana descēdat per decupedale vacuum in hora, & detur. v.g. ꝙ eadem lana per tantundem spatium plenum aere descendat in decem horis: poterit dari plumbum in decuplo maioris velocitatis ad descendendum, potestꝗ mediū esse multo subtilius aere: ita vt tam ex parte virtutis motricis quam ex parte subtilitatis medij in decuplo velocius, ꝙ lana descendet per aerē: atꝗ adeo in tanto adequato tempore in quanto lana descendit per vacuum. Nec Aristo. hoc habuit pro incōueniēti: nisi admissa eadē suppositione, videlicet ꝙ ab intrinseco nulla esset resistentia aut repugnantia motus instantanei.

¶Tertium argumentum Grego. & aliorum est. Si mobile per vacuum moueretur in tempore, sequitur ꝙ in eodem penitus tempore descendet ferrū grauissi

grauissimũ & leuis spongia. Probatur: nam vtrũq; descẽdet summa velocitate possibili. Etenim post quam nulla est resistentia in medio, non potest designari causa penes quam attẽdatur velocitas motus in vacuo. ¶ Respondetur, ꝙ licet extensio quantitatis est in genere ratio successionis motus, necesse est tamen dicere, ꝙ ratio tante aut tante velocitatis debeat attendi penes virtutẽ motiuã: nã vt ait Phi. tex. 71. & ex parte resistentie & ex parte virtutis attenditur velocitas. Unde hec elicienda est regula, ꝙ vnicuiq; virtuti motiue naturali correspõdet certa velocitas & tarditas: que potest crescere ex resistentia medij: qua seclusa mouebitur in vacuo ea velocitate, que correspondet sue virtuti. Ob idq; velocius descẽdet id qđ grauius est. ¶ Qđ si arguas solutionem hanc aperte pugnare contra Aristo. text. 74. vbi eam expresse reprobat dicens, ꝙ si maior virtus motiua velocius mouet ꝙ minor, hoc est, quia facilius vincit resistentiam medij, & ideo vbi nulla fuerit resistentia medij, nihil cause restat, cur maior virtus velocius moueat. Respondetur, cũ. S. Th. ibidẽ lectione. 12. ꝙ hoc intelligit Aris. admissa eadẽ suppositione, ꝙ nulla sit resistentia aut repugnãtia ex parte mobilis: quã ipse non admitteret. ¶ Postremũ argumẽtũ quod alicuius sit momẽti est. Alteratio incipit in instãti per vltimũ nõ esse, itaque nũc nõ est calor in passo, & immediate post hoc erit: vt lib. 1. q. 3. disputabamus: ergo eadẽ rõne potest esse motus localis instãtaneus hoc modo, vt in hoc instãti mobile sit in hoc loco, & immediate post hoc sit in alio distãti. S. Tho. in. 4. d. 44. q. 2. art. 3. respõdet negãdo cõsequentiã: ait enĩ ꝙ qñ mot⁹ est inter terminũ priuatiuũ & positiuũ, nihil repugnat vt in instanti fiat. Qđ est dicere, nihil repugnat ꝙ id qđ modo nõ est calidũ: immediate post hoc sit calidũ: sicuti ecõuerso in generatione sub est ꝙ fit in instanti per primũ esse, id qđ immediate ante hoc non fuit, modo est. Ubi autem est mot⁹ rei corporalis inter duo positiua extrema, id non potest cõtingere: non enim subiectũ potest moueri a calido vt vnũ ad calidũ vt tria: aut augeri a pedalitate ad bipedalitatẽ illo mõ subito: & eadem ratione nec moueri localiter ab vno in alium locum. Hinc sequitur, quod nec corpus gloriosum, vt illic ait. S. Tho. poterit in instanti moueri: quãuis ei medium non resistat: sed mouebitur in tempore breuissimo: atq; adeo fere imperceptibili secũdum virtutem dotis agilitatis. Hoc tamen theologis relinquatur.

Regula velocitatis motus.

¶ Text. cj. Est tempus numerus motus. &c.

## Quæstio quarta.

### VTRVM DIFFINITIO temporis recte fuerit a Philosopho constituta.

A Parte negatiua arguitur. Tempus nihil est: ergo diffinitio supponit falsum. Probatur antecedens. Aut tempus est res altera distinctaq; a motu, aut eadem res ꝙ est motus, sola ratione distincta: non primũ: quia vt elicitur ex diffinitiõe, tempus non est nisi prius & posterius ipsius motus: hec autẽ nihil aliud sunt ꝙ partes durationis motus: duratio vero non ita distinguitur a re, vt sint due res: ergo. Si vero non distinguũtur vt due res, cum, vt lib. 2. q. 4. arbitrabamur, neq; motus distinguatur a mobili tanꝙ res a re sequitur primo ꝙ mobile, motus, & tẽpus, vna prorsus res sunt, vt significatur per hos tres terminos diuersis cõnotationibus: & sic solũ esset differentia in connotationibus terminorum, quod est absurdum: nam tempus, vt ait. S. Thom. 2. sent. d. 2. q. 1. arti. 2. est ens naturale, imo est quodammodo causa corruptionis rerum, vt ait hic Philosophus text. 117. & text. 128. Sequitur. 2. ꝙ ista predicatio esset cõcedenda, celum est tempus: quod stultum ait esse Aristo. tex. 94. & per consequens idem esset annus & dies & hora. Item motus esset tẽpus: quod Aristote. expresse negat text. 98. ¶ Secundo principaliter arguitur. Tẽpus (si quid est) est quãtitas continua, vt ait Aristo. in Predicamentis. c. de quantitate: numerus vero est quantitas discreta: ergo tempus non est numerus. Quod si respondeas tempus esse numerum ex opere intellectus distinguentis inter prius & posterius tanquam inter duo, vt videtur Aristote. sentire tex. 131. tunc sequitur ꝙ tempus sit ens rationis: consequens tamen est falsum. Nam secluso quocunq; intellectu numerante si celum moueretur, esset tempus, quo durarent, & per consequens mensurarentur res omnes corruptibiles. ¶ Tertio principaliter arguitur. Si tempus est numerus motus secũdum prius & posterius: aut intelligitur de numero solius motus celestis: aut numero prioris & posterioris istorũ inferiorũ. Secũda pars videtur esse contra Aristote. text. 133. vbi ait omnes motus mensurari vnico tempore quod est in celo. Sed ꝙ prima pars sit etiam falsa, arguitur sic. Illud est tẽpus per quod metimur duratiõẽ aliquam aut actionem nostrã: sed quocunq; motu locali vniformi metimur actiones nostras quantum durauerint, vt patet in horologijs & in motibus arene vel aque, quibus horas cognoscimus: ergo quicunq; talis motus, aut saltem prius & posterius illius, est tempus. ¶ Quarto deniq; & postremo principaliter arguit. Tempus est, nunc, vnum & idem fluens per totam successionem motus (que expressa est sententia Philosophi tex. 104.) nunc autem idem est quod indiuisibile instãs, numerus vero cõstat ex pluribus partibus: ergo cõtradictio est dicere ꝙ tempus sit numerus. ¶ Et confirmatur argumentum. Temporis nihil est, nisi solum indiuisibile nunc: quod quidem non est pars temporis, vt Philosophus ipse docet tex. 89. ergo nunquã tempus est: & per cõsequens non est diffinibile. ¶ In contrarium ad partem affirmatiuam questionis est authoritas Aristotelis textu presenti. 101. vbi ponit diffinitionem temporis.

¶ Tempus (ait August. xj. confess. capit. 14.) quis facile breuiterq; explicauerit. Unde si nemo ex me (inquit) querat, scio: si querenti explicare velim, nescio. Bene id profecto ac sapiẽter dictum est. Nihil enim familiarius ac notius, quam ꝙ tempus est: nihil tamen, quam quid sit, explicatu difficilius. Arist. nanq; 2. meta. tex. 1. duplici de causa difficultatẽ ait rerum cognoscendarum contingere. Nempe aut ex defectu potentie nostre vt solem maxime perse visibilẽ egre nos cernimus aut ex parte rerum ipsarum: que, cum sint minime entitatis, cognitu sunt difficiles: qua ratione secũdas intentiones, atq; adeo res istas successiuae, vt motum & tempus, cum manifestum sit eas esse, vix quo ad quidditatem intelligere possumus. ¶ Hinc non solum inter antiquos, quos Aristoteles commemorat, sed inter iuniores varie de tempore versantur

Tempus. santur opiniones. Inter omnes tamen primum omnium hoc conuenit, q tēpus sit mensura certissima durationis, motuumq atq operationum corporalium rerum: atq adeo omnes fere semper consenserūt tempus esse in cęlo: eo q motu regularissimo ac certissimo solis tempora distinguunt: nempe dies & noctes, mēsesq & anni. Unde inter alios vsus ad quos luminaria & sydera cęli creata sunt, in vnus est, vt sint nobis veluti horologium ac mensura vitę nostrę, omniumq corporalium mutationū quę sunt in orbe. Et ideo Gene. 1. (vt. 12. de ciuita. Dei. capit. 15. adnotauit Augusti.) fiant, inquit, luminaria in firmamēto cęli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa & tempora & dies & annos. ¶ Tres ergo Aristo. recitat antiquorum opiniōes de tempore, vt super text. 93. adnotauimus. Alij enim putabant tempus esse motum cęli: alij sphęrā ipsam cęlestem: alij motum quęcunq particularem. Quarta vero opinio Arist. fuit q tempus nō est motus, sed aliquod accidens motus: vt text. 94. affirmat: videlicet numerus & mēsura prioris & posterioris in motu, vt text. 101. concludit. Ex qua diffinitiōe duę alię pullulāt opiniones inter Nominales atq Reales. Nominales enim dicunt q tempus nō est res distincta a motu cęli: imo cum nec motū distinguant a re mobili, tempus inquiunt esse ipsum primum mobile. Reales vero, cōtra, censent tempus esse accidens quoddam realiter distinctum a motu cęli, veluti albedo distinguitur ab albo. Inter has nos opiniones, vt in prędicamentis, de sex vltimis, & lib. 3. huius de motu diximus, intendimus medium ponere. Distinguimus autem articulos duos. In primo quinq cōclusionibus exponimus diffinitionem temporis: & in altero dissoluimus dubia tria inde emergentia.

Tres opiniones.

Prima opinio. ¶ Prima igitur opinio est quā sentire videtur Occhā. 2. sentē. q. 12. q tempus est corpus ipsum primi mobilis. Non ait q sit nisi motus eius: at, cum motus secundum eum non distinguatur a re mobili, colligitur vt sit ipsum primum mobile. Et hanc opinionem plures Nominalium sequuntur. Gregorius vero Ariminensis. 2. sent. d. 2. q. 1. expressius ait q non solum primum mobile sed corpus quodcunq continue & regulariter motum, est tempus. Aduersus hāc opinionem sit prima conclusio. Nullatenus (formaliter loquēdo) aut primum aut quoduis aliud corpus mobile est tempus. Conclusio hęc expresse est Arist. hic text. 94. vbi ait q dicere sphęram esset tempus, stultius est. quam vt de eo impossibilia consideremus.

1. Conclus. cęlum non est tēpus.

¶ Primum autem argumētum quod ille insinuat est, q res aliter sunt in sphera & aliter in tempore. In sphera enim sunt tanq in loco, sed in tempore sunt tanq in mensura durationis. Locus autē nō est durationis mensura. ¶ Quis enim dicat locum meum qui est mensura quantitatis meę, esse tempus quo mēsuratur vita mea? Itaq sic colligimus argumentum. Locus & tempus sunt mensura rerū diuersarū: nam locus est mensura quantitatis permanentis, & tempus est mensura nō motus: sed durationis, vt expresse ait Phi. tex. 119. ergo locus & tempus distinguūtur: sicut amphora, quę est mensura liquidorum: & vlna quę est mensura continui. Sphera autem habet se vt locus & vas continens corpora permanentia: ergo non est tempus quo eorum duratio mensuratur. ¶ Secūdo, Corpus quod est subiectum motus est de prędicamento substantię, tempus vero de prędicaments quantitatis: res autem diuersorum prędicamentorum, licet quandoq sint eadem res, tamen formaliter nunq de se affirmantur, vt in. c. de quantitate copiose mōstrauimus. ¶ In tertio. Isti concedunt non solum q eadem res sint dies, mēsis & annus, sed formaliter q hora est dies, & dies est mensis, & mēsis est annus, propter diuersas connotationes, sicut sedens est dormiens. Hęc autem nec Philosophus profecto, nec de vulgo quispiam audire ferret. Nam sequitur tunc q tanta est hora quantus est dies, & dies quantus mensis: & quod dies haberet. xij. mēses, & dies esset annus: & sic qui ieiunaret vnam diem ieiunaret vnum annum. Item concedunt q instans pręsens fuit pręteritum: imo q tempus quod fuit pręteritum erit futurum, & quod erit futurum fuit pręteritum. Item eodem tempore pertransirent idem spatium mobile tardū & mobile velox: nam in hoc tempore (demōstrato cęlo) velocissimus ęquus percurrit stadium, & in eodem tardissima formica reptat idem. Cum tamē equus in quarta parte horę percurrat stadium, quod formica transit in mense. Item sequitur q qui est in peccato tēpore vnius horę & postea penitens saluatur, maneret in peccato tempore totius vitę, & tamē postea migraret ad cęlum. Aliaq id genus ridicula sequuntur plurima. Quod autem addit Gregorius, nō solum cęlū, sed quodlibet corpus esse temp9, inferius peculiariter impugnabitur. Sed miror interim istos qui velint hanc opinionem Aristo. applicare: qui nō solum contendit tempus non esse spheram, verum neq motum eius, sed aliquid ipsius motus. Et Grego. magis miror q citat Augu. in hanc sententiā. xij. de ciui. Dei. c. xv. vbi certe nō modo reuocauit in dubium tēpus esse cęlum, sed nec voluit approbare quod motus cęli sit tempus: vt ibidem, & xi. confess. est aperte conspicere.

¶ Secunda opinio est quod tēpus est mot9 ipsius primi mobilis. Hāc opinionē pręter Arist. tex. 95. recitat Aug. xi. confes. c. xxiij. Et isti magis proprie loquuntur, q pręcedētes. Nā tempus est per quod iudicamus quantitatem motuum: vt per motum solis iudicamus quot annis viuimus, quot horis operamur, &c. Unde & qui dicebant spherā esse tempus, id asserebant ratione motus: vt refert Philo. text. cxxxiij.

2. opinio.

¶ Cōtra hanc opinionē statuitur secunda cōclusio. Siue motus eadē res sit quę tempus, siue alia, formaliter tamē loquēdo motus non est tēpus. Hanc conclusionem ex professo probat Philo. text. 95. et 96. duabus rationibus. Prima. Motus non est nisi in suo subiecto quod mouetur [vnde tot sunt motus quot sunt res quę mouentur] tempus vero nō solū est in cęlo vt accidens in suo subiecto, verū est in omnibus mobilib9 tanq eorum mēsura, ex quo concludit Phil. tex. cxxxiij. q cum sint diuersę species motus diuersiq motus numero, est tamē vnicum oīm tps. Secunda ratio est. Motus est velox vel tardus, tēpus vero minime: ergo sunt diuersa. ¶ Itē tex. 89. expresse cōcludit q tempus neq motus est neq reperitur sine motu. Et text. 101. ait q tempus est numerus & mēsura motus: nunq tamē dixisset q tempus est numerus temporis. Item, vt Pau. Uene. super tex. 96. refert ex Auicenna, alię sunt differentię tpis: puta annus, mensis & dies: alię vera species motus, puta alteratio, augmentatio &c. Item quia vt Philosophus hic text. 152. et infra ostendit, possent esse plures diuersiq motus simul tempore, neutiquam tamen esse possunt plura tempora simul. At de Arist. dubium esse nequit postquā tam multis verbis loquitur de tempore & motu

2. Conclus. Motus nō est tēpus.

motu,tanquam de rebus ratione diuersis:cum ait & motum nos cognoscere tēpore & tempus motu, & alia similia multa. ¶ Est preterea egregia ratio Augustini qua loco proxime citato probat motum non esse tempus. Sequeretur enim tunc ꝙ circularis motus diurnus solis,esset dies : quod falsum esse probatur. Nam si(per impossibile)circulus ille integer vnica hora perageretur, esset quidem idē motus(quippe quo idem spatiū pertransitur) quāuis esset velocior:& tamen non esset idem tempus: nisi quis diceret ꝙ dies fieret hora. Ideoq; conclu dit. Nemo mihi dicat celestium corporum motus esse tempora. Quomodo ergo:ait Gregorius Aristotelem & August. dixisse celum esse tempus? In summa. Motus solū dicit actionem & ordinem mobilis ad terminum (est enim acquisitio quantitatis,aut qualitatis aut vbi) tempus autem est mora illa qua motus fit:vt conclusione quarta euidentius patebit.

Opinio.3. ¶ Tertia opinio est Pau. Vene. ac ferme Realium:quam veluti opinionē S.Tho. defendit Capreol.2.sent.d.ij.q.ij.videlicet,ꝙ tempus est quoddam accidens realiter distinctū a motu primi mobilis tanꝙ res a re,quod subiectiue inest motui ipsi,seu poti⁹ primo mobili mediāte motu:nam accidentia omnia sunt in substantia: quod quidem est quedam quantitas successiua,id est,cuius partes non possunt esse simul,continuantur vero per instātia indiuisibilia: atq; adeo nihil potest esse presens temporis: nisi solum instās indiuisibile:& per cōsequens per hoc dicitur hora esse nunc, aut dies,aut mensis,aut annus: quia est vnum instans quo pars preterita huiusmodi temporum cōtinuatur cum futura. ¶ Contra quam opinionē steterim ego tertiam cōclusionem. Tempus non est aliquod accidens realiter distinctum a motu. Hanc conclusionem multis argumentis nititur persuadere Occhā & Gregorius:que tamen mihi fidem faciūt hec sunt,que lib.3.q.ij. de motu afferebamus, & in predicamentis cap.de ad aliquid.

[illegible]clus. Tēpus [illegible]ō distingu[illegible] numero a motu.

¶ Primo, Si tempus est res distincta a celo eiusq; motu,sequitur quod Deus potest celum & motum eius conseruare, illo accidente destructo ( nullam enim videtur repugnantiā inuoluere ꝙ Deus moueat celum vt nunc mouetur suspendendo concursum ne producatur illud accidens) tunc autem in celo erit tempus vt modo:ergo illud accidens est superfluum. Minorem isti non negant. Nam bene vident ꝙ tunc esset mensura nostrarū operationū, sicuti est modo. Sed maiorem dicunt inuoluere cōtradictionem. Sicut enim Deus non potest facere album sine albedine,ita nec potest facere vt aliquid moueatur sine accidente distincto quod est motus:& per cōsequens sine alio quod sit tempus. Solutio tamen hec,principium petit:nec prorsus satisfacit. Nam esse album in sua ratiōe formali includit albedinem : moueri autem solum includit motum:non tamen includit ꝙ talis motus sit res distincta a mobili,sed solum ꝙ mobile sit in continua acquisitione alterius et alterius quantitatis aut qualitatis aut vbi. Et ideo hoc pretendit argumentum ꝙ non repugnat celum aut me moueri localiter per hoc ꝙ acquirā alium & alium locum seclusa quacunq; alia re:& sic certe nec motus nec tēpus sunt res distincte a mobili. Sicuti ad hoc ꝙ Petrus sit pater,satis est ꝙ habeat filium,seclusa quacunq; alia entitate : q2 esse patrem nihil aliud est quam habere filium:sicuti esse album habere in se albedinem. Concedimus ergo contradictionem esse rē moueri sine motu : sed sine motu distincto, hoc tu habes probare. ¶ Preterea est peculiare argumentum aduersus res has successiuas. Si enim tempus aut motus esset accidens distinctum,esset quidem successiuum,cuius nulla vnquam pars est presens nec fuit presens:sed solum instans indiuisibile:quod Aristot.tex.89.fatetur non esse partem temporis. Hoc tamen profecto,quicquid dicant, est intellectu pene impossibile. In linea em̄ intelligimus partes continuatas per punctum quia vere sunt presentes. In tempore autē aut motu quomodo intelligitur habuisse partes, si nunquā fuit presens aliqua pars secūdum se totam,aut aliquid sui? Ratio hec.11.confess.fere per totum adeo vexauit Augustinum, vt semper se fateretur ignorare quid sit tempus:nempe quia,vt capit.xv.ait,temporis nihil vnquā est:nisi indiuisibile : & ideo intelligere nequibat,quomodo habuisset aut habiturū esset partes. Et ideo intelligere nō potuit vbi esset pars preterita aut figura. Atque adeo profecto sola ratione[credo]intellexit distingui ab existentia illius quod mouetur. ¶ Addit Gregorius ꝙ sequeretur rem aliquam nunquam esse, nisi quando simul & fit & corrumpitur[quod Aristo.5.huius tex. xiiij.videtur habere pro inconuenienti] nam in quocunq; instanti est tempus vel motus,est in fieri et incorrumpi. Sed qui superiora argumenta deuorauerit,hoc corollarium facile iudicabit.

¶ Arguitur preterea. Si tempus esset res distincta,posset Deus idem tēpus numero re producere:nam quācūq; entitatem preteritā potest Deus iterato producere. Quod tamen idem tempus numero quod preteritum fuit modo redeat, contradictionē implicat,eo ꝙ natura eius est fluere:fluxui autem vt repugnat non fluere, repugnat reuerti. Non enim est intelligibile ꝙ Deus hesternum diē hodie reproducat:sicut nec reproducere pōt preteritā actionem. Potest enim Deus reproducere panem quem ego heri comedi: comestionem tamē illam numero certe non potest. ¶ Et confir. Sicut eundem hesternum diem Deus posset hodie producere,eadem ratione posset conseruare hodiernum vt nunꝙ preteriret, esto celum semper moueretur:& sic viuerem quantum Mathusalē,& tamē nunꝙ haberem plures annos ꝙ̄ modo habeo, Et eadem ratione posset eādem numero horam qua equus percurrit tria miliaria, retinere per mensem, quo formica mouetur per tantumdem spatium:& sic formica moueretur tam velociter ꝙ̄ equus : postquam eodem tempore idem spatium pertransit. ¶ Quod si respondeant ꝙ Deus potest reproducere & retinere idem accidens quod est tempus,non tamen idem tempus formaliter. i.eādem durationem aut moram preteritam,tunc sequitur ꝙ non sufficit ad rationem temporis ꝙ sit res distincta, nisi consideretur sub ratione preteriti, aut futuri. Hoc ergo quod ipsi attribuunt illi entitati, nos attribuimus mobili:videlicet ꝙ mobile est eadē res q̄ est motus scd̄m illā rationē qua aliter & aliter se habet in ordine ad partes priores & posteriores spatij. Et idem, secundum aliam rationem qua aliter & aliter se habet in preterito & futuro,est tempus.

¶ Preterea eiusdem rationis sunt in ratione motus(quantum ad hoc)circularis ille celestis & quicunq; alius in istis inferioribus: ergo nullum accidēs nouum producitur in celo per suū motū,cuius simile non producatur motib⁹ horū inferiorū. Mobilia autē hec inferiora non producūt aliquod accidens quod est tempus:nam(vt statim probaturi sumus ex Arist.)tēpus nō est subiectiue:nisi in celo:

ergo

ergo neque in celo tempus est aliquod accidens distinctum, sed illud prius et posterius quod ratione distinguit et a motu et a mobili. ¶In summa. Postquam intelligere possumus et motũ et tempus sine rebus distinctis, non debemus res illas multiplicare, nisi vel ad euitandum predicationes illas, quas aduersus primam et secundã opinionem inferebamus: vel propter authoritates Aristotelis: sed et verba Aris. sane intelliguntur, et predicationes ille optime excusantur per solam distinctionẽ rationis et diffinitionis inter tempus et motum: ergo nõ opus est vt distinguantur tanquam res a re.

4. Conclu. Tẽpus nõ ne distinc. a motu.

¶Est ergo quarta cõclusio. Tẽpus distinguitur a motu, ratione formali et diffinitione. Conclusio hec manifeste sequitur ex secunda et tertia. Si enim distinguitur a parte rei, et non tãquam res a re, fit vt distinguatur ratione formali. At ne commentum nostrum esse censeatur: videtur mihi profecto sentẽtia esse expresse Arist. text. 99. vbi ait quod tempus id quidẽ quod est, motus est: esse autem. i. ratio et quidditas alterum est et nõ est motus: et text. 131. ait quod si non est possibilis intellectus qui numeret prius et posterius, non est completa ratio formalis temporis a parte rei. Sequitur (licet esset hoc, quod aliquando est existens tempus: vt si contingit motum esse). i. esse motus qui est idẽ realiter quod tempus. Non ergo distinguit tẽpus a motu tanquã rem a re, sed quidditatiua ratione. ¶Quãtum autẽ ad. S. Th. pertinet, nullus est locus quem ego viderim, nec hic, neque. 1. p. q. 10. nec alibi vnquã, vbi contrariũ dixerit, quia nullibi addit verbum ad verba Aristo. Uide omnes locos apud Capreo. 2. sentent. d. 2. q. 2. Quinimo lec. hic. 17. super textum citatũ. 99. ait quod prius et posterius sunt idem subiecto cũ motu, sed differunt ratione. Et lec. vltima super text. 131. idem sentit. Quod si aliquando dicat tempus esse accidens ipsius motus: et esse successiuum esseque subiectiue in primo mobili et similia, cuncta nos concedimus: nam accidens, etiam reale, non dicit semper rem distinctã, sed id quod accidit rei preter eius essentiam. Non enĩ negatur quin esse patrẽ sit accidẽs Petri, quãuis paternitas non sit res distincta. Et Scotus quanuis et relationes et motum distinguit a subiecto, nihilominus in. 4. dist. 48. q. 2. expresse ait quod tempus non est quantitas distincta a motu: sed solum differt ab illo in ratione mensure. Et Duran. lib. 2. d. 2. q. 4. idem dicit tanquã de mẽte Philosophi.

Dfia inter motũ et tẽpus.

¶Animaduertenda est ergo differentia inter tempus et motum. Que in motu locali recto super planum exempli gratia oculatius patebit. Demus super planum tripidale vniformiter moueri lapidem. Illud aliter se habere mobilis respectu spatij. s. quod prius est in parte priori quam in media, et in media quod in posteriori, est motus: quia est actus entis in potentia, quod nondum peruenit ad terminũ. Ex hoc prius et posterius, cõsequitur aliud prius et posterius mora et duratione: et hoc est tẽpus. Et sic plane intelligitur verbũ Philosophi tex. 99. s. quod ex cõtinuitate magnitudinis sequitur continuitas motus: et ex cõtinuitate motus, cõtinuitas tẽporis.

Continuitas tpis.

Ex hoc enim quod spatiũ habet partes cõtinuitas situ et positione, motus quo mobile pertransit illas, est continuus: et ex hoc quod motus est cõtinuus, morule quas mobile facit in illis partibus, sunt cõtinue.

Ratio mensure.

¶Est tamen hic preterea adnotandum quod hoc prius et posterius non habet rationem temporis, nisi quatenus mensura est motuum ac durationum omnium rerum (hoc enim proprie sonat nomen tempus) res autem (vt habetur. 10. meta. text. 4.) mensurare non possumus, nisi per aliquam quãtitatem: qua vtimur tãquã indiuisibili, multiplicãdo illã (alias si mensura esset diuisibilis, haberet aliam mensuram sui) vt vinũ metimur amphora, triticum modio, stadium pede pãnum vlna. Et hac ratione illud prius et posterius quod vocamus tẽpus, partimur per annos, et annum per menses, mensemque per dies, diem autem per horas: et hac hora vtimur tanquam indiuisibili: que est sicut minima pars numeri: nam minima pars simpliciter magnitudine non est dabilis, vt ait hic Philosophus tex. 108. Et cum tẽpus in rei veritate sit continuum, habet vt sit numerus per operationem intellectus diuidentis illud in partes: sicut pannus continuus non est numerus, nisi quatenus per intellectum diuidimus in decem verbi gratia vlnas. Et quia inter motus, ille qui natura sua est regularissimus, est subinde simplicissimus, et per consequens inter alios irregulares habetur sicut vnitas ad iudicandum de illis, et talis est motus primi mobilis: propterea illud prius et posterius in motu primi mobilis est tempus omnium temporalium: vt docet Philos. tex. 133. Est enim considerandũ quod quemadmodũ si vlna, aut amphora esset variabilis, nunc maior, nũc minor, non esset mẽsura: ita motus si nunc esset tardior, nunc velocior non esset mensura. Et ideo quia solus motus celi suapte natura est inuariabilis, ille est aliorum mensura. Quod si arguas, de ratione mensure esse vt sit notissima [vt eodem text. 108. asserit Aristoteles.] quia per mensuram debemus iudicare de re mensurata motus autem primi mobilis est nobis abscõditus: sicut ipsum primum mobile respondetur quod ille est motus notissimus per motum solis, qui mouetur quotidie motu primi mobilis: et ideo sol est signum temporis.

Temporis disinitio.

¶Per hec lucida habetur expositio diffinitionis temporis: qua dicitur tex. 101. quod tempus est numerus motus secundum prius et posterius. Est enim numerus ille dierũ et horarũ in quem diuidimus moram illam et durationem quam facit mobile continuo motu. Non ergo dicitur quod sit numerus partium mobilis aut spatij, sed numerus motus. Nec rursus dicitur numerus partium motus diuisi ad diuisionem mobilis, sed diuisi secundum prius et posterius: non quidem positione vt est in spatio (ad quod prius et posterius sequitur proprie ratio motus) sed secundum prius et posterius mora et duratione in ratione preteriti et futuri. ¶Sed contra. Iam ponitur diffinitum in diffinitione: quia hoc prius et posterius non potest explicari, nisi per preteritum et futurum, quod est prius et posterius in tempore.

¶Negatur quod sit petitio principij. Nam illud prius et posterius est ipsius motus, et tempus diffinitur tanquam passio ipsius motus. Sed quia prius et posterius est equiuocum (nam potest intelligi, aut situ et positione, sicut in magnitudine aut duratione et mora) non possumus distinguere vnum prius et posterius ab alio, nisi vtamur terminis temporalibus: vt si dicas. v. g. heri et hodie, preteritum et futurum &c. Hac ergo de causa subinfert Aristo. eodem tex. 108. quod tempus quatenus est numerus qui intellectu diuiditur in plura dicitur multum et paucum: quatenus vero est quantitas continua dicitur longum aut breue. Nam illa sunt predicata quantitatis discrete, hec vero continue ¶Ac deinde tex. 109. subinfert quod tempus non

est numerus formalis quo numeramus, sed numerus materialis numeratus. Ubi aliqui distinguūt duplicem numerum. s. numerantem, qui est anima numerans: et numeratum, qui est res numerata. At vero distinctio hec non elicitur ex Aristot. nec intellectum numerantem aut conceptum quo numerat appellasset vnquam numerum. Est enim terminorum abusio, quia numerus, cum sit species q̄titatis discrete, nõ est nisi aut res ipse, aut aliquid quod de illis formaliter predicatur. Numerum ergo formalem, quo appellat numerum de genere quantitatis, vt abstrahitur operatione intellectus ab his ⁊ illis rebus numeratis: qui obiectiue est in anima: et numerus numeratus appellantur res ipse. Dit ergo quod tempus non est numerus quo numeramus vt dicit quantitatem discretam in cõmuni, vt explicuimus in predicamen. super eundẽ textum, sed est numerus numeratus, puta prius ipsum et posterius motus, vt expositum est: vt si dicas decem vlnas panni nihil aliud esse quam sit ipsemet pannus.

Numer⁹ q̇ ⁊ quod.

## ¶ Quinta conclusio. Quod dictum est de tempore, sentiendum est proportionabiliter de instante: nempe quod sola ratione distinguitur a mobili.

Ad primũ principa.

¶ Igitur ad primum principale argumentum cõcedimus illam partem scilicet quod tempus non est alia res numero distincta a motu negamus tamen inde sequi quod solum differant penes connotationes terminorum. Medio enim modo incedimus inter Reales ⁊ Nominales: a quibus forsan non tam re quam modo loquendi differimus. Ille enim quas illi vocant connotationes terminorum nos dicimus esse rationes et quidditates distinctas in re ipsa: vt expositum est. Et propterea simpliciter non conceditur ꝙ nomẽ, tẽpus, formaliter supponat pro motu: sed (identice) pro re que est motus: nec, motus, pro tempore, sed pro re que est tempus. Ob idque negantur iste predicationes, mobile est motus, aut tempus: motus est tempus, in sensu formali: licet res que est motus sit res que est tempus. Et eadem ratione negatur quod annus sit dies, aut dies hora: sed dies est mora illa ⁊ duratio quam fecit celum ab oriente in oriens circulo diurno: et hora est vigesimaquarta pars illius, ⁊ mensis triginta circulationes. Atq; adeo pari ratione negantur omnes ille predicationes quas contra primam ⁊ secundam opiniones obiiciebamus. ¶ Quod si dubitaueris nos concedere in creaturis quod in diuinis credimus, quod eadem res que est motus est tempus: ⁊ tamẽ motus nõ est tempus sicuti eadẽ essentia que est pater est filius, tamen pater non est filius: hec et alia vide in predicamentis capit. de quãtitate. quest. 2. ⁊ lib. 3. huius. q. 1. vbi hunc modum loquendi copiosissime explicamus. Qui si semel in scholis admitteretur, multe profecto realitates ex vna parte excusarentur, et ex altera loquutiones que inepte sane sunt in Philosophia corrigerentur.

Articul. 2. Prima dubitatio.

## ¶ In articulo secundo restant

tria precipua dubia: que sunt apud Arist. primum est circa materiam secundi argumẽti principalis Utrum tempus sit ens reale, aut rationis: quod est apud Aristote. tex. 131. vbi inquit ꝙ si non esset possibilis intellectus, non esset possibile tempus. Et inde infert ꝙ si de facto nõ sit intellectus: neq; est tempus: ⁊ per consequens videtur sentire ꝙ sit ens rationis. Ex alia parte videtur ꝙ sit ens vere reale. Nam tempus est vere accidens reale, cum sit vera causa rerum: ⁊ prius ⁊ posterius in motu est tempus. Imo circunfertur articulus Parisiensis: vbi habetur ꝙ dicere tempus non esse a parte rei, est error. ¶ Hanc dubitationem scite sane diluit Sant. Tho. hic lect. 23. Ubi considerandum est ꝙ cũ numerus nõ distinguat̃ realiter a rebus numeratis: vel saltẽ ab vnitatibus, que sunt quantitates ipsarum rerum numeratarũ (vt cap. de quãtitate q. 2. censebamus) fit vt numerus quãtum ad suum esse materiale quod habet in rebus non depẽdeat ab intellectu: (saltem creato) nam ab intellectu diuino omnia dependent in fieri ⁊ conseruari. Ratio vero ipsa numeri dicit respectum ad numerãtem. Sicut, sensibile, dato ꝙ de formali significet qualitates reales, vt colorem aut calorem. ⁊c. nihilominus dicit respectum ad sensum: quia ille qualitates non dicerentur sensibiles, nisi respectu sensus. Et ideo illa consequentia Aristote. de possibili. s. si non esset possibilis intellectus, non esset possibilis numerus, bona est: quia si non esset possibilis aliquis intellectus numerans, nulle res denominarentur numerus: eo quod, numerare, dicit actum rationis (saltem in potentia) multiplicantis ⁊ colligẽtis vnitates. Sicut si non esset possibilis sensus nulla qualitas diceretur passibilis. Cum autem inferuntur propositiones de in esse, consequentia nõ valet in rebus permanentibus. Nam dato quod nulla nunc esset potentia de facto sensitiua, nihilominus res essent sensibiles: quia sensibile, solum dicit potentiam. Et pariter numerus decem equorũ aut hominum, vere ⁊ formaliter esset numerus, seclusa operatione intellectus: quia satis est quod sit numerabilis. Sed tamen quia tempus nullas habet partes simul (tẽporis enim nihil aliud est quã indiuisibile nunc, vt dubio tertio. explicabimus) nullo modo partes ille sunt presentes nisi per operationem anime actu conseruantis prius ⁊ posterius. Dicitur enim modo nunc dies sabbati esse, quia est vnum nunc quod anima considerat tanquam continuatiuum preterite durationis ⁊ future. Ex quo sequitur quod tempus seclusa operatione intellectus numerantis habet fundamentum in re: puta motum: actu tamen, quantum ad formalem rationem temporis que est esse numerum, non est actu nisi per operationem intellectus. Et hec est expressa sententia Aristotel. loco citato, eodem text. 131. s. quod sine intellectu non est tempus, sed tamen est illa res que est existens tempus, quo ad materiale: puta motus. Simile est in secundis intentionibus. Natura animalis vere est materialiter in quocunque individuo animali seclusa operatione intellectus: quia non distinguitur realiter ab illis: sed tamen ꝙ sit genus, hoc habet per operationem intellectus abstrahentis illam a singularibus, vt habeat rationem vniuersalis. Itaq; ergo res que est tempus est preter operationem intellectus: sed ꝙ sit numerus habet per operationem intellectus. ¶ Et ex hoc patet solutio ad secundum principale. ¶ Quod si rursus quis percontetur an simpliciter concedendum sit, tempus esse in rebus etiam quocunq; intellectu secluso. ¶ Respondetur ꝙ forte ita est concedendum: sicut in predicabili. q. ii. de vniuersalibus diximus quod non obstante genera et species actu abstrahantur per operationem intellectus, nihilominus, propter fundamentum quod habent in re, concedimus seclusa operatione intellectus esse multa genera et species herbarum atq; animalium ⁊c.

## ¶ Secundum dubium circa ter

tium

Secūdum dubium. tium argumētum principale, est de vnitate temporis. Gregorius enim loco citato. 2. sentē. propter illud argumentum, ait, quodcunqȝ corpus regulariter motū esse tēpus. Et Occhā itidem vbi citatus est, licet id nō tam absolute affirmet, nihilominus ponit multas acceptiōes temporis. s. ꝙ primo modo accipitur pro motu velocissimo qualis est motus primi mobilis: et alio modo large ꝓ motu quocunqȝ horum inferiorum. Et ratio istorum est, quia putant tempus esse quicquid nos accipimus tanquam indiciū ⁊ signum tēporis. ¶ Attamen, vt bona venia bonorum, alias, authorū dixerim, id in primis est expresse contra doctrinam Aristot. qui text. 133. ex professo multis verbis docuit vnicum esse tempus omnium motuū. Alias, inquit, sequeretur ꝙ plura ęqualia tēpora essent simul. Si eñ deambulatio mea esset tempus, esset proinde hora tertia: ⁊ sic si alius simul ambularet, essent duę horę tertię. Et ita possent esse mille horę simul ⁊ mille dies martis, si essent mille motus vniformes qui durarent per diem: vt super eundem textum explicabamus. Et preterea hoc est manifeste contra cōmunem modum loquendi, ⁊ sapiētum, ⁊ vulgariū. Nam secundum istos quodlibet horologium esset tempus: ⁊ sic dicendum esset ꝙ aliud numero tempus est Parisijs ⁊ aliud Salmanticę, ⁊ aliud Romę, imo aliud esset tempus in schols, et aliud in ecclesia maiori: quod profecto ridiculum esset dictu. ¶ Respondemus ergo cum Aristot. loco citato q̄d tempus solum est subiectiue in cęlo: in alijs autē non nisi tanquam mensura in mensurato. Et ita expresse ait. S. Tho. 1. p. q. 10. arti. 6. ¶ Unde ad argumentum negatur illa maior, ꝙ quocūqȝ vtimur tanquā signo iudicamus actiōes nostras, sit tempus. Requiritur enim ad rationē temporis ꝙ sit numerus motus ex sua natura, ita regularis, vt per naturam non possit errare. Nam tempus est mēsura naturalis rerum: ⁊ per consequens debet esse naturaliter inerrabile. Et talis est solus motus primi mobilis. Motus autē inferiores, naturales quidē, velociores sunt in fine quā in principio, violēti vero, econtrario. Item quia motus horum inferiorū nullus pōt esse naturalis nisi rectus: motus autem rectus non pōt naturaliter perpetuo durare: tp̄s aūt debet esse suapte natura mēsura perpetua ⁊ indefatigabilis. ¶ Unde sequitur ꝙ licet nos arte instauremus aliquem motū regularissimū, vt facim⁹ in horologijs: qȝ tamē nō habent hi motus a natura illa regularitatē, ⁊ tēpus est ens naturale: duratio horum mutuū non est tēpus, sed signa tēporis. Et ita profecto sunt dicenda horologia. Et hęc est sententia Aristo. text. 112. s. ꝙ tempus cognoscim⁹ motu sicut motū tēpore. Si enim prius ⁊ posteri⁹ cuiuscunqȝ motus esset tēpus, non dixisset ꝙ motu cognoscimus tēpus, sed ꝙ vno tempore cognoscimus aliud tempus. Dixit autem ꝙ motu cognoscimus tempus: quia motus qui fiunt apud nos sunt signa temporis. Ita enim horologiū signat nobis tēpus: non certe ꝙ est in illo, sed quod est in cęlo. Unius enim eiusdemqȝ numero horę signum dant quotquot in mundum horologia simul sonant.

¶ Sed oriūtur hinc parua quædam dubiola. Primum. Cur potius ponitur tēpus in motu primi mobilis, ꝙ̄ in motu alterius orbis, presertim solis: cum hic sit nobis omnium notissimus. Respōdetur quod orbes proprij planetarum sunt ab occidente in oriens: quę non sunt ita veloces. Nam luna mouetur in mense, sol in anno, et alij alijs temporibus: vt Astrologia docet. Nec sunt ita vniformes: neqȝ per illos distinguuntur dies et noctes. Sed primū mobile quotidie facit integrū circulum, secum rapiēs omnes orbes. Et ideo motus ille solis quo distinguimus dies et noctes est peculiaris primi mobilis: ⁊ idcirco illic est tēpus. ¶ Alterum dubium est: vtrum si alius fieret per impossibile motus velocior (nam magis regularem ⁊ vniformem fieri non est possibile) in illo esset tempus. Uidetur enim ex vna parte ꝙ nō. Siquidē tēpus est ens naturale: atqȝ adeo videtur intrinsece primo mobili conuenire. Ex alia parte videtur q̄d in illo tunc motu esset tēpus: quippe qui esset breuissima mensura. ¶ Item est dubium (vt ad vtrunqȝ simul dicamus) si primum mobile nunc per impossibile cessaret: vt cessaturum est in fine mundi, et cessauit tres horas tempore Josue nihilominus esset tempus (nam possemus actiones nostras tunc metiri) ⁊ tamen nullus esset tunc motus: ergo tempus non est mensura motus primi mobilis. Argumentum est Augustini. 11. cōfess. cap. 23. Et idē est argumentum secundum opinionem eorum qui dicunt in creatione mundi tempore precessisse materiam informē antequam esset lux qua distingueret diem ⁊ noctem. Esset enim tunc tēpus sine motu. ¶ Ad vtrunqȝ respondet ꝙ tempus (vt. 1. p. q. 66. artic. 4. ait S. Tho.) non per se ⁊ necessitate intrinseca est in motu primi mobilis: sed per accidens: qȝ accidit ei vt sit primus motus eorum qui sunt in orbe. Et hoc profecto est mihi testimonium quod nō est accidens distinctum: sed mora et duratione ipsius motus consideratur inquantum mensura. Et ideo si materia fuit creata informis prius tempore quam esset motus illius lucis, necesse est ponere (vt ait illic. S. Tho.) aliquam successionem conceptionum ⁊ affectionum in mente, quę haberet rationem tp̄is. Id quod manifeste colligitur hic ex Phi. text. 98. vbi dicit ꝙ etiā per motū animę possumus cognoscere tp̄s. Et pariter in bello Josue per motum ips⁹ belli aut aliquem alium artificialem, poterat cognosci quātum sol stetisset. Et tunc ille motus, licet non erat proprie tp̄s, erat tamen signum tp̄is ꝙ fluxisset, si motus cęli non cessasset. At vero post diem iudicij cessante motu cęli cum oībus motibus generatiōis ⁊ alteratiōis alijsqȝ id genus physicis, prorsus cessabit rō tp̄is. ¶ Sed cōtra: qȝ tp̄s est propria passio motus cęli: ergo non pōt esse tp̄s nisi in illo, nec pōt ille intelligi quin habeat tp̄s. ¶ Respondetur ꝙ habere prius ⁊ posterius successione est passio eius, sicut cuiuscūqȝ motus. Q̄d autem sit prima mensura, conuenit ei quādiu sit primus motus. ¶ Sed quid si crearetur ali⁹ ęque vniformis ⁊ ęque velox sicut ille. ¶ Respōdetur ꝙ illud nō posset fieri nisi crearetur alius mundus. Et tunc ille esset aliud tempus numero: qȝ ille motus non esset signum aut mensura huius nec iste illius: ⁊ ideo essent duo tempora eiusdē rōnis. ¶ Alia dubitatio est: vtrum tp̄s non solum sit mensura motuum omnium inferiorum, sed etiā motus ipsius primi mobilis. Uidet̄ eñ ꝙ non sit mensura motus primi mobilis: qȝ per illud nō certificamur de quantitate illius motus cū tā vniformis sit motus in rōne motus (scȝ scd̄m prius ⁊ posterius: ꝙ describit in spatio imaginario) ꝙ̄ in ratione temporis: scȝ in rōne prioris ⁊ posterioris in preteritum ⁊ futurum. Sed in cōtrarium est etiā ratio: ꝙ cum ille sit motus successiuus, variabilis scd̄m prius et posterius, non est cur non mensuretur tempore. ¶ Respōdetur ꝙ est mensura tā illius motus, quā omnium aliorum. Et ita ait S. Tho. 1. p. q. 10. ar. 6. ꝙ est in illo tanꝗ̄ in subiecto ⁊ primo mensurato: in alijs

Dubiū. 2.

Dubiū. 3.

Dubiū. 4.

in aliis autem non nisi tanquã mensura in mẽsuratis. Sed est intelligendum ꝙ est mensura, illius intrinseca aliorũ aũt extrinseca. Exẽpli gratia. In vlna lignea signantur tres pedes, que sunt tres tertie. Illa pars tertia est intrinseca mensura illius lignee vlne: extrinseca autem primi ꝛ aliorum que illa tertia mẽsurantur. Ita vna hora est intrinseca mensura illius motus celi (nam vicies quater multiplicata metitur totum circulũ diurnum) sed est extrinseca mensura nostrarum actionum. ¶ Unde ad argumentum in contrariũ respondetur, ꝙ quãuis motus sit tam vniformis quam tempus, nihil obstat quominus intrinseco mensuretur ipso tempore. Quam ob rem Commen. com. 102. ait ꝙ cum dicitur: tempus est numerus motus secũdũ prius ꝛ posterius: ly motus accipitur pro quocunque motu: sed, prius ꝛ posterius, pro solo priori et posteriori ĩ celo. Ut sit sensus quod temp⁹ est numerus cuiuscunque motus: celestis quidem, intrinsecus, ꝛ aliorum extrinsecus: sed est numerus ꝛ mensura secundum prius ꝛ posterius, que regulatissime sunt in celo. Tametsi forte melius est dicere ꝙ motus solum accipitur pro motu celi, vt sit numerus solius motus celi: quia est numerus numeratus ipsius prioris et posterioris: licet per ipsum extrinsece metiamur alios motus. Imo tempus non solum cuiuscunque motus est mensura, sed etiam per accidens est mensura quietis vt ait Philo. text. 118.

Dubiũ tertiũ principale, vtrum sit vnũ nũc.

## ¶ Tertium principale dubiũ

circa quartum argumentum est de instãtibus temporis: vtrum vnum et idem sit nunc fluens per totum tempus. Quod certe apud nõnullos Realiũ implexum atque intricatum est valde. Tenentes nanqꝫ tempus distingui a motu tanquam alteram rem numero, dicunt in primis partes tẽporis continuari per instãtia indiuisibilia: quemadmodum partes linee cõtinuãtur per pũcta. Quod sentire videtur Ph. tex. 104. comparans instãs puncto linee: ꝛ ideo sicut in qualibet parte linee sunt infinita puncta, ita in qualibet parte temporis sunt infinita instãtia. Et hoc quidem satis est intelligibile illi qui credit tempus esse rem distinctam a motu. Sed tamen adiiciunt quod preter ista plura instãtia indiuisibilia est vnicum nũc fluẽs, idem manẽs per totum tempus. Quod quidem asserunt solum propter verbum Aristotel. loco modo citato text. 104. vbi ait. Ipsum autem nũc est quidem vt idem est vero vt non idem. Et putãt esse opinionem S. Thome: quam tamen profecto nec ex Aristot. nec ex Sanct: Thom. (vel ego fallor) elicere possunt: sꝫ est merum figmentum preter vtriusqꝫ intentionẽ. Nam primum omnium verba Aristotelis manifeste huic opinioni aduersantur. Non enim inquit quod aliud sit, nunc. quod est idem, ꝛ alia sint nũc numero diuersa: sed ꝙ vnum et idem numero nũc est quodam modo vnum, et quodammodo plura. Quatenus enim, inquit, ĩ alio ꝛ alio est, diuersum est: quatenus vero est id quod est, ipsum nũc idem est. Et subdit exemplũ: sicut lapis qui per idẽ spatiũ mouet, vnus est ꝛ idẽ re, perseuerãs in toto motu: sed est alius et alius ratione, quatenus consideratur in alia et alia parte spatii. Idqꝫ etiam confirmat exemplo Corisci: qui idem est re dum est in foro ꝛ dum est in Lyceo, sola ratione differens. ¶ Itẽ isti, vt Capreo. 2. sentẽ. dist. 2. quest. 2. ꝛ alii Thomiste: nõ possunt fingere quid sit nũc permanẽs, nisi vnitas mobilis quod manet in toto fluxu temporis. Unitas autem mobilis non dicit respectum proximum ad tempus: tametsi sit causa vnitatis ꝛ continuitatis motus: vt ait Aristotel. text. 105. et illic a nobis expositum est. Igitur planissimus sensus Aristotelis est quod quemadmodum punctũ, motum per aliquam planiciẽ, a mathematicis fingitur facere lineam, ita existentia mobilis continuo fluens per omnes morulas quas mobile facit in spatio, intelligitur facere tempus. Itaque ipsamet existentia mobilis, que in se considerata realiter est vna et eadem numero, considerata vt in diuersis morulis, est et dicitur plura instantia, sola ratione diuersa. Igitur si teneatur tempus esse accidens numero distinctum a mobili ꝛ motu, solum sunt ponenda infinita instantia numero distincta, que continuent partes temporis: ꝛ instans permanens solum appellanda est existentia mobilis: non quod cõtinuet partes temporis, sed quod suo fluxu ad imaginationem intelligitur facere tempus. Sicuti in linea non ponimus, preter infinita puncta indiuisibilia, aliud punctum in rei veritate fluens: sed punctum ipsum, quod est continuatiuũ suo fluxu, si per impossibile moueretur, ad imaginationem fingitur facere lineam. Si vero (quod nos opinamur] tempus non distinguitur numero a motu ꝛ mobili: sed solum ad hũc sensum realiter quod est res alterius predicamenti a mobili [ quã ego voco distinctionem formalem ꝛ quidditatiuã] tunc non opus est ponere infinita instantia numero distincta: sed ipsamet existentia mobilis, sub illa ratione qua nunc est in aliqua morula ꝛ momento, ĩ qua immediate ante hoc fuit, nec immediate post hoc erit, est nũc indiuisibile presens. Atqui illa ratio primi mobilis qua nunquam perseuerat in eodem loco ꝛ morula, sed semper succedit ac fluit a preterito in presens ꝛ a presente in futurum, est tempus.

Sẽsus Aristo. de instãtibus.

¶ Et hic est planus sensus illorum verborum Aristotelis eodem textu. 104. quod ipsum nunc sequitur id quod fertur, vt tempus motum. Idest: quemadmodum tempus se habet ad motum, ita nunc ad mobile. Quod est dicere. Quemadmodum mobile vnum et idem ille ratione qua est successiue et continue in alia ꝛ alia parte spatii [que sunt positione et situ priores ꝛ posteriores ] habet rationem motus: ita existentia ipsius mobilis vna ꝛ eadem, in alio ꝛ alio momento ꝛ morula ( que sunt priores et posteriores duratiõe et ordine preteriti et futuri) est nunc ex cuius fluxu fit tempus. Et eadem est expressa sententia Sancti Thome prima parte questio. 10. arti. 4. ad secundum argumentum. vbi ait quod nũc temporis est idẽ subiecto in toto tempore, sed differens ratione: eo quod sicuti tempus respondet motui, ita nunc temporis respondet mobili. Mobile autem est idem realiter toto decursu temporis, sed differens ratione inquantum est hic et ibi. Et ista alternatio est motus. Similiter fluxus ipsius nunc, secundum quod alternatur ratione, est tempus. Hec ille. Et eandem sententiam pretendit in illo opusculo quadragesimoquarto. de tempore: si suum est. Re vera nisi isti interpretes Sancti Thome tam essent cupidi realitatum multiplicandarum: non quererent in Sanc. Tho. istas realitates, sicut nodum in scyrpo.

¶ Hinc patens est differentia inter tempus, euum et eternitatem: vt loco proxime citato docet San. Thomas. Eternitas enim per extremum opponitur tempori. Non enim solum consistit eternitas in hoc quod nec principium habeat nec finem: sed essentialiter in hoc consistit, quod sit duratio quedam prorsus inuariabilis, et vnum nunc

Tẽpus euum ꝛ eternitas.

nunc idem re & ratione permanens. Et propterea Deus et quicquid est in illo est ęternum, quia nihil habere potest successionis aut variabilitatis, sed totum suum esse et operationes habet simul in se inuariabiliter. Euum autem est medium inter tempus & ęternitatem. Est enim mensura rerum quę quantum ad suum esse & durationem sunt inuariabiles: habent tamen operationes aliquas successiuas: naturaliter annexas: aut corporales, vt cęlum aut spirituales vt angeli. Hoc autem solū exēpli gratia ad explicandum naturam temporis dictum fuerit: non tamen vt de re theologica amplius addatur hic verbum, quo vexati discipuli cōturbentur.

¶ Sed restant cōtra hanc instātium interpretationem argumenta parua ex Aristo. Ait enim text. 106. & expressius. tex. 121. q᷑ nūc temporis, diuidit partes temporis, et etiam continuat: sicuti pūctum partes lineę. Et tex. 107. ait q᷑ nunc numerat tempus. Et multa alia id genus: quę videtur sonare ista instātia numero distincta. ¶ Respōdetur quod hęc omnia & similia saluari possunt posita distinctione rationis modo quo superius explicata est. Dicitur enim nunc temporis diuidere pręteritum & futurum temporis: quia est terminus pręteriti & initium futuri: ad hunc sensum quod nunc res mobilis est in tali mora qua nec immediate ante hoc fuit nec immediate post hoc erit. Quę quidem consideratur vt quoddam indiuisibile secundum rationem disterminans pręteritum & futurum. Est autem continuans, quatenus hoc indiuisibile cōsideratur vt vnum commune quo participant pręteritum & futurum: nam cōtinua sunt quorum vltima sunt vnum. Dicitur autem numerus, quatenus cōsiderantur plura instantia quorū vnum fuit principium & aliud finis eiusdem tēporis: vt eiusdem horę aut eiusdem diei. Hac enim ratione multiplicantur instantia. Ad hanc normam totus textus Aristotelis facile potest intelligi: vt latius in commentis patet. ¶ Unde ad. 4. principale argumentum satis responsum est. Ad confirmationem vero, quę est argumentum Aristotelis textu octuagesimonono. respondet ipse tex. 105. vbi dicit tempus & instans habere se conuertibiliter: scilicet si tempus est, nunc est: & si nūc est, tempus est. Nihil enim aliud docere vult illic nisi quod tēpus simpliciter est, per hoc quod nunc indiuisibile continuans pręteritum cum futuro est. Dicitur enim nunc dies hodierna esse: quia est nūc indiuisibile continuans successionem temporis, quod est in motu integro circulari primi mobilis. Et dicitur esse hora pręsens: quia idem nunc continuat partes talis durationis. Et ita proportionabiliter dicendum est de mense: & anno: atq; adeo de toto tēpore, a principio ad finem vsq; mundi.

Finis quarti Physicorum.

# Reuendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super quintum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶ Text.x. Necesse est tres motus, &c.

## ¶ Quæstio prima.

### VTRVM TRES SINT tantum species motus.

Post cõsiderationem motus rei naturalis eiusq; principiorũ causarũq; ac mẽsurarũ.s. loci & tẽporis, in hoc quinto, vt in exordio commentorum dicebamus, partitur Ph. motum in suas species. Estq; disputatio hęc tripertita: nempe de speciebus motus, de vnitate et diuersitate motus: et de eius contrarietate. Ob idq; prima quęstio de speciebus motus circa text.10. mouetur hęc. ¶ A parte negatiua arguitur. Et primo aduersus distinctionẽ quã Ph. statim text.1. preponit, videlicet, motum contingere, aut per accidens, aut ratione partis, aut simpliciter ratione totius. Id quod ratione partis, mouetur, simpliciter mouetur: quando enim quis solum laborat pectore, cũ illa pars sanatur, simpliciter dicitur sanari apud omnes: nam simpliciter euadit sanus. Item qui est crispus secundum capillos, simpliciter est crispus: & qui est aquilinus aut simus: secũdũ nasum simpliciter est aquilinus, aut simus: quia predicatiões iste nõ possunt competere toti, nisi ratione istarum partium: ergo quod mouetur secũdum partem, simpliciter mouetur. ¶ Et cõfirmatur, qui lingua loquitur, totus simpliciter loquitur, et qui pedibus ambulat et oculis videt, totus simpliciter ambulat et videt: ergo moueri secundum partem est simpliciter moueri.

¶ Et confirmatur secundo, ex parte termini: res quę mouetur ad speciem, simpliciter mouetur ad genus: vt qui discit Mathematicas, simpliciter discit scientiam, quę est genus ad Mathematicam: et qui discit artem struendarum edium, simpliciter discit artem, tamen species est pars subiectiua, cuius totum est genus: ergo. Et de parte integrali idem arguitur: ignis enim dum ascendit sursum versus Zenith nostrum, simpliciter ascendit ad concauum lune, et tamen non ascendit, nisi ad vnam particulam illius. Male ergo distinctum est moueri aut mouere secundum partem, cõtra moueri simpliciter, & moueri ad partẽ contra moueri ad totum. De alijs duobus membris scilicet de causa & effectu per se & per accidens, superuacanea esset hic disputatio: quandoquidem.2.huius.quęst.3.satis dictum est. ¶ Secundo principaliter arguitur cõtra id quod habetur text.3. videlicet solum subiectum proprie moueri. Motus est fluxus quidã, & moueri nihil aliud videtur esse quam rem successiue & continuo aliter se habere: sed qualitas quę acquiritur aut intenditur, in alteratione semper fluit, quatenus habet nouum & nouum gradum intensionis: & pariter quantitas in augmentatione: quatenus semper crescit forma substantialis in generatione dum successiue extenditur her subiectũ videtur moueri postquam procedit semper a minori ad maiorem extensionem: ergo non solum subiectum, sed terminus ad quem proprie mouetur. ¶ Tertio arguitur aduersus illud quod statim subditur text.4. motum scilicet et mutationem quancunque denominari a termino ad quem. Motus localis non potius denominatur a termino ad quem quam a termino a quo nam termini sunt omnino eiusdem rationis: vt patet cum quis deambulat: et potissimum id patet in motu circulari celi: cuius idem est terminus a quo & ad quẽ: primũ enim mobile mouetur aboriente in idem oriens.

¶ Et confir. creatio denominatur a termino a quo: definitur enim qd sit productio alicui⁹ ex nihilo: ergo nõ omnis motus sortitur speciem a termino ad quem. ¶ Quarto arguitur aduersus aliud text.6. q; ea quę mouentur & mouẽt per accidens sunt a sciẽtia pretereunda. Fortuna est causa per accidens: & tamen de illa inter alias causas est sciẽtia. vt.2.lib. huius visum est: ergo mouentia & motus per accidens nõ sunt a sciẽtia physica relinquẽda. ¶ Quinto principaliter arguitur aduersus illud assertum text.7. q; generatio non est mot⁹. In post p̃dicamentis destinguit Phi. sex species motus: inter quas ponit generationem & corruptionem: & libr.3. huius text.6. inter mobilia commemorauit generabile. Sed ratione arguitur sic. Si generatio non esset motus, id esset, aut quia generatio non est successiua (cum successio sit d̃ ratione motus) aut quia omnis motus est inter contraria, & substantie nihil est contrarium, vt habetur hic text.16. neutrũ istorum est verum, ergo generatio est motus. Probatur pars prima minoris. Generatio ignis ex ligno (vt ad sensum apparet) fit successiue: imo et in generatione animalium [vt est in doctrina medicorum] successiue forma inducitur in materiã: prius enim cor viuit quam pedes. Quod si dicas minimum naturale substantie in instãti produci, vt lib. primo quęstione quarta dictum est, eadem ratione subsequitur quod neque alteratio sit proprie motus: nã minimum etiam caloris producitur in instanti, aut si non datur minimum (vt ibidẽ arbitrati sumus) saltem incipit esse calor in subiecto in instanti per vltimum nõ esse. Secunda pars eiusdem minoris probatur. In genere substantie est oppositio priuatiua: quę vt habetur.10.metaphysi. text.15. est prima contrarietas: omne enim genus diuiditur per duas differentias quodammodo contrarias: vt animal per rationale et irrationale: ergo substantie aliquid est contrarium. Et confirma. primo. huius text.67. docuit Aristotel. principia generationis esse contraria propterea quod priuatio quodãmodo cõtrariatur forme & per cõsequẽs termin⁹ a quo termino ad quẽ (.s. nõ aer, aeri) ergo generatio q̃ ex nõ aere generat aer nõ deficit a rõne motus ex defectu cõtrarietatis. ¶ Sexto cõtra id q; insinuatur tex.9. & explicatur text.10. Videlicet nullum

nullum esse motum nisi a contrario in contrarium arguitur sic. Sequeretur augmentationē non esse motum: nam quātitati nihil est cōtrariū. Ut habetur in prędicamento quātitatis. Et ratio est qꝛ (vt lib. 1. q. 5. ostensum est) inter illas duntaxat formas est contrarietas, quę recipiunt magis ⁊ minus: quantitas vero non recipit magis ⁊ minus cum non sit intēsibilis. Et eadem rōne neque motus localis proprie est motus: quia cū locus sit de genere quātitatis, nihil est ei proprie contrariū. ¶ Et cōfirmatur, sequeretur ꝙ motus circularis cęli non esset proprie motus, qꝛ non est inter terminos contrarios: imo est ab eodem in idem punctum. Neque motus progressiuus animalis est inter cōtraria. ¶ Et secundo cōfir. sequeretur ꝙ illuminatio aeris non esset motus, tum qꝛ non est a contrario in cōtrarium, tum qꝛ fit in instanti. ¶ Septimo ⁊ postremo directe ad q̄stionē arguitur. Rarefactio est motus ⁊ tamen nec est motus localis, nec alterationis, neque augmenti (siquidē nihil illo motu aut materię accrescit, aut formę) ergo non sunt tres tantum motus species. ¶ In contrariū est authoritas Arist. in hoc text. x.

Prima distinctio.

## ¶ Responsio huius questionis

tribus distinctionibus ⁊ septem conclusionibus, quę ex priori capitulo Aristot. colliguntur, concluditur. Prima distinctio est in fronte statim text. 1. Tripliciter aliquid dicitur moueri. s. aut scdm accidens aut secūdū partē, aut simpliciter per se primo. Similis distinctio ascribitur text. 2. mouenti: atque adeo similis text. 5. termino motus. ¶ Et licet in cōmentis distinctio hęc vtcunque fuerit exposita, ad maiorem nihilominus euidentiā notandum est ꝙ motū cōuenire alicui per se simpliciter, est ꝙ cōueniat illi ratione formę q̄ exprimitur in subiecto, aut agēte, aut termino, cui attribuitur motus. Ut si dicas, mobile mouetur, alterabile alteratur, augmētabile augetur. Hoc est enim quod ait eodem textu Ph. mobilia per se differre ⁊ denominari ſm motus. Item ex parte agētis: vt si dicas, calidū calefacit, ędificator ędificat, medicꝰ sanat. Et ex parte termini, vt si dicas alteratione fit qualitas, calefactione calor, augmentatione quantitas, ⁊c. Per accidens autem motus conuenit formę quę accidit subiecto, causęue, aut termino motus. Ut musicus ambulat, alterabile augetur, medicus sanatur. Et ex parte agentis: vt, album calefacit, medicus ędificat. Et ex parte termini: vt calefactione augetur quantitas, homo ambulando fit sapiēs ⁊c. De huiusmodi causis ⁊ effectibus per se ⁊ per accidēs libr. 2. quęst. 3. abunde (vt reor) dictum est.

Secūdum partem. ¶ Igitur circa aliud mēbrū diuisionis de motu ſm partē, secūdo notandū est ꝙ rem mouere, aut moueri, aut motum terminare ſm partem, contingit dupliciter. s. aut ſm partem subiectiuam (puta speciem) aut ſm partem quantitatiuam. Primo modo, vt si dicas, artifex ędificat, mobile alteratur, nā artifex est genus ad ędificatorem, ⁊ mobile ad alterabile. Et de his prędicationibus non loquitur hic Arist. quippe quas libr. ij. tex. xxxij. decreuerat nō esse per se primo: sed esse causas aut effectus vniuersales. Non enim conuenit artifici: vt sic, ędificare, sed inquātum est talis artifex. s. ędificator: quia pictor est artifex ⁊ non ędificat. Nec mobili inquātum mobili conuenit alterari [vt patet de cęlo] sed inquantum est alterabile. Et pariter ex parte termini, quod fit album non fit per se primo coloratū. Imo nec simpliciter fit coloratum: siquidem iam erat nigrum, at si non erat coloratum, tunc fit mediate coloratum tanquam effectus remotus ⁊ vniuersalis. ¶ Alio modo aliquid dicitur moueri, aut mouere aut motum terminare ratione partis quantitatiue. Ubi pro solutione primi argumenti tertio notandum est, quod dispositio aut forma, alia est quę cōuenit rei ratione certe ⁊ determinate partis, vt hoīem esse crispū aut aquilinum, aut claudum, aut mācum. Et hmōi dispositiones per hoc solū ꝙ conueniāt parti simpliciter cōueniūt toti. Unde si capillū habēti cōptum atque candētem, capillus ipse mutaretur in crispum, totus hō simpliciter mutaretur in crispū. Et pariter si aquilinus nasus mutaretur in simū, totus hō simpliciter fieret simꝰ. Alia est dispositio, vel forma q̄ indeterminate cuicūque parti cōuenit: vt albedo, calor. ⁊c. Et de his aiunt dialectici ab hoc ꝙ scutū sit albū, requiri vt maior eius pars ſm quodlibet sui sit alba. Et de istis inquit Arist. ꝙ id qd mouetur ſm partē nō mouetur simpliciter, alias idē moueretur simpliciter simul motibus cōtrarijs, vt si ſm vnā partē calefieret ⁊ ſm aliā frigesieret: aut si hō vnā manū eleuaret sursum aliāque moueret deorsum. Mouetur ergo solū ſm quid sursum, ⁊ ſm quid deorsum. Quod aūt ambulat secundū pedes simpliciter ambulat: qꝛ non pōt secundū aliā partē ambulare. ¶ Attamē istę dispositiones quę possunt indifferenter cuilibet parti conuenire: alię sunt quę si integre non insint toti non denominant totum, vt sanitas: licet eñ homo reliquum corpus habeat sanū, si caput habeat infirmum, totus homo est infirmus: qꝛ sanitas dicit integram dispositionem corporis. Ob idque si totum residuum corporis est sanū ⁊ vnica pars infirma, quando illa pars sanatur totus hō categorematice simpliciter sanatur, sicut simpliciter totus erat infirmꝰ. At vero quādo homo hꝫ multas partes infirmas vt pectus ⁊ oculum ⁊ manū, licet sanetur secundū vnā, nō simpliciter sanatur. Et sic intelligitur exēplū Arist. ꝙ qui sanatur secundū pectus, aut scdm oculū non simpliciter sanatur. ¶ Atque adeo solutum restat primū argm̄ cū prima cōfirmatiōe. Et pariter ex. 2. notabili dissoluitur secunda. Si eñ qui discit artē ędificatoriā sciebat aliā artē nō fit simpliciter artifex: si aūt nullā sciebat, fit artifex mediate tanquam effectꝰ remotus ⁊ vniuersalis. Et pariter qui fit per se theologus, fit sciens, si ante nullā habebat sciētiā. Ignis aūt simpliciter ascendit ad concauū lunę, versus quancunque partē illuc mouetur: sicut qui ab Italia venit Salmanticā simpliciter venit in Hispaniam tanquam ad locum cōem. Sed si quis veniret Segouia Salmanticā, nō simpliciter moueretur ab Hispania in Hispaniam. (Ad. 1. prin.)

## ¶ Post hāc distinctionē sequū

tur tres cōclusiones. Prima est in tex. 3. Ex quinque quę in motu considerantur. s. agens, subiectū, tēpus, terminus a quo, terminus ad quem, Subiectum tantum est quod mouetur. Cuius ratio est, quod moueri est dispositionem aut formam aut locum mutare, vt successiue fit sub vtroque termino, cum enim lignum mutatur de albo in nigrum, album sub illa ratione non manet nigrum, ⁊ nigrum non erat sub albedine, sed solum lignum est, quod est sub vtraque forma. Agens vero inquātum agēs, non mouetur per se, vt. 3. huius, text. 17. dictum est, licet per accidens contingat quandoque repati. Nec locus in quo fit motus mouetur ea ratione qua est locus, vt libr. 4. tex. 41. dictum est. Nec tēpus mouetur: quia est mensura motus ⁊ motus ipse non mouetur, vt textu. 11. sententia est Aristotel. Restat ergo conclusio ꝙ solum subiectum proprie mouetur. ¶ Unde ad secundū argumētum con (Prima cōclusio.) (Ad. 2. prin.)

cesso

cesso ꝙ motus sit fluxus, negatur, quod qualitas quãdo acquiritur moueatur. Nec moueri idem est prorsus ꝙ rem aliqualiter se habere: sed est aliquid pati, aut recipere aut habere se per modum patiẽtis, aut recipientis, ⁊ forma, vel substãtialis vel accidentalis quando acquiritur non patitur, nec aliquid recipit: sed est illud quo substantiuũ patitur. Secus est de anima recipiente qualitates spirituales: que saltem dum est separata, quodãmodo mouetur, licet cum est coniuncta, homo est qui intelligit ⁊ amat. Et quantitas in sacramento altaris, q2 per se subsistit, mouetur ad modum subiecti. ¶ Se-
2. Conclus. cunda conclusio est in text. 4. Motus sortitur speciẽ a termino ad quem. vt calefactio dicitur, nõ q2 est a calore, sed quia est ad calorem. Etenim vt substantie sortiuntur speciem a forma aqua habent esse, ita ⁊ potentie ⁊ habitus ⁊ actus sortiuntur speciem ex obiecto: quod se habet vt forma eorũ. Diffinitio enim propria visus est ꝙ est sensus percipiendi colorem: auditus, quod est sensus percipiendi sonum ⁊c. Et ita in habitibus: tẽperantia est virtus circa delectabilia tactus: fortitudo est virtus circa pericula belli: geometria est scientia de quantitate continua. Arithmetica de discreta ⁊c. Et hec est doctrina Phil. 2. de anima. tex. xxxiij. vbi ait qꝺ obiecta sunt priora quam actus: actus vero priores quam habitus: ⁊ habitus quam potẽtie. Priores scilicet natura, ⁊ fine, sunt enim potentie ⁊ habitus propter actus: ⁊ actus propter obiecta. Hac ergo ratione motus denominantur a termino ad
Ad. 3. ꝑnc. quem. ¶ Unde ad tertium argumẽtum negatur ꝙ motus localis non comprehendatur sub hac conclusione, ascẽsus enim in motibus naturalibus elementorum est motus sursum ⁊ descẽsus motus deorsum. In celo vero q2 non sunt species diuerse motus non ita distinguuntur: licet motus planetarũ dicatur contrarius motui primi mobilis: quia est ad orientem: ⁊ motus primi mobilis ad occidentẽ.
Creatio. ¶ Ad confirmatio. vero negatur quod creatio denominet a termino aquo: imo sicut generatio est mutatio qua acquiritur substantia, ita creatio hominis, aut creatio equi, si haberet ꝓpriũ nomẽ, illud quidẽ haberet a termino ꝓducto. Et ideo creatio celi ⁊ creatio terre differunt specie, quia termini, ad quos, differunt specie. At q2 non possumus explicare differentiam inter generationem ⁊ creationem, nisi ex parte subiecti aut termini a quo, propterea diffinitur creatio ꝙ sit productio ex nihilo.
Cõsecratio ¶ Hinc sequitur ꝙ destio panis dum consecratur, licet desinat esse quo ad materiam ⁊ formam, non est annihilatio: non ex eo ꝙ restent illic accidentia sed ex eo quod illa desitio nõ per se terminatur ad nihil: siquidẽ ex institutione diuina virtute verborum desinit panis vt succedat substantia corporis Christi: que se habet tanquam terminus ad quem. Ideoꝙ proprio nomine dicitur trãsubstãtiatio. At
3. Cõclu. vero res est iam theologi. ¶ Tertia conclusio est in text. 6. De motu per accidens (siue sit ex parte mobilis, siue ex parte mouẽtis, siue ex parte termini) non pertinet ad physicum considerare. Nam scientia vt habetur. 1. post. tex. 19. procedit ex principijs que sunt necessarie ⁊ per se cause conclusionis: cũ ergo physica tractet de motu, ⁊ hic proprie intentio sit diuidere motum in suas species, solus diuidendus est motus per se: quoniam species, motus
Ad quartũ per accidens sunt indefinite. ¶ Unde ad quartum argumentum, respondetur ꝙ quanuis in tracta. de causis non fuisset disputãdum de omnibus causis per accidens (quia sunt infinite, ⁊ ideo non cadunt sub arte) nihilominus, quia erat solennis sententia philosophorum, fortunam esse causam per se necessarium fuit tractare de illa, vt demonstraretur esse causam per accidens. Nulla est nunc tamẽ similis necessitas dicendi de motibus, aut mobilibus per accidens.

## ¶ Secũda distinctio est in text. Secũda distin.

7. Quatuor modis mutari quid contingit. s. aut de subiecto in subiectũ, aut ex nõ subiecto in nõ subiectũ, aut ex non subiecto in subiectũ aut ex subiecto in nõ subiectũ. Cui annectit hãc quartam cõclusionem. Tres tantum istarum sunt proprie mutationes. Nam secunda illa mutatio, que est ex non subiecto in non subiectum, nõ est per se proprie mutatio: eo ꝙ eiusmodi termini nõ ꝓprie opponuntur: mutatio vero nõ est nisi inter terminos oppositos aliquo genere oppositionis. Distinctio hec: atque conclusio satis in cõmentis exposite sunt. Nec quicquam habent noue difficultatis. ¶ Tertia distinctio est ibidem. Mutatio secũdum cõtradictionem que est ex nõ subiecto in subiectum, atq; adeo dicitur generatio, alia est generatio simplex (vt cũ ex nõ aere fit aer) ⁊ alia secundũ quid: vt cum ex nõ albo fit album. Distinctio hec sumitur ex diuersa ratione entis: etenim vt ens simpliciter solum dicitur de substantia, accidens vero non est ens: sed entis ens (vt habetur. 7. meta. text. ij.) ita productio substãtie simpliciter dicitur generatio: productio vero accidentis, generatio secũdum quid. ¶ Quinta continuo subiungitur conclusio. Generatio simpliciter non est motus. Hanc conclusionem probat Phi. tribus rationibus. Prima est quã super tex. 8. vberius exposuimus. Omne ꝙ proprie mouetur est ens actu manens sub vtroq; termino (nam cum motus sit accidens, presupponit ens simpliciter in actu) cum autem ex non aqua. s. ex aere, fit aqua neque aer mouetur motu generationis, quippequi corrumpitur: neque aqua: quia illa nõ erat sub termino a quo: materia autem que manet sub vtroq; termino non est ens actu. ¶ Hinc infert Phi. ꝙ generatio secundum quid. s. accidentalis (vt cum ex non albo fit album) est quidem motus, per accidẽs tamen, eo quod non album accidit ligno qꝺ per se mouetur. Pari ratione probatur ꝙ corruptio simpliciter (vt cum ex aere fit non aer) non est motus: corruptio autem secundum quid vt cum ex albo fit non album, est motus per accidens ratione subiecti. ¶ Hinc ergo concludit text. 9. quod sola mutatio ex subiecto in subiectum, ⁊ ea quidem accidentalis, vbi ens simpliciter in actu subijcitur vtrique termino, est motus. Generatio autẽ retinet nomẽ mutationis, eo quod res que generatur, est, quod non erat: ⁊ pariter corruptio est mutatio, eo quod id quod est, non erit. ¶ Ratio secunda eadem ferme est in eodẽ text. 8. Si aliquid moueretur motu generationis, maxime, materia que manet sub vtroq; termino: sed illa non, quia nihil mouetur nisi quod est in loco [ nihil enim mouetur, nisi vel localiter, vel presupposito motu locali quo agẽs applicatur passiui] materia vero cũ nõ habeat per se quãtitatẽ nisi ratione totius, non est per se in loco nisi ratione totius. ¶ Tertia ratio est in text. x. vbi probat non esse motum ad substãtiam, propterea quod substantie nihil est contrarium. Ratio ergo est hec. Omnis motus est a contrario in contrarium (nam omnis motus est inter opposita, et inter opposita contradictorie iam ostensum est non esse proprie motum) generatio autem est productio substantie: ⁊ substantie nihil est contrarium, ergo generatio non est motus. ¶ Et hinc elicitur sexta conclusio. 6. Conclus.

Omnis

Margin notes (right): 3. Conclu. — 4. Distin. — 5. Conclus.

Omnis motus est a contrario in contrarium. Probatio elicitur ex tex. 9. Omnis motus est inter terminos oppositos: sed inter terminos contradictione oppositos [vt sunt non album & album nõ aer & aer] non est motus, vt dictum est: ergo omnis motus est inter contraria. Quod Arist. ait, de subiecto in subiectum, vt ex albo, aut medio colore coloratũ in nigrum: aut ex nigro in album, vel medio colore coloratum. Nam medium vt illic dictum est quodammodo contrariatur extremis.

Ad quintũ

¶ Vnde ad quintum pricipale argumẽtum quantum ad primã attinet partem illius causalis. Respondetur primo q̃ licet nõnulli putent eo generationem non esse motũ quia nõ est successiua Aristo. tamen non affert hic hac ratione sed eas quas cõmemorauimus: ob idq; licet qualitas incipiat esse in instanti, nihilominus alteratio est vere motus: q2 id qd subijcitur qualitati est ens in actu & econuerso, licet forma substantialis reciperet magis & minus essetq; intensibilis & remissibilis successiue (vt tertio celi est opinio Commentatoris de formis elementorum nihilominus acquisitio earũ non esset motus: q2 tales forme nõ aduenirent enti in actu: sed materie prime: que non proprie dicit moueri. ¶ Scdõ distinguitur q̃ forma substantialis acquirat successiue: acquiritur .n. de per accidens successiue, non tñ de per se. Successio em motus alia est rõne extẽsionis q̃ prouenit ex parte subiecti maioris vel minoris: & hec est de per accidẽs, accidit enim forme q̃ per mai⁹ aut min⁹ subiũ extẽdat. Et talis successio cõuenire põt generatio ni, vt probat argumentum. Alia vero e st successio intrinseca ratione ipsius motus: q2. s. de intrinseca rõne terminorũ est habere latitudinẽ & distantiam aut mediorũ (vt inter album & nigrum) aut intẽsionis (vt inter minus et magis albũ) aut excellentie et defectus (vt inter minorẽ & maiorẽ quãtitatem) aut locorum: vt est in motu locali. Et ideo in motibus alterationis. augmẽtationis, & localis est successio. In generatione vero substantie nõ est talis successio, eo q̃ cum perfectio & quiditas substantie cõsistat in indiuisibili, in instanti incipit, aut desinit esse. Sed tota successio est in precedente alteratione qua forma contraria corrumpitur. ¶ Ad secundam partem eiusdem causalis respondetur: illã esse vnam causam cur generatio non est motus. Et ideo negatur substantie aliquid esse contrarium eo modo quo hic loquitur Aris. de contrarietate, vt statim patebit. Igitur pro solutione sexti principalis argumenti notandum est q̃ tripliciter quantum ad rem pertinet accipitur contrarietas. Uno modo proprie: & est oppositio duorum extremorum maxime distãtium sub eodem genere: interque est quedã aut mediorũ aut intensionis latitudo, vt diffinitur ab Arist. 5. meta. text. 15. vt est inter album et nigrũ, calidũ & frigidũ. Et hec nõ est ꝓprie, nisi in genere qualitatis, vbi reperitur magis & minus vt lib. 1. q. 4. dicebamus. Secundo modo accipitur paulo latius pro oppositione duorum extremorum quibus repugnat esse simul inter que est aliqua latitudo & distantia: siue ea secundum intensionem, siue secundum excellentiam & defectum, siue secundum distantiam localem. Et hec contrarietas non est in genere substantie: nãm substantie sunt sicut numeri quarum esse consistit in indiuisibili: et ideo licet homo. v. g. excedat equum, non est tamen inter illas species talis latitudo, vt inferior possit crescere ad perfectionẽ superioris: sicuti quod est album trãseundo per media fit nigrum, & qualitas

Contrarietas tripliciter

intensa vt vnum venit ad intensionem vt octo, & pedale fit d̃cupedale, & quod est in vno loco fertur in alium. Qua de causa, vt dictum est, in his tribus speciebus motus est successio: in generatione vero substantie, minime. Tertio modo accipitur contrarietas pro oppõne inter duas d̃ias diuidentes idẽ genus, quarũ vna semper est imperfectior altera, atq; adeo se habet vt priuatio alterius. Quã Phi. 10. meta. tex. 15. appellat primã contrarietatẽ, & eã ait esse in vno quoq; predicamẽto, vt in predicamento substantie, corporeũ et incorporeũ, sensibile et insensibile, rationale & irrationale: & in predicamẽto ad aliquid, simile & dissimile &c. Et hoc modo dixit libr. 3. huius text. 5. omnes terminos motus habere se quodammodo vt formã & priuationẽ. Ut in motu alterationis nigrum (quia est imperfectius) est priuatio albi: & in augmẽtatione minus est priuatio maioris: & in motu locali deorsum est priuatio huius q̃ est sursum. ¶ Unde ad argumentum dicetur q̃ quãuis quantitati ꝓprie nihil sit cõtrariũ nihilominus maior & minor quantitas vt sunt termini augmenti contrariãtur: & etiam locus sursum & deorsum: ¶ Ad confirmationem vero primã rñdet q̃ etiam in motu circulari celi est contrarietas terminorum partialis motus: puta ab oriente ad occidentem, et inter quecunq; alia pũcta distantia. Et pariter in motu progressiuo animalis locus a quo et locus ad quem contrariantur, quia distant per aliquam latitudinem. ¶ Ad secundam confir. conceditur q̃ proprie illuminatio aeris non est motus, q2 non est a contrario in contrarium: sed a priuatione luminis ad lumen: & vt libr. 4. q. 3. adnotauim⁹ quãdo terminus a quo est mera negatio, aut priuatio nihil repugnat mutationem fieri in instanti, eo q̃ nõ est necessaria corruptio forme contrarie. Imo ex nõ habente calorẽ fit habens colorem in instanti siue calor incipiat esse in subiecto per primũ sui esse: siue [qd magis credo] per vltimum nõ esse. Nõ tamen fit ex frigido calidũ in instãti nã calidũ non dicit̃ qd̃d h3 calorẽ, s3 q̃ h3 caloris plus q̃ frigiditatis. Colligit̃ hic tandẽ regula ex mente Aris. q̃ qñ ambo tr̃i mot⁹ sunt positiui, motus nõ põt fieri in instãti: vt ex calido in frigidũ, aut ex albo in rubeũ, aut ex certa intẽsione caliditatis, ad aliam certã intensionẽ, aut ex certa intensione quãtitatis ad aliã certam extẽsionẽ, aut ex loco ad locũ. Qñ vero tr̃i explicãtur cõtradictorie [q2 cõtradictionis non est mediũ vt habet̃ tex. 9.] mutatio põt fieri in instanti vt ex nõ aere, fiat aer ex nõ illuminato illuminatũ &c. De motibus spiritualibus nihil hic loquimur. Regula.

¶ Septima ergo & postrema cõclusio est in calce primi capitis: qua rñdetur ad questionẽ. Tres sunt tantum species motus, alteratio, augmentatio, & motus localis. Que quidem ex supra dictis manifeste sic colligitur. Mutatio est aut ex non subiecto in non subiectum, aut ex non subiecto in subiectum, aut ex subiecto in non subiectum, aut de subiecto in subiectum: & prima non est proprie mutatio, secunda vero & tertia (que sunt secundum contradictionem) non sunt proprie motus ergo solum quartum genus mutationis (quod est a contrario in contrarium) est proprie motus. Contraria vero [vt in proposito accipiuntur] sunt in tribus tantum generibus. s. qualitatis, quantitatis, & loci: ergo, tres iste tantum sunt species motus. Alia ratio, atque adeo potissima, adijcitur questione statim sequenti. ¶ Unde ad septimum principale respondetur, quod rarefactio comprehenditur sub motu augmentationis: quia est motus a Ad. 7.

minori ad maiorem extensionem quantitatis. Subsequitur continuo, questio secunda.

¶ Tex. xviij. Relinquit secundũ qualitatẽ &c

## ¶ Quæstio secunda.

## VTRVM AD TRIA TANtum prædicamenta sit per se motus.

A Parte negatiua arguitur primo. Ad quantitatem non est per se motus: ergo pars negatiua questionis vera. Probatur antecedens. Si aliquis esset motus ad quãtitatem, maxime augmentatio per augmentationem vero non per se primo acquiritur quantitas sed substantia: fit enim augmentatio proprie dicta (vt patet in viuentibus) per additionem materie & forme ex alimento, ad quam additionem consequitur maior quantitas: ergo augmẽtatio non est motus ad quantitatem. ¶ Secundo principaliter arguitur. Ad qualitatem non est per se motus: ergo non ad tria predicamenta est per se motus. Probatur antecedens. Si ad genus qualitatis est per se motus ad quãlibet eius speciẽ esset p se motus, qa quod per se cõuenit generi, cuilibet speciei conuenit: cõsequẽs tñ est falsum: qr ad figuram nõ est per se motus: mot⁹ enim omnis est a contrario in cõtrarium (vt. q. prima dicebamus) figure autem nihil est contrariũ, sicut nec recipit magis & minus, triãgulus. n. vnus nec est magis nec minus triãgulus quam alius: neque est qualitas actiua, nec ex actiuis resultans, vt habeat contrarietatem cum alia figura. ¶ Tertio principaliter arguitur. Motus localis est per se ad locum, vt text. pręsenti dicit Aristote. locus autem est de pędicamento quantitatis, vt lib. 4. dictum est: ergo duo tantum sunt pędicamenta, ad que est per se motus, puta qualitas & quantitas. Quod si quis dixerit locum accipi in pręsentia, pro vbi, quod est vnum ex sex vltimis pędicamentis, tunc aliter arguitur. Pędicamentum vbi solum addit super locum relationem locati ad locum (vbi. n. nihil aliud est quam esse in loco) sed ad, vbi, est per se motus, ergo ad relationem est per se motus: quod est contra Aristo. tex. 10. ¶ Quarto principaliter arguitur ꝙ non tantum ad tria pędicamenta sit per se motus. Ad pędicamẽtum actionis & passionis est per se motus: ergo ad plura quã ad tria. Probatur antecedẽs. Actio est relatio qua agens denominatur agere & passio est relatio qua passum denominatur pati: sed ex motu. v. g. calefactionis per se primo resultat in agẽte relatio actionis & in patiente relatio passionis (siue sint res numero distincte a fundamentis, siue non) ergo ad actionem & passionem est per se motus. ¶ Et quinto arguitur. Illius actionis qua quis se vestit per se primus terminus est vestitũ esse, quod est de pędicamẽto habitus: & illius motus quo stans sed & per se primus terminus est sedere (qḋ pertinet ad pędicamẽtum situs) ergo ad pędicamentuũ habitus & ad pędicamentum situs est per se motus & per consequens non ad tria tantum pędicamẽta. ¶ In contrarium est authoritas Arist. in hoc tex. 18. & in toto capit. secundo.

¶ Quæstio hæc apud Aris. nõ est distincta a priori: nam cum motus a termino sortiatur speciem (vt tex. 4. dictũ est) idem est tres esse tãtũ species motus, & ad tria genera rerũ esse p se motus. Fecimus tamẽ questiones duas, pp̃ter ea ꝙ apud Scotum est peculiaris difficultas, an ad relationem sit per se motus. Et ideo questio duas habebit articulos. In primo enim respondebitur ad questionem ex sententia Arist. & in secundo disputabitur an ad relationem sit per se motus. ¶ Et primum omnium vanus est labor, quo nonnulli vexantur, vt explicẽt quid sit ad aliquem terminum esse per se motum: sane cum verbũ ipsum per se sit manifestum. Ad rem enim aliquam esse per se motum aut mutationem, nihil aliud est quam esse illud qḋ per se primo & non ratione alterius acquiritur per motum, ad illud autem non est per se motus, ꝙ nõ per se primo producitur, sed consequitur ad productionem alterius. V. g. ad substantiam est per se p̃mo generatio: nam ꝙ per se primo fit generatione hoĩs est homo: intellectus autẽ & voluntas & alie passiones (si realiter distinguantur a subiecto) non per se primo generantur, sed consequuntur ad generationẽ hoĩs, & me existente albo si ethiops albefiat, motus ille per se est ad albedinem: nõ tamẽ est per se primo ad relationẽ qua fit mihi similis: qr illa consequitur ad productionẽ albedinis. Quocirca cum dicitur ꝙ ad rem aliquam (puta qualitatẽ) est per se motus, ly per se non fertur super ly, motus sed super, ly quantitatem. ¶ At vero quidã ex his qui tenent quãtitatẽ non distingui a re quantã sed rem quancũq; (siue substantia sit, siue accidens) esse suã quantitatẽ, non recipiũt hanc expositionẽ. Aiũt. n. ꝙ augmẽtatio nõ dicitur mot⁹ ad quantitatem, id circo ꝙ per eam acquiratur quantitas: nam tunc (inquiũt) & generatio & alteratio essent motus ad quãtitatẽ, eo ꝙ tam substantia quã qualitas est quantitas. Et ideo augmẽtatio ex eo [aiunt] est motus ad quantitatẽ, ꝙ virtute illius mutatur responsio ad interrogationem factam per quantũ. ¶ Isti verũ tamen gratis abiiciunt & Aristo. & modum loquẽdi philosophorum. Expresse. n. ait Aris. tres esse species mot⁹, eũ qui est ad quãtitatẽ, & eum qui est ad qualitatem, & eum qui est ad locũ. Quapropter quãuis quis opinetur quantitatem nõ distingui a re quanta tanquam rem a re, nihilominus quia distinguũtur ratione formali tanquam diuersa predicamenta (vt in pędicamentis ca. de quãtitate dicebamus) augmẽtatio per se primo est mot⁹ ad quãtitatẽ, & alteratio ad qualitatẽ: nam quãuis albedo & calor essent quantitas, nihilominus res per hoc ꝙ calefit, aut albefit non fit maior: quia per alterationẽ non acquiritur qualitas ea ratione qua est quãtitas, sed ea ratione qua est qualitas. Et hoc ipsi inuiti concedunt, dicentes, ꝙ per augmentationem mutatur responsio ad interrogationem factã per quantum. Ratio enim huius est ꝙ augmentatio est motus a minori ad maius: generatio vero, aut alteratio nequaquam.

Ad rem all quã esse p se motum.

¶ Hoc prehabito respondetur ad questionẽ vnica cõclusione affirmatiua. Ad tria tm̃ genera rerũ est per se motus: s. ad quantitatem qualitatẽ, & vbi. Conclusio est in tex. 18. quã cõprobat per totum caput secundum, quatuor aliis ppositionibus. Est eñ conclusio exclusiua cuius negatiuã exponentem. s. ꝙ nõ ad plura quã tria pędicamenta sit per se motus, probat, qr neque ad substantiam, neq; ad relationem, neq; ad actionem & passionem est per se motus. Qḋ ad substantiã non sit per se motus probat, qr oĩs motus est a contrario ĩ contrariũ, substantie vero nihil est contrariũ. Qḋ superiori iam questione expositũ dedimus. Vbi hoc adnotandum est ꝙ nõ negat ad generationem per se esse

Ad tri tã tum pre. est per se mot⁹

esse mutationē: nam prius ꝛ per se termin⁹ generationis est substantia: tametsi gñatio nō sit motus: vt supra dictū est. Hinc sequitur ꝙ ad aliquā rē esse per se motum nō est, ꝙ motus ordinet̄ ad illā rem. Alteratio namq; qua ignis calefacit stuppam ad gñationē quidē ignis suapte natura ordinatur: nō tñ per se primo est motus ad substantiam, sed ad calorem quem postea per gñationem (quę est mutatio) cōsequitur forma substātialis. ¶ Qđ autē ad relationē non est per se motus, probat sic. Ad illam rem non est per se motus, quę aduenire potest subiecto, absq; eius mutatione: relatio vero potest aduenire sine mutatione subiecti cui accidit: ergo ad relationē non est per se motus. Exemplū est si cum ego sum albus, ethiops in India incipiat albefieri, ego enim tunc incipio esse similis illi sine aliqua in

Relatio nō distiguit̄ a subiecto numero.

me mutatione facta. ¶ Apertissimus est locus ad reprobandum relationē esse rē aliquā distinctam a subiecto. Nā qđ glossant Arist. intelligere ꝙ subiectum nō mutat̄ accidēte absoluto, nihilominus mutatur accidēte nouo respectiuo, gratis dictum est. Aris. nāq; simpliciter ait subiectū non mutari per hoc qđ fit simile alteri. At si similitudo esset res distincta, expressisset ꝙ nō mutatur per acquisitionē accidentis absoluti: cū autem simpliciter dixit nō mutari, manifeste intelligit relationē non esse accidēs distinctū: vt albedo, vel calor distinguitur a subiecto. Vñ S. Thom. in hoc loco simpliciter ait ꝙ cū aliquis acquirit quātitatē quā ego habeo, ego efficior illi equalis, sine eo ꝙ res aliqua noua mihi accrescat. Sed de hoc satis diximus in predicamētis. c. de ad aliquid. At quāuis relatio nō distinguatur a subiecto vt res a re, distiguitur tñ ratione formali tanꝙ accidens alterius predicamēti. Et ideo nō est negandū quin mihi accidat esse similem vel dissimilē, equalem vel inequalē ꝛc. ¶ Qđ deniq; ad actionē, vel passionem nō sit per se mot⁹ (qꝛ in hoc erat plus difficultatis) probat Phi. septē rationibus. ¶ Prima est, qꝛ cum durante motu simul debēt esse terminus a quo, ꝛ tꝰus ad quē sub gradibus remissis, si motus esset ab vna mutatione ad aliā, necesse esset duas mutationes esse simul, ꝛ in fine motus manere mutationem quę est terminus ad quē cōsequēs tñ est falsum, quia cum quis sanatur non est necesse tunc simul aliā mutationem esse, neq; in fine manere mutationē aliquā: eo ꝙ pōt tunc quod mouebatur perfecte quiescere. ¶ Et confir. Si motus esset ab vna mutatione in aliam, ille deberent esse cōtrarie: qm̄ omnis motus est a cōtrario in cōtrarium: ꝛ cū termini motus debeant esse simul in gradibus remissis, sequeret̄ ꝙ simul essent egrotatio ꝛ sanatio: qđ est impossibile. ¶ Secūda ratio est qꝛ si generationis huius ignis esset alia gñatio, eadē ratione illius scđe esset alia: ꝛ sic esset processus in infinitū: ꝛ per cōsequēs nulla daretur prima generatio: ꝛ cū omnes ille deberent esse essentialiter subordinate, si non daretur prima, non esset possibile venire ad istam. ¶ Tertia est. Si generationis esset generatio, etiā generationis esset corruptio: qꝛ quicqd gñatur corrūpit̄: si aūt gñatio corrumperetur, cū id ꝙ corrumpitur partim sit, ꝛ gñatio nō sit nisi in fieri, sequeret̄ ꝙ aliquid dum fit, simul corrūperetur. Quod videtur impossibile. ¶ Quarta si generationis huius ignis esset alia generatio, necesse esset signare aliam materiā illi⁹ gñationis a materia ex qua generatur ignis: quę tamen non est signabilis. ¶ Quinta ratio est. Termini mot⁹ debēt esse hoc aliquid, vt hęc aqua ꝛ hic aer, hoc album ꝛ hoc nigrum, motus vero non est hoc aliquid, sed via ad hoc aliquid: ergo ad motum non est motus. ¶ Sexta ratio est si mutationis in genere est mutatio, et in specie, disciplinationis est disciplinatio, ꝛ calefactiōis calefactio: attamē disciplinatio nō est mot⁹ ad disciplinationē: sed ad sciētiā: ꝛ calefactio nō est motus ad calefactionem: sed ad calorē: ergo. ¶ Postrema rō est. Si mot⁹ est ad motū, ita vt motꝰ moueat̄: cū tres sint spēs mot⁹, sequit̄, ꝙ q̄libet mouebit̄ ꝓmiscue q̄libet motu: ita vt alteratio alteretur ꝛ augeat̄ ꝛ moueatur localiter: ꝛ augmētatio augeat̄, moueatur localiter ꝛ alteretur: ꝛ motus localis localiter etiā moueat̄ ꝛ alteretur ꝛ augeat̄, qđ est absurdum. Rationes iste numerosius in commentis extant exposite: quas satis proinde fuerit hic in summā colligere. At vero ꝙ ad, qñ, nō sit per se motus, relinquit tanquā notum: qꝛ cum tempus sit mensura ꝛ duratio motus, sicut motus non est ad motū, ita neq; ad tempus. Ad habitum autem ꝛ sitū, qꝛ includūt relationē, ea ratione nō est motus qua neq; ad relationē. Et sic patet exponens negatiua. ¶ Affirmatiuam vero exponēte. i. ad dicta tria predicamēta esse per se motus (quę est quarta propositio) probat text. 18. quia in iis predicamentis reperitur contrarietas sufficiens ad rationem motus. Quod. q. 1. iam satis interpretati sumus.

¶ Per hec facile argumenta duo principalia soluūtur. Ad primū. n. negetur ꝙ ꝑ augmētationē per se primo acquiratur substantia. Quinimo per se primo acquiritur quantitas vel extensior ꝛ pariter per decrementū per se primo deperditur quātitas. Est. n. duplex augmentatio: vt. 1. de generatione videbimus, alia proprie dicta vt augentur viuentia per alimentum, ꝛ alia improprie dicta, vt est rarefactio. Hac quidē secunda (vt cum cera rarefit, aut corium extēditur) nec substantia acquiritur, nec noua quantitas: sed prior quantitas extenditur: ꝛ sic solum acquiritur noua extēsio, vt illic videbimus. Tametsi alij probabiliter dicant ꝙ acquiritur noua quantitas. Sed vtrumlibet dicatur nihil refert ad solutionem presentis argumenti. Augmentatione vero proprie dicta cōceditur ꝙ sit adiectio noue partis substantie: at tñ, quia non producitur nouum suppositum substātie, sed id quod erat minus fit maius, per se terminus illius motus est quantitas. i. eadem substantia sub maiori quātitate. In quo differt a generatione: cuius per se terminus est nouū suppositum substantie. Id quod manifestū fit ex modo loquendi. Cum enim homo generatur, dicimus ꝙ fit homo: cū vero puer adolescit, non dicimus quod fit homo, sed quod homo fit maior. ¶ Ad secundum principale respondetur quod non dicitur per se esse motum ad qualitatem, quia ad omnem eius speciē fit per se motus, sed quia particulariter ad aliquas eius species est per se motus: potissimum ad passiones ꝛ passibiles qualitates: deinde ad habitum ꝛ dispositionem. Ad naturalem vero potentiam non est per se motus nec mutatio, sed ille consequuntur ad generationem substantie. Terminus enim per se generationis hominis est homo: intellectus vero ꝛ voluntas, ꝛ si quę alie passiones realiter distinguantur, congenerantur: quia fluunt ex natura hominis. Figura aliquando producitur per modum localem, vt cum recta virga vertitur in circulum. Et illius motus, per se primus terminus est locus partium: ad quem consequitur situs ꝛ figura. Et pariter cum statua sculpitur per se primus terminus illius motus localis est separatio partium quam consequitur figura. Et proportionabiliter in pictura ꝛ scriptura, atramentum mouetur localiter: cuius motus per se primus terminus, est locus, ꝛ situs partium, figura vero consequitur

Ad pri. argumē. pri.

Ad secūdū

tanquam quid comproductum. Ad tria reliqua argumenta articulo sequenti respondetur.

Articul. 2. An ad relatio. per se motus. Scotus.

¶ In articulo secūdo circa materiam trium sequentium argumentorū disputare superest an ad relationem sit per se motus. Extat enim de hac re sententia Scoti. 3. sent. d. 1. q. 1. & lib. 4. d. 6. q. 10. & d. 13. q. 1. & quol. 11. art. vlti. que trib⁹ propositionibus comprehenditur. Prima est hec. Duplex est relatio: alia intrinsecus adueniens, alia extrinsecus adueniens. Relatio intrinsecus adueniens (vt ait quolib. citato) est illa que statim necessario cōsequitur positis fundamēto & termino, ita vt non stet hec ambo esse, quin sit relatio, vt paternitas & similitudo. Non enim stat patrem & filium esse quin sit filiatio: nec stat vnum ouū esse simul cum altero quin sit vnius ad alterum similitudo. Relatio vero extrinsecus adueniēs est illa que nō statim positis fundamēto & termino necessario consequitur, sed stat ambo simul esse qñ illa relatio non consurgit. Subijciunt exēplum discipuli eius in propinquitate que est inter me modo & basilicā nostri conuentus: stat enim me esse & basilicam esse quando nō sit talis propinquitas, vt possem ego esse Rome. ¶ Secunda propositio est hec. Sex vltima predicamēta omnia sunt rationes extrinsecus adueniētes. Probatio ei⁹ est hmōi. Predicamenta illa sunt relatiōes: & nō sunt intrinsecus aduenientes ergo sunt extrinsecus. Maior pbat, qz, vbi. v. g. neqȝ est locatū neqȝ loc⁹ sed ī loco esse, puta in gymnasio vel in foro, vt ait Ph. esse autē in loco, preter locum & locatum, nihil addit, nisi relationem loci ad locatum: ergo, vbi, est relatio. Minor vero. s. ꝙ non est intrinsecus adueniens, patet, qz alias pertineret ad quartum predicamētū. Ergo est extrinsecus adueniens. Qd cōfirmatur ex ipsa etiā diffinitione: nam stat me esse & hunc locum esse qñ non sit talis relatio, vt si ego essem in alio loco. Eodem modo probat ꝙ predicamētū habitus (puta esse vestitum) est relatio vestiti ad vestem: & predicamētū actionis est relatio agentis & passum, et predicamētum passionis, relatio patientis ad agens.

Relatio intrin. adue. — Relatio extrin. adue.

¶ Tertia ꝓpositio est. Ad relationē intrinsecus aduenientem nō est per se motus: ad relationē vero extrinsecus aduenientē est per se motus. Primam partē relinquit tanquā notā ex sententia Aris. Secūdā vero probat itidē authoritate ipsius hoc mō. Ad vbi, est per se motus, vt habetur text. 18. & vbi, est relatio extrinsecus adueniēs: ergo ad relationē extrinsecus aduenientem est per se motus.

¶ Est preterea in gratiam Scoti verisimilis ratio. Si ad relationem intrinsecus aduenientem nō est per se motus, eius causa est, quia cōsequitur statim posito fundamento & termino. v. g. qz non stat me esse album & alterum hominem incipere albedinē, quin ambo simus similes, similitudo nō per se producitur: sed consequitur ad productionem albedinis: ergo per oppositum: cum stet me esse & hūc locum esse quando nō est hec relatio, id quod primo acquiro per motum quo venio ad hunc locum: est hec relatio. Idem dicit lib. 3. loco citato de vnione humanitatis ad verbum: stat enim humanitatem Christi esse & verbum esse, quando non sit vnio: ergo ꝙ primo acquiritur per assumptionem humanitatis est vnio: que proinde est relatio extrinsecus adueniens. Idem dicit de vnionibus forme ad materiam, & accidentis ad subiectum.

¶ Hanc opinionē tractauimus in predicamento ad aliquid, & in ṗdicamento actionis: sed lubet nūc paulo eā ꝓssius examinare. Etenim, si modo cum grauissimo authore disputare liceat, tres potius contrarie propositiones (salua eius egregia authoritate) verisimiliores apparent. Prima est. Nulla est relatio extrinsecus adueniēs. Primum omnium neqȝ Arist. eiusve interpretes, neqȝ Auicēna, neqȝ philosophorum quispiam, qui tamen de relationibus copiose dixerunt, hmōi relationum extrinsecus aduenientium vsquā meminit. Quinimo Aristo. 5. meta. tex. 20. abunde se arbitratus est vniuersas relationes sub tribus membris ambisse, vbi tamen nō meminit huiusmodi relationum. ¶ Scdo aut relationis extrinsecus aduenientis totum esse ad aliud aut non: si non, certe nō est relatio potius quā albedo: si sic, sequitur ꝙ est spēs relationis quarti predicamēti: nam illa diffinitione cūctas relationes (que vere essent relatiōes) expressit. ¶ Et cōfir. Relationē esse intrinsecus aut extrinsecus aduenientem, non variat rationem predicamenti: in predicamento. n. qualitatis eque ponuntur qualitates omnes et que ab intrinseco proueniunt naturales potentie & passiones. & que accidunt ab intrinseco: & ideo esto essent relationes extrinsecus aduenientes, ad quartum nihilominus predicamentum pertinerent: & per consequens si sex vltima predicamenta essent relationes, non vtique distinguerentur a quarto predicamēto. ¶ Tertio principaliter arguitur. Quando inquit relationem extrinsecus aduenientem non consequi necessario positis fundamento & termino, aut intelligit de fundamento & termino proximis, aut de remotis non de remotis: quia hoc etiam conuenit relationibus extrinsecus aduenientibus: fundamentum enim & terminus remota [similitudine sunt subiecta que denominant similia [puta duo homines] fundamentum vero propinquum & terminus sunt rationes fundandi & terminandi relationem, vt albedo que est in me & albedo que est in alio: atqui (vt manifestum est) stat esse me & alium quando non simus similes. Si vero intelligatur de fundamento & termino proximis, certe nulla esse potest relatio, que non statim necessario sequatur positis fundamento & termino proximis: atqȝ adeo nulla est relatio que non sit intrinsecus adueniens. At vero opinio Scoti in hoc consistit quod cēset multas esse relationes, que preter subiectum quod denominant, nullum habent fundamentum proximum. Et ideo arguitur aduersus hoc. Primo auth. Aristo. 5. meta. text. 20. vbi tria ponit fundamēta omniū relationum, vt in capit. de, ad aliquid, exposuim⁹. ¶ Et preterea id probatur in inductione facta relationum quas ipse ponit extrinsecus aduenire. Vnionis forme substantialis ad materiam fundamentum & terminus remota sunt forma & materia: quas fateor esse posse quando nō sit relatio vnionis: vt pote si sint separate. At vero fundamentum proximum est vnitas suppositi quod cōstituūt: quam vnitatem necessario consequitur relatio vnionis. Per generationem enim qua forma vnitur materie, non primo producitur vnio que est relatio (vt Scotus existimat) sed certe suppositum substantie: alias non esset generatio. Et quicquid sit de alijs rationibus, miror sane quod huiusmodi vniones, relationes posuerit extrinsecus aduenientes, ad illasqȝ esse per se motus. Nam termin⁹ idem est quod finis: & notissimum est finem generationis esse suppositum substantie. ¶ Hoc igitur hic animaduertendum est quod hoc nomen, vnio, est equiuocum. Accipitur enim pro motu ipso, aut mutatio

Nulla est relatio extri. adue.

Mens Scoti.

mutatione qua aliquid vnitur alteri: & tunc terminus per se primus est totũ illud resultans. Accipitur etiã pro relatione qua res dr̃ vnita: & illa consequitur ad vnitatẽ quam faciunt partes tanquã ad fundamentum proximũ. ¶ Et idem prorsus est de vnione accidentis ad subiectũ. Per motũ enim alterationis qua qualitas producitur in subiecto manifestum est ꝙ non per se primo acquiritur relatio vnionis, sed certe albedo in subiecto seu albũ: quo tanquã fundamentũ proximũ cõsequitur statim relatio vnionis, qua accidens dicitur vnitũ. Idemqꝫ plane cõstat de vnione humanitatis ad verbũ: fundamentũ.n. & terminus remota sunt humanitas & verbũ, sed tamẽ per se primus terminus assumptionis certe nõ est relatio vnionis [alias vnio esset accidentalis cũ terminus esset accidens] sed terminꝰ est vnitas suppositi diuini & humani.i. Deũ esse hominem: ille.n. est assumptionis intrinsecus finis ad quẽ cõsequit relatio, qua humanitas dicitur vnita. Et sic non stat fundamẽtũ proximũ esse quin sit illa relatio: & per consequẽs est intrinsecus aduenienes ¶ Hec omnia cõfirmãtur: qꝛ si huiusmodi vniones nõ essent relationes intrinsecus aduenientes, non ponerẽtur in quarto predicamẽto: & per cõsequẽs in nullo ponerentur: qꝛ in sex vltimis non ponũtur Et idem apparet de vnione partis integralis ad totum. Cũ enim aqua vnit aque, relatio vnionis non potest esse extrinsecus adueniens: qꝛ cũ non ponat in sex vltimis ponitur in quarto predicamẽto: ergo debet habere fundamentũ proximum. Qḋ esse nõ põt nisi vnitas totius que per se est terminus coniunctionis partium. ¶ Idẽ etiã cõpertum est in relationibus illis que sex vltimis predicamentis importãtur. Relationes.n. actionis & passionis intrinsecus sunt aduenietes (quicquid Scotus locis citatis in quarto dixerit) nã vt relationes actiui & passiui habent proximum fundamẽtum potentiã actiuã & potẽtiam passiuã (vt habetur.5. meta.tex.20.) quas non stat esse quin sit relatio, ita relationes agentis & patientis proximũ fundamentum est motus: eo enim ꝙ motus calefactionis fit ab igne ignis denominatur agens, & eo ꝙ motus recipitur in aqua, aqua denominatur patiẽs. Et sic non stat fundamentum illud proximum esse quin cõsurgant relationes. Nec motus per se est ad tales relationes sed ad calorem: vnde ille resultant. Neqꝫ opus est fundamentum esse in eodem subiecto, vbi est relatio: sed satis est motum fluere ab agente, vt agens habeat relationẽ actionis. Et hec fuit doctrina Arist. 3. huius vt illic super text. 18. exposuimus. Unde idem motus numero est fundamẽtum ambarũ relationũ actionis & passionis. Et revera, quicquid Scot. dicat in. 4. d. 6. q. 10. fundamentum proximũ paternitatis non est potẽtia generandi, nam hec non sufficit ad rationem patris, sed actu genuisse: iurta illud. 5. meta. text. 20. pater est, quia generat. Sicuti relationis domini ad seruum, fundamentũ est eum emisse, aut cepisse in bello, quo fundamento posito, necessario sequitur relatio: alias esset extrinsecus adueniens: nam stat homines illos qui sunt dominus & seruus, esse, quando non sit illa relatio: & tunc in nullo predicamento poneretur: qꝛ non in quarto: & non videtur in quo sex vltimorum posset collocari.

¶ Secunda conclusio. Sex vltima predicamẽta non sunt relatiua secundũ esse, sed ſm dici. Qḋ est dicere. Nõ supponunt formaliter pro relationibus, sed pro absolutis, quorũ naturã exprimere nõ possumus nisi per ordinem ad aliud extrinsecum a quo fiunt eiusmodi denominationes In duobus ergo aliter sentimus quã Sco. & in hoc ꝙ hmõi relationes ait esse extrinsecus aduenientes & in hoc ꝙ ait predicamẽta.s. actio, vbi &c. supponere pro talibus relationibus. Probatur conclusio. Predicamenta sunt primo diuersa, vt habetur. 10. meta. text. 12. quod est dicere, vnum immedate negatur de alio: ergo sicut hec est immediate vera, substantia aut quantitas non est relatio, ita & hec relatio non est vbi: aut actio, aut passio. ¶ Secundo. Actio & passio, vt sunt generalissima predicamentorum, nullo modo suppponunt pro relatiõe: sed pro motu, vt lib. 3. late demonstrauimus Calefactio nãque non est relatio, sed productio caloris: que quidem denominatur actio in quãtum est ab agente, & passio in quantũ recipitur in patiẽte. Quapropter toto illic capit. 3. probat Phi. ꝙ idem motus est actio & passio. Unde relationes ille non sunt actio & passio, sed relationes actionis, & passionis, vt enim agens ab extrinseco dicitur agens: quia mouet, ita motus dicitur actio: quia est ab agẽte. Sicuti & sciẽtia non est relatio, sed qualitas absoluta: tamen eius naturam exprimere nequimus: nisi in ordine ad aliud. Est enim cognitio rei. ¶ Et tertio, vbi, nõ est relatio. Est enim in loco & locato tres considerare relationes. In loco est vna relatio distantie a centro & polis mundi, ratione cuius locus est hic & immobilis: altera est relatio continentie qua continet locatum. Tertia est in locato quo continetur a loco. Siue sint tres distincte siue nõ, nihil refert. Et relatio per quam exprimitur predicamentum, vbi, neutra illarum est que sunt in loco, sed illa que est in locato. Est enim, vbi, esse in loco, puta in gymnasio, vel in foro vt ait Phi. in predicamentis. In quo sermone exprimitur relatio, non loci ad locatum, sed locati ad locum. At vero quod, vbi, non supponat pro tali relatione, licet per illã exprimatur, patet, quia esse in loco, certe non est relatio: nam suum esse, non est solum esse ad aliud: sicuti esse simile, aut esse equale, aut esse duplum, sed est habere circunstantem locum, vel potius haberi ab illo: sicuti esse vestitum, non est relatio, sed habere circumamictam vestem. Itaque sicut rem esse albam est habere in se formaliter albedinem: ita, vbi, & habitus, est habere res extrinsecas absolutas, puta locum aut vestem.

¶ Tertia igitur conclusio est.

Ad nullam relationem est per se motus. In primis Arist. hic. text. 10. & 11. meta. c. 10. vniuersaliter ponit cõclusionẽ: & ideo restrictio ꝙ intelligat de intrinsecus aduenientibus, est mere voluntaria. ¶ Et preterea cõclusio hec ex superioribꝰ necessario sequitur. Ratio enim cur Scotus asserit ad relationem esse per se motus, est (vt diximus) quia existimat esse aliquas relationes, que, propter subiectũ quod denominant, nullum habent proximum fundamentum quod acquiratur per motum ad quod consequatur relatio. Inde enim elicit quod p motũ per se primo acquiritur relatio, at cum ostensum iam sit nullam esse talem relationem que non habeat fundamentum proximum, consequens est ad nullã relationem esse per se motus: sed motum quẽcunqꝫ esse ad fundamentum proximum ad quod consequitur relatio, vt in relationibus vnionem, actionisqꝫ & passionis & dominij monstratum est. Ad. 3. prin.

¶ Sed ad illud de, vbi, in quo Scot. arbitratur de mente Aris. esse ad relationẽ per se motus, rñdetur quod motus localis per se primo non est nisi ad locum, vt docet Aristot. text. 10. dicens ꝙ motus lo- Ubi.

calis est motus secundũ locum. Et ideo dicitur localis, q per ipsum primo acquiritur locus. Sicuti per motum alterationis acquiritur qualitas. At quia acquirere locum, & acquirere esse in loco non sunt duo [sicut idem est acquirere albedinem & acquirere habere albedinem] & esse in loco est, vbi, proe odem ducit Arist. q motus localis sit ad locũ & ad, vbi: esse tamen in loco (quod est, vbi) iam probatum est non esse meram relationem. Sed est contineri loco. ¶ Et per hoc solutum restat tertium argumentum principale. Conceditur nanq, q vbi supra locum & locatum nihil addit, nisi relationem non tñ inde sequitur q, vbi, supponat ꝓ relatione: verũ solũ sequitur, q esse in loco (qđ est, vbi,) nõ exprimitur, nisi per respectum ad locum. ¶ Sed extat argumentum quod nihilominus illa relatio sit extrinsecus adueniens: quippe cum non possit signari fundamentum proximũ & terminus eius preter locatum & locum: & stat hoc locatum esse & hũc locum esse, quando non sit hec relatio huius loci ad hunc locatum: vt puta si hoc locatum esset alibi. Respondetur nihilominus, quod si intelligatur per relationem extrinsecus aduenientem, illam, cuius fundamẽtum non est subiectiue in subiecto, ipsius relationis: sed est sibi extrinsecum, conceditur quod relatio importata per, vbi, non conuenit locato ratione forme absolute: que sit in illo, sicut similitudo conuenit mihi ratione albedinis que est in me: sed, vbi, conuenit locato ratione loci quem
Ubi est re acquirit: & ideo ad illam non est per se motus: sed
latio intrin ad locum. Nihilominus tamẽ potest dici intrinse-
secus adue cus adueniens ad hunc sensum, q non stat me ac-
niens. quisiuisse hunc locum quin consurgat in me illa relatio qua denominor esse in hoc loco: sicut non stat me acquirere albedinem quin consurgat similitudo qua sum similis alteri albo. Itaq me acquisisse hunc locum est fundamentum proximum ad quod necessario sequitur relatio. Et idem est fundamentum proximum propinquitatis: co.n. quod ego acquisiui hunc locum non obstat me acquisisse hunc locũ & Petrum scriptorẽ meum acquisisse eum in
Ad.4.pri. quo est quin simus propinqui. ¶ Ad quartum argumentum de actione iam satis responsum est vbi negauimus actionẽ esse relationem, quinimo est motus. Calefactio enim est motus: qui certe non est per se ad relationem, sed ad calorem, sed eo q motus est ab agente dicitur calefactio. Quare illa relatio a quo motus dicitur calefactio, est in motu ipso & ab illa forsan agens denominatur calefaciẽs denominatione extrinseca: nisi aliam velis fingere in agẽte a qua dicatur calefaciens, de quo nihil cõ
Ad.5.prin. tendo. ¶ Ad quintum de predicamẽto habitus per idem respondetur vt ad tertium. Conceditur namque illius motus, quo quis se vestit aut armat, terminum esse, vestitum esse: & armatum esse, negatur tamen hoc esse immediate acquirere relationem, licet exprimatur per relationem: sed est acquirere vestem, aut arma taliter adaptata corpori. ¶ Et idẽ dicendum est de situ. Cũ enim qui sedet surgit, aut qui stabat sedet, motus est per se primo ad nouum locum secundum partes. Dicit enim situs ordinẽ
S.Thom. partiũ inter se respectu loci. ¶ Unde. S.Tho.5.meta.lect.15. ponit differẽtiã inter quatuor postrema ꝑdicamẽta & reliqua. Alia enim (inquit) ꝑcedũt relationẽ q̃ cõsequit̃ ad illa: vt relatio actionis cõsequit̃ ad motũ & relatio similitudinis & q̃litatis consequit̃ ad qualitatẽ & ad quãtitatẽ. Hec tñ quatuor ꝑdicamenta, nec sunt relationes, nec p̃ecedũt, aut efficiunt relationes: sed consequuntur (inquit) ad relationes. At, vbi, cõsistit in relatione ad locum, & habitus, in relatione ad vestem. Eo enim q homo habet hunc ordinem ad hunc locum, est in hoc loco, & eo q habet hunc ordinem ad vestem, est vestitus: & eo q partes eius habent hunc ordinem inter se, est sedens, aut cubans. Ac denique ex eo q ego habeo hunc ordinem ad hunc diem, sum hodie: quod pertinet ad predicamentum, quando. Atqui de hoc predicamento sustineri nequit importare relationem extrinsecus aduenientem: admissa etiã diffinitione Scoti. Quod est contra ipsum euidẽs argumentum. Etenim non stat, me esse & hoc tempus esse, quin ego sim hodie. Hec dixerim non certe contendendi studio. Sed vt cuiuscunq authoritate obseruata, meum de hac re iudicium exponerem.

Tex.xxxv. Simpliciter autem vnum esse &c.

## Quæstio tertia.

### VTRVM AD VNITATEM motus vnitas tantùm mobilis, termini, & temporis sit necessaria.

Parte negatiua arguitur. Et primo aduersus id quod habetur text.31. s. illos motus esse eiusdem generis, quicunq sunt eiusdem predicamenti. Sequeretur enim q iidem motus, qui essent eiusdem generis, differrent genere: que contradictio apparet. Sequela patet in motu albefactionis & motu egrotatiõis. Illi namq essent tunc eiusdem generis, quia sunt eiusdem predicamenti qualitatis: & quod differunt genere, patet: quia albefactio cõtinetur sub genere colorationis (color enim est genus ad multas species) sub quo tamen non continetur egrotatio. Secundo principaliter arguitur contra illud, quod statim illic insinuatur, motus videlicet quoscunq esse eiusdem speciei, qui sunt ad terminos eiusdem speciei: eos q specie differre, qui in terminos tendunt specie differentes. Ascensus aeris vsq ad suum locum naturalem. s. concauum ignis, & ascensus ignis vsq ad suum. s. concauum lune, sunt ad terminos differentes specie: & tamen esse videntur motus eiusdem speciei: q ambo tendunt sursum. ¶ Quod si dixeris illos differre specie, tunc sequeretur q ascensus ignis vsq ad mediam regionem aeris (vbi retineretur) & ascensus eiusdem vsq ad concauum lune non essent eiusdem speciei: consequens tamẽ est falsum: quia cum ascensus ignis a centro terre vsq ad concauum lune sit vnus motus continuus singule portiones sunt eiusdem speciei cum toto: motus nanq differentes specie continui esse non possunt: vt habetur tex.39. Idem argumentum fit de ascensu lapidis vsq ad aerem & de ascensu vsq ad ignem: & de motu ab albo vsq ad fuscum, & de motu ab albo vsq ad nigrum: qui videntur esse ad terminos differentes specie: & tamen sunt eiusdẽ speciei: eo q vnus est pars alterius. ¶ Tertio principaliter arguitur. Descensus lapidis a cõcauo lune, vsq ad mediã regionem aeris, & ascensus alterius lapidis proiecti vsq ad idem pũctum (in quo ambo retineantur) sunt motus differentes specie (imo sunt contrarij, vt questione sequenti videbimus) & tamen sunt ad eãdẽ terminũ: ergo vnitas specifica terminorũ non sufficit ad vnitatẽ specificam motuum. Idem est de motibus ab albo in fuscum, & a nigro in fuscum: & de augmentatione a pedali ad bipedale, & diminutione a tripedali ad idẽ bipedale.

bipedale. ¶ Quarto principaliter arguitur. Motus rectus ab. a. puncto, ad. b. & motus circularis inter eadem puncta habent terminos eiusdem speciei: & tñ differunt specie. Qđ si concedatur, propterea: q sunt per diuersa media, tũc sequit̃ q dealbatio que est a nigro per fuscũ, & illa que est a nigro per viride, differunt specie: qđ est contra Phi. tex. 13. vbi ait omnes dealbationes esse eiusdẽ speciei specialissime. ¶ Et confir. Generatio & corruptio sunt mutationes differentes specie nõ tñ propter terminos ad quos: q̃a terminus ad quẽ corruptionis nihil positum est: sed differunt q̃a vna est accessus ad esse, & alia est recessus ab eodẽ esse. ¶ Quinto principaliter arguitur. Motus naturalis ignis sursum & motus violentus lapidis sursum proiecti differũt specie (quia sunt contrarij vt habetur tex. 56.) & tamen sunt ad eundem terminum specificum puta sursum: ergo vnitas specifica motuũ non attẽditur penes terminos, sed potius penes principium motus: quod in motu naturali est intrinsecũ & violento, extrĩsecum. Et confir. Motus naturales animalium specie differentium (vt ambulatio natatio, volatus) differunt specie, authore Aristo. 10. Ethi. c. 5. & non ratione terminorũ ad quos vel a quibus, q2 possunt oẽs ad eosdẽ & ab eisdẽ terminis esse: ergo vnitas specifica motuũ nõ attenditur penes terminos. ¶ Sexto p̃ncipaliter arguit̃ đ vnitate nũerali cõtra illa tria q̃ tex. p̃senti. 35. ait Ph. esse necessaria ad hmõi vnitatẽ. Si canis ab alto cadẽs in via moreretur, idem esset motus canis viui & cadaueris, q2 vr̃ esse vnus cõtinu⁹ descensus: & tñ nõ esset idẽ subm̃. Pariter si guttę aque cadentis vna pars in via resolueretur in aerem, & alia pars augeret̃ per condensationem noui aeris ei appositi descensus esset vnus: & tamẽ subiectũ nõ esset vnũ ergo vnitas subiecti non est necessaria ad vnitatẽ motus. ¶ Et confir. motus augmentationis (si daretur vnus continuus in animali vel arbore) esset vnus tamen subiectũ non esset vnũ: q2 semper esset maius & maius. Et idem esset de motu decrementi. ¶ Et secũdo cõfir. qñ lignũ successiue vertitur in ignẽ, nihil vetat quominus ignis continuo crescat per extensionem forme in maiorem materiam. At in lib. 1. q. 4. dicebamus, illa extensio non fit per minima: sed põt esse q in quocũq3 instanti post primũ minimum, verũ sit dicere immediate post hoc forma erit in maiori materia. Tunc ergo motus est vnus, q2 continuus, & tñ ignis semper erit maior & maior: ergo ad vnitatem motus non requiritur vnitas mobilis. ¶ Septimo principaliter arguitur. Unus motus numero esse non põt, nisi forma producta sit vna numero: nã sicut vnitas specifica termini facit vnitatẽ specificã motus, ita & vnitas numeralis facit vnitatem numeralem: ergo non sufficit vnitas specifica termini vt vult Aristot. ¶ Octauo arguitur q neq3 illa requiratur. Si esset necessaria vnitas specifica inter partes termini ad quem, aut inter partes motus: vt motus esset vnus numero, id maxime esset: q2 vt asserit Arist. ea que differũt numero non possunt esse cõtinua: hoc est tñ est falsũ ergo illud nõ requiritur. Minor patet exemplis p̃ quãplurimis. In primis patet in virga cuius medietas est viridis, medietas vero sicca, q̃ licet differant specie, faciunt tamen vnũ. Patet itẽ in animali cuius partes differentes specie, vt ossa carnes & nerui, faciũt vnũ. Et qñ arbor vna insetitur alteri differenti specie, ambe tandem continuãtur. Itẽ linea circularis & recta differunt spẽ: & tamen possunt esse continue, vt patet de chorda & arcu. ¶ Et postremo specialiter confir. de motibus differentibus spẽi qui possunt esse continui. Si enim lãcea impetu caderet vsq3 ad centrũ terre, ascenderet in alio hemispherio: & tunc descensus & ascensus qui differunt spẽ, facerent vnũ motũ continuum: ergo ratio Phi. nulla est. ¶ Nono principaliter arguit̃ contra vnitatẽ tẽporis. Qñ lapis sursum proiectus rursus cadit, idem est tempus ascensus & descensus nã in illo puncto reflexionis, vbi lapis quiescit: tẽpus non interrũpitur: sed semper continuatur: & tamẽ motus non vn⁹ est numero. Si rñdeas ascensum & descensum differre spẽ, & ideo non posse cõtinuari, arguitur aliter. Si aqua nũc incipiat calefieri & interrupto parũper motu p̃ remotionẽ ignis rursus ante remissionem caloris applicetur & procedat calefactio, tunc mobile est idem, & termini eiusdẽ spẽi, & tẽpus idem: q2 nũquã fuit interruptũ [tempus enim quia est mensura primi mobilis, intercidi non potest, vt lib. 4. visum est] & tamen due ille calefactiones nõ faciunt vnum motum, cum intercesserit quies: ergo vnitas illorum terminorũ, non sufficit ad vnitatem numeralem motus. ¶ In contrarium est sententia Aristo. text. presenti. 35.

¶ Secunda pars huius libri (vt in commentis adnotauimus) est de vnitate & diuersitate mot⁹. De quare re. q. hec. 3. mota est. ¶ Ubi hoc animaduertendum est ex tex hic. 39. q. cum res duobus modis dicantur vna: aut q2 indiuisibilis est aut quia partes eius continue sunt: & motus non sit vnus primo mõ, fit vt ea ratione sit vnus numero qui est continuus. Rursus in rebus permanentibus non est magnum negotium nosse rationem continui: at quia partes motus non sunt simul, sed sunt in continuo fluxu, opere pretium fuit plurib⁹ verbis explicare huiusmodi vnitatẽ. Non enim intellectu facile est quomodo pars preterita et futura faciunt vnum motum. ¶ Ad cuius expositionẽ p̃mittit toto cap. 3. interpretationes illorum sex aut septem terminorum. Ut pote quidnã sit duas res esse simul aut seorsum, se tangere, medium habere, consequenter se habere, contiguas deniq3, aut continuas esse. Habẽt enim se huiusmodi termini hoc modo & ordine. Res vniuerse corporee (de his nanque habetur in p̃sentia sermo) aut sunt simul loco aut loco separate. De his enim que sunt simul aut seorsum tẽpore, nihil ad presens. Simul loco sunt illa, que sunt in eodẽ simul loco adequato. Qualiter naturaliter duo supposita corporea esse nõ possunt bene tamen duo angeli: aut supernaturaliter duo corpora gloriosa: aut secundum antiquos ponentes locum esse dimẽsiones penetratiue se habentes cũ locato. Et materia & forma ligni sunt simul loco. Eorum autem que non sunt simul loco secundum se tota, aut vltima sunt simul, aut non. Ultima esse simul, est quod extrema eorum correspondeãt eidem puncto loci vt in commen. expositum est. Si vero vltima non sunt simul, aut mediat inter illa aliquid eiusdem generis & tunc non sunt consequenter se habentia. vt primus & quartus homo in ala militũ. Si vero nihil mediat eiusdem generis, illa sunt consequenter se habentia, vt primus & secundus & tertius miles. Preterea illorum quorum vltima sunt simul, aut vnum est commune extremum quo ambo vniuntur: & tunc sunt continua. Si vero duo sunt illorum extrema actu diuisa, illa contigua. Et grece dicuntur echomena, quod Boetius impropriissime vertit, habita, vertisset tamen significantius, adhibita idest sibi adiecta. ¶ Quo fit vt contiguum non sit superius ad continuum: licet dicat Aristote. text. 26. q continuum est quoddam

Interpretatiões sex

contiguũ.i.aliquid addens supra contiguum. Hec omnia cum in commentis sint amplissime exposita non possent hic citra tedium repeti.

¶ His præhabitis responsionẽ

1. Conclu. Phi. ad questionem in duos articulos partimur. In primo respondebitur de vnitate specifica: & in

Unitas triplex. altero denumerali. Primus quinqȝ conclusionib⁹ constat. Prima est in text.36. Motus, veluti queuis res alia, tripliciter esse potest vnus .s. genere, specie, & numero. Genere sunt idem (vt habetur.5. meta.tex.12.) quecunqȝ sunt eiusdem predicamenti. Et ideo omnes alterationes sunt inter se eiusdẽ generis, sicut omnes inter se augmentationes, atqȝ omnes ab inuicem motus localis vniuerseqȝ inter se generationis. ¶ Unde ad primum principale negatur, motus illos albefactionis: & egro-

Ad.1.pn. tationis differre genere: tum quia verbum, differt includit negationem distribuentem: & ideo differre genere infert quod in nullo genere conueniant: tum secũdo, quia vt in predicabilibus cap. de genere adnotauimus, licet genus subalternũ sit etiam species subalterna, tamẽ que differunt genere sub alterno simpliciter differunt specie. Etenim differre specie [vt habetur loco citato.5.meta.] est differre diffinitione: & genus subalternum non diffinitur quatenus genus: sed quatenus quedam species in qua contractum est generalissimum per differentiam. Qua de causa motus eiusdem generis distinguit hic Philosoph. text.31. in motu eiusdem speciei specialissime, & motus eiusdem speciei subalterne.

Quid autẽ requiratur vt mo-

Species motus. tus sint eiusdem speciei, aut spẽ differant specialissima (nam de hac est sermo) nõ conuenit inter neotericos Philosophos. Alij nanqȝ sexcentas multiplicant negatiuas propositiones ostendentes quid nã requiratur: ille vero quia sine arte ponuntur, sine numero possunt multiplicari. Alij asserunt requisitam esse vnitatem specificam terminorum ad quos: alij vero id sine ratione negant. Albertus deniqȝ iunior addit exigi preterea vnitatem terminorum a quibus. Quod Itali quidam reprehendunt. Nam cum motus, inquiunt, sit recessus a termino a quo, nullam inde sortitur speciem: sed a solo termino ad quem: ob idque penes solos terminos ad quos, pẽsanda est vnitas & differentia specifica motuum. Alij rursus putant necessariam esse vnitatem principiorum mouentium, alij dissentiunt.

Fundamẽtum. ¶ At autem rei veritas liquido constet, fundamentum ex diffinitione Arist. sumendũ est: qui.5. meta. tex.12. ea, inquit, differunt specie, que differunt diffinitione: atqȝ ea sunt eiusdem speciei, que eadem diffinitione cõueniũt. Nam diffinitio explicat quidditatem: quidditas autem & species idem sunt. At vero quanuis motus in genere diffiniatur, qꝫ sit actus entis in potentia [vt lib.3. super text. 6. exposuimus] tamen in particulari species quecunqȝ diffinitur per terminum ad quem. vt enim illic habetur tex.4. motus non est preter res ad quos est motus. i. calefactio nihil aliud est quam motus ad calorem: & ascensus, motus sursum: et augmentatio, motus ad maiorem quantitatem &c. Unde in hoc tex. lib.4. a termino ad quem docuit Philos. motũ et nomen sortiri et speciem. Id quod. S. Thomas repetit.1.part.quest.23.artic.1. ad tertium: dicens quod nihil refert id quod fit album, nigrum fuerit an pallidum. Tametsi Commentator.2. huius.tex. 14. dicat quod aliquando in artificialibus motus denominatur a principio a quo. Cuius rationem affert. S. Thom.1.2. questio.1. articu.3. nempe quod quando motus significatur vt actio, tunc sortitur nomẽ a principio a quo, vt medicatio dicitur a medicina a qua procedit: sed quando significatur vt passio [quemadmodum in proposito] tunc, qr vnumquodqȝ sortitur speciem ab eo per quod est in actu, et motus tendit in terminum ad quem tanquã in proprium actum, inde sortitur speciem.

¶ Ex hoc fundamẽto elicimus

quatuor alias conclusiones preter principalẽ que posita est. Secunda ergo conclusio huius articuli est: species motuum per se primo attenditur penes terminos ad quos vltimatos. Hec proposito [preter rationẽ factam] est expressa hic doctrina Phi. tex. presenti.31. ait enim quod omnes dealbationes sunt eiusdem speciei specialissime: quia omnes albedines sunt eiusdem speciei specialissime: omnes autem disciplinationes sunt eiusdem speciei subalterne: quia disciplina est species subalterna habẽs sub se specialissimas. Item species motuum & contrarietas, penes idem attenditur (nam contrarietas quedam diuersitas motuum est) contrarietas autem attenditur penes terminos ad quos, vt. qõ. sequenti ex cap.4. monstrabimus, ergo. Certe conclusio euidentior est quam vt testibus indigeat. cũ enim motus sit via ad terminum & acquisitio eius, quid aliud est motus esse eiusdẽ speciei: quam terminos esse eiusdem speciei? ¶ Unde ad secundum principale argumentum conceditur terminos naturales, ad quos, motus aeris & motus ignis differre specie, vt habetur.1. de celo. text. 86. negatur tamen motus illos esse eiusdem speciei. Imo differunt specie, quemadmodũ & termini. Corporibus eñ simplicibus differẽtibus spẽ motus naturales conueniũt differentes specie, vt habetur.3. de celo text.51. Tametsi comparando motus aeris & ignis ad motus aque & terre, illi ambo dicantur sursum, isti vero deorsum. Et ideo tã sursum quam deorsum diuiditur in species naturales. ¶ Ad replicã vero negatur cõsequentia, cũ infertur qꝫ ascensus ignis vsqȝ ad aerẽ non sit eiusdẽ speciei cũ ascensu vsque ad cõcauũ lune. Cõsiderandus est enim terminus vltimus qui est per se primo ipsius motus: qꝫ autẽ ignis remoretur in aere, vel alibi hoc est de per accidens. ¶ Idem respõdetur de descẽsu lapidis a celo vsqȝ ad aerẽ & de descensu a celo vsqȝ ad terram. Et idem prorsus de motu ab albo vsqȝ ad fuscum, & a fusco vsqȝ ad nigrum: sunt enim partes continue motus ab albo vsqȝ ad nigrũ: & per cõsequens sunt eiusdem spẽi & inter se & cum totali motu. ¶ Hinc patet solutio argumenti cuiusdã ciuis nostri qui facilima ratione negauit, necessariam esse vnitatẽ specificam terminorũ ad quos, ad vnitatem specificã motuũ. Motus enim (inquit) lapidis proiecti vsque ad mediã regionem aeris, & motus eiusdem, si ascenderet ad lunam, sunt eiusdem speciei: & tamẽ termini differũt specie. Negatur qꝫ termini vltimati differãt specie, motuũ enim naturalium termini vltimati sunt loca ipsa naturalia, vbi elemẽta conseruantur: obidqȝ motus entis nõ consideratur, vt pars mot⁹ ignis: nec motus aq̃, vt pars motus terre tñ in motibus violẽtis secus est: debet.n. considerari postrem⁹ terminus latitudinis ascẽsus, puta cõcauũ lune & postremus latitudinis descẽsus, videlicet cẽtrũ terre. Unde motus lapidis sursum vbicunqȝ esset, est eiusdem speciei cum quocunque alio ascensu. Et hoc manifeste probat. Si lapis proiectus ascenderet vsqȝ ad lunã, esset vnus motus continuus:

2. Conclu. (margin)

Ad.2.pnc. (margin)

cōtinuus, ergo oēs eius partes sunt eiusdē speciei: nam qui differūt specie, continui esse non possunt, vt habetur text. 39. Et inde probatur motum aeris & motū ignis naturales nō esse eiusdem speciei, qa non possunt facere vnum motum continuum.

Conclu. 3. ¶ Tertia cōclusio. Quāuis idētitas aut differētia specifica terminorum a quibus non requiratur per se primo ad vnitatē aut differētiā specificā motuū, cōsecutiue tñ exigitur. ¶ Probatur. Motus omnis fit a cōtrario i cōtrariū, vt text. 10. & 18. asserit Arist. Si ergo termini ad quos sunt eiusdem speciei, termini etiā a quibus per se primi sunt eiusdē speciei contrarie: & si termini ad quos differunt specie, termini etiā a quibus differunt specie. Qui ergo respectū habēt per se ad terminos a quib⁹, & qui per oppositū extremuū omnino eos excludunt, vtriq; in cortice tantum rem considerant.

Ad. 3. pñc. ¶ Añ ad tertiū principale argūm (qd est Alberti) conceditur q descensus lapidis a concauo lune vsq; ad mediū punctum aeris, & ascensus a terra vsque ad idem punctū, sunt diuersarum specierum nō tñ vt ipse credit propter solam diuersitatem terminorū a quibus, sed propter differentiam specificam termini ad quē. Expressa enim sententia est Phi. text. 52. q eadem est relatio de motu ab extremo ad mediū aut de medio ad extremū, q̄ est de extremo ad extremū. Nam medio [inquit] vtimur vt duobus contrariis. Fuscū enim respectu albi est quodammodo nigrū: & respectu nigri, quodammō album. Et idcirco vt motus ab albo in nigrum differt in specie a motu qui est ex nigro in album, ita motus ab albo in fuscum [quia est i quodammodo nigrū] differt specie ab illo qui est ex nigro in fuscum, quia est in quodā modo album. Et eadem ratione mediū punctum aeris respectu centri terre est sursum, & respectu concaui lune est deorsum. Et ideo mot⁹ lapidis a terra vsq; ad illud punctū, & motus a cōcauo lune vsq; ad idē pūctū sunt ad terminos quodammodo contrarios. Eo vel maxime [q vt supra dicebamus] ascensus quicunq; lapidis vltimate tendit in concauū lune: descensus vero in centrū terre. ¶ Et per hec respondetur ad aliū doctorem qui simili ratione, qua negat vnitatem specificam motuum attendi penes terminos ad quos, negat etiam attendi penes terminos a quibus: eo q si lapis) inquit) vnus caderet a concauo lune, alter vero media regione aeris, motus illi essent eiusdem speciei: & tamē termini (inqt) a quibus differunt specie. Negat tamē q termini p se primi differant specie: concauū enim lune est terminus a quo vtriusq; motus. Est eñ de per accidēs q cadat a media regione aeris vel ab alio puncto quēadmodum motus ad album, siue incipiat a nigro siue a fusco siue a viridi est in virtualiter ab eodem termino a quo per se primo, puta a nigro.

¶ Similis ratio est de motu augmentationis, a pedali ad bipedale: & de diminutione a tripedali ad bipedale: nam augmentatio est motus ad maiorem quantitatem: diminutio vero ad minorem: bipedale, autē est maior quantitas respectu pedalis, & minor respectu bipedalis. Et ideo motus illi sunt ad terminos quodammodo contrarios. Par itidem analogia est de motu intensionis ab vno gradu caloris ad gradum vt quatuor & de motu remissionis ab octo vsq; ad quatuor. ¶ Contra hec tamen arguitur. Motus augmentationis per se est ad quantitatem maiorem, & motus diminutionis ad minorem: sed maior & minor quantitas sunt eiusdem penitus speciei: ergo illi motus non differunt specie: & per consequens non sunt contrarii: quod est cōtra Ph. vt. q. sequenti videbimus. Idem fit argūm de motu intensionis, & de motu remissionis, eiusdem qualitatis. ¶ Quod si respondeatur q motus augmentationis non est simpliciter ad quantitatem: sed ad quātitatem maiorem, & diminutio ad maiorem: maius autem & minus, dicunt contrarietatem, tunc arguitur q per se motus augmentationis & intensionis est ad relationem: quod supra negatum est: sequela tamen patet, quia maius & minus nō opponuntur, nisi in genere relationis. Ad hoc tamen negatur sequela quod enim per se primo acquiritur augmentatione, non est relatio, sed quantitas. Simpliciter enim augmentatio est acquisitio quantitatis, & diminutio est perditio eiusdem: consequitur tamen & addita quantitate, totum resultans sit maius q̄ prius: & dempta, sit minus. Et idem est de intensione, qua acquiritur gradus qualitatis, & de remissione, qua perditur.

¶ Quarta cōclusio. ad vnitatē specificam motuum (saltem in motu locali) cōsequtiue etiam requiritur vnitas formalis spatii. Conclu. 4. Formalis (inq̄) quia descensus lapidis a concauo lune per ignem & aerem & aquam eiusdem speciei est: licet media sint res distincte specie. Sed nomine, formalis, intelligo formam & figuram vie. s. quod si vnus motus fit per lineam rectam, alius non fiat per curuam. Cōclusio est Phi. tex. 32. Et ne videamur contradicere secunde conclusioni, qua diximus respiciendum esse tantum ad terminum ad quem, ratio huius conclusionis est: quia quādo res mouetur ab. a. in. b. per circulū, terminus per se illius mot⁹ nō est. b. quia q̄ primum declinat a linea recta iam declinat ab intentione illius, & de per accidens est, q illuc reuertatur. Et sic ista differentia quodāmodo reducitur ad terminum ad quem: qui quodammodo nō est per se idem in motu circulari, & recto.

Dubitatio ¶ At disceptatio est hic, an idem sit de motu alterationis: an videlicet dealbationis motus a nigro in album per fuscum & motus a nigro in album per viride sint eiusdem speciei. Burleus nāque tenet differre specie, ea ratione, qua motus localis circularis & rectus. Paulus vero super text. 33. quem alii Itali sequuntur contra dicit Burleo: dicens, rationem non esse vnam de motu locali & motu alterationis. Nam in motu alterationis, per quodcunq; medium discedatur ab albo, fit participatio nigri, & ideo terminus per se intentus in quocunq; tali motu est nigrum: sed in motu locali non quomodocunque discedatur ab. a. tenditur per se in. b. sed solum quando discessio est per lineam rectam in. b. quando enim per lineam circularem vel obliquam iam motus tendit in alium finem, sed per accidens reuertitur ad illud punctū. Hec solutio videtur p plus accedere ad mentem Phi. Nam secundum Burle. non omnes dealbationes a nigro in album sunt eiusdem speciei: & tamen Phi. peculiariter de motu circulari & recto dixit non esse eiusdē speciei dealbationes vero omnes sine exceptione appellauit eiusdem speciei specialissime. Et si esset in illis exceptio. Sicut in motu locali, non tacitus id preterisset. ¶ Sequitur tamen tunc ex ista opinione q omnes motus ab albo in quodcūq; mediū versus nigrum & omnis a quocunq; medium versus nigrum sunt eiusdē speciei: quia omnes sunt ab albo in quodammodo nigrum: aut a quodammodo albo in nigrum: & omnes a nigro versus album sunt alterius speciei & contrarii prioribus. Imo vero omnes alterationes a quocunq; medio in aliud medium qñ terminus a quo plus participat de albedine & ter

 minus

minus ad quem plus de nigredine, erunt eiusdem speciei: & econuerso se habentes erūt illis contrarii. ¶ Per hęc solutum restat quartum principale argumentum. Ad confirmationem vero respondetur quod hic loquimur proprie de motu: deque eius specie: generatio vero & corruptio sunt mutationes: que proinde vt probat argumentū differūt specie eo quod se habent vt acquisitio & deperditio eiusdem termini.

5. Conclu. ¶ Quinta conclusio. Ad vnitatem specificam motus non requiritur vnitas motoris specifica neque aliud quiduis, quam ea que dicta sunt. Patet manifeste. Contra illos, qui absque vlla ratione dicunt vnitatem specificam attendi, nō penes terminos ad quos vel a quibus, sed penes motorem. Patet inquam primo inductione: quia descensus ferri & descensus lapidis est eiusdē speciei: & tamen motores differunt specie: quia mouentur a generantibus differentibus specie. Et lapis proiectus, siue proijciatur ab homine manu vel funda, vel catapulta, vel ab elephante, eiusdem speciei est. ¶ Probatur preterea ratione, quia motor non est de deffinitione motus: & per consequens nec est de eius quidditate, neque ab illo sortitur speciem. Neque Aristo. loquens de vnitate motus meminit hic de motore. ¶ Et confir. quia calor productus a sole & productus ab igne sunt eiusdem speciei: imo forte mus productus per generationem & productus ex putrefactione: ergo motor non mutat speciem motus: nec semper principium motus.

Ad. 5. pnc. ¶ Ad quintum igitur argumentū varia est respōsio doctorum. Qui enim ex parte motoris nō censent speciem motum, dicunt motum naturalem atque violentum esse eiusdem speciei: illi vero quos modo referebamus dicunt contra, motum omnem naturalem specie differre a motu violento. At qui Philosophū attente legerit facile diluet hanc litem. Etenim text. 56. postquam tractauerat de contrarietate motus ex parte finis, subijcit aliam contrarietatem inter motum naturalem & violentū. Unde hāc elicimus distinctionem speciei & contrarietatis motus. Una enim est quę conuenit motui ea tantum ratione qua est motus: & hęc solum attenditur ex parte terminorum ad quos, vt dictum est. Qua ratione motus naturalis & violentus si tēdant in eundem terminū sunt eiusdem speciei, vt motus ignis sursum & motus lapidis sursum proiecti: quia vt ait S. Tho. de potentia. q. 6. art. 8. motus non sortitur speciem a principio: ab illo tamen sortitur vt sit naturalis, vel violētus. Sed alio modo motus accipitur secundum suas qualitates, vt quod sit naturalis, vel violentus, aut quod sit tristis vel suauis: quę sunt accidentia motus. Et isto modo naturalis motus & violentus differunt specie: quia sunt cōtrarij vt habetur text. 56. Sicuti homo albus & homo niger.

Contrarietas duplex

¶ Pari modo respondetur ad confir. Motus namque naturales vt ambulatio hominum, natatio piscium, volatus auium differunt, non in ratione motus propter terminos: sed quia illorum potentię sunt proprie passiones quę fluunt ex essentijs specie differentibus.

Arti. 2. De vnitate numerali. ¶ Subsequitur in articulo secūdo, vt de vnitate motus numerali dicamus. Id quod duabus cōclusionibus expedit Phi. Prima est principalis in tex. presenti. 35. Ut motus sit vnus numero necessariū est vt & mobile sit vnū & termini atque vię sint eiusdem speciei, & pretereavt tempus motus sit vnū. ¶ Ubi adnotādum est quod cum superius

1. Conclu.

tex. 3. quinque dixisset consideranda esse in motu scilicet motorem, mobile, tempus & duos terminos: imo consideratur etiam & locus. Tria hic tantum considerat ad vnitatem motus: nam motor nō per se semper pertinet (vt dictum est) ad speciem motus, terminus vero a quo nō pertinet per se primo vt articulo primo dictum est. Neque locus, nisi quatenus in motu locali pertinet ad figuram vi. s. circularem, aut rectam. ¶ Secundo notandum est, quod motus dupliciter consideratur. Uno modo generaliter inquantum accidens: & ex hac parte requiritvnitatem subiecti. Accidens enim nō est vnū numero a quocunque alio distinctum, nisi ratione subiecti. Propterea enim albedo mea est vna numero: quia recipitur in me, qui sum vnus numero, & albedo mea, & albedo Petri differunt numero, quia est in duobus subiectis distinctis numero. Quocirca si formica vna veheret granum tritici vsque ad certū punctum, & inde vlterius veheretur ab alia sine media quiete, motus grani esset vnus & continuus, quia est vnum subiectum: motus tamen secundę formicę alius esset numero a motu primę, nec possent esse continui, quia subiecta differunt numero: essent tamen contigui, quia eodem instanti, quo vna desinit moueri per primum non esse, altera incipit per vltimum non esse. ¶ Secundo consideratur motus specialiter sub ratiōe motus, & isto modo vt motus sit cōtinuus, requiritur vt partes sint eiusdē speciei: & quia species motus attenditur penes terminos ad quos, requiritur vt terminus partiū motus quę debēt continuari, sint eiusdē speciei. Et preterea si sit motus localis, quod sit per idē spatiū formale, quia circularis motus, & rectus nō sunt eiusdē speciei. Quę vtrumque cōprehendit, cū ait, quod requiritur, vnum esse id, in quo est motus. Quod autē requiratur talis vnitas specifica ad continuitatē, probat secunda cōclusione, quę est in tex. 39. ea enim (inquit) quę specie differunt, cōtinua esse non possunt. Ratio est, quia cōtinua sunt, quorū vltima sunt vnū: rerū autē differētiū specie nō potest esse vnus cōis terminus, quo vniatur, vt ambulatio, & linea continua esse nō possunt: eo quod terminus linee est punctū, terminus vero ambulationis est instans ¶ Tertio requiritur vnitas tēporis. Ratio est, quia (vt in principio qōnis dicebamus) idē est, motū esse vnū numero, & esse vnū continuū, motus autem non intersecatur, nisi per mediā quietē. Requiritur ergo vnitas temporis, quę sit mensura totius motus: ad hūc sensum, quod a principio vsque ad finem motus nullū detur instans temporis quo non sit verum dicere immediate ante hoc erat pars motus, & immediate post hoc erit pars motus: nā tūc si mobile est idē, & partes motus sunt eiusdem speciei, motus erit continuus, & per consequens vnus numero. Si vero aut mobile nō est idem (vt in exēplo posito de duabus formicis) aut motus nō sunt eiusdem speciei, erunt quidem motus contigui, non autem continui. Unitas tēporis.

¶ Itaque hoc est adnotādū, quod tam in motu cōtinuo, quā in cōtiguis reqrit vnitas tēporis (vt docet Phi. tex. 40.) videlicet quod in eodē instanti tēporis immediate ante fuerit vnus motus, & immediate post sit alius, nisi quod motus sint eiusdem speciei, & subiectum sit idem, motus erunt continui, sin minus, erunt contigui. Ut si eodem instanti, quo quis desinit ambulare, incipiat febricitari. ¶ Hinc sequitur, quod idem est motum quiete interrumpi, & quod non sit vnū tēpus, vt expresse ait Philosoph. text. 41. Nā cū motus cessat, dabit instās temporis, quo nō erit verū dicere, immediate ante hac fuit motus, & immediate post hac erit. ¶ Quod si quis interrogauerit

uerit, vtrum vt motus sit continuus ⁊ vnus nume-
ro necessaria sit vnitas spatij materialis. Phi. re-
Nõ requiritur vnũ spatium. spondet tex. 23. negatiue. Si enim (inquit) cithare-
dus post primam chordã sonet vltimã sine medijs
erit vnus sonus, licet spatia non sint cõtinua. Cui
nos exemplum adiecimus, ꝙ si quis transit torren-
tem per lapides parum distantes, continuum facit
motum licet lapides nõ sint cõtinui, neq; terra, vel
aer, qui interest, cõtinuetur illis. Et cũ quis deam-
bulat per pauimentũ quadrato lapide stratum cõ-
tinuũ motum facit, licet lapides non sint cõtinui.
Id quod manifeste constat in descensu lapidis a cę-
lo vsq; ad terrã, qui certe est vnus motus, quanuis
elementa, per quę transit, nõ sint continua. At qui
ratio huius est, ꝙ continua sunt illa quorũ vltima
sunt vnum: partes vero motus nõ continuãtur per
pũcta, vel lineas, quibus cõtinuantur partes ma-
gnitudinis spatij, sed per mutata esse, quę sunt alte-
rius generis: scilicet per hoc, quod mobile aliter, ⁊
aliter se habet in diuersis partibus spatij.

Ad. 6. ¶ Igitur ad sextum principale
argumentum idem est labor respondendi, tenenti-
bus motũ esse accidẽs distinctum a mobili tanquã
res a re, ⁊ tenentibus ꝙ solũ distinguatur realiter
idest additatiue ⁊ pdicamẽtaliter, vt lib. 3. q. 2. dis-
putauimus: ⁊ tenẽtibus accidẽs subiectari in toto
cõposito, ⁊ tenẽtibus subiectari in materia prima:
de quo disputauimus. 1. de generatione. Nã in opi-
nione. D. Tho. accidentia omnia corporalia subie-
ctãtur in toto cõposito: ⁊ ideo si motus distinguatur
tanꝗ alia res, manifestũ est, ꝙ in cane, ⁊ eius cada-
uere non est idem motus: siquidẽ, nec est idem sub-
iectum. Alias idem accidens migraret de subiecto
in subiectum: quod est impossibile. Et idem est li-
cet motus non distinguatur tanꝗ alia res, quia
negari nihilomin⁹ nõ potest quin sit accidẽs: imo
tunc cũ motus sit eadẽ res, quę est mobile, cũ mobi-
le non sit idem, euidentius est, ꝙ nõ sit idẽ motus,
ꝙ secundũ aliã opinionẽ. Illi autem, qui tenent ac-
cidentia subiectari in materia prima, forsan dice-
rẽt manere eundem motum, quia manet eadẽ ma-
teria. Attamen tueri hoc non possunt: nã licet acci-
dentia, q ordinantur, ⁊ disponunt ad introductionẽ
formę substantialis, vt calor, possent quodammodo
defendere, ꝙ subiectãtur in materia prima, ⁊ for-
san qualitates secundę, vt albedo, tñ alia accidẽtia,
vt moueri localiter, sedere, ⁊ similia, nulla est appa-
rentia vt conueniant, nisi toti composito: ⁊ ideo in
omni opinione casus canis viui, ⁊ casus cadaueris
sunt quidem motus cõtigui propter vnitatem tem-
poris, non tamen continui propter diuersitatẽ mo-
bilis. Et idem dicendũ de gutta, si notabiliter mu-
tetur, vt physice non maneat eadem. ¶ Sed mul-
to minoris est probabilitatis, id quod nonnulli con-
cedũt: nempe cum nauis onusta in mari mouetur,
eundem esse numero motũ in aggregato ex merci-
bus, hominibus, ⁊ naui. Etenim cum subiecta sint
adeo diuersa, nescio cur motus non sint in illis nu-
mero diuersi: sicuti alia accidentia. Neq; in homi-
ne, ⁊ eius vestibus, quando ambulat, est idẽ motus.
Tametsi cum de hoc nõ est disputatio, appellatur
vulgo vn⁹ mot⁹, eo ꝙ simul sunt ab eodẽ in eũdẽq;
terminum, ⁊ per eandẽ lineã. ¶ Ad primã cõfirma-
tionem respondetur, ꝙ in motu augmentationis, ⁊
pariter diminutionis, manet idẽ mobile physice:
nam augmentatio est motus, quo eadem res moue-
tur ad maiorem quantitatem. Et hoc est, quod do-
cet Ph. tex. 36. ⁊ infra, contra Heracli. ꝙ nõ requi-
ritur tanta vnitas mobilis, vt nullatenus sit varia-
tum, quẽadmodũ Angelus, sed satis est, ꝙ sit vnũ,
sicut dicimus vnum hominem Petrum, puerũ, ⁊
adultum, vnde si infans sine media quiete semper
adolesceret, non esset defectus mobilis, quo minus
esset vnus motus: nã est idem mobile quando Pe-
trus habet duos annos, ⁊ quãdo habet duodecim.
¶ Ad secundam vero confirmationem (vbi latet fal-
lacia) admisso, ꝙ sine media quiete possit continuo
extendi forma ignis per materiam ligni, negatur
nihilominus ꝙ sit vn⁹ motus, sed est vna mutatio.
Nam ignis non est, qui mouetur, quando genera-
tur: neq; est subiectum illius mutationis, sed mate-
ria quę recipit formam. Et quia illa non est ens a-
ctu, illa generatio nõ est motus, sed mutatio, vt su-
per textum octauum expositum est. Illa tamen ma-
teria eadẽ numero manet per totam cõtinuam mu-
tationem. ¶ Ad septimum respondetur, ꝙ quanuis Ad. 7.
ad vnitatem numeralem motus requiratur vnitas
numeralis termini, illa tamen satis exprimitur, cũ
dicitur, ꝙ requiritur vt partes sint eiusdẽ speciei.
Nam (vt modo dicebamus) si partes motus sunt e-
iusdem speciei, ⁊ mobile est idem, ⁊ tempus vnum,
ille facient vnum continuum, ⁊ per consequẽs etia
terminus vltimus erit vnus numero.

¶ In octauo veruntamẽ argu- Ad. 8. Utrum differẽtia specie sint cõtinua.
mẽto plusculum difficultatis est. Nihilominus re-
spondetur eam esse rationem, vt ad continuationẽ
motus requiratur vnitas specifica partiũ: quia vi-
delicet ea q specie differũt, continua esse nequeũt:
vt paulo ante dicebamus. Unde ad primam instan-
tiam de virga, cuius medietas est viridis, medietas
vero sicca licet, varie, atq; diuerse a diuersis respon-
deatur, pensatis tamen omnibus, negatur partes
illas esse continuas: nã ꝙ formę non sint continuę
omnibus est in confesso: forma enim, quę noua ad-
uenit parti, quę siccatur, nihil causę esse potest,
vt continuetur cum forma partis viridis. Imo vir-
gam exiccari, est formam eius corrumpi: ⁊ idcirco
per se manet discontinua pars illa, quę nõdum est
corrupta. Quod si formę non continuantur, sequi-
tur ꝙ nec cetera accidentia: id maxime in via. S.
Tho. tenentis accidentia subiectari in toto compo-
sito. Tunc enim corrupta medietate virgę, corrum-
puntur ⁊ omnia eius accidentia, atq; adeo quanti-
tas. Unde sequitur, ꝙ quantitas partis viridis nõ
continuatur quãtitati partis sicci. Et cum nec ma-
teria nec forma, nec compositum continuẽtur, nisi
ratione quantitatis, sequitur illas partes non esse
cõtinuas. ¶ Sed arguitur etiã si teneatur quãtita-
tem subiectari in materia. In corruptione fit reso-
lutio vsq; ad materiam primã: ergo cum pars sic-
ca corrumpitur, simul cum forma substantiali cor-
rũpuntur omnia eius accidentia, ⁊ per cõsequens
quantitas. Quod si noua adueniat, certũ est non cõti-
nuari cũ quantitate partis viridis. ¶ Illi soli, qui
astruunt formam corporeitatis perpetuã in mate-
ria possent vtcunq; dicere, ꝙ manet quantitas ea-
dem continuans formam corporeitatis, ⁊ materiã,
⁊ non continuando alias formas. Sed istam for-
mam corporeitatis arbitror satis nos impugnasse
lib. 1. q. 7. Et preterea si vna sit quãuis in huiusmo-
di virga, hoc satis est vt forma viridis, ⁊ forma sicca
continuentur nam in composito vna est duntaxat
quantitas, qua materia, ⁊ formę omnes, tam substã-
tiales, quã accidentales continuantur. Quod au-
tem ille formę contineuntur, est contra Phi. non
solum hic, sed. 5. etiã meta. tex. 12. vbi ait. Quecũq;
sunt vnum numero esse eiusdem speciei. ¶ Argui-
tur preterea in quacunq; opinione de quantitate,
siue

siue distinguat, siue non, Corruptio nõ fit, nisi per separationem: cernimus enim dum lignum comburitur, partes, que conuertuntur in ignem, separara ligno, siquidẽ per combustionem minuitur, cineres separari prunis, ergo eadem ratione in omni corruptione fit separatio partis corrupte a nõ corrupta: nam per ea que sunt magis manifesta, iudicare debemus de occultis. Et qui putant partes viridem, & siccam esse continuas, solo vtuntur fallaci testimonio sensus: quod tamen certo iudicio intellectus ex natura rerum deberent corrigere. Id vel maxime, quod sensu etiam experimur duas tabulas adeo se inuicem glutine cõtinere, vt facilius tabulam frangas, quam vbi conglutinantur separentur. Et ita est certe, ꝙ in cõfinio partis viridis & sicce, humore naturali continentur. Imo vero si in illo puncto aliqua arte dimoueãtur, experientia mõstrabit esse duas distinctas superficies quasi cõglutinatas. ¶ Maius profecto multo, si sensui credas, est argumentum de animali, dum moritur: vt cum anima hominis (quod verũ esse credo) prius desinit informare pedes, ꝙ̃ pectus, aut cum membrum aliquod paralysi arescit: tunc clarum est mẽbrum mortuum alterius esse speciei, ꝙ̃ viuum: & tamen difficile est creditu, non esse continua. Nihilominus tamen dicendũ est nõ esse cõtinua: licet propter affinitatem humorũ vtriusq; partis se inuicẽ contineant: nisi tanta esset putrefactio, vt dissolutio sequeretur. ¶ Ad secũdã instantiã de partibus hominis viui heterogeneis respõdetur, ꝙ ossa, carnes, & nerui, differunt specie, nõ quidẽ perfecta, sed imperfecta, que ordinatur ad cõpositionẽ totius. Non enim est in homine, nisi vnica forma substantialis, q̃ dat ossi esse ossis, & carni esse carnis, & neruo esse nerui, propter diuersam raritatem & dẽsitatem, ceterasq; varias dispositiones. Quod si quis obijciat verbum. S. Tho. 1. par. q. 11. arti. 2. ad secũdum argũ, vbi ait, ꝙ in heterogeneis forma totius non est in singulis partibus, videat quã ipse subijcit expositionem. Nihil enim aliud vult nisi ꝙ non quelibet pars integralis hominis, est homo, os enĩ nõ est homo: sicut in homogeneis quelibet pars aque est aqua. Cum ergo partes hominis non differãt specie perfecta ratione forme substantialis, nihil obstat, quominus vniri possint. Et ideo natura fecit neruũ medium esse inter duritiem ossis, & mollitiem carnis, vt per illum caro, & os continuarentur. Quanq̃ non sit necessarium, vt vbicunq; os vestitur carne, illic sit cõtinuatio. ¶ De arbore alteri insita etiam negatur, ꝙ fiat ex ambabus vna continua: sed ramus insitus vtitur trunco, cui inseritur tanq̃ via, per quam recipit humorem, & alimentũ terre. Et ideo in illo confinio humores illi adeo cõglutinantur, vt nodo quodam contineant ramum insitum, & sensui appareat esse continuum trunco, Secus est, si rami essent eiusdem speciei: tunc enĩ posset forsan fieri continuatio per alimẽtum. Qua arte (si modo fabula non est) pretendunt chirurgi abscissum hominis nasum ex musculis brachij supplere. ¶ Ad aliam instantiam de linea circulari, & recta, que sunt continue, respondetur, ꝙ linea circularis, & recta non differũt specie in ratione quãtitatis, sed ratione figure: quapropter nihil prohibet, quin possint esse continue: sed si motus fieret per arcum, & reuerteretur per chordam, credo secundum Philosoph. non esset vnus motus continuus, quia motus illi differunt specie: sed necessario mobile quiesceret in puncto, quo incipit moueri per chordam: sicut lapis proiectus sursum, in puncto reflexionis. ¶ Ex quo sequitur, ꝙ ex illis duobus motibus, quos super text. 44. bina figura descripsimus, ille, qui per lineam angularem fieret, in quolibet angulo frangeretur quiete: sicut pila lateraliter ad parientem repercussa versus oppositam partem motuum rumperetur repercussione parietis. Si tamen motus fieret ad modum serpentis, faciendo plures orbes, motus esset continuus: quia vbi non est angulus, non est necesse motum quiete rumpi.

¶ Ad postremam confirmationem de lancea cadente vsq; ad centrum terre, primum omnium miror plurimos, qui putãt, si graue caderet naturali motu vsque ad centrum, impetum illum efficere vt ascenderet versus aliud hemispherium: non cõsiderantes graue motu naturali nihil aliud appetere, quam centrum: & ideo suapte ipsa natura, qua mouetur, cum mobile veniret ad cẽtrum, illic quiesceret. Sicut ignis quantacũq; velocitate ascenderet quiesceret in suo loco naturali, licet superius nullum esset celum. Et preterea impetus non est causa alterius motus, nisi vbi est repercussio. Ob idq; si in centro esset planities dura, fieret repercussio versus nos: veluti pila a pauimento repercussa, sursum resilit. Si tamẽ in centro nõ sit repercutiens, nihil est cause cur transeat in alterum hemispherium. ¶ Si vero fiat argumentum, ꝙ circum centrum sit aer, & iaciatur violẽter sagitta a parte nostra versus aliud hemispherium per centrum, tũc conceditur, ꝙ descensus, & ascensus facient vnum motum continuum: licet partes quodammodo specie differant. Neque id crediderim menti Aristot. contrarie. Nam illi ambo motus fiunt per lineam rectam continuam Aristot. vero solum negasset ascensum & descensum naturalem, aut violentum, & naturalem eiusdem mobilis, aut duos violentos, quorum alter fit, e regione alterius, facere vnum continuum motum.

¶ Ad nonum principale bene responsum est, ꝙ ascẽsus & descensus differunt specie, & ideo non continuantur. Tametsi negatur preterea idem esse tempus ascẽsus, & descẽsus ad sensum iam expositum. In puncto nanq; reflexionis, vbi graue proiectũ incipit descendere, non solum quiescit per instãs, sed per morulam temporis: eo ꝙ impetus quando iam nõ sufficit sursum moueri, sufficit nihilominus tantisper retinere graue. Et ideo non est idem instans temporis, cõtinuans tempus adequatũ ascẽsus cum adequato tempore descensus. ¶ Similiter respondetur ad replicam. Etenim quando aliquid incipit moueri, & cessante motu, iterũ post quietẽ mouetur, licet tempus mẽsurans ambos motus & mediam quietem sit continuũ, tamen tempus adequatum prioris motus: & adequatũ secundi motus non continuantur immediate eodem instanti. In quo sensu (vt expositum est) exigitur vnitas temporis ad numeralem vnitatem motus.

¶ Textus. xlviij. Relinquitur igitur qui est in contraria, &c.

## ¶ Quæstio quarta.

¶ VTRVM MOTVS ILLI sint contrarij, qui sunt in terminos contrarios.

A Parte negatiua arguit primo contra id, quod habetur text. statim. 47. s. corruptionẽ vnius termini, & generationem contrarij non esse

esse duos motus, sed unum sub diversis rationibus. Quãdo aqua frigida caleñt, remissio frigoris, & intensio caloris sunt duo motus realiter distincti: nã (vt lib.3.q.2. determinatum est) intensio caloris, est calor ipse, put est in fieri: remissio vero frigoris est frigus, quod remittitur, ergo corruptio secundum quid frigoris, & generatio caloris non sunt idem motus. Et eadem ratione non est idem motus, qui est ex sanitate, & qui est in egritudinem. ¶ Et cõfir. Vt. 1. de gene. videbimus, sex sunt species mot⁹ (includendo mutationem). s. motus localis: alteratio, augmẽtatio, & diminutio, corruptio, & generatio: ergo corruptio & generatio sunt distincti mot⁹. ¶ Et confir. 2. Quãdo ex aere generatur aqua, illic sunt due mutationes distincte, dum ex aere fit non aer, & ex non aqua fit aqua: ergo sunt distincti motus. ¶ Secundo principaliter arguitur. Si motus essent contrarij contrarietas eorum deberet attendi penes cõtrarietatem terminorum, vel ad quos, vel a quibus: neutrũ istorum, ergo. Probatur minor. Ascensus lapidis vsque ad certum pũctum aeris, & descensus a celo vsq; ad idẽ punctũ sunt cõtrarij, & tñ termin⁹ ad quẽ est idem, ergo. Item descensus ab illo puncto vsq; ad terrã, & ascensus ab eodẽ vsq; in celum sunt contrarij: & tamẽ terminus a quo est idem. ¶ Quod si respõdeas id ipsum punctũ fungi vice duorum contrariorũ, quia est sursum respectu terre, & deorsum respectu celi, tunc sequeretur, q; ascensus itidem naturalis aeris vsq; ad suũ locũ naturalẽ, & descensus eiusdẽ a celo vsq; ad eundẽ locũ essent eadẽ ratione cõtrarij: cõsequẽs tñ est falsum, nã ambo sunt ei naturales, & tñ vni elemento nõ videntur cõuenire duo motus cõtrarij: quia vt habetur. 1. de celo, vni corpori simplici tm̃ cõpetit vnus motus simplex. ¶ Ei confir. Augmẽtatio, & diminutio quãtitatis sunt motus cõtrarij: & tñ termini nõ sunt contrarij, quia quãtitati nihil est cõtrarium. ¶ Tertio principaliter arguitur. Motibus nõ cõpetunt proprietates contrariorũ: cõtraria enim cõpatiuntur se in gradibus remissis, & per mutuã actionẽ subiecto se eodẽ expellunt: motus vero sursum, & motus deorsum nõ possunt quoquo modo esse simul: sicuti neq; motus sanationis, & mot⁹ egrotationis: neq; motus augmentationis, & motus diminutionis: neq; mot⁹ calefactionis, & frigefactionis: neq; vnus motus expellit aliũ, sed vnico motu expellitur vna forma, & introducitur alia: ergo cõtrarietas non cõuenit motibus, sed eorũ terminis. ¶ Et postremo hec omnia confirmantur. Vni vnũ tantum contrarium est, vt. 1. de celo, & 10. meta. sententia est: ergo si motus. v.g. calefactionis contrariatur motui frigefactionis, nõ contrariatur quieti sub frigiditate, & si quies cõtrariatur motui, desyna non contrariatur alteri, cuius contrarium affirmatur text. 54. ¶ In contrarium est sententia Phil. in text. present. 58. vbi ait motus inuicem esse contrarios.

¶ Inter motus specie differentes, alij sunt ad inuicem ordinati, alij vero impertinentes: sed alij sunt contrarij. Est enim differentia specifica motuum, veluti genus ad huiusmodi species. Motus alterationis ordinatur ad generationem: & quandoq; ad augmentationem: & aliquando per calefactionẽ res fit nigra, & per frigefactionem fit alba, vt patet in carbone, & niue. Impertinentes vero sunt, qui nec sequuntur, nec contrariantur, vt motus naturalis aeris, & motus ignis: sanatio, & albefactio, & disciplinatio. &c. Alij sunt cõtrarij de quibus Philosop. 5. & 6. cap. disputat, &

Motus specie diffe. in triplici differentia.

quomodo presens mouetur. Quibus autẽ questio proxima nota est, & hec est facilima. Nã vt species motus: ita & cõtrarietas penes terminos ad quos attenditur. Eo vel maxime q; in commentis adeo contrarietas motuum exposita est, vt non fuisset opus noua questione, nisi vt eorum epilogum de more faceremus. ¶ Sed est preterea notandum, q; contrarietas accidit & inter motum, & motum: & inter motũ & quietẽ: ac deniq; inter quietem & quietem. ¶ Et tertio rursus notandum (vt paulo ante de specie motus dicebamus) q; motus dupliciter considerari potest: nempe aut in ratione motus: & ex hac parte contrarietas attenditur penes terminos ad quos. Alio modo consideratur vt res alia quecũq;: & ex hac parte motus contrariantur secundũ qualitates q̃s habẽt cõtrarias, aut ratione principiorũ, aut aliunde: quemadmodũ motus naturales cõtrariantur violẽtis. ¶ Preterea quarto ex superioribus memorandum est, q; aliter censetur cõtrarietas mutationũ, que non sunt vere motus, puta vbi termini explicãtur cõtradictorie: & aliter cõtrarietas motuũ, vbi ambo termini exprimũtur positiue contrarie. Quinto ad hec considerandũ est, q; mediũ inter duo contraria est vtrũq; quodammodo cõtrarium: & ideo exercet vices duorum contrariorũ. ¶ Sexto deniq; ex text. 46. animaduertendum est, quinq; modis posse contrarietatem motuum excogitari. Videlicet aut respectu eiusdem termini, qui est terminus a quo vnius motus, & ad quẽ alteri⁹: aut penes contrarietatem terminorũ tantũ a quibus, aut penes contrarietatẽ dũtaxat terminorum ad quos, aut penes contrarietatẽ inter terminũ ad quẽ vnius, & terminum a quo alteri⁹ aut deniq; penes ambas contrarietates. s. & terminorũ a q̃bus: & terminorum ad quos. Hinc palam fit: q; non est hic mentio de contrarietate terminorũ, vt quidã absq; vlla probabilitate opinantur. Nam contrarietas formaliter nõ est, nisi in rebus, & inde termini sunt contrarij, quia significantes res contrarias. Quis enim in re physica, vbi de rebus agitur. s. cũ de cõtrarietate sanitatis & egritudinis motuum de sanationis & egrotationis disputatur: vel cum audierit contraria contrariis curari, aut contraria non posse esse simul, &c. quis inquam audeat terminis hec ascribere?

¶ Hisceu fundamentis suppositis, sententia Ph. decem conclusionibus summatur. Prima est in tex. 47. Contrarietas nullaten⁹ attenditur quarto modo. Probatur. Motus, quorum terminus a quo vnius, & terminus ad quẽ alterius sunt contrarii, sunt realiter idem, sola ratione differentes: ergo non sunt contrarii. Consequentia est nota, quia motus contrarii sibi inuicem repugnãt, & antecedẽs per se patet. Idem enim motus est ex sanitate, qui est in egritudinem, vt eumi tur Thebis Athenas, idem est recedere Thebis, quod accedere Athenas. Tametsi ratione differat, eo q; recedere, dicit respectũ ad terminum a quo: & accedere dicit respectũ ad terminum ad quem. Quin imo lib. 6. text. 40. dicit Philosop. q; prius natura in intentione motoris est acquirere terminum ad quem, quam relinquere terminum a quo. Etenim quia qui tendit Athenas, relinquit Thebas. Equa ratione idem est moueri in nigrum, quod recedere ab albo. Nisi q; respectu nigredinis est generatio: & respectu albedinis, corruptio: iuxta illud. 1. de gene. text. 17. Corruptio vni⁹ est generatio alterius. At vero argumentum profecto primum a parte negatiua q̃stionis molestum

1. Conclu.

est ad-

est aduersus probationem huius cõclusionis, quatenus assumit deperditionẽ vnius forme, & acquisitionem cõtrarie: esse realiter vnicum motũ. Adeo vt non solũ Buridanũ coegerit in contrariam sententiam, verum & Paul. Ve. aliosq; Italos dubios de hac re fecerit. Et certe habet magnam probabilitatem. Nam perditio frigiditatis est via ab esse ad non esse: acquisitio vero caloris est via a non esse ad esse. Et in motibus anime videtur aliam esse corruptionem dissensus, & aliam acquisitionem assensus. Unde glossant Philosophũ, q solũ intelligat acquisitionem albedinis, & deperditionem nigredinis esse idem subiecto: quia. s. simul concurrunt in eodẽ subiecto. ¶ Attamẽ glossa hec textui non cõpetit. Aristo. enim nunq̃ diceret, q albedo & dulcedo lactis sunt eadem res, licet sint in eodem subiecto. Qñ enim dicit aliqua esse idem, & ratione diuersa, semper significat identitatem realem inter illa: sicut dicit lib. 1. De materia & priuatione. ¶ Et preterea in communi modo cõcipiendi, quando aqua calefit, nullus diceret q mouetur, nisi vnico motu, quia. s. mutatur de frigida in calidam. Itẽ per motum localem debemus de alijs iudicare: sed in motu locali recessus a termino a quo, & accessus ad terminum ad quem nõ sunt duo, sed vnicus motus: ergo neq; in alijs. ¶ Paulus fatetur opinionẽ hãc esse Aristo. & Commenta. Et est preterea. S. Tho. de veritate. q. 26. art. 1. vbi expresse ait eundem motum esse, quo album abijcitur, & nigrum acquiritur. Solutio vero Pauli & aliorum ad argumentũ in contrarium est, q sunt duo motus materialiter, id est, due forme, quarum vna expellitur, & alia introducitur: sed tamen est vnus motus formaliter, id est, vnus fluxus. At semper est sub nube quomodo deperditio & acquisitio sunt vnus fluxus. ¶ Igitur (ni fallor) dicendum est, q motus, nec solum dicit acquisitionem, nec solam deperditionẽ, sed amplectitur vtrunq;, scilicet recessum ab vno, & accessum ad aliud. Hoc est enim, quod docuit Ph. lib. 5. text. 9. & quod hic text. 40. & sepe repetit. s. q mot⁹ est a quodam in quiddam, id est, inter duos positiuos terminos. Unde ad formam argumenti negatur, q deperditio frigiditatis, & acquisitio caloris sint duo motus: sed sunt vnus includens duas mutationes. Mutatio enim (vt ex principio lib. 5. constat) est quando exprimitur contradictorie terminis affirmato & negato: motus vero, quando exprimitur contrarie vtroq; termino affirmato. Deperditio ergo frigiditatis: que est ab esse ad non esse, est alia mutatio, q acquisitio caloris, que est a non esse ad esse: quia materialiter [vt probat argumentũ] sunt due qualitates: sed tamen deperditio qualitatis, quando exprimitur per motum, non est ab esse frigidi ad non esse frigidum, sed ad esse calidũ: quia deperditio illa terminatur ad calorem: & pariter acquisitio caloris non proficiscitur a non esse caloris, sed ab esse frigidi. Debent enim termini explicari in concreto, potius quam in abstracto. Est ergo vnus motus a frigido in calidum, includens duas mutationes. Sicuti elongari a Thebis, est accedere Athenas: & elongatum esse a Thebis est peruenisse Athenas, vt habetur expresse lib. 6. text. 40. ¶ Et per hec patet responsio ad confirmatione vtranque. Corruptio enim, & generatio ponuntur diuerse species, non quidem motus, mutationis: quia corruptio est ab esse, ad non esse: generatio vero, a non esse ad esse. At quia naturaliter corruptio trahitur ad rem de nouo genitã, ait Philoso. q corruptio vnius, est generatio alterius. ¶ Eadem solutio est ad quoddam argumẽtum, quo nonnulli existimant conuincere deperditionem frigiditatis alium esse motũ ab acquisitione caloris. Nam potest [inquiunt] esse vnus motus sine alio. Primo supernaturaliter potest Deus remittere & corrumpere frigiditatem successiue, vbi nullus producatur calor: & rursus producere calorem, vbi nulla corrumpatur frigiditas. Item quando mixtum cõficitur immediate ex elementis, qualitates secũde [vt albedo & dulcedo] producũtur in mixto, non per corruptionem cõtrarij, quia nigredo nulla est in elementis. Et pariter si mixtum resoluatur immediate in elementa, corrumpuntur dicte qualitates, & non per productionem contrarij. Respondetur [inquam] q huiusmodi deperditiones & acquisitiones non sunt motus: cum perditio vnius, non terminetur in acquisitionẽ contrarij, sed sunt mutationes inter esse, & non esse.

Responsio.

¶ Secunda conclsiuo est in eodem tex. 47. qua respondetur ad questionẽ. Cõtrarietas motuũ non attenditur per se primo, iuxta secundum modũ, penes contrarietatẽ terminorũ a quibus, sed iuxta tertiũ, penes cõtrarietatẽ terminorũ ad quod: cõsecutiue tñ penes contrarietatẽ terminorum a quib⁹. Priores duas partes probat tribus rationibus. Prima quia nonnunq̃ motus a terminis contrarijs tendit in eundem terminum [vt motus ab albo in fuscum, & a nigro in fuscum] q̃ per consequens, videntur non esse contrarij. Hanc verũtamen argumentationis gratia refert: quam inferius tex. 52. dissoluit. ¶ Secunda ratio est huiusmodi. Rerum contrarietas attẽditur penes formas, quibus sunt in actu: nam potẽtia calidũ, & potentia frigidũ non contrariantur, cũ simul sint in eodem. Sed actu calidũ & actu frigidum contraria sunt: at actus motuũ proprij, sunt termini ad quos (simul enim acquiritur motus & terminus) ergo penes illos attenditur per se primo cõtrarietas. Tertia ratio eodẽ tendit: nã cum species motus attendatur penes terminum ad quem, contrarietas vero sit proprie inter duas species, penes eosdem terminos attenditur contrarietas. ¶ Tertiam partem conclusionis insinuat tex. 48. vbi ait, q forsitã idẽ sunt motus in contraria (qui est primus modus) & ex cõtrarijs in cõtraria, qui est quintus. Si eñ termini ad quos sunt contrarij, consequitur vt termini a quibus saltem per se primi, sint contrarij. Uñ idem sunt motus in sanitatem & in egritudinẽ, qui sunt ex egritudine in sanitatẽ, & ex sanitate in egritudinem. Dixerim, per se primi: quia mot⁹, qui est ex fusco in album, & motus: qui est ex fusco in nigrũ quanuis formaliter nõ videantur esse ex terminis cõtrarijs: sunt tamen ex contrarijs: vt conclusione quinta patebit.

Conclu. 2.

¶ Hinc sequitur conclusio tertia, que est in tex. 51. Quando termini a quib⁹ non exprimũtur positiue, tunc quia non est motus, sed mutatio, cõtrarietas attenditur, iuxta tertium modum penes solos terminos ad quos: & hoc modo contrariantur motus ex non albo in album, & ex non nigro in nigrum. Quod si arguas eosdem esse motus ex non albo in album & ex non nigro in nigrum, qui sunt ex nigro vel medio colore colorato in album, & ex albo vel medio colore colorato in nigrum: ergo sicut isti secundi sunt ex contrarijs in contraria, ita & primi. Respondetur, q non sunt idem: nam non album & nigrum, licet quandoque sint idem, tamen ratione differunt. Qua de causa non album negatiue supponit pro angelo, pro quo

Conclu. 3.

quo non supponit nigrum: et si accipiatur priuatiue, desse nihil dicit, nisi priuationem albedinis cum aptitudine ad illam. Et ideo termini a quibus in primi motibus, vt non sunt positiui, ita nec sunt contrarij. ¶ Quarta conclusio est in eodem tex. 51.

Concl. 4. Mutationes inter terminos, quorum non est medium solum contrariantur, iuxta primum modum penes eundem terminum, qui vnius est terminus ad quem, & alterius est, terminus a quo: vt generatio aeris, & corruptio eiusdẽ. Ratio est, quia terminus ad quem corruptionis est non esse, qui proprie nulli contrariatur. Unde contrarietas hic sumitur ex modo diuerso ipsius motus: quia vnus est accessus, & alius recessus. ¶ Quinta conclusio.

Conclusi. 5. Cõtrarietas motuũ, qui sunt, vel ab extremis ad media, vel a medijs, ad extrema, attenditur per se primo penes contrarietatem terminorum ad quos, & consecutiue penes contrarietatem terminorum a quibus: instar motuum, qui sunt a contrarijs in cõtraria. Imo eodẽ modo censetur. Conclusio est in tex. 52. quam hac ratione probat. Medium vtriusque extremorum, est quodammodo contrarium: vt fuscum, est album respectu nigri, & nigrum, respectu albi. Quare motus ab albo in fuscum, & a nigro in fuscum, vt sunt a terminis contrarijs, ita sunt & ad terminos quodammodo contrarios. Est enim fuscum quodammodo contrarium sibi. Et eadem ratione motus a fusco in album, & motus a fusco in nigrũ, sunt contrarij. Et vt sunt ad terminos contrarios, ita quodammodo sunt & a terminis contrarijs. Et per hoc respõdet eodem tex. Phi. rationi prime, quam pro secunda conclusione formauerat. Respondet (inquam) quod motus ab albo in fuscum, & motus a nigro in fuscum, non solum sunt contrarij ratione terminorum a quibus, vt ratio pretẽdebat sed propter contrarietatem terminorum ad quos. ¶ Et confirmatur. Huius motus, qui est ab albo in fuscum, terminus ad quem, vltimus est nigrum: & eius motus, qui est a nigro in fuscum, vltimus terminus, est album, ergo motus illi in terminos finaliter tendunt formaliter contrarios. Et eadem ratione huius motus, qui est a fusco in album, terminus a quo primus est nigrum, & motus, qui est a fusco in nigrum, terminus a quo primus est album: ergo quemadmodum motus ab albo in nigrum contrarius est motui, qui est a nigro in album, ita motus ab albo in fuscum, contrarius est motui a nigro i fuscum. Imo vero motus qui libet a medio colore, ad alium medium, si termin⁹ a quo participat plus de albedine, quam termin⁹ ad quẽ contrarius est motui, vbi terminus a quo participat plus de nigredine.

¶ Eadem analogia dicitur de motibus intensionis & remissionis. Intensio nanque ab vno gradu ad duos contraria est remissioni, a tribus ad duos: quoniam duo respectu vnius est maior gradus: & respectu trium est minor. Et idem est de augmento, & decremento quantitatis. Instar eorum, que de differentia specifica dicta sunt. ¶ Ad eandem normam exigenda est contrarietas motuum, secundum locum Cum enim concauum lune, & centrum terre sint extreme differentie totius latitudinis motuum rectorum, qui conueniunt elementis: vt libr. 4. text. 42. visum est omnes motus recti siue naturales, siue violenti, qui tendunt versus concauum lune, vndecunque incipiant, & quocunque terminentur, contrarij sunt eis, qui tendunt in centrum. Etenim si motus a celo, in centrum contrarius est ei quia centro est vsque ad celum, quelibet pars vni⁹ cuilibet alterius est contraria. ¶ Quo fit, vt descẽsus terre per nostrum hemispherium contrarius sit ascensui ignis per aliud hemipherium. Ex quo sequitur, quod stat lapidem ascendere, & ignem eque velociter simul ascendere, & tamen semper equaliter distare. At si quando lapis incipit descendere a cancauo lune, vbi est zenith nonstrum, ignis incipiat a centro terre ascendere per alterum hemispherium, versus zenith antipodum.

¶ Motus vero circularis & rectus, nullo modo sunt contrarij, vt descensus per chordam, & ascensus, per arcum: quia ascensus ille, non est simpliciter ascensus cum non recta tendat in celum. Unde (vt Aristo. docet. 1. de celo) motus circularis, nulli motui est contrarius. Nisi quodammodo secundum partes vt motus planetarum ab oriente in occidentẽ contrarius sit motui primi mobilis ab oriẽte in occidentem. Sed de hoc alias.

¶ Resurgit hinc veruntamen argumentum, quod si ascensus per arcum, & descensus per chordam, nõ sunt contrarij, eo quod fiunt per diuersa media, neque de albatio, que fit a nigro per rubeum, & denigratio, que fit ab albo per aliud medium: scilicet, per viride, erunt contrarie, cuius contrarium iam modo dicebamus. Huic tamen questione proxima responsum est, non esse parem rationẽ: quia in motu locali linea circularis non tendit per se i eundẽ terminum, quo tendit linea recta: & ideo nec si ambo sint ascensus, sunt eiusdem speciei, nec proinde ascensus & descensus, sunt contrarij. In alteratione vero quicunque motus proficitur ab albo, quancunque procedat, pergit per se in nigrum: & ideo omnes sunt eiusdem speciei: atque adeo contrarij illis: qui a nigro proficiscuntur in album.

¶ Ex his manifesta est solutio secũdi argumẽti principalis. Ascensus enim lapidis vsque ad aerem, et descensus eiusdem vsque ad idem punctũ ad terminos sunt cõtr arios. Non solum quia illud punctũ respectu terre est sursum, & respectu celi deorsum sed quia terminus vltimus illius ascensus est concauum lune, et terminus vltimus descensus est cẽtrum terre. ¶ At vero replica nonnihil habet difficultatis, an idem iudicium sit de ascensu aeris a terra vsque ad suum locum naturalem: & de descensu a celo vsque ad eundẽ locũ. Cui non ab re forte respõdẽdum arbitror sub distinctione. Nempe quod si motus accipiatur in genere sub ratione motus, illi sunt ex forma sua contrarij: quippe cũ sint ascẽsus, & descẽsus. Si tñ accipiatur particulariter quatenus motus sunt naturales aeris, non sunt contrarij, cũ sit ad eundem terminũ naturalẽ, & ab codẽ principio intrinseco. Et ad argm̃ respondet quod licet punctũ in conuexo aeris respectu terre sit sursum, & respectu ignis deorsum ad regulãdũ mot⁹ terre & ignis tam naturales quam violentos, tñ respectu aeris: quia est eius locus naturalis, vndecunque illuc aer feratur, non censentur motus cõtrarij respectu aeris sed tñ motus violenti aeris, quorũ alter est versus celũ, & alter versus terrã contrarij quidem sunt, quia termini ad quos sunt cõtrarij. Imo & termini a quibus: nã cũ illi motus sint violenti terminus a quo per se primus nõ est loc⁹ naturalis aeris sed terminus ascensus est centrum terre, & termin⁹ descẽsus cõcauũ lune. ¶ Hinc sequitur, quod descensus aeris celo vsque ad aerem cõtrarius est ei⁹ descensui inde vsque ad centrũ terre. Et hoc est testimonium, quod non est cõtrarius ascẽsui eiusdẽ a cẽtro terre: alias idẽ motus esse cõtrarius duobus motibus cõtrarijs.

¶ Ad confirmationẽ negatur, quod augmẽtatio & diminutio non sunt termini cõtrarij: iã enim supra. q. 1 dictũ est quomodo cõtrarietas sufficiens ad rõnẽ

motus reperitur in quantitate. Unde inter excellētiam quātitatis (q̄ est terminus ad quem augmētationis) et defectum eiusdem (que est terminus ad quem diminutionis) est contrarietas sufficiens ad contrarietatem motus. Et eadem est ratio de maiori et de minori gradu, qui sunt termini ad quos in intensione et remissione qualitatis.

Conclu.6. ¶ Sexta cōclusio est in tex. 54.

Motus omnis contrarius est quieti: nō illi, que est sub termino ad quem, sed illi potius, que est sub termino a quo, vt motus sursum contrarius est quieti que est deorsum: et motus calefactionis, contrarius est quieti, que est sub frigiditate. Probatur. Motus contrariatur quieti, et non quieti alterius generis ergo vel illi, que est in termino ad quē, vel illi que est in termino a quo: non illi: ergo huic. Maior patet. Motus et quies opponūtur priuatiue. Nam quies est necessario a motu: q̄ enim nō sunt apta moueri, ea nō proprie quiescūt, vt tex. 2c. docuit Philoso. hanc autem priuatiuā oppositionem vocat hic Phi. contrarietatem. Quod ergo non opponatur quieti alterius generis (vt quod motus dealbationis nō opponatur quieti in sanitate) patet quia cōtraria debent esse eiusdem generis: tenebre enim, que sunt priuatio luminis, non opponuntur visui. Quod autem nō opponatur quieti sub termino ad quem [vt q̄ calefactio non contrarietur huic quod est calidum esse] patet: quia contraria nō simul acquiruntur, sed quando vnum acquiritur alterum deperditur: at vero motus et terminus ad quem simul acquiritur: idem enim est calefactionem fieri et calidum fieri. Colligitur ergo vt motus cōtrarietur quieti sub termino a quo: que expellitur p̄ motum. Nihilominus tamē negandū non est quodammodo etiam contrariari quieti sub termino ad quem, ea ratione, qua simul esse repugnant motus et huiusmodi quies.

Conclu.7. ¶ Septima cōclusio est in eodē text. Quies sub termino a quo, contrariatur quieti sub termino ad quē, vt frigidum calido. Hec per se nota est post q̄ penes hanc contrarietatem attēditur contrarietas motuum. Sed probat nihilominus aliter a permutata proportione. Sicut calefactio opponitur quieti sub frigiditate, ita frigefactio quieti sub caliditate: ergo sicut calefactio opponitur frigefactioni, ita et esse frigidum huic quod est esse calidum. Nam sicut se habēt sex ad tria, se habēt quatuor ad duo: sicut se habent sex ad quatuor se habent tria ad duo.

Conclu.8. ¶ Octaua cōclusio est in tex. 62. Maior contrarietas est inter duos motus, quā inter motum, et quietem. Patet, quia motus contrarij sub nullo gradu possunt esse simul, motus vero calefactionis simul est cū frigiditate sub gradu remisso.

Conclu.9. ¶ Nona cōclusio est in tex. 52. et in sequētibus. Motus omnis violentus contrarius est motui omni naturali, siue eiusdem rei, siue alterius: et pariter quies naturalis contraria est quieti violente: vt habetur tex. 60. Probatur, nam preter contrarietatem motuum, que illis conuenit inquantum sunt motus (scilicet, ex parte terminorum) accidit illis ista contrarietas ex qualitate principiorū: quia naturalis est a principio intrinseco, violenta vero a principio extrinseco. Unde motus violētus lapidis sursum, contrariatur motui naturali ignis et motus naturalis terre motui violento ignis deorsum et quies violentā terre sursum, contrariatur quieti naturali terre deorsum.

Conclu.10. ¶ Cetera in commentis late patent, si modo ex dictis hanc decimam conclusionem elicuerimus. Unum opponitur multis: atque adeo multis modis et rationibus: siue motum motibus conferas: siue motum quietibus: siue quietem quietibus. Exempli gratia. Motus naturalis ignis contrariatur primum motui naturali terre per secundam conclusionem: mox eadem ratione violento motui deorsum eiusdem ignis: deinde motui violento terre sursum, per nonam conclusionem: preterea quieti in centro terre, per sextam: imo quodāmodo quieti in cōcauo. Et pariter motus naturalis terre contrariatur suo violento, et violento igni: et quieti in concauo lune. Rursus quies sub frigiditate contrariatur motui calefactionis, quieti sub calore, etc.

Ad.3. p̄n. ¶ Unde ad tertium principale argumentum respondetur, q̄ cōpati se in gradibus remissis, non est cōditio que conuenit qualitatibus contrarijs, eo solū q̄ sunt contrarie: sed quia sunt contraria intensibilia, et remissibilia. Et ideo quanuis motus calefactionis, et frigefactionis nō se compatiantur, nihilominus habent de ratione contrarietatis.

Quin vero [vt in octaua conclusione ex tex. 62. dicebamus] propterea motus calefactionis magis contrariatur motui frigefactionis: quam quieti sub frigiditate, quia ille motus compatitur secū frigiditatem remissam, non tamen alium motum.

Ad confir. ¶ Ad cōfirmationem respondetur, q̄ vnum sub vna ratione et vno modo non contrariatur, nisi vni sub diuersis vero nihil vetat contrariari pluribus vt motus ignis, quatenus est sursum: licet illi deorsum possunt alia ratione esse contrarij: vt motus violētus eiusdem ignis et naturalis terre eo quod vnus est a principio extrinseco, et aliter a principio intrinseco.

# Finis quinti Physicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super sextum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶ Textus. j. Impossibile est, &c.

## ¶ Quæstio prima.

### VTRVM CONTINVVM componatur ex indiuisibilibus

IN sex partes in initio commentorum sextũ hunc librũ partiti sumus. In quarum prima, in duobus. s. prioribus capitulis, nihil aliud, Phi. demõstrare perseuerat, q̃ q̃ cõtinuũ impossibile est ex indiuisibilibus cõponi: sed omne esse diuisibile in semper diuisibilia. De quo proinde primam hanc summouimus quęstionem. Pro cuius parte affirmatiua arguitur primo. Idem est punctum in cõtinuo, quod est in numero vnitas, vt habetur. 1. Topi. c. 14. sed numerus componitur ex vnitatibus, quia (vt est. 1. de anima. tex. 68.) additione, subtractioneque vnitatis, variatur numerus: ergo et continuum componitur ex punctis: sed tam punctum quam vnitas est indiuisibile, vt habetur 5. meta. text. 12. ergo continuum componitur ex indiuisibilibus. ¶ Secundo principaliter arguitur. Possibile est continuum in omnem suam partem esse diuisum: ergo continuum componitur ex indiuisibilibus. Consequentia est manifesta, nam teste hic Arist. text. 3. vnũquodq; resoluitur in ea, ex quibus componitur: et si continuum sit diuisum in omnem suam partem necesse est partes illas esse iam tunc indiuisibiles. Sed probatur antecedẽs. Deus intuitiue cognoscit singula puncta, atque adeo singulas partes, et partium particulas continui, ergo quemadmodum ipse cognoscit, potest per suam absolutam potentiam diuidere per partes proportionales horę (vt dicunt) prius in duas medietates mox in quatuor quartas de inde in octo octauas, etc. Siquidem nulla est apparentior repugnantia vt res sint diuisę, q̃ intuitu diuino.

¶ Et confirm. Si ignis poneretur in centro terrę, quia nulla est tunc maior ratio cur hac, quam illac ascendat diuidetur in omnem partem vt sphęrice per omnes lineas ascendat. Item si vniforme vitrũ planum ponatur super planissimum lapidem, magnaque itidem planissima moles desuper cadat, in omnem suam partem vitrum cõteret. Item si aqua qua vitrum vndiq; obtrusum plenum est, congeletur, tunc vitrum in omnem suam partem erit comminutum: ergo.

¶ Alia sunt alius generis argumenta, quę Grego. et sophistę confarciunt. Tertio ergo principaliter arguitur. Signato primo puncto. A. extrinsece terminatiuo lineę, aut inter. A. et quodlibet punctum eiusdem lineę mediat punctum, aut non. Primum non est dictu probabile: nam ante quodlibet punctum intrinsecum huius lineę nullum esse videtur preter. A. et per consequens inter. A. et quodlibet aliud nullum mediabit. Si vero inter. A. et quodlibet nullum mediat, consequens esse videtur, vt sint duo puncta immediata. Unde illico subsequitur cõtinuũ ex pũctis cõponi. ¶ Atqui acutiꝰ fit argumẽtũ, si dicas. Inter. A. et oĩa collectiue intrinseca pũcta nullum mediat: ergo dantur duo immediate: et per consequens continuum componitur ex indiuisibilibꝰ. ¶ Quarto si lubet, alio modo arguere quis poterit. Si omnis pars cõtinui esset diuisibilis, sequeretur q̃ꝺ quacunq; parte cõtinui daretur pars minor: q̃ tamen neq; esset minor quacũq; neq; qua cũq; minor. Et probatur. Hęc reducitur ad copulatiuã cuius vtraq; pars est vera. Prima nãq; pars manifesta est quia quacũq; parte cõtinui medietas eius est minor: et secũda etiam pars probatur: quia nulla est pars minor sua medietate, et per cõsequẽs nulla est pars quacũq; minor. Et simile est argumẽtum, q̃ quacunq; parte continui aliqua est maior: que tamen non est quacunq; maior.

¶ Duo sunt termini in titulo quęstionis: videlicet, continuum, et, indiuisibile. Cõtinua (vt lib. 5. tex. 26. prehabitũ est) sunt illa quorum vltima sunt vnum, vt lignum, lapis, etc. Indiuisibile multis modis dicitur: vno modo vt non dicat negationem partium: sed potẽtię naturalis, ad hoc vt diuidatur. Quemadmodum celum potest, vt incorruptibile, ita dici indiuisibile. Et minimum naturale diceretur etiam hoc modo indiuisibile in partes seorsum per se existentes. Quemadmodum Anaxagoras forte, et Democritus ponebãt suas atomos indiuisibiles. Et hoc modo nõ accipitur hic indiuisibile. Alio modo accipitur vt dicat negationem partium. Et hoc dupliciter, vno modo, vt dicit quid spirituale et separatum a materia, vt est Angelus: vel esto sit in materia tanquam actus eius non tamen habet positionem in continuo, vt anima rationalis, que est tota in qualibet parte. Unde qui arguit contra conclusionem, q̃ propositio mẽtalis componitur ex indiuisibilibus et homo ex materia, et ex indiuisibili forma, nihil ad rem affert: quia neq; oratio est continuum, neq; anima dicitur continuari materię, quã informat: quia non vniuntur secundũ extensionem, vt loco situq; distẽt. Et alio modo accipitur ꝓ illo, quod est principium quantitatis, habens positionem in cõtinuo. Ut puncta, quibus partes quantitatis continuantur, aut terminantur. Et hoc modo accipitur in presentia. Neq; vero hic locus est, neq; nobis est animus disputandi, an dentur ista indiuisibilia in rei veritate distincta: nempe an superficies distinguatur a corpore, aut linea a superficie, aut punctum a linea. Arbitror me namq; pro rei satis dignitate de hoc dixisse in prędicamentis. c. de quantitate. Ubi probabilius existimauimus res esse distinctas. Eis veruntamen, qui in contraria fuerint opinione, loquendum nihilominus est hic claritatis gratia ac si essent res distinctę. ¶ Est preterea considerandum, q̃ predecessores Aristote. multi crediderunt

Indiuisibile multipliciter.

rem componi ex indiuisibilibus, vt Zeno, ac subinde Stoici: eratq; suo tẽpore opinio celebris. Qua de causa plus forte iusto prolixus fuit Ph. in extirpanda hac opinione. Adeo vt ferme totum libr. 6. in hoc loco cõstituerit. ¶ Sunt ergo in duobus primis capitulis [q̃ prima pars sunt huius libri] tres conclusiones. ¶ Prima est negatiua questionis in text. 1. Impossibile est cõtinuum ex indiuisibilibus esse vt lineam ex punctis. Hanc conclusionem pro-

Conclusio. bat Ph. ferme duobus totis capitulis, sex rationibus. Quib⁹ alias nos quatuor adhibere possumus

Ratio. 1. vt sint omnes numero decem. Et rationes quidem Phi. in cõmentis sunt satis exposite: sed non erit abs re eas in summã redigere. ¶ Prima est in eodem text. ex definitione continui, que est a priori Continua sunt, quorum vltima sunt vnum: sed indiuisibile non habet vltimum [quia vltimum dicit respectum ad aliam partem, que non est vltima] ergo indiuisibilia continua esse non possunt. Palam significat hic Ph. punctum indiuisibile, esse vltimum terminum linee. Nam qui tenent quantitatẽ non distingui a re quanta, non dant vltimum alicuius continui, quod secundum se totum sit vltimum (ia quacũq; parte vltima data, adhuc medietas illi⁹ prima non est vltima. Ph. tamen vult hic, q̃ detur vnum vltimum secundum se totum distinctum ab illo, quod non est vltimum. Et id non potest esse nisi aut punctum in linea, aut linea in superficie, aut superficies in corpore. Non q̃ punctum sit pars linee, sed q̃ sit vltimus terminus linee. Eadem ratione progreditur Ph. probare q̃ indiuisibilia nõ possunt esse contigua: quia non habent vltima, que sint simul. ¶ Secunda ratio, et quidem subtilis est


Ratio. 2. in text. 2. Continua non debent se tangere secundum se tota, sed solum secundum eorum vltima, at indiuisibilia non possunt se tangere secundum vltima, sed secundum se tota: ergo continua esse non possunt. Maior exponitur sic. Si medietas mea superior tangeret inferiorem secundum se totam, tunc penetratiue se haberent, et per consequens non occuparent maiorem locum, quam sola medietas. Neque proinde facerent continuum, neque vnum maius: sed haberent se quantum ad hoc, sicut materia et forma lapidis. Et si tres quarte superiores penetratiue se haberent cum infinita quarta nõ occuparent nisi locum vnius quarte, ergo vt omnes quarte faciant vnum continuum, requiritur vt non se tangant secundum se totas: sed secun-

Indiuisib. additũ, indi. non facit. ma. dum vltima, vt loco et situ distarẽt: indiuisibilia vero quia non habent vltima non possunt se tangere, nisi secundum se tota: et per consequens hinc colligitur illud celebratum dictum, q̃ indiuisibile vnũ

Ratio. 3 additum alteri, nõ facit maius, neq; sunt continua. ¶ Tertia ratio est in text. 3. ex diffinitione secunda continui, que est a posteriori. Vnunquodq; resoluitur in ea, ex quibus componitur: ergo si continuũ componeretur ex indiuisibilibus, resolueretur in indiuisibilia: quod est contra diffinitionem conti-

Ratio. 4. nui: quia habetur continuum esse id, quod est diuisibile in semper diuisibilia. ¶ Quartam rationem adiicere possumus, q̃ si continuum ex indiuisibilibus esset compositum sequeretur q̃ duo mobilia, alterum tardissimum, et alterum velocissimum, in eodem adequate tempore transirent equales magnitudines, contra veritatem, quam Phi. hic demonstrat text. 11. et tribus sequentibus. Probatur sequela. Designentur magnitudines. A. et B. quarum vtraq; ex decem (.v.g.) indiuisibilibus componitur. Et incipiat. C. velocissimum mobile moueri super. A. D. vero tardissimũ, super. B. in eodem instanti: et arguitur sic. In ea mensura temporis, qua C. transit primũ indiuisibile ipsius. A. aut. D. transit primum pariter indiuisibile ipsi⁹. B. vel non. Si sic eadem ratione quo tempore. C. transit secundũ indiuisibile, et. D. simul transibit secundum, atque adeo in eodem adequato tempore transibunt omnia decem: quod est intentum. Si vero respondeas q̃ tempore, quo. C. transit primum indiuisibile. D. non transit totum primum, sequitur, q̃ transibit medietatem: et per consequens illud non erat indiuisibile. ¶ Et pari modo (vt sit quintum argumentum) deduceretur illud inconueniens, quod Zeno comminiscebatur, vt tex. 73. videbimus. s. q̃ velocissimum insequens tardissimum nunquam poterit illud pertingere. Nam ponamus. D. tardissimum incipere a secunda parte indiuisibili. A. magnitudinis. C. vero velocissimum simul incipiat a prima: tunc cun eodem tempore adequato quo. C. transit vnam partem indiuisibilem. D. transeat tãtam: quia non potest minorem, semper. D. preibit ipsi. C. ¶ Sextum argumentum colligitur ex text. 23. Detur magnitudo constans ex tribus indiuisibilibus. Si mobile velox transit in. A. tempore totam magnitudinem, mobile in duplo tardius debet in eodem tempore transire medietatem totius. s. primum diuisibile, et medietatem secundi: et per consequens indiuisibile, diuideretur. Argumentum facit Aristoteles de tempore. Si aliquod mobile trãsit tria illa indiuisibilia in certo tempore (quod subinde tempus necesse est constare ex totidem indiuisibilibus) sequitur quod mobile in subsesquialtero minus velox, in eodem tempore debet transire duo indiuisibilia (que se habent in subsesquialtero ad tria) et per consequens vnum indiuisibie transibit in medietate illius temporis, et cum tempus constet ex tribus indiuisibilibus correspondentibus tribus partibus motus prioris mobilis, sequitur q̃ medietas temporis constat ex primo diuisibili, et medietate secundi. Atq; adeo indiuisibile diuidi-

tur. Alia alius generis argumenta accumulant. 2. sententia dist. 2. Scotus quidem. q. 9. Grego. vero. q. 2. Sco. Grego. Ad quorum intelligentiam presupponẽdum est, q̃ licet in rei veritate infinita indiuisibilia non occupent maiorem locum, quam vnum (vt secundo argumento monstratum est) tantũ tenentes continuũ cõponi ex indiuisibilibus, necesse habent dicere cõtrariũ. Nã si duo pũcta (vt ipi fatẽtur) occupẽt maiorẽ locũ quã vnum, infinita occuparẽt infinitũ. Et ideo secũdũ illos nullũ cõtinuũ finitũ componitur ex indiuisibilibus infinitis: sed id, qđ maius est, cõponitur ex pluribus: et id, q̃ minus, ex paucioribus⁹ Tunc infert Scotus, et bene, q̃ si continuum cõponeretur ex indiuisibilibus, tot indiuisibilia essent in minori circulo, quot in maiori: qđ data opinione implicat contradictionẽ. Prolixius ille deducit, sed facile commonstratur in hac subiecta figura.




Nam quecunq; due recte linee, quantũcunq; propinquissime ducãtur a centro vsq; ad circunferentiã externe circuli, necesse est, vt quemadmodum in maiori circulo terminãtur ad duo distincta puncta ita circunferentiam minoris circuli intersecent in duobus distinctis punctis. Quoniam si illic cõcurrerent in idem punctum, tunc ab illo puncto vsq; ad centrũ nõ essent due, sed vnica linea: atq; adeo linee ducte a cẽtro vsq; ad circunferentiam maioris circuli non essent recte, sed frangerentur in circunferentia minoris circuli, vt apparet in hac figura.


Cuius tamen demonstrationes sunt apud Euclidem: ergo quantocunque plures lineas duxeris a centro vsque ad circumferentiam exterioris circuli tot omnino puncta numerabis in circumferentia minoris circuli, quot in circumferentia maioris, & per cõsequens stando in oppositione, minor circulus esset equalis maiori. ¶ Secũdũ corollariũ Scoti est, ꝙ si continuum componeretur ex indiuisibilib⁹, sequeretur diamertũ quadrati esse equalẽ coste: cum tamẽ ad sensum pateat esse maiorem: & Arist. sepe dicat esse incõmensurabilẽ coste: vt primo posteriorũ explicuimus. Sequela tamẽ patet i hac figura.



Si eñ a quouis puncto vnius coste ad punctũ e regione alterius rectã duxeris, tot puncta enumerabis adequate in costa quot in diametro: atq; adeo ex tot punctis constat: & per consequens diametrus & costa sunt equales. ¶ Tertiũ corollarium adijciamus ex Gregor. Sequeretur si continuum constaret ex indiuisibilibus, ꝙ constituto super aliquam basim triangulo, linea recta parallela cũ basi, propinquior angulo, superiori, descripta inter latera triãguli esset maior basi: quod est contra sensum. Nam esset prolixum afferre demonstrationes Euclidis lib. 1. Et ꝙ sequatur, patet in hac figura.




Sit enim linea. A. B. basis huius trianguli, constans ex tribus punctis: & alia duo latera concurrentia in puncta. C. habeant singula quinque puncta. Describaturq; linea inter puncta, D. E. quam necesse est ad minus habere duo puncta, postꝙ est diuisibilis siquidem, D. E. sunt pũcta distãtia. Mox describatur inferius parallela inter puncta. F. G. que posiꝙ est maior ꝙ superior, ad minus habebit tria puncta. Rursus describatur alia inferior inter puncta. H. I. Que cum sit maior superiori, habebit ad minus quatuor puncta: & per consequens erit maior ꝙ. A. B. quam suppositum est ex tribus tantum indiuisibilibus esse compositã. Consequẽs tamen implicat contradictionem. ¶ Alia huius generis multiplicãt, sed omnia nos possumus ad hoc vnum reducere, ꝙ datis duabus quibuscũq; lineis inequalibus: quantuncunque vna sit maxima, alia vero minima, tot sunt indiuisibilia in vna, quot in alia: & per consequens, secundum tenentes continuum componi ex indiuisibilib⁹, sequitur eas esse equales, vt patet in hac figura.




Nam signato centro. A. sub minori linea, quotcunque linee ducãtur ab illo vsq; ad lineam D. E. tot puncta numerãtur in linea. B. C. quot in linea. D. E. ¶ Postremum deniq; ac decimum argumentum est, ꝙ si continuum cõponeretur ex indiuisibilibus, nullatenus esset possibilis rarefactio sine additione noue materie: neq; condensatio, sine deperditione. Quoniam si detur continuũ cõstans ex tribus indiuisibilibus, & rarefiat: necesse est vt occupet maiorem locum: per consequens vel addetur quartum indiuisibile per additionem noue materie (quod est intentum) vel aliquo illorum indiuisibilium efficitur maius: quod non est intelligibile. Eodem modo si debet condensari, vel debet deperdi aliquod illorum trium indiuisibiliũ (quod est intentum) vel indiuisibile fieri minus: quod est impossibile.

¶ Igitur ad primum principale argumentum, negatur ꝙ perinde omnino se habeat punctum in quantitate, ac se habet in numero vnitas: sed in hoc solum vbiq; comparatur ab Aristo. ꝙ & vnitas, & punctum, sunt suo modo indiuisibilia: & quemadmodum vnitas est principium numeri, ita ad punctũ principiũ quantitatis. Differunt tamẽ: ꝙ punctum habet positionem in cõtinuo: vnitas vero, non, vt habetur. 1. poste. text. 42. & 5. meta. tex. 12. Nam in continuo sunt puncta ante & retro, prius, & posterius: numerus autem, quia designat quantitatem discretam, non dicit vnitates habentes ordinẽ. Et eadem ratione numerus constat ex vnitatibus seorsum diuisis, vt quinarius ex quinq; vnitatibus. Quarũ quelibet dicitur indiuisibilis in ratione numeri. Unus enim homo, vt pars binarij, non est amplius diuisibilis, licet diuidatur in ratione quantitatis cõtinue. vt in cap. de quantitate explicatũ est. Continuũ autem nõ componitur ex punctis, sed ex quantitatibus cõtinuatis per puncta. Quocirca nullus potest esse numerus ex infinitis vnitatibus: quodlibet autem continuum, habet infinita puncta. ¶ Ad secundũ argumentum solus Grego. est, qui respondet, concedendo continuum posse esse diuisum in omnem suam partem: in. 1. sent. dis. 35. ad septimũ argumentum: & in secundo distin. 2. q. 2. Non solum propter argumẽtum factũ. Sed adducit duo alia. Primũ. Potẽtie ad diuisiones continui. s. in duas medietates, in quatuor quartas, &c. nullum habent inter se necessarium ordinem, aut dependentiam, vt prius sit necessarium diuidere in duas ꝙ in quatuor: ergo poterit Deus simul diuidere in omnes. ¶ Itẽ quia alias sequeretur omnes singulares alicui⁹ vniuersalis esse possibiles, & tamen vniuersalem ipsam esse impossibilem. vt patet in his. Possibile est continuum in duas partes esse diuisum: & possibile est in tres esse diuisum, &c. quia omnes sunt possibiles. Et tamen hec est impossibilis, possibile est cõtinuũ in omnem suam partem esse diuisum.

Ad. 2. pn. Grego.

¶ Hanc tamen opinionẽ, profecto intelligere nunꝙ potui. In primis expresse contra Arist. tex. hic. 3. Nam dato casu, ꝙ continuũ sit in omnem suam partem diuisum, intelligere aliud nequeo ꝙ ꝙ partes ille essent indiuisibiles. Nam si aliqua est diuisibilis, non est facta diuisio in omnem partem. Quod si partes sunt indiuisibiles, cõtinuum componitur ex indiuisibilibus. Ut infert Phi. ¶ Responsio tamen Gregorij. est hec, ꝙ indiuisibile accipitur dupliciter: vno modo, vt neget partes in actu simul & potentia: quemadmodum angelus, vel punctum est indiuisibile: quia nec acta diuiditur in partes, nec diuidi potest: siquidem nullas habere potest partes, neq; esse alterius pars. Et isto modo fieri non valet diuisio continui vsq; ad indiuisibilia. Alio mõ accipitur indiuisibile, pro eo, quod habuit quidem partes vnitas, sed modo iam sunt omnes actu diuise: taliter vt nulle sint vnite, que possent diuidi. Et isto modo diuisio continui per potentiã diuinã, potest ꝓcedere vsq; ad indiuisibilia. ¶ Sed cõtra solutionẽ manifeste arguitur. Facta illa miraculosa diuisione, capio vnã particulam. A. & quero, vel illa actu constat, ex partibus vnitis integralibus (nam de his loquimur) vel non. Si sic, non est cõpleta, & exhausta tota diuisio continui. Si nõ habet actu partes, profecto non video quomodo differat a puncto. Nam dicere, ꝙ illa particula fuit ali-

quando pars alterius, & potest iterum vniri, & rursus diuidi, punctum vero minime, est petere principium. Quoniam sicuti punctum propterea quod nullas habet actu partes, additum alteri non facit maius, eadem ratione, nec illa particula addita alteri faciet maius. Quia re vera si nõ habet actu partes, non est quanta: & per consequens, neque esse potest, aut potuit pars continui. Maioris. Quocirca Maio. 2. d.2.q.5. tenens continuum posse diuidi in omnem suam partem, cõsequenter concedit componi ex indiuisibilibus, non solũ contra Aristotelem, sed contra omnem intellectum. ¶ Unde ad secundũ principale, conceditur quod Deus cognoscit singula puncta, & singulas partes continui. Non tamen cognoscit vltimam, quia nulla est talis. Et eadẽ ratione neque cognoscit vltimas, ad quas terminatur diuisio continui. Nam ille essent indiuisibiles: & tamẽ nulle sunt tales in continuo. Ob idque negatur, quod non sit maior repugnantia singulas partes continui esse actu in re diuisas, quàm in intuitu diuino. Equidem ex reali diuisione, sequitur aliquam partem esse nõ quantam: & tamẽ ex hoc quod Deus cognoscat singulas, nihil tale sequitur. Quinimo cognoscendo singulas cognoscit non posse taliter diuidi. Nam qualis est earum natura, taliter cognoscuntur a Deo.

Ad argumenta Gregorij. ¶ Hinc sequitur solutio primi argumenti Greg. nõ enim repugnantia diuisionis continui in omnem suam partem, prouenit ex ordine, vt necessario sit prius diuidere in duas, deinde in quatuor, &c. sed ex eo, quod daretur pars non quanta. ¶ Ad secundum (quod sophisma est) negatur, quod detur vniuersalis impossibilis, cuius singulares sint necessarie. Quinimo si ly, partem (saltẽ in singulari) anteponatur ad ly, possibile, in rigore hec est vera, in omnem suã partem, continuum possibile est esse diuisum, vt cõstat per descendentes sub ly, partem: sed tamen negamus illam si dicas in plurali, in omnes suas partes &c. quia habebit tunc vnam falsam, demonstrãdo omnes collectiue. Et maxime si ly, partes, postponatur ad ly possibile. s. possibile est cõtinuũ ĩ oẽs suas partes esse diuisum. Et tunc non admittitur inductio sub ly partes. Sed hec ex dialecticis constat. ¶ Ad aliud, quod tangitur in argumento, satis responsum est lib. 1. q. 4. de infinito. vbi cõmonstrauimus contradictionem implicare sectionem illam hore per partes proportionales: alias daretur vltima. Aliaque id genus multa explicata illic sunt, que in hanc questionem competant.

Ad confirmationes. ¶ Ad primam confirmationem libro. 4. q. 2. responsum est. Et ad alias duas lib. eodem. q. 3. Neque aliorsum hic enarrate sunt: quam vt solutiones ille in memoriam reuocentur. ¶ Solet fieri argumentum aliud, quod cum lignum comburitur, singule partes separantur ab illo successiue per combustionem: conseruentur ergo a Deo eo modo, quo separantur: & tũc continuum erit diuisum in omnem suam partem. Homini tamen Philosopho nullum argumentum est: tum quia separationes ille non sunt seorsum singularum partium: tum quia non prius natura sit separatio, quam conuersio in ignem: quinetiam separatio est conuersio.

Ad. 3. prin. ¶ Ad tertium principale argumẽtum, sophiste sunt, quibus respondere incumbit. Cõceditur namque, quod inter. A. pũctum, & quodlibet subsequens mediat punctum. vt patet inductione sub termino distributo: quocunque enim demonstrato inter illud & A. mediat punctũ. Et ideo negatur, quod ante quodlibet nullum sit preter. A. Tametsi nullũ signari poterit, quod mediet inter. A. & quodlibet aliud. Non tamẽ inde sequitur duo esse pũcta immediata, vt dialecticis compertũ est. Si aũt dicas collectiue, inter. A. & omnia subsequentia nullum mediat, conceditur: negatur tamen consequentia, qua colligis, aliqua esse puncta immediata, quia totius collectionis sequentis non datur proximum punctum, versus. A. Quemadmodum si secundũ duorum corporũ (que sunt contigua) diuidas per partes proportionales, versus primum, tunc inter primum, & omnes partes proportionales alterius nihil mediat: tamen nulla designari potest pars alterius, que sit priori corpori immediata: cum nulla sit vltima.

¶ Ad quartum denique, quod (itidem sophisma est, Ad. 4. prin. conceditur vtraque copulatiua, vt argumentum (quod dialecticum est) patefacit.

¶ Secunda conclusio. Arist. in Conclu. 2. text. 4. est hec. Eadẽ est ratio magnitudinis, & temporis, & motus, vt eorum aliquod, nullum ve, ex indiuisibilibus sit compositum. Nam tria hec, tres sunt species continui. Et quod motus diuidatur ad diuisionem magnitudinis, per quam fit motus, probat tex. 6. Quoniam cuilibet parti magnitudinis correspõdet pars motus. Extenditur enim motus a preterito in futurum, secundum extensionem magnitudinis. vt lib. 4. text. 99. dictum est. Unde tex. 7. probat impossibile esse magnitudinem componi ex indiuisibilibus. Nam tunc non esset prius rem aliquam moueri per partem magnitudinis, quam motam esse: quia moueri, dicit successionem, que in in diuisibili esse non potest. Et per consequens motus componeretur ex mutatis esse indiuisibilibus, sicut magnitudo ex punctis. A. text. 10. vsque ad 17. probat idem de tempore: nempe quod sicut magnitudo & motus, ita tempus sit continuum diuisibile in semper diuisibilia, atque adeo non constet ex indiuisibilibus instãtibus. ¶ Ante cuius probationem premittit nonnullas regulas velocitatis motus. Quarum nullam nos mẽtionem hic facere cogitamus vsque ad librum proximũ. ¶ Nam cũ illic Philosophus ponat septem regulas eiusmodi proportionum, cõmodum esse duximus, omnium proportionum farraginem illuc conijcere, ne de re eadem pluribus in locis dicamus. ¶ Tertiam conclusionem subijcit in text. 18. quam probat vsque ad. 23. Que est hec. Conclu. 3. Eadem est ratio finiti: & infiniti, in his tribus scilicet magnitudine, tempore, & motu. Nempe quod si magnitudo, per quam fit motus, est finita, tunc & motus est finita, tunc & motus & tempus erunt pariter finita: quod si magnitudo fuerit infinita, & motus pariter & tempus erunt infinita. Horum omnium demonstrationes sunt in commentis explicate, versanturque in proportionibus de velocitate motus: de quibus libro sequẽti agendum est.

¶ Tex. xxxiij. Motus autem est diuisibilis. &c.

## Quæstio secunda.

¶ VTRVM MOTVS DIVIDAtur ad diuisiones & mobilis, & temporis.

SEcũdum membrum sexti libri fecimus tertium & quartũ caput: in quorũ primo pmittit Philosophus tres conclusiones, & in altero subdit diuisionem continui. Ambos autem sub vna hac questione secunda complaxi sumus. Arguitur ergo primo, cõtra id, quod habetur

betur text.24.s.nūc temporis esse indiuisibile. Sequeretur enim, ꝙ accidens esset sine subiecto: nam indiuisibile, non subiectatur in subiecto diuisibili: nec videtur in quo subiecto indiuisibili subiectetur instans: quia maxime in puncto, punctum autem nullius subiectum est, cum sit accidēs, & vnum accidens non sit alterius subiectum. ¶ Et cōfirmatur. Si daretur instantia indiuisibilia, sequeretur, duo, triaq; instantia esse immediata: qđ statim tex. 26. omnino negat. Phi. propterea ꝙ alias tempus componeretur ex indiuisibilibus. Sequela tamen probatur argumento vulgari. Deus potest creare tres angelos, vnum deinceps immediate post aliū s. vnum in instanti presenti, aliumq; immediate ante, & alium immediate post hac: angeli vero, cum sint indiuisibiles, creari non possunt, nisi in instanti: ergo signabile est instans immediate ante hoc, & instans immediate post hoc. ¶ Secūdo principaliter arguitur, contra, id quod habetur text. 26. videlicet in instanti non fieri motum. In quocunque instanti temporis, quo actio aliqua, aut motus fit, affirmamus motum ipsum fieri (dicimus enim nūc celum moueri, equum currere, Petrum legere, &c.) ergo motus fit in instanti. ¶ Et confirmatur. Forma spiritualis, que in instanti producitur, potest eodem instāti, quo producitur, augeri: ergo in instanti fit motus. Antecedens patet, quia qua ratiōe potest produci vnus gradus, potest simul produci alius, & intendi. ¶ Tertio principaliter arguitur contra id, quod sequitur in tex. 30. s. ꝙ in instāti non est quies. Inter motum, & quietem nullum videtur esse medium: ergo si in instanti non est motus, restat vt sit quies. ¶ Et confirmatur. Omne quiescens quiescit vsq; ad instans initiatiuum motus: quod cum sit vltimum non esse motus, est vltimum esse quietis: & per consequens in illo instanti est quies. Equum argumentum est de instanti terminatiuo motus: quod cum sit primum non esse motus, est primum esse quietis. ¶ Quarto principaliter arguitur, directe a parte negatiua prime partis questionis. Aut motum diuidi ad diuisionē mobilis est, ꝙ prior pars mobilis prius moueatur quam secunda: & hoc non: quia cum pedale mouetur, simul omnes partes incipiunt moueri. Aut est, ꝙ transeūtis per aliquod signum fixum [vt per limen ostij] prius transit prima pars, quam secunda, & hec diuisio non est ad diuisionem mobilis, sed temporis: secundum quam prius transitur prima pars spatij, quam secunda. Aut est, ꝙ accidens, qđ est motus, extendatur per totum subiectum, sicut albedo: hoc autē videtur falsum: tum quia (vt lib. 3. quest. ij. disputabamus) motus non est accidens distinctum: tum etiam quia esto distingueretur: esset accidens successiuū, cuius partes esse non possunt simul: est autem intellectu difficile, quomodo partes sint successiue, & tamen sint extense per totum mobile, quod est ens permanens. ¶ Et cōfirmatur si perfecte sphericum moueretur per planum, solū tangeret in puncto indiuisibili: ergo motus illius esse pariter indiuisibilis ad diuisionem subiecti. ¶ Quinto demū arguitur aduersus secundā partē questionis. Si motus diuideretur ad diuisionē tēporis, id maxime esset (vt ait Phi. tex. 36.) quia motus maior est in tempore maiori, minor autē in minori: sed hoc non, ergo. Probatur minor. Eodem tempore, quo mobile tardum percurrit cubitale spatium, mobile velocius pertransibit maius spatium: ergo motus tardior, qui est minor ꝙ̄ velocior (cum sit per minus spatium) non in minori tempore, ꝙ̄ velocior, sed in equali. Quinimo per hoc est

Tres Angeli.

velocior: quia in eodem tempore est maior. Est em tantus motus, quantum est spatium. ¶ In contrarium est sententia Aristo.

¶ **Summa duorū capitulorū**, que in hac questione examinamus, in quatuor conclusionibus consistit. Prima est in text. 24. Nunc temporis, quod per se primo est presens, est indiuisibile. Per se inquam primo, id est, quod nō est presens, ratione alterius, sed secundū se totum: ad hūc sensum: ꝙ nihil eius est preteritum, aut futurum. Nam & hora, & dies, & mēsis sunt presentes, nō per se primo, sed ratione instantis, quo partes cōtinuātur. Ad cuius probationem ostendit primo Phi. text. 26. idem esse nunc, quod est terminus preteriti temporis, & quod est terminus futuri. Nam si essent duo, aut essent immediata, & sic duo indiuisibilia essent immediata in eodem cōtinuo: aut mediaret tempus: & tunc illud esset diuisibile in partem preteritam, & partem futuram: & per consequens nec primum nunc esset terminus totius temporis preteriti [cum post illud esset tēpus preteritum] nec secundū esset terminus totius futuri, cum ante illud esset tempus futurū. [illegible]posito autē, ꝙ sit idem nunc, probat illud esse indiuisibile, tribus rationibus. Primo, quia si esset diuisibile, diuideretur in partem preteritam, & futuram: & sic pars termini preteriti esset futura, & pars termini futuri, esset preterita. Quod est repugnantia, vt in commento patet. ¶ Et hinc nascitur secūda ratio, quod si nūc, qđ est terminus preteriti & futuri, esset diuisibile in preteritum & futurum, non esset per se primo presens secundum se totum. ¶ Et tertia ratio est, ꝙ neque maneret inuariabiliter, quia preteritum & futurum, dicit varietatem: nunc autem dicit quid inuariabile. ¶ At vero circa materiam primi argumenti non est animus in presentia disputare, an instantia distinguantur realiter a subiecto, necne. Satis enim lib. 4. q. 4. de hoc me arbitror dixisse. Et credo equidem non distingui. Non quidem propter hoc argumentum: ad quod facile respōdetur a realibus, ꝙ illa indiuisibilia nō sunt per se in subiecto, sed per accidens ratione quantitatis, cuius sunt continuatiua. Nec propter alia, que fiunt scilicet, ꝙ simul res produceretur, & corrumperetur: quia de re indiuisibili non esset magnum incōueniens. Neq; hoc esset contra Aristotel. 5. huius text. 14. Nam, vt illic adnotauimus, solum negat esse possibile, vt idem motus sit. v.g. intensio, & remissio eiusdem qualitatis vel augmentum, & decretum eiusdem quātitatis, vel generatio & corruptio eiusdem substantie. Quod tamen idem instans sit primum & vltimū esse, non negat. Sed tamen, quia credo, nec tempus a motu, nec motum a mobili distingui tanquam res diuersas, sed sola ratione predicamentali, vt illic, & libr. 3. qō. 2. contendebamus ostendere, credo neq; instantia, neq; mutata esse distingui, nisi ratione, a mobili. Vt illic explicatum est. Nihilominus claritatis causa loquendum est de illis, ac si essent res distincte. Itaque ratio illa mobilis, qua nunc est in hac parte spatij, & immediate ante hoc erat in priori, & immediate post hoc erit in posteriori, est instans continuatiuū. Et suo modo dicatur de initiatiuo, & terminatiuo.

Conclus. I.

Ad. 1. prin.

¶ Unde confirmatio argumenti candē vim habet in omni opinione. Cui Grego. 1. sentent. distin. 17. q. 2. artic. 2. concedit, ꝙ potest vnus Angelus creari in instanti presenti, & alius in instanti indiuisibili immediate post hoc: dummodo ly, in instanti, non stet determinate pro aliquo singulari, sed confuse, vt

Ad confir. Angeli immediati.

fuse, vt aiunt summuliste. Itaq; vt concedunt, ꝙ immediate post hoc erit instans, & tamen nullum instans erit immediate post hoc, ita dicunt de illo angelo. Et idem dicũt de angelo immediate ante hac creato. ¶ Nihilominus est hic conclusio. Implicat contradictionem, angelum creari immediate post hoc instans: & tamẽ creari in instanti, aut in aliqua indiuisibili mensura. ¶ Probatur, quia cum non sit creatus nisi vnus, & in instanti indiuisibili, necesse est illud instãs esse signabile, & esse cognitum Deo, qui in illo creauit angelum: & per cõsequens illud instans est immediate post hoc. Secus est si admitteretur Deum post hac in quolibet instanti creare vnum angelum. Nam tunc immediate post hoc esset angelus, & nullus esset signabilis, qui esset immediate post hoc. At vero, ꝙ signetur angelus creandus immediate post hoc in instanti, & non signetur tale instans immediatum, nõ est intelligibile. Sed tamen addiderim forte non repugnare, ꝙ Deus creet immediate post hoc angelum taliter, vt nunc non sit, & immediate post hoc erit: quoniam non repugnat, vt Deus nunc non concurrat, & immediate post hoc concurrat. Alias deberes dicere, ꝙ concursus [illegible] dependeat a tempore, debeatq; expectare transitum temporis, vt in instanti futuro producat angelum: quod videtur absurdum. Attamen tunc non esset signabile, vel instans, vel mensura adequata creationis: sed necessario deberet durare talis angelus per aliquod tempus nostrum, quod est immediatum huic instanti. De preterito vero non esset ita possibile: nam si crearetur in instanti, & tantum durasset per illud, daretur instans immediatum huic presenti: si vero duraret per tempus, tunc in medietate illius temporis versus nos non crearetur, sed esset creatus. Et sic non crearetur immediate ante hoc.

Conclu. 2.

¶ Secunda cõclusio est in text. 29. Motus non fit in instanti. Probatur. Ubicunq; est motus, esse potest, & velocior, & tardior: sed in instanti id fieri nequit: nam velocius id mouetur, qđ in minori tempore idem spatium pertransit: instãti autem non est dabile minus: ergo in illo non fit motus.

Ad. 2. prin.

¶ Unde ad secundum argumentum respõdetur, ꝙ quando dicit Aristo. motum non est in instanti, intelligit per se primo. Nam per aliud .i. ratione mutati esse, quod nunc est continuatiuũ partium motus, nõ est dubium, quin motus sit. Sicut dies est nunc ratione instantis continuantis partes temporis.

Ad cõfir.

¶ Ad confirmationem respõdetur, ꝙ quamuis qualitas spiritualis possit simul produci in instanti secũdum se totam, nihilominus ꝙ in eodem instanti producatur vnus gradus, & addatur alius, vt in eodẽ instanti sit & remissior, & intensior, non est possibile, quia id nõ potest fieri, nisi per motum. Quocirca non est Physicum id, quod aliquãdo audiui: nempe, ꝙ in primo instanti conuersionis peccatoris datur vnus grad⁹ gratie a solo deo sine merito de condigno, & in eodem instanti intenditur ratione meriti. Sed hoc non est presentis loci examinare.

Conclu. 3.
Ad. 3. prin

¶ Tertia conclusio est in text. 30. Quies non est in instanti. Que probatur tribus rationibus. Prima est responsio tertij argumẽti principalis. Quies, & motus non opponũtur cõtradictorie, sed priuatiue, est enim quies carentia motus in subiecto loco, & tempore, vbi est aptitudo ad motũ. Et ideo sicut inter visum, & cecitatem est medium (quia lapis neq; videt, neq; est cecus) ita in instanti vbi nulla est aptitudo ad motum, nõ est quies. Unde quies nõ definitur negatiue, vt quicquid non mouetur quiescat, sed quiescit illud quod non mouetur, est tamen aptum tali tempore & modo moueri. vt eodem textu habetur.

Definitio quietis

¶ Circa materiam autem confirmationis notanda est definitio quietis in text. 32. Id enim, inquit, quiescit, quod similiter se habet nunc, & prius. Atq; illa est tertia ratio, cur quies nõ sit in id instanti, quippe in quo esse non possunt illa duo, scilicet, nunc, & prius.

Ad confir.

Et per hoc respondetur ad primam partem confirmationis. Conceditur enim, ꝙ in instanti initiatiuo motus mobile quiescit: non ex eo solum, quia tunc non mouetur, sed quia similiter, id est, in eodem loco est tunc, quo erat prius: & ideo quiescit tanquã in termino quietis. Ueruntamẽ nemo decipiatur (cum fecile quisq; decipi potest) inferens idem esse de instanti, extrinsece terminante desitionem motus, videlicet, ꝙ tunc res quiescat, propterea quia tunc nõ mouetur, & similiter se habet, sicut se habebit posterius. Consulto enim Aristo. definiuit quietem per respectum ad preteritum, & nõ ad futurũ. Usu nanq; loquendi hominum eum, qui modo est, vbi hactenus fuit quiescere censemus: attamen in primo instanti, quo res est, vbi deinceps erit, nõdũ iudicatur quiescere: quia habitudo futura non facit, vt in instanti preterito res quiescat. Quare negatur equam esse rationem de instanti terminatiuo, & que est de initiatiuo. Et ideo in text. 31. interexponendam secundam rationem diximus, ꝙ quãuis quies finiatur per vltimum sui esse, non tamen incipit per primum sui esse: sed per vltimum non esse, ita, vt illud instans, quod est primum non esse motus, est item vltimum non esse quietis, nam tũc res non quiescit, & immediate post illud quiescet. ¶ Aliam conclusionem adhibet eodẽ tex. 32. Nempe, ꝙ omne, quod mouetur, est diuisibile. Quam inferius text. 86. latius probat. Et ideo vsq; ad questionem sequentem reponatur.

Cõclus. 4.

¶ Quarta cõclusio, qua respõdetur ad questionẽ, sequitur in text. 33. Motus dupliciter diuiditur, scilicet, & ad diuisionem mobilis & ad diuisionem temporis. Prima pars probatur tribus rationibus. Prima est. Motus (vt modo dicebamus) non est, nisi in subiecto diuisibili: ergo est accidens materiale, atq; adeo extẽsum per totum. Secunda atque tertia ferme recidunt in primam. Uidelicet, motus totius mobilis nõ est motus alicuius partis: ergo necesse est, vt motus habeat partes extensas, quibus moueantur partes mobilis: sicut totum mouetur toto moto. Ac si dicas. Tota albedo Petri non est in sola facie: ergo necesse est albedinem habere partes, vt alia caput sit album, & alia pedes. ¶ Secundam partem conclusionis probat in tex. 36. per hoc, ꝙ motus diuiditur quẽadmodum & tempus, vt si totus motus, quo transitur totum spatium, durat integram horam, medietas motus, qua trãsitur medietas spatij, durat medietatem hore. Reliqua in commentis sunt manifesta.

Ad. 4. prin.

¶ Unde ad quartum principale argumẽtum in commento. 33. respõsum est, ꝙ motum diuidi ad diuisionem mobilis neque est, ꝙ prior pars mobilis prius incipiat moueri, quam posterior, nec ꝙ prius transeat per signum fixum: sed est, ꝙ totus motus extendatur per totum mobile. Et quanuis motus non sit res distincta, nihilominus est accidens, vt sepe dicere solemus: nam accidit mobili moueri: & cum, ad motum totius sequatur motus

tus

tus partium, ad hunc sensum motus extēditur per mobile. Credētes vero motum esse rem distinctā, fateor, negotium habent explicandi, quomodo habeat partes extensas per totū, & nihilominus partes successiuas, quę non sunt simul. Nam dicere, quod sunt diuerse partes ille, quę diuiduntur ad diuisionem mouibilis, & ille, quę diuiduntur ad diuisionē temporis, certe est falsum. Quoniam tunc motus esset in duabus speciebus quantitatis. Item ille re vera partes, quę extendūtur per totum mobile, sunt quę non durant nisi per instans, atque adeo ille ipse sunt successiue. Et ita respondere debent fautores illius opinionis: nempe quod illud accidēs, cuius aliqua pars est in vna parte mobilis, & alia in alia, diuiditur ad diuisionem temporis, secundum easdem partes: alia tamen ratione: quia scilicet, alie precesserunt, & alie sunt future, & continuātur per mutatum esse. ¶ Ad confirmationem respondetur, quod quamuis perfecte sphericum moueatur per planum, motus tamen non subiectatur in puncto tangente mobile, sed in tota sphera, quę mouetur per se: punctum nanque solum, per accidens mouetur ratione totius. ¶ Ad quintum principale argumentum, respondetur quod non definitur, neque cognoscitur motum diuidi ad diuisionem temporis, comparando diuersos motus diuersorum mobilium ad tempus sed comparādo totū motū vnius mobilis, ad totū tempus, & partē eiusdē motus, ad partem eiusdē temporis: vt paulo ante dicebamus. Cū hoc tamen stat motum vnum eo esse velociorē altero, quod cū ambo sint equales in quantitate, id est per equalia spatia durantes, fiat in minori tempore.

Ad confir.

Ad. 5.

¶ Text. xlvj. Quod igitur circa finem mutationis, &c.

## ¶ Quæstio tertia.

### VTRUM DETUR PRIMUM aut vltimum esse motus.

QVinto, sextoq; capitulis cōtinetur pars tertia huius libri, vbi disputatur de ordine partiū mot⁹. De quo proinde mota est tertia hęc quęstio. Arguitur ergo primo aduersus id, quod habetur tex. presenti. 46. nēpe, quod datur primū mutatū esse, in termino ad quē. Si poneretur graue in cōcauo lune, & Deus annihilaret oīa media vsque ad terrā, per vltimū sui esse, ita vt nūc sit plenū, & immediate post hoc sit vacuū, graue illud, quod nūc est in cōcauo lune, immediate post hoc erit in terra, quia mouebit sine resistētia: ergo nō dabitur primū mutatū esse: nam primum mutatum esse (vt in commentis exponebamus:) est primū esse in termino ad quem: & tamen in hac mutatione, cum instans presens sit vltimum esse in termino a quo, nō dabitur primum instans esse in termino ad quem: alias duo instantia essent immediata. ¶ Secundo principaliter arguitur contra id, quod in eodem textu subiungitur, scilicet, quod motus non incipit per primum sui esse, sed per vltimum non esse. Si mulier pregnans ambularet, & in medio motu animaretur fetus per primum sui esse, fetus inciperet moueri per primum sui esse: nam illo instanti, moueretur ad motum matris: & antea non mouebatur. Et si homo cadens ab alto, in media via exhalaret animam, ita, vt cadauer inciperet esse per primum sui esse, tunc illud esset primum instans motus cadaueris, nam est instans medium temporis, quo durat motus, cuius prima medietate mouebatur homo, & secunda cadauer: ergo motus incipit per primum sui esse. Eodem modo impugnatur id, quod habetur text. 52. scilicet, quod ante omne moueri, precedit mutatum esse: nam si res incipit moueri per primum sui esse, ante illud nullum precessit mutatum esse. ¶ Tertio igitur principaliter arguitur, contra id, quod habetur text. 55. scilicet, ante quodlibet mutatum esse, precedere moueri. In prima creatione mundi res omnes mutare sunt de nō esse, ad esse, & tamen ante illud mutatum, nō processit moueri. Idē est de productionibus rerū indiuisibilium, puta intellectionem, & volitionum, quę in instanti producuntur. ¶ Quod si responderis intelligēdum illud esse, de his, quę per motum fiunt. Arguitur sic. Sint duo lapides plani contigui. A. & B. & mobile sit super. A. taliter, vt vltima linea terminatiua mobilis, sit super lineam terminatiuam ipsius. A. & incipiat moueri per. B. Tunc arguitur sic. Immediate post [illegible] linea terminatiua mobilis erit super lineam initiatiuam. B. ergo tunc iam mobile erit mutatum: & tamen ante illud matatum esse, nullū precessit motus, quia linea terminatiua. A. & linea terminatiua. B. erant cōtigue immediate, inter quas proinde non intercedebat spatium, per quod fieret motus.

¶ Quarto principaliter arguitur ad partem affirmatiuam questionis. Si motus non inciperet per primum sui esse, sed per vltimum non esse, sequeretur, quod multe res permanentes inciperent per vltimum non esse: consequens tamen est falsum, est enim vulgata inter Philosophos differentia, inter res successiuas, & permanētes: quod successiue incipiūt per vltimum nō esse permanētes vero, per primū sui esse. Quod autem sequatur, patet. Primo, lumen produceretur per vltimum non esse: nam si detur candela, quę potest illuminare vsque ad certam lineam exclusiue, scilicet in qua primum est nō gradus luminis, & incipiat moueri versus illam, incipiet lumē esse vltra illam per vltimum non esse: & idem erit de visione, si potentia visiua extendatur per maximam distantiam, vsque ad certam lineam exclusiue, & visibile sit modo in illa linea, & incipiat moueri versus oculum. ¶ In contrarium est sententia Aristo.

¶ In ordine partiū motus, de quo questione presente differitur, tria est considerare, scilicet, initium, finem, & media. De extremis agitur in capitu. quinto. & de mediis in sexto. Tota vero materia decem conclusionibus colligitur. Incipitur autem a fine, & termino motus. Atqui in text. statim. 40. iacitur fundamentum, quod mobile quando mutatum est, non est in termino a quo, sed in termino ad quem, id quod & nomen ipsum significat, & in tribus illic commentis explicatum est. ¶ Hoc supposito, subditur prima conclusio in text. 44. Illud primū temporis, quo res mutata est esse nequit diuisibile tempus, sed necesse est esse nūc indiuisibile. Exempli gratia, si res mouetur ab. A. in. B. id in quo primum verum est dicere rem esse in. B. est indiuisibile instans. nam detur contrarium, puta, quod sit tempus (. v. g. vna hora) tunc cum per totam horam quiescit in. B. iam in prima medietate res erat mutata in. B. & per consequens tota hora non erat tempus, in quo primum mutata est. Et eadem ratione neque in medietate erat primum

Fundamētum.

Conclu. 1.

mum mutata: quia in prima quarta iam fuerat in B. & cū nulla detur tam parua pars tēporis, quin in parte illius fuerit in B. fit. vt nullum sit tēpus, in quo primum res mutata est. Est ergo instans. Eadem est ratio in alijs omnibus generibus motus. Primum enim esse cuiuscunq; gradus acquisiti intensionis, & primum esse cuiuscunque acquisite quantitatis in augmentatione, & primū esse acquisitionis forme substantialis, in minima materia necessario est instans indiuisibile.

Conclu. 2. ¶ Hinc sequitur secunda conclusio in text. 46. Cuiuscunq; motus penes finem datur primum mutatum esse. Manifestum corollarium est ex priori cōclusione. Ut in motu locali, datur primum instans esse in hoc loco, quo ventū est per motum, & in motu alterationis datur primum esse huius gradus intensionis: & in motu augmentationis, primū esse huius quantitatis: & in generatione, primum esse forme in materia. ¶ Probatur cōclusio in motu locali: ex quo manifesta fiet in alijs. Si enim res mouetur ab. A. in. B. aut incipit esse in. B. per primū esse, aut per vltimum nō esse (quia non est dare medium) non secu[illegible] ergo primum. Probatur minor. Detur vltimum non esse in. B. & sequitur ꝙ mobile in illo instanti non est in. B. Si autem non est tunc in puncto. B. ergo per aliquam distantiā diuisibilem distat a. B. nam duo puncta spatij non possunt esse immediata. Et inde rursus sequitur, ꝙ immediate post hoc instans signatum non erit in B. (nam vt transeatur diuisibilis distantia, tempore opus est) & per consequens illud instans, non est vltimum non esse in. B. Simile est argumētum de quocunq; certo gradu qualitatis, aut quantitatis.

Conclu. 3. ¶ Tertia conclusio est in eodē text. 46. Penes initium motus non datur primum esse motus. Hanc probat trib⁹ rationibus. Prima est hec. Illud primum esse motus, aut est tempus diuisibile, aut indiuisibile instans: instans esse non potest, quia in instanti esse motum, iam mōstratum est esse impossibile. Quod autē neq; sit tempus, probatur. Si est tēpus, tūc aut mobile quiescit per totū illud, & sic non est primū esse motus: aut per aliquam partem quiescit, & per alteram mouetur, & tūc non est scōm se totū primū esse motus, sed secūdū partem. Siuero detur particula temporis, per quam totam primo mouetur, in medietate illius iam prius mouebatur, & per cōsequēs tota particula temporis non est, in qua primū per se mouetur. Et eadem ratione nec medietas: quia in priori quarta prius iam mouebatur. Et cum tempus sit in infinitū diuisibile, nulla dabitur pars temporis, in qua per se primū res moueatur. ¶ Secunda ratio est in tex. 48. ꝙ qñ mobile transit per aliquod pūctū fixū, nō datur prima pars, que trāsiuit. Et tertia est in tex. 49. ꝙ neq; in spatio, per quod mobile mouetur, datur prima pars pertransita: sed ante quālibet fuit minor peracta. Que quidem in commētis sunt diffusius exposite.

Conclu. 4. ¶ Quarta cōclusio est in text. 52. Ante qdlibet moueri, precedit mutatum esse. Hanc demonstrat Phi. ex tribus rationibus, que in commētis exposite sunt. Prima sumitur ab spatio, ꝙ quemadmodū in spatio, per quod fit motus ante quamlibet partem est punctū, ita & in motu ante quodlibet moueri est mutatum esse, vt enim partes linee continuantur per puncta, ita & moueri respondenter per mutata esse. Secunda sumitur a tempore. Propterea mobile mouetur per totū tempus, quia peruenit ad nūc terminatiuum illius, in quo verum est dicere mutatū esse, sed ante quamlibet partem temporis est aliqd nunc: ergo ante quodlibet moueri est mutatum esse. Eodēq; tēdit tertia.

¶ Quinta conclusio est in text. 55. Ante quodlibet mutatum esse, precedit moueri. Que eadem ratione probatur, qua precedens: nam cum motus non fiat in instanti: sed in tempore, in instanti vero res mutata sit, & ante quodlibet instās precesserit tempus, fit, vt ante quodlibet mutatū esse sit moueri. Conclu. 5.

¶ In tex. 58. demonstrat easdem cōclusiones in motu alterationis, & augmentationis. Nam cū intensio qualitatis, augmentūq; quantitatis non fiat, nisi in tempore, a cuilibet & instanti temporis correspondeat certus gradus qualitatis, aut certa magnitudo quantitatis, ad quam res mutata est, cadē ratione sequitur, ꝙ ante quodlibet intendi, erit intensum esse, & ante quodlibet augeri, auctum esse: & ante quodlibet intensum esse, intendi, & ante qdlibet punctum esse, augeri. In text. denique. 59. ostendit idem quodammodo vsu venire in corruptione & generatione substantię: non tamen modo simpliciter eodem. Nam forma substantialis aeris (. v. g.) que generatur ex aqua incipit in instāti: & ideo ante illud primū mutatum esse non precedit moueri eiusdem generis, id est, generari: precedit tamen alterari: quoniam terminus alterationis est generatio substātie. ¶ Quod si quis arguat contra quartam & quintam conclusionem. Si ante quodlibet moueri est mutatum esse, & ante quodlibet mutatum esse est moueri, sequitur vt ante quodlibet mutatum esse sit etiam mutatum esse: quod obuiare videtur secūde conclusioni, vbi dictum est dari primum mutatum esse. Respondetur, secundam conclusionem solum asserere, ꝙ versus finē motus datur primum mutatum esse. vt signato loco certo, ad quem res mouetur, datur primum instans mutati esse in illo loco. Nihilominus loquendo in genere, ante quodlibet mutatū esse est aliud mutatū esse. Nam anteq; res sit in. D. loco fuerat in. C. & antea in. B. &c. signando diuersa puncta spatij. Et proportionabiliter in intēsione & augmētatione, si res intenditur ab vno gradu vsque ad duo, licet detur primum esse in duobus, iuxta secundam conclusionem, nihilominus iuxta quartam & quintam prius fuit sub vno cum dimidio. & prius sub vno cum vna quarta, &c. Quare nulla est contradictio.

¶ At quāquam ex his textualibus conclusionibus posset quiuis forte discernere quo queque res naturalis instāti incipiat, desinat ve, quo tamē minori id negotio fiat, quinque alias conclusiones subijciamus. Possumus enim quas alij plurimas multiplicant, arte, & modo sub has paucas cogere. ¶ Supponatur in primis ex dialecticis exponibilibus duo esse instantia, quibus res in vniuersum incipiunt, scilicet, primum esse, & vltimum non esse: duoque item, quibus desinunt, scilicet, vltimum esse, & primum non esse. Quatuor instantia. Primum esse, est instans affirmatiuum intrinsecum tempori durationis: nēpe quo res est, & immediate ante illud non fuit. Ultimum non esse est negatiuum, extrinsecūq;, scilicet, quo res non est, & immediate post illud erit. Et pari proportione, vltimū esse est id, quo res est, & immediate post illud non erit, sed primum non esse est id, quo res non est, & immediate ante illud fuit. ¶ Mox prenotande sunt quatuor distinctiones. Prima. Rerum alie sunt indiuisibiles. vt Angelus, anima rationalis, intellectio, volitio, &c. alie vero diuisibiles. vt homo, lignum, & omnes forme corporee, tam substantiales, quam accidentales. Prima distinctio. ¶ Secunda. Rerum diuisibilium alie 2. Distin. sunt

sunt permanentes, vt hec que modo dicte sunt: alie vero successiue, vt motus, atque tempus. ¶ Tertia.

3. Distinc. Harum omnium rerum alie producuntur cum resistentia & expulsione contrarij: vt anima rationalis, assensus, ignis, calor, &c. alie producuntur sine resistentia, & expulsione contrarij, vt angelus, lumen, species visibiles per medium. Quarto de


4. Distinc. rerum inceptione & desitione loqui possumus aut naturaliter, aut supranaturaliter. ¶ His prehabitis, sit nostrarum prima conclusio, que sit numero.

Conclus. 6. 6. Res omnis, siue diuisibilis sit, siue indiuisibilis, que producitur sine resistentia, ex natura inceptionis, incipit per primum esse, & desinit per vltimum sui esse, vt angelus, quia solo Deo produci potest, hoc modo incepit. Probatur: quia cum nõ fuerit productus per motum, cepit esse sicut instans ipsum. Et pariter si a Deo nunc annihilaretur, desineret, sicut & ipsum instans. Adiecimus, ex natura inceptionis, vt locum daremus illi casui superioris questionis: si forte potest Deus nunc producere angelum per vltimum non esse: non quidem in instanti, aut mensura indiuisibili (que nulla est immediate post hac) sed solum, ꝙ nunc non sit, & immediate posthoc erit cõseruatus per aliquod tempus. Et pariter non repugnat, ꝙ annihiletur per primum nõ esse. Eadē ratione notitia incipit per primum sui esse: & si desinat per substractionem aduertentie, desinit per vltimum sui esse. Tametsi forsan difficile, aut forte impossibile naturaliter est, vt tantum duret per instans vnum, quod sit primũ & vltimum esse. Eodem modo si nunc a Deo produceretur in tenebroso aere vnum luminosum per primum sui esse, eodem instanti diffunderetur lumen per totam suam spheram: ita vt primum esse luminosi, esset primum esse luminis per totum medium.

Corollar. ¶ Hinc sequitur corollariũ, ꝙ omnes res, que a solo Deo producuntur, tam corporee, quam incorporee, quia producuntur sine resistētia, incipiunt per primum sui esse, vt quando primo conditus fuit mũdus, omnes creature inceperunt per primum sui esse. ¶ Septima conclusio. Motus, & tempus, & si

Conclu. 7. que sint alie res successiue, incipiunt per vltimum non esse, & desinunt per primum non esse. Hec propositio manifeste colligitur ex textualibus conclusionibus. Cum enim in tertia dictũ sit, ꝙ nõ datur primũ esse motus, sed (vt asserit quarta) ante quodlibet moueri datur mutatum esse, necessario sequitur, ꝙ motus incipit per vltimum nõ esse. Rursus si (vt asserit secunda) in fine motus datur primum mutatum esse, illud erit primum non esse motus. Neque Deus per suam omnipotentiā potest facere, vt motus incipiat per primum sui esse: quia sicut non potest facere, quominus quacunque parte continui detur minor: ita neque facere potest, quin antequamlibet partē motus precesserit minor, que est pars eius. ¶ Hinc appendet conclusio octaua. Om-

Conclu. 8. nis res, que incipit simul cum motu, & per modum motus, incipit per vltimum non esse: & omnis que desinit simul cum motu, desinit per primum non esse. Exempli gratia. Detur luminosum, cuius lumē extenditur per cubitale spatium aereum. Tunc cum lumen extendatur vniformiter difformiter a summo gradu vsque ad nõ gradum, necesse est: quod sphera luminis sit maxima que sic, & terminetur per primum non esse luminis. i. per lineam, in qua non est lumen, & citra illam est lumen: nam in quacunque linea spatij sit lumen, vltra illā adhuc est remissius lumen. Data ergo linea prima, vbi nõ est lumē, versus quam incipiat luminosum moueri, in illo instanti verum erit dicere, non est lumen vltra



hanc lineam, & immediate post hoc erit vltra illam. Item si distantia, ad quam oculus videre potest, terminetur (vt existimo) ad lineam, in qua non potest videre, & citra quam potest, tunc visio incipit per vltimum non esse. Etenim si visibile a remotis moueatur versus me, in instanti, quo fuerit in illa linea, non videbo illud, & immediate post illud, videbo. Et rursus dimoueatur a me, quando fuerit in illa linea, non videbo, & immediate ante videbā. Unde illa distantia linee erit minima, per quam nõ potest fieri visio. Conclusio est manifesta, quia huiusmodi forme, quia producuntur sine resistentia, producuntur per modum motus, quo fit applicatio agentis ad passum. ¶ Nona conclusio. Forma substantialis, que producitur cum resistentia & expulsione contraria: incipit per primum sui esse, & desinit per primum non esse. Exempli gratia. Cum ex aqua fit aer incipit per primum esse, quod est primum non esse aque, & si rursus aer corrumpatur in aquam, desinit esse aer per primum non esse, quod est primũ esse aque. Conclusio probatur, primum authoritate Aristotel. 8. huius text. 69. vbi ait, quod instans transmutationis attribuitur posteriori tempori respectu rei, que generatur. Quando enim aer generatur ex aqua, totum tempus nõ esse aeris, quod est tempus esse aque, diuiditur a tēpore, quo est aer, que quidem tempora continuantur per instans, quod est finis prioris, & initium posterioris. Illud (inquit) Aristote. attribuendum est posteriori tempori. i. tempori ipsius esse aeris, atque adeo illud est primum instans esse eius, et cum simul in eadem materia esse nequeant forma ignis, & forma aque, fit, vt idem sit instans primum nõ esse aque. Et ratio preterea est manifesta. Nam substantie huiusmodi producuntur per motum preuiũ alterationis: dispositiones autē requisite ad introductionē forme, terminan̄ per certum gradum intrinsece: datur enim minima dispositio, que sufficit ad introductionē forme substantialis: vt lib. 4. q. 4. dictum est, vt primum esse illius dispositionis sit primum esse forme substantialis: quod est primũ mutatum esse terminās motũ alterationis, iuxta tenorem secunde conclusionis textualis. Habet conclusio verũ, etiā in productione anime rationalis, que licet sit indiuisibilis, neque educatur de potentia materie, producitur tamen cum expulsione forme cõtrarie: que resistit dispositionib⁹ anime rõnalis: & ideo dan̄ primum esse anime in corde: si illa est prima pars, q̄ informatur: sed deinde successiue animat totum. ¶ Quo fit, vt detur etiam primũ instans anime in toto corpore: nempe in quo verũ est dicere: nunc est in toto. i. in qualibet parte, & non immediate ante hoc fuit in qualibet parte. Quemadmodum si ignis successiue inflammat cubitale lignũ, dabitur primũ instās esse in toto syncategorematice. i. in qualibet parte. ¶ Nihil tñ repugnat, quominus supranaturaliter Deus possit pducere hmõi formas per primũ non esse. Easque annihillare per vltimũ esse. ¶ Decima cõclusio. Calor incipit esse p vltimũ nõ esse: si id mõ verũ sit, qđ lib. 1. q. 4. dicebamus. s. ꝙ non datur minimus calor, qui producitur in aliqđ passum. Qđ reuera verisimili⁹ multo est q̄ contrarium. Nā ignis quamprimũ applicatur ligno, agit, si sit maior virtus actiua ignis, quā resistiua ligni: nec videtur quomodo agat, nisi per calorem: nā si eũ dicas prius exiccare, certe id nõ facit, nisi per calorem. Quare si agens est maioris actiuitatis q̄ passum sit resistentie, quamprimũ applican̄, producit calorem. Uel si cõtendis calorē nõ esse primā dispositionē, intelligatur cõclusio

Conclu. 9 (margin, beside "Nona conclusio")

Cõclu. 10. (margin, beside "Decima cõclusio")

de prima dispositione: quam agens producit in aliquod passum. Quam necesse est non dari minimā eo quod agens nihil habet expectare, vt eam incipiat producere. Hoc habito, probatur cōclusio. Calefactiuum debet applicari passo per motum: ergo vltimum non esse applicationis erit vltimum non esse caloris in passo minoris resistentie. Itaq; nunquam dabitur aliquis gradus caloris in passo, quin ante fuerit minor. Huius tamen conclusionis intellectus per multum pendet ex his, que libro proximo dicturi sumus de proportione potentie super resistentiam. Quare de his satis.

¶ Igitur vt ad argumenta principalia respondeamus, primum non militat contra nos, quilib. 4. q. 3. impossibile censebamus motum fieri in instanti, etiam in vacuo. Qui vero contrarie fuerint sententie, respondeant, doctrinam hanc Aristot. intelligi in motibus tantū corporum naturalibus, vt rei veritas est. ¶ Ad casus secundi argumenti, et alios eis similes respondet Paulus Venetus, & fere Philosophi, φ motus de per accidens (. s. quo res mouetur ad motum alterius, in quo est) nihil v[illegible]quominus per primū sui esse incipiat. Infans autem qui animatur in medio motu matris, incipit moueri per accidens ad motū matris. Atvero forsan esset vero similius, & ex sententia magis Aristo. φ in illo primo instanti esse infantis, non mouetur infans, quia (vt dictū est tex. 29.) in instanti non est motus: sed tunc incipit moueri per vltimū non esse. ¶ Quod si quis replicuerit, in illo instanti verū esse dicere matrem moueri, vt supra explicatum est. q. 1. sicut in quolibet instāti, verum est dicere diem esse: ergo & infans tunc mouetur. Posset cōsequentia negari: quia tunc est mutatum esse continuatiuū partium motus materni: nō tū partium motus infantis: q2 nulle tales partes precesserunt. Sed tunc cōcedendū est, φ nō in quocunq; instanti verum est dicere aliquid moueri, verum est dicere moueri omnia, q̄ sunt in illo. Et ideo posset non improbabiliter teneri prima solutio. Et eadem est ratio, si currente rota figuli, affigatur ei lutū: dabit eñ tunc primū instās huius, qđ est esse affixum, et in illo incipit lutū moueri circulariter: aut per primū sui esse, secūdum primū solutionem aut per vltimū non esse, secundū alterā. ¶ Illud autem de homine a turri cadente, qui in medio motu vitam efflauit, maiorē habet difficultatem. Nam cū motus subiectetur in toto cōposito. i. totum sit id, qđ mouet, & cadauer incipiens per primum sui esse ante illud instās nullaten⁹ mouebatur neq; per se neq; per accidens, male videtur sustineri posse, φ in illo instanti cadauer mouetur. Sed neq; est sine difficultate dicere, φ tunc incipit moueri per vltimum non esse: nam tūc sequeretur duplex incōueniens: vnum, φ motus ille interrumperetur, qđ est cōtra experientiā: alterum, φ interrūperetur per solum instans, φ videtur cōtra Philosophiā, vt li. 8. disputabimus. Atq; adeo sequeretur, φ casus hominis, & casus cadaueris non essent tunc cōtigui, cuius contrarium diximus lib. 5. q. 3. Et ideo probabilius forte dicetur, φ cū materia, in qua succedūt diuerse forme, continuo moueat, licet per accidens ad motum prius hois, & postea cadaueris, in quocūq; instanti intrinseco illius tēporis mouetur cadauer, etiā in primo sui esse. Neq; hoc est contra Philo. qui solū negat primum esse motus: qui incipit post quietē eiusdē mobilis eiusdemq; materie: motus autem cadaueris succedit motui hominis cōmunicantis in eadē materia. ¶ Ad tertiū responsum est in sexta conclusione. Res eñ, que sine resistentia, & sine expulsione cōtrarij producūtur, incipiunt per primū sui esse absq; motu preuio. Quando vero Ari. is. negat primum mutatū esse, intelligit quādo res mutatur successiue de loco ad locū, aut de gradu ad gradū qualitatis, aut quātitatis: vbi necesse est transire p mediū vt in prefata cōclusione expositū est. ¶ Ad replicā vero, respōdet, φ si mobile, cuius linea terminatiua est super lineā spatij A. incipiat per vltimū nō esse moueri super spatiū B. nūquā dabitur instans, quo linea prima mobilis sit super lineam initiatiuā. B. spatij: alias daretur instans futurū immediatū huic instanti: sed quocūque instāti dato post hoc ante illud aliqua pars mobilis erit vltra lineā initiatiuam. B. spatij. Et ideo non dabitur primum mutatum esse, sed quocūque puncto signato in. B. in quo post hoc erit mobile, prius erit in alio propinquiori. ¶ Ad quartū deniq; argumentum responsum est in octaua conclusione. Nēpe, φ ille forme, que incipiunt per modū motus, incipiūt per vltimū non esse. Neq; vsquam Arist. fecit regulā generalē, φ omnis res pmanēs incipiat per primū sui esse: sed solū dixit lib. 8. tex. 69. φ generatio forme substātialis incipit per primum sui esse, vt diximus in nona cōclusione. Non id tamē de lumine, & visione, sed neq; de calore, aut prima dispositione, q̄ introducitur ab agēte naturali, verū habet, vt conclusione decima dicebamus.

Tex. 86. Id quod impers est, nō cōtingit. &c.

## Quæstio quarta.

VTRVM INDIVISIBIbile posit moueri.

AD partē affirmatiuā arguitur primo. Anima mouet, dū homo mouet, quia motis nobis, mouētur ea que in nobis sunt. Quod si sententia Aristo. glossetur de indiuisibili, qđ habet positionē in cōtinuo, vt est pūctum, arguitur sic. Si perfecte sphericū moueatur super planum, tunc solum punctum est quod tangit spatium: ergo indiuisibile mouetur. Nec facere videtur satis, siquis respōderit, φ illud punctū, mouetur per accidens ad motū totius sphere: nā qua ratione illud punctū moueretur in toto mouetur si esset a Deo separatū. ¶ Scdo principaliter arguitur. Si indiuisibile nō posset moueri, id maxime esset propter rationem Aristo. quia necesse est id, qđ mouetur, partim esse in termino a quo, & partim in termino ad quem: sed in motu eiusdem sphere super planū apparet ratio illa deficere: nam cum pūctum, quo sphera tangit planū, sit indiuisibile, non potest esse partim in termino a quo, & partim in termino ad quem. Quinimo nusquā est, nisi super pūctū spatij. Et inde sumitur aliud argumētū, φ pūcta spatij sunt immediate: nā immediate post hoc punctum erit in alio puncto. ¶ Tertio deniq; & postremo arguitur, Angelus est indiuisibilis, tamen mouetur localiter, vt est illud Matt. 28. Ang. Dñi descendit de celo, & alia complura testimonia scripture. Et in hoc itē casu deficit rō Ari. Qm̄ pōt angelus occupare locū pedalē, & moueri successiue in locum sibi proximum, & attiguū, vt sit simul in parte primi loci, & in parte secundi: atq; adeo partim sit in termino a quo, & partim in termino ad quem. ¶ In contrarium est authoritas Aristo.

¶ In quatuor reliquis capitulis

lib.

libri.6. nihil adnotauimus, quod in questionem esset reuocandum (adeo sunt in commentis cūcta perspicua) preter hoc vnū in text.86. ꝙ & tex.32. predixerat. Nempe, ꝙ indiuisibile nō mouetur per se. Cuius conclusionis vtrūq; terminū distinguit, exponitq; Ph. vt in cōmentis explicatū est. Aut, vt paulo altius rem agamus. Indiuisibile idem pollet, qđ res, q̃ partib⁹ caret. Quocirca quot sunt partiū differentie, tot sunt & indiuisibiliū modi. Sunt em̄ partes subiectiue respectu spēi. vñ atoma.i. indiuisibilis species dr̄, que nō diuiditur in plures spēs. vt hō. Et indiuiduū numero dr̄, id, quod nō habet sub se alia indiuidua. vt petrus. Et hmōi indiuisibilia (ait Ph.) nihil prohibet, quo minus per se moueatur. Alie sunt partes essentiales. Vñ indiuisibile hoc mō diceretur, ꝙ non est diuisibile in plures pertes essentiales. Neq; de hoc indiuisibili est presens sermo. Nā licet vera esset opinio Cōmentatoris, ꝙ celū est forma simplex, nō cōstās ex materia & forma, nihil repugnaret vt moueret̃ localiter. Alie sunt partes integrales. Et hoc mō res dr̄ indiuisibilis, q2 neq; hēt, nec hēre pōt ptes integrales Sʒ hmōi indiuisibile adhuc est duplex: aliud, quod nō hēt positionē in cōtinuo, sʒ est res spiritualis, vt De⁹, angel⁹, aīa rōnalis: que lʒ sit in corpore, est tamē in qualibet eius parte. Aliud est indiuisibile, habēs positionē in cōtinuo: vt sunt pūcta. Et quāuis de hoc solo loquat̃ Ph. non tñ erit abs re de motu angeli nōnullā facere mentionem. Erūt ergo duo breues articuli: primus de puncto, alter de angelo. ¶ Scđs terminus cōclusionis est, moueri per se mouet̃ em̄ id per se, qđ nō mouet̃ ad motū alterius vt hō ambulās in terra per accidens autē, qđ mouet̃ ad motū alterius. Sed sunt importuni qui propter nescio que sophismata, deserunt hanc doctrinam Aris. Aiunt em̄ tūc consequi oīa hec inferiora moueri per accidēs. Nā lapis mouetur ad motū aeris diuisi per motū lapidis: & aqua, saltē ascendens per fistulā, moueretur per accidēs: quia mouetur ad motum aeris attracti: imo omnia hec inferiora mouētur ad motū primi mobilis. ¶ His tamē respōdemus, ꝙ rem moueri per accidens, est moueri ad motū alterius suppositi, in quo est, & quo defertur, si sit motus localis, vt homo vehitur equo, aut naui: & accidentia, & partes mouentur in toto. Et id mouetur per se, quod mouet̃ nō ad motū alterius, in quo est, tanq̃ in subiecto, aut in continente, & deferente. Itaq; tripliciter (quantū ad rem presentē attinet) aliquid mouetur per accidens. s. aut quia vehitur tanq̃ in continēte, vt homo naui: aut tanquā pars in toto, aut tanquā accidens in subiecto. ¶ Sed est preterea notandum, ꝙ quanuis Philo. solum loquatur de motu locali, possumus etiam rē tractare in aliis speciebus motus.

Indiuisibile.

## ¶ His prehabitis, respondetur

ad primū articulum questionis, tribus conclusionibus. Prima est in tex. presenti. 86. Indiuisibile mouetur per accidens. Patet de pūctis, que mouentur ad motum continui. Idē cōstat in anima rationali, que localiter mouetur ad motum hominis. Neq; vlla de hoc esse pōt dubitatio. ¶ Scđam nos extra textum addimus conclusionē. Indiuisibile, quod non habet positionē in continuo, potest per se moueri, non quidē motu augmentationis, sed tñ alterationis improprie dicte. Prima pars est manifesta: q2 indiuisibile augeri nequit. Secunda itidem cōpertissima est in angelo, qui secūdū intellectum, & voluntatē mutatur. Illic vero nō sunt proprie alterationes: q2 nec sunt corporee, nec alterāt

Conclus.1.

Conclus.2.

subiectū aut extra suā naturalē dispositionē, sed sunt poti⁹ rei perfectiones. Idē est de aīa, saltē separata: nā in corpore, licet immediate exerceat, & suscipiat hmōi actus, nō est tamē illa, que per se intelligit, aut vult, sed suppositū per eā. ¶ Tertia est conclusio. Arist. in eodē tex. Indiuisibile habens positionē in cōtinuo, quale est punctū, nullatenus per se mouet̃. Probat rōnibus quatuor. Que licet in motu locali perspicatius eluceāt, de omni tñ specie motus militāt. Prima est in tex.87. Id qđ mouet̃, qñ mouetur, aut est in termino a quo, & hoc non, q2 tūc nōdū mouet̃: aut in termino ad quem, & neque hoc dici pōt, quia tunc iā mutatū est: aut partim in termino a quo, et partim in termino ad quē: & tūc sequitur esse diuisibile. Qđ siquis hesitet non esse hanc rationē efficacē: nam si pedale mobile moueatur per spatiū tripedale, a prima. s. pedalitate vsq; ad tertiā, qñ est in scđa, nec est in primo t̃o a quo, nec in vltimo termino ad quē, is intelligat Philo. loqui de terminis ꝓximis, et quos aiūt immediatos vt si pedale mobile mouet̃ a loco. A B. pedali in locū. B C. pedale priori contiguū aut cōtinuū, tādiu durat motus, quandiu vna pars mobilis est in aliqua parte prioris loci, & aliam partem scđi. Nā quando mobile adequate est in loco. A B. nondum mouetur, & quā primū adequate fuerit in. B C. cessat moueri i illo motu, quo mouebat̃ ab. A B. in. B C.

Conclus.3.

## ¶ Attamen hanc rationem ex

pendamus oportet: vt pote, ꝙ si hanc intellexerimus, non opus est alias repetere. Est em̄ Scotus, qui.2. sent. d.2. q.9. ad tertium tenet, & quidē non sine apparentia, ꝙ indiuisibile pōt moueri motu cōtinuo, siue sit angelus, siue punctum, si daretur separatum. Primum eius argumentum est, quod nos primo loco fecimus de motu sphere super planum. Neq; satisfacit respōsio, si negetur posse dari corpus perfecte sphericum: tū, quia celum est perfecte sphericum: tum, quia non repugnat diuinitus, fieri. Solutio ergo ex mente Aristot. est, quod illud punctū non mouetur per se, sed per accidens ad motum ipsius sphere. ¶ At vero, pretermissis Scoti replicis, videntur in eius gratiā difficultatem facere replicationes iste. Primo, si Deus potentia sua separaret punctum illud a sphera, quod tamen illic cōseruaret, vt moueret̃ ad motum sphere, certe moueretur sicuti nunc mouet̃ illud punctū, quod est in sphera: vel si angelus assistens illi puncto, moueatur cū sphera: ergo indiuisibile per se potest moueri. ¶ Secūdo, si indiuisibile non posset per se moueri, id maxime esset, vt infert Philosoph. text.89. ꝙ linea spatii, per quam fit motus, cōponeretur ex punctis: nam punctum, quod mouetur, esse non potest nisi in puncto spatii: ob idq; si ex hoc puncto mouetur motu continuo, necesse est vt immediate posthoc sit in alio puncto immediato huic, in quo modo est: sed hec ratio equam vim habet in illo puncto sphere, quo tangit spatium: quod certe non tangit, nisi in puncto. Ob idque (vt respondemus) ꝙ immediate post hoc erit in altero puncto spatii (vt, puncto, supponat confuse) in nullo tamen erit immediate post hoc, respondere similiter possemus, si punctum separatum moueretur. ¶ Et confirma. hec ratio. Mathematici fatentur, quod si punctum duceretur per planum, relinqueret lineam, in qua nulla essent puncta immediata: ergo ex hoc, quod indiuisibile punctum continuo moueatur, non sequitur puncta esse immediata in spatio. Certe res videtur difficilis. ¶ Ad rationem Philo. respondet Scotus, ꝙ successio competit

Scotus.

petit

petit motui dupliciter.s.ꝛ ex parte spatij,eo quod prius pertrãsitur vna eius pars,quam alia:ꝛ secũdo ex parte mobilis,vt subditur in tex.90.vt si mobile transiret per aliquod signũ fixũ,prius transiret anterior pars,ꝙ posterior.Ait ergo ꝙ Philo. non negat indiuisibile posse moueri motu, cuius successio proueniat ex parte spatij,sed motu, cuius successio proueniat ex parte mobilis. Nã cum indiuisibile non habeat partes,non potest pars anterior transire per pũctum fixum prius, quã alia.

¶ Nihilominus litem hanc tribus propositionibus dirimimus. Prima est hec. Manifesta est mens Aristotel.(neq; in dubium cadere pōt)indiuisibile,quod habet positionem in cõtinuo,nullatenus posse per se moueri motu continuo. Primo,quia in vniuersum sine aliqua distinctione id negat. Deinde,quia solutio Scoti(vel ego fallor)non satisfacit. Nam si id solum contenderet Phi.nihil opus habebat tot verba prodigere. Est enim per se notum,ꝙ punctum indiuisibile nõ potest successiue transire per punctum fixũ in spatio. Et perinde esset probare,ꝙ indiuisibile nõ potest hoc modo [illegible]e moueri,acsi probaretur, ꝙ indiuisibile non est indiuisibile. Itē,qr rō prima Philo.procedit de successione motus ratione spatij. Quam probat nõ posse cõpetere rei indiuisibili,hoc modo. Omne,quod mouetur,mouetᷓ a quodã in quiddã.i.a termino a quo in terminũ ad quẽ:ꝛ nõ mouetᷓ quando est in termino a quo, nec quando est in termino ad quẽ:ergo mouetur qñ est partim in vno ꝛ partim in alio:esse autẽ partim in vno et partim in alio non pōt esse,nisi sit diuisibile: ergo omne,qđ mouetᷓ,est diuisibile. Unde non est hic petitio principij(vt aliqui putant)sed a sufficienti diuisione infert,ꝙ debet quodãmodo id, quod mouetur,attingere vtrũq; terminũ:ꝛ inde subinfert esse diuisibile. ¶ Secũda propositio est. Si argumētum hoc Scoti procederet,non esset necesse illud formare in sphera:quia in quocunq; mobili:etiam si tangat spatium scđm partem planam(vt si cubus moueretur)procederet argumentũ,vt Scotus ipse deducit. Nam cuiuscũq; rei,que mouetur,signabile est pũctũ in superficie,que tãgit spatium,ꝙ quidem nusquã tangit spatiũ,nisi in pũcto:de quo proinde procedit argumentum,sicut de pũcto sphere. ¶ Tertia ergo ꝓpositio,qua respondetur ad argumentũ Scoti ex mēte Phi.est. Sensus Phi.est,ꝙ in oī motu debēt esse duo termini a quo ꝛ ad quem immediati:ꝛ per consequens illi debēt esse magnitudines:nã duo puncta in eodē spatio non possunt esse immediata:ꝛ si sint duo corpora contigua, inter lineas,quibus se tangunt,non potest esse motus,quia nulla est distantia. Supposito autē, ꝙ illi duo termini sint magnitudines,non potest mobile ab vna in aliam successiue moueri,nisi partim sit in vno termino,ꝛ partim in alio:ꝛ per consequens id quod mouetur,sit magnitudo. Unde ad formam argumenti bene respõsum est,ꝙ pũctum sphere mouetur ad motum sphere,perinde ac si illa sphera esset cubus,aut cuiuscunq; alterius figure plane. Et ad replicam,admisso,ꝙ punctum illud separetur a Deo respondetur,ꝙ illud nõ esset mobile motu successiuo:nec Deus per suã omnipotentiam posset illud mouere motu continuo per spatium:quia certe nullibi esset:nec posset tangere spatium:tactus enim non est nisi in quãtitate. ¶ Ad secundum principale conceditur illã esse rationem vnam inter alias,cur indiuisibile non potest moueri. Neq; deficit ratio in sphera mota per planum:quia licet nõ tangat,nisi in puncto,nihilominus quia illud non mouetur nisi ad motum totius corporis,quod dũ mouetur partim est in termino a quo,et partim in termino ad quem,punctũ illud mobilis,quod nũc tangit punctum spatij,nõ poterit immediate post hoc tangere punctum aliud,quin ante illud tetigerit infinita. Quare ex motu puncti ad motum totius corporis nõ sequitur aliqua esse puncta in spatio immediata. Si tamen per se separatũ moueretᷓ motu cõtinuo,intellectu est impossibile aliud, quã ꝙ deberet moueri per pũcta. Quam ob rem casus ille mathematicorum.s.ꝙ punctum ductũ per planum,faceret lineam,solum est secundum imaginationem,si per impossibile ita posset moueri. Alias rationes Arist. non est necessarium repetere post commentorum expositiones.

Ad.1.prin. [margin, left column]

Ad secundũ [margin, left column]

¶ Articulus quæstionis huius alter est de motu angeli. Cui⁹ in hac parte alia est ratio,ꝙ puncti. Nam angelus,quãuis sit indiuisibilis,esse tamē pōt in loco diuisibili,et in qualibet eius parte,veluti in corpore est anima. ¶ Est ergo hic dubitatio triplex. Prima. Utrum possit angelus motu continuo moueri.s.ab extremo ad extremum per omnia media,nullũ transiliendo. Et de hoc citra controuersiam concedunt doctores partem affirmatiuam. Scotus.2.sent.dist.2.q.9.ꝛ.q.vlti.ꝛ.S.Tho.p.p.q.53.ar.2. Et ratio est,quã modo dicebamus:quia angelus potest esse in loco.v.g.pedali toto:poterit ergo moueri in proximũ locum pedalem,operando successiue in illo,ꝛ deserēdo primũ. Tametsi proprie nõ sit ille motus Physicus:sicuti proprie nõ est in loco. Nam etsi vere sit in loco secundum substantiam(vt lib.4.q.2.dictũ est)non tamen continetur,aut circunscribitur,aut mensuratur loco. Unde ad tertium argumentum negatur,eandem esse rationem de angelo, que est de puncto. Nam angelus esse potest in loco diuisibili. Si tamen poni posset in pũcto,non posset motu continuo moueri,magis quam punctum ipsum per se separatum. Sed scđa dubitatio est. An possit moueri ab extremo ad extremum motu discontinuo transeundo per media. De quo. S. Thom. et Scot. dissentiũt. Nã eodē articulo cõcedit.S.Th. partē affirmatiuam. Cuius est profecto egregia ratio naturalis. Ut enim angelus non dependet natura sua a loco,qr posset esse in vacuo,ꝛ qñdo est in loco,non cõtinetur ab illo,ita nec in suo motu dependet a loco:sed potest applicare se ad operandum in loco distante ab eo in quo est,non applicando se ad loca interiacentia. Sco. vero dist. citata. q. vlti. licet nõ adeo assertiue,probabiliter tamē tenet partem negatiuã. Cuius ratio est,qr ordo,inquit,prefixus vniuerso est,vt loca non distent,nisi per media ꝛ inde sequitur,ꝙ eadem sit lex omniũ mobiliũ,vt ab vno extremo non possint in alium moueri, nisi per medium. Ratio tamen hec facilime solutionis est. Nam etsi distantia locorũ materialiũ esse naturaliter nequeat,nisi per mediã, non tamen subsequitur vt lex sit immaterialium rerũ,vt nõ possint transire,nisi per medium:quandoquidē neq; a loco pendent,neq; a materia. Maius tamē argumentũ est,quod est cogitatu difficile, quomodo ab.A. in.C.transitus esse potest,nisi per aliquam viã. At tamē cũ angelus res sit spiritualis,cõiectari licet, ꝙ queadmodũ cogitationem quis transferre pōt a celo ad terram.i.nunc cogitare ď celo,ꝛ confestim de terra , nihil cogitando de elementis medijs, ita potest esse motus angeli. Idemq; proinde excogitari pōt de anima rõnali,cũ exit de corpore. At vero

Articul.2. [margin, right column]

vero de corpore glorioso alia forte est ratio. Sed iã hec res est theologa. ¶ Tertia demum dubitatio est: possit ne angelus in instanti moueri. Ubi adnotandum, ꝙ angelum in instãti moueri, nõ est quod in eodẽ instanti simul sit in termino a quo, ⁊ in termino ad quẽ. Hoc enim neq̃ esse posset, saltem naturaliter, nec esset moueri, nam moueri, est vnũ locum relinquere, et aliũ acquirere: sed est, ꝙ in hoc instãti ꝑ primũ sui esse incipiat esse in termino ad quẽ, ⁊ immediate ante hoc fuerit ĩ termino a quo distanti vbi quiescebat. Et hoc ait esse impossibile. S. Th. 1. p. q. 53. art. 3. Cuius rationẽ sumit ex Aristo. in hoc. 6. lib. tex. 32. vbi ait quiescere rem, idem esse, qđ similiter se habere nũc vt prius: vnde nos elicuimus. q. 2. quietẽ desinere nõ posse, nisi per vltimũ sui esse ad modum forme permanentis. Si autem detur vltimũ esse in termino a quo, nõ potest dari primũ esse in termino ad quẽ: alias illa duo instantia essent immediata: loquimur enim de instantibus indiuisibilibus tẽporis. Necesse est ergo, vt angelus, sicut res alie, incipiat moueri per vltimũ nõ esse motus, vt nunc sit in termino a quo tãquã, in termino quietis, et immediate post hoc ĩ termino ad quẽ. Qui quidẽ motus nõ erit instantaneus sed subitaneus. Et ideo respõdetur ad dubium negatiue. Quod si moueatur motu discontinuo, non trãseundo per medium, poterit nũc esse in celo, et immediate post hoc in terra. Si autem moueatur motu continuo, nũc erit in hoc loco, ⁊ immediate post hunc erit in alio: non tamen signabitur locus, in quo erit immediate post hunc. Sed quocunque post hunc dato, ante illum erit in alio.

## Finis sexti Physicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto, Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super septimum Physicorum Aristotelis Quæstiones.

¶ Textu.xj. Manifestum est igitur
quoniam id, quod mo-
uetur. &c.

## ¶ Quæstio prima.

¶ VTRVM IN VNIVERSVM
necessarium sit mouens &
motum esse simul.

ARgumentũ libri
huius septimi (vt in commẽ
tis dicebamus) est manife-
stum facere, neq; in serie mo
torum in infinitũ abire: sed
et in mouentibus peruẽnien
dum esse ad primũ motorẽ,
et in mobilibus ad vltimum
motum, vt via ad libr. 8. muniatur: quo primus est
motor peruestigandus. In duo autem membra li-
brũ hunc partiti sumus. In prioribus nanque capi
tulis tribus tractatur axioma illud, celebrisq; enũ
tiatio. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Il-
la enim est basis prima: ac fundamentum, vnde ex
quisitio primi motoris proficiscitur. In duobus ve
ro reliquis agitur de proportione motuum. At ve
ro tametsi in priori parte intentio hęc fuerit Phi
losoph. tamen quia inter probandum meminit, mo
uens et motum debere esse simul, id differit cap. 2.
At quia rursus mentionem opus fuit fieri, altera
tionem primo et per se tantum contingere secun-
dum passibiles qualitates tertie speciei, id dispu-
tat in tertio. Illud autem principium. Omne quod
mouetur, ab alio mouetur, ⁊ ꝙ in mouẽtibus: ⁊ mo
tis non sit processus in infinitum, quanuis hic pro
ponat Philosop. copiosius tamen, ⁊ enucleatius
differit libro. 8. ⁊ text. 28. ⁊ infra: vbi proinde con
gruentius de hoc nos sumus amplam quęstionem
facturi: aqua proinde hic supersedendum est. Alia
vero duo puncta, cum sint sibi connexa, sub hac v-
na quęstione complectimur. ¶ Arguitur ergo pri
mo a parte negatiua. Finis mouet appetitum: ⁊ ta
men non tangit eum: nam aliquando est distans, vt
beatitudo: quandoq; mouet dum non est, vt futura
sanitas mouet infirmum ad sumendam potionẽ.
¶ Secundo arguitur. Causa vniuersalis vere mo
uet ista inferiora: nam sol et homo generant homi
nem: ⁊ tamen nõ tangit effectum. Quinimo ignis
paulo interuallo distans ab aqua, calefacit eam: et
tamen nõ tangit illam. Et magnes trahit ad se fer
rum distans. Et graue inquit Aristot. 8. Physico
rum. text. 32. mouetur a generante: ⁊ tamen gene
rans non tangit tunc semper graue, imo quandoq;
non est dum graue mouetur. Idem est argumentũ
de animali generante aliud, quod mouet semen a
se distans: nam vsque ad animationem foetus, om
nis mutatio seminis attribuitur generanti: ⁊ ta-
men stat quãdoque generans tunc esse mortuum.
Idem fit argumẽtum de sagitta. Et maxime de re
latione, quę in me producitur, dum quis in India
incipit esse albus.

¶ Tertio ad idem principaliter arguitur. Multa
sunt mouentia immaterialia, quę non possunt tan
gere corpora, vt Deus, qui vniuersa mouet, ⁊ intel
ligentie, quę mouent orbes: tactus enim non est ni
si duarum quantitatum. ¶ Quarto principaliter
arguitur aduersus id, quod text. xi. ad probandam
conclusionem principalem inducit, nempe quod
motus alterationis non est proprie nisi secundum
tertiam speciem qualitatis, ⁊ ideo illic tantum ne
cessarium esse, vt mouens ⁊ motum sint simul. Si
secundum has tantum qualitates esset proprie al
teratio, id maxime esset, quia per se primus termi
nus alterationis est aliqua harũ qualitas, relique
vero consequuntur ad has (nã per hoc probat tex.
17. quod secundum habitus prime speciei non est
alteratio) sed albedo, ⁊ relique qualitates secunde
non sunt primus terminus alterationis, nã resul
tant ex intentione, aut remissione primarũ qualita
tum: ergo secundum has qualitates secundas non
est per se primo alteratio, ⁊ tamẽ sunt de tertia spe
cie: ergo non secundum totam illam speciẽ est per
se motus: et per consequens male in his ponit exẽ
pla Philosop.

¶ Et confirma. ratio in passionibus sensitiuis, tam
cognitiuis, quam appetitiuis, secundum quas ait
Philo. text. 12. esse proprie alterationem. Motus
obiectorum potentie cognoscitiui non terminatur
primo ad actus sensum, sed ad species, ad quarum
receptionem cõsequitur sensatio. Et pariter in ap
petitu, ira, gradium, ⁊ relique passiones non viden
tur per se primo esse termini alterationis, sed ex
motu locali sanguinis a corde, vel ad cor, vel ex mo
tu alterationis secundum calorem, aut aliam pri
marum qualitatum subsequuntur ille passiones: er
go secundum has non est per se primo alteratio.

¶ Quito principaliter arguitur contra id, quod ha
betur tex. 15. qd secũdum quartã speciẽ nõ est per
se alteratio. Quãdo lapis sculpitur, per se primus
motus illius est figura ⁊ forma: ergo pariter cum
ex calefactione figuratur cera, videtur quod termi
nus illius alterationis sit figura, saltẽ sicut est pal
lor, aut alius color cere: et per consequens sicut ad
tertiam, ita et ad quartam speciem qualitatis est
per se primo alteratio.

¶ Et confirmat. de secunda specie, quam illic pre
termittit Philoso. Molle et durum sunt qualita
tes secunde speciei, vt patet in prędicamento qua
litatis: nam durum est naturalis potentia resistẽs
diuisioni, ⁊ molle est naturalis impotentia: et ta
men est tam proprie secundum istas alteratio, quã
secundum alias secundas qualitates: nam vt per
alterationem resultant colores ⁊ sapores varij, ita
⁊ mollities, et durities.

¶ Sexto principaliter arguitur aduersus id, quod
habetur tex. 17. videlicet, qd secũdũ primã speciẽ
nõ est alteratio. Primo in habitibus corporis. Ca
liditas, et frigiditas ponũtur ab Aris. in prima spe

cie

cie qualitatis: & tamen secūdum has est alteratio. ¶Et confirmatur, si secundum sanitatem, que est habitus corporis, non esset alteratio, aut esset vt insinuat Aristotel. quia est relatiuum: at sanitas non est relatiuum secundum esse, sed secundum dici, postquam est species qualitatis: ergo nihil obstat, quin secundum illam sit alteratio: sicut secundum alias qualitates quanuis resultet ex alteratione primarum qualitatum vt alie qualitates secunde. ¶Septimo principaliter arguitur contra id quod habetur text. 18. quod secundum habitus morales nō est alteratio. Fortitudo, & temperantia sunt virtutes morales, que tamen sunt in appetitu sensitiuo, maxime secundum Sanct. Thom. 1. 2. q. 56. art. 4. et alibi sepe: ergo qua ratione secundum iram & gaudium & alias passiones est proprie alteratio, vt habetur text. 12. erit etiam secundum has virtutes. ¶Et cōfirmatur. Omnes habitus omnium virtutum, tam sensitiuarum, quam intellectualium sunt intensibiles, & remissibiles: intensio autem et remissio est proprie motus alterationis. Et preterea inter eiusmodi habitus est contrarietas, vt inter virtutem, et vitium, inter scientiam, & errorem, inter vnam, & alteram opinionem: contrarietas autem est alterationis conditio, quippe, que fit a contrario in contrarium: ergo Aristotel. est veritati contrarius. Neque eius rationes efficaces videntur, dum ex eo quod habitus est rei perfectio, et ex eo quod consistit in commensuratione quadam rerum, infert non esse ad habitum per se primo alterationem: quoniam aque perfectio est frigiditas: et tamen dum se ex calore in frigus reducit, alteratur: et omnis media qualitas, vt pallidum, et viride, extremorum colorum mediū quoddam est: et ad illam nihilominus est per se primo alteratio. Quid ergo sibi vult Aristoteles?

## ¶Quæstio hec in duos secatur

articulos, in quibus breuitatis causa secundum ac tertium caput textus complexi sumus. In priori

Conclu.

articulo est vnica hec conclusio. Omne mouens vt principium motus, et id, quod mouetur, quod est dicere agens & patiens, in vniuersum debent esse simul loco: hoc est vel continua, vel contigua, dum modo sit agens vltimum, & primum passum. Conclusio est in textu nono, eandemque sub aliis verbis premiserat text. 8. vbi ait quod necesse est id, quod mouetur, primo corporali motu tangere, aut continuum esse mouenti. Et primo de generat. tex. 78. et. 16. lib. animalium, ait, quod si aliquid nō tangit aliud, non agit. Cauenda est hic autem barbara principii petitio dicentium, quod agens, et passum immediata debent esse simul: hoc enim est predicatū inculcare in subiecto. Sed distinguendum

Agere immediate du

est, q agens vel agit immediate immediatione (vt aiunt) virtutis: quia propria virtute, non aliunde emendicata operatur: vt Deus, & cōtrario modo creatura agit mediate, & causa inferior per virtutem superioris. Vel agit immediate immediatione suppositi: quia per se et non per aliud operatur: sicut homo mouet baculum manu, et intelligentia, celum. Et contrario modo sol mouet terram mediate per illuminatum aerem, et gignit plantam per alteratam terram. Et hoc modo immediatum agens appellat Aristot. vltimum quod ideo necesse est esse immediatum passo immediatione loci. Ait enim, quod agens vltimum, et patiēs primum, puta id quod inter supposita agētia postremum est attingere illud debet, quod inter patientia est primum: vt si ignis calefaciat aerem aer cacabum, et cacabus aquam, et aqua piscem ignis debet tangere aerem, et aer cacabum &c. Hanc conclusionem Aristotel. non demonstrat a priori, sed per inductionem in omni genere motuum, vt per totum secūdum caput videre est. Rationem vero et causam forsan non possumus eandem in omnibus assignare: nam in rebus materialibus conditio ipsa, et limitatio materie posset in causam afferri, vt forma, que est in materia nequeat rem aliam mouere, nisi tangendo. Est quippe tactus, conditio propria materie. Et ideo si vacuum inter esset inter agens & patiens, nulla contingeret actio: eo quod nullum intercederet medium, per quod deferretur ad passum. Quapropter Aristotel. primo Meteoro. Necesse, est, inquit, mundum hunc inferiorem continuum esse superioribus lationibus, vt omnis ipsius virtus inde gubernetur. Attamen in rebus immaterialibus causa hec locum non habet. Est nihilominus Aristotel. conclusio vsque adeo vniuersalis, vt etiam angelos, et Deum ipsum comprehendat. Etenim probat

S. Thom.

Sanct. Thomas prima par. questio. octaua. & plerique theologi, Deum esse vbique per essentiam, et in omnibus rebus intime, [illegible] virtus eius agendi infinita est: & illimitata, qua vbique per se agit

Scotus.

& nulla res agitur nisi vbi est. Et quanuis Scotus libr. primo. sentent. questio. 37. hanc rationem infringere molitus sit, nimirum arbitratus, solem per se agere vbi non est: quoniam ipse & homo generant hominem, & in visceribus terre gignit metalla: id tamen minime sustinere potest: quoniam reuera nisi sol per intermedia elemēta lumē profunderet aut virtutem aliam occultatem influeret qua terre viscera penetraret, nihil illic vnquam efficeret. Hac nanque de causa ait Philosoph. necesse esse mundum hunc inferiorem esse continuum lationibus superioribus. Perstitit autem in illa opinione Scotus, q accidens neque instrumentum esse potest, genituram attingens substantie, vnde intulit solem per se ipsum immediatione suppositi, gignere hec inferiora: quod profecto nemo Philosoph. admitteret: & multo hic minime Aristote. Quin vero ignis calore & calefacto aere producit ignem: et animal, virtute seminis filium: et ideo sol lumine & latentis virtutis influxu, atq; adeo aere affecto gignit fouetque terrena. Quocirca si vera fuisset Auicenne excogitatio, quod Deus primam tantum intelligentiam per se creauit, & illa secundam per virtutem ab eo influxam, et postrema per virtutem eiusdem Dei edidit hunc globum, nullum sumeretur argumentum, Deum esse per essentiam vbique. Sed tamen quia non modo, vt sol, sue profusione virtutis, sed per se ipsum immediatione suppositi materiam corporum conseruat, vt que per solam creationem producitur, quam nullum creatum agens attingit: & eadem ratione substantias indiuisibiles, atque celorum moles, fit, vt intime per suam sit essentiam in omnibus rebus: nam quanuis formas rerum corruptibilium in materia per alias causas secundas administret, illa tamen, que per solam creationem producuntur, se solo producit, ac retinet. Et quia cuncta, que in vniuerso sunt, aut spirituales substātie sunt, aut celi, aut deniq; in materia generantur, fit, vt Deus sit p essentiā in oibus. At qui hinc fit doctrinā illam S. Th. 1. p. q. 52. q angelus est in loco per solā

Angelus in loco.

applicationē virtutis, puerse sic intelligi, q vere non sit substātia eius in loco in quo operatur: solū enī vult, q nō applicatur ad locum per quantitatē sicuti corpora: & ideo neque commēsuratur, neque

continet

continetur, neq; situatur loco: sed nihilo secius eius re vera substantia applicatur loco per virtutē operandi. De his autem alias. Sunt tamen hic nobis commemorata, vt explicaretur, ꝙ sit vniuersalis conclusio Aristotelis, quod agens ꝛ patiens debent esse simul: id quod tanquam dignitatem pro comperto mentibus infixit. Et ratio est, ꝙ sicut, esse causa est operandi, necesse est vt res sit vbicunque operatur: si tamen operatur tanquā vltimum agens in primum passum: hoc est immediate immediatione suppositi videlicet si non agat per aliud suppositum, sicut sol agit per illuminatum aerem sed per se ipsum.

¶ Igitur ad primum in contrarium argumentum ipse sibi respondet Aristote. in tex. ꝙ finis non agit tanquam causa efficiens, sed tanquam id, cuius gratia: ꝛ ideo non necesse est esse vbi operatur, sed satis est cognosci vt moueat.
¶ Ad secundū vero de sole, ꝛ causis vniuersalibus respondetur, ꝙ sol non est vltimum agens producens plantam, aut minerale, sed aer, aut terra per virtutem ab illo susceptam. Sicuti ignis distans ab aqua per ae[illegible]facit eam. Quod si rursum arguas. Sol non eadem virtutem effundit in aere quam in terra: ingignit enim calorem in terra aliaque rerum seminaria, que non profert in orbe lune neq; in media regione aeris. Respondetur id non esse necessarium: nam agens agit secundum naturā et qualitatem passi: ꝛ quia celestis orbis non est susceptiuus caloris, neq; aer seminalium virtutum, veluti terra, non easdem virtutes procreat in intermediis, sed tamen producit alias, per quas attingit extremum. Exemplum est de pisce illo stuppo, qui dum hamum deuorat, piscatoris manum, motu sete stupore afficit, quanquam seta non stupescat. Atqui hec eadem solutio satisfacit argumento de magnete. Aliquando enim tam distans est, vt ferrum non trahat, ꝛ quandoque tam paruus, vt nisi prius affrictus ferro, non possit virtutem illi imprimere, qua illud trahat. Quequidē, indicia sunt, ferrum non ferri suapte sponte ad magnetem, sicuti res ad suum finem, videlicet, vt graue ad centrū moueretur nanq; tunc a quacūq; distantia: sed mouetur per qualitatem, quam magnes ei impingit. Et quando magnes est tantus, vt possit illam qualitatem a longe imprimere, licet nō eadem afficiat aerem, quia non est aptum passum, facit nihilominus in eo alterationem aliam, vsq; ad ferrum. De graui autem, quod a generante moueretur, sicuti fectus gignitur a patre, qui prius forte mortuus est, quam animetur fetus, dicendum est, satis esse vt dum agens generat passum, puta terra lignum cōiuncta sit ei: tunc enim virtutem ingenerat, qua lignum mouet, quotiescunq; cadere permittitur. Et pariter homo dum decidit semen: ꝛ sagittarius dum emittit sagittam: modo a nobis exposito. lib. 2. q. 2. ꝛ lib. 8. super text. 32. Ex quo fit non esse necessarium, vt agens tandiu sit simul cum passo, quā diu agit in ipsum: sed satis est fuisse aliquando re ꝛ loco simul, tunc autem virtute. ¶ De relatione autem similitudinis, que in me fit, dum alter in India nascitur, nullum est argumentum: quoniam (vt lib. 5. visum est) ad relationem non est per se motus. Neq; illa realis alteratio, quam ille in India genitus mihi incutit: sed consequitur in me ex natura extremorum: ꝛ ideo non opus est, vt eodem vna simus loco. ¶ Ad tertium argumentum respondetur quod mouentia immaterialia qualia sun Deus ꝛ intelligentie, licet necessario sint simul cum passo quādo per se agunt [vt expositum est] non tamē proprie dicuntur passum tangere: quoniam tactus conditio est quātitatis corporee: tāgunt tñ virtute.

De magnete.

¶ In secundo arti. est alia cōclusio, quam superioris occasione constituit Aristot. cap. 3. videlicet. Alteratio non fit per se primo nisi ad qualitates tertie speciei, que sunt passiones et passibiles qualitates, ꝛ sunt per se primo sensibiles. Ad cuius intellectū animaduertito, ad qualitatem aliquam esse per se primo alterationē nihil aliud esse, quam eiusmodi qualitatem esse terminū per se primo acquisitum tali alteratione: vt ipse se exponit Philosophus tex. 17. vnde ad calorem est per se calefactio: sicuti ad substantiam, per se primo generatio, ꝛ ad quantitatem, per se primo augmentatio. Causa ꝛ ratio conclusionis huius est quam Aristo. tex. 11. tetigit: nempe, ꝙ cum alteratio sit generationis, corruptionisq; via: et res corrumpuntur quatenus qualitatibus contrariis secum pugnant, secundum illas qualitates fit proprie alteratio, secundum quas inter se forme differunt in materia, esse autem proprie sunt ille tertie speciei. Est ergo hic animaduertendum, ꝙ proprie rem alterari, est dimoueri a sua naturali dispositione, quando autem secundum naturam perficitur, non sic proprie alterari censetur. At quoniam potissimum Aristo. conclusionem probat inducēdo alias qualitatis species, monstrandoq; in illis non esse per se primo alterationem, vt toto cap. 3. visum est, per solutionem contrariorum liquebit eius doctrina.

Conclu.

Ad qualitatem esse alteratione.

¶ Igitur ad quartum argumentum, quod punctim contra rationem conclusionis intentum est, negatur albedinem, ꝛ reliquas secundas qualitates non esse primum terminum alterationis: imo sicut calefactionis per se primus terminus est calor, ita ꝛ inalbationis albedo: ꝛ dulcorationis, dulcedo. Neq; iste qualitates consistunt solum in temperamēto primarū, sicut sanitas ad modum relationis inde fit consequens: sed sunt medie qualitates distincte, ꝛ resultantes ex tali, vel alia ratione caloris, aut frigoris, cum tali, aut alio temperamento humidi, ꝛ sicci, que quidē qualitates per se ipse tēdunt, vel ad corruptionem, vel ad conseruationem rei: sanatio vero nihil aliud est, ꝙ humorum rectificatio: et egritudo, eorum puersio Et ideo ad qualitates que consequuntur, non est per se alteratio, sed ad tales humores. ¶ Ad confirmationem autem de passionibus sensitiuis que militat contra tex. 12. vbi Arist. docet in illis esse per se alterationem, conceditur ꝙ per se alteratio in sensibus non fit ad sensationes ipsas, sed ad spēs. Quin vero tex. 20. ipse docuit: ꝙ sicut in vsu scientie non est alteratio, ita neq; in vsu sensus. De ira autem ꝛ gaudio, tristitia, ꝛ similibus, negatur in illis non esse per se alterationem, cōsistunt enim materialiter in commotione sanguinis a corde, vel ad cor quibus motibus, corpus ipsum vere alteratur. ¶ Ad quintum argumentum de figura ꝛ forma negatur ad illas esse per se motus. Neq; enim per se primus terminus sculptionis est forma statue sed auulsio particularum lapidis ad quam cōsequitur forma. Neq; per se motus pictionis est imago, sed impictio colorum in tabula. Et pariter dum liquefit cera per se motus calefactionis non est nisi quātitatis extensio, ad ꝙ consequit hec aut illa figura. Ad cōfirmationem autem de molli ꝛ duro respondet Albert. ꝙ durities naturalis est quidem naturalis

ralis potentia qui cōsequit naturā rei,τ ideo ad illā non fit alteratio,sicut neq; ad risibilitatē:quoniā consequitur ad gñationē:sed tñ durities peregrina, que aduenit p rei(v.g.)desiccationē,vt induratur lignū,non est potētia naturalis:τ ideo nihil vetat,quin sit proprie alterationis terminus.¶Ad sextum principale respondetur, φ calor,τ frigus (vt in predicamentis dictum est)quatenus possibiles sunt qualitates,hoc est,ignis effectus,aut sensationis causa pertinēt ad tertiam speciem:τ hac ratione fit secundum has qualitates alteratio,sed quatenus conueniunt, aut disconueniunt subiecto sunt in prima specie,sicut sanitas τ egritudo.At distemperatus calor,que est febris quartana,τ excessus frigoris,in quo est paralysis.Ad confir.autem responsum est iam super text.17.φ sanitas non est relatiuum secundum esse, sed secundum dici.Nihilominus ad ipsam non est per se alteratio ratione iam dicta ¶Ad septimum de habitibus moralibus conceditur quosdam eorum,vt fortitudinem et temperantiam,consistere in appetitu sensitiuo.Negatur tamen inde consequi,vt ad illos sit per se alteratio,sicuti ad iram,τ gaudiū τ ad reliquas passiones:nam hec(vt modo dicebamus) fiunt cum commotione locali sanguinis, et caloris, habitus autem consequuntur ad passionum moderationē. Sicuti dictum est,quod in humoribus est per se alteratio,non autem in sanitate. Ad confirmationē vero,concesso huiusmodi habitus,tam intellectuales,quam morales esse intendibiles τ remissibiles esseque inter se contrarios, non fit consequens,vt proprie in illis sit alteratio:quia id non sufficit, vt Aristotelis rationes docēt:tum quia sunt rei perfectiones:tunc quia consequuntur ex commensuratione accidentium,que sunt per se primi termini alterationis: τ quod obijcitur de aqua, que dū reducit se ad frigiditatem,alteratur,licet perficiatur,non est ad propositum:quia satis est acquisitionem frigoris per esse alterationem,quia est qualitas tendens in corruptionem,etiā in aqua si esset nimium exuperans.Neque calores mediū cōsistūt in commensuratione extremorum, sicut sanitas. Quin vero viridis color τ rubeus, medie p se qualitates sunt,per quas fit transitus ab illo in nigrū τ ideo per se sunt termini alterationis.

Tex.xxj. Dubitabit autem aliquis.&c.

## ¶ Quæstio secunda.

VTRVM MOTVS QVICVNque alii motui sit comparabilis.

A Parte affirmatiua arguitur ex ordine contra doctrinā Phi.Si motus aliqui nō essent cōparabiles,maxime circularis,τ rectus, vt sentire videtur tex.presenti. Sed φ hi sint velocitate comparabiles, arguitur.Velocitas motus ab effectu(vt questione sequenti disputabitur (attenditur penes longitudinem spatij:circularis autem linea,τ recta sunt longitudine cōparabiles:ergo motus,qui per illam fiunt.Unde fallax apparet argumentum Phi.inferentis ex differētia specifica circularis recteque linee,non esse eiusmodi motus velocitate comparabiles. Enimuero si specie differunt, illud est ratione figure,cum hoc tamē permittitur,vt lōgitudo vtriusq; sit eiusdē rationis.Potest enim idē filū quod nunc in rectū protēsum est,in circulū sub inde cōtrahi,eadē permanēte longitudine sub diuersa figura:atq; adeo si due musce moueantur, altera per rectam,altera per circularem, equa velocitate, eodem tempore easdem perficient lineas. ¶Secūdo τ principaliter arguitur. Cum propriū sit quantitatis,secundum eam equale vel inequale dici,omnis linea, cuiuscunq; sit figure, erit altera quacūq;,siue maior siue minor,aut certe illis equalis.Manifestum quippe est,arcum,longiorem esse chorda.Quin etiam in figuris differētibus specie docent geometre, angulum rectum esse maiorem angulo contingentie,quem facit circulus tāgens lineam rectam.Item triangulam figuram dari equalem quadrate,et aliā figuram esse tali proportione maiorem minorem ve alia.Et,vt apud Euclidem demonstratum est, inter figuras polygonias quarum peripherie sunt equales quanto quelibet pluriū est angulorum,tāto area illius est amplior. Igitur non obstante differentia specifica figure, longitudo tamen eiusdem rationis est in circulari et recta,quod sufficit ad commensurandum velocitatem motus.Et quo ad rem proxime accedamus, circuli aiunt geometre ad suam diametrū proportionē esse triplā sesquialteram : ergo tali proportione velocius mouebitur id,quod per circulū circunferatur,φ̄ quod eodem tempore diametrum p transeat. ¶Tertio deinde τ precipue arguitur cōtra tres conditiones,quas occasione velocitatis motus adstruit Arist.requisitas esse,vt res vna sit alteri cōparabilis:puta φ nō sint equiuoce,φ sint eiusdē nature specifice,et φ in eodē sint primo subiecto,vt a textu.24.vsq; ad.30.est videre.Substantia naq; (vt ait ipse)est magis ens,φ̄ accidens:τ tamen neq; ens dicitur omnino vniuoce de substātia et accidente[ vt in antepredicamentis visum est] neque substantia est in subiecto. Porro et Deus melior est,τ sapientior:quam creatura,quibus tamen predicatis non sumus vniuoci Deus τ nos. ¶At contra secundam eius conditionem est argumētum quod nullam subijcit rationē,cur in generen on fiat comparatio veluti in specie. Cur inquam,nix non erit magis colorata,φ̄ papyrus sicuti est magis alba.Siquidem,vt albedo,ita et color videatur intensior esse in niue. Et preterea cōparatur intensio caloris vnius subiecti ad intensionem frigoris alterius,vt hoc sit magis calidum,φ̄ illud frigidū.Atqui contra tertiā est argū.Scientia est maior in angelo φ̄ in homine,tñ non sunt in eodem subiecto. Et lux est maior in sole,φ̄ in igne quanuis habeant subiecta diuersissima.¶Quarto aduersus aliud membrum arguitur, quo tex.30.τ infra hac ratione concludit, neq; motum localem esse comparabilem motui alterationis,neq; alterationes diuersarum specierum inter se.Tanta est albedo testimonio eiusdem Aristot. in predicamentis,quanta est superficies,per quam extēditur : albedo autem,τ quātitas differunt genere:ergo motus genere differentes, puta ad qualitatem τ quātitatem(quorū primus est alteratio,τ secūdus augmentatio)sunt velocitate comparabiles,veluti si vna hora ignis extēdat calorem per pedalem quātitatem ligni quam quantitatem lignum idem augendo duabus horis acquisiuerat, duplo tunc velocior erit motus alterationis,quā fuerat motus augmentationis. Quod si in medietate eiusdē hore musca percurreret eandem quantitatem duplo adhuc velocior esset motus localis quam alterationis.Item ignis multo est maioris actiuitatis,quā aqua eodem gradu frigida : ergo agilior erit motus

tus calefactionis, ꝙ frigefactionis. Et (vt contra exemplum Aristotelis loquamur) nihil prohibet, quominus sanatio velocior sit, aut tardior in animali, quam calefactio, aut localis motus: ergo alterationes diuersarum specierum sunt celeritate comparabiles. In contrarium est sententia Arist.


¶ Duo membra secundũ ordinẽ Aristote. habet questio presens. Primũ est de cõparabilitate motuum, ⁊ alterũ, occasione huius accersitum, de comparabilitate in genere quorumcunqꝫ accidentium. Quantũ ad primũ notandum est, ꝙ cum intentio Phi. sit ostẽdere (vt lib. sequẽti videbimus) vnum esse primum motorem: atque adeo primum motũ, qui sit omnium mensura, hac de causa hic inuestigat, an omnes motus sint velocitate cõparabiles. Est enim pro parte affirmatiua quod omnes motus conueniant in vna prima mẽsura, qui est motus primi mobilis: sed pro parte negatiua sunt argumenta, que hic facit de circulari, ⁊ recto, ⁊ de alijs motibus differentibus specie. Et quidem Aristot. non respondet in forma ad questionẽ, sed solum disputat ad vtranqꝫ partem. Et ideo sunt qui dicant, non negare circularem, ⁊ rectum esse comparabiles, sed tantum obiecisse illa argumenta ad partem negatiuam, qui reliquit insoluta. At vero illa profecto argumẽtatio negatiua (vt in text. adnotauimus) responsio est pariter negatiua more peripatetico. Unde commen. tex. 21. rationem reddit cur linea circularis, ⁊ linea recta non sint magnitudine comparabiles. Nẽpe, ꝙ neutra põt alteri supponere, vt appareat equalitas vel excessus, vt supponuntur due linee recte. Et eadem ratione sentit, motus qui per eas fiunt non esse cõparabiles velocitate. Nam velocitatum proportio insequitur proportionem spaciorum, que in eodẽ tempore conficiuntur. Quod si contra Commẽtatorem quis arguat, necessariũ esse, vt circularis, ⁊ recta sint equales, vel inequales, siquidem sunt lõgitudines, tametsi nos metiri nequimus alteram per alterã: rñdet Paulus, ꝙ circularis, ⁊ recta nõ sunt actu mensurabiles propter inpedimentum figure: sunt tamen comparabiles potentia, ratione longitudinis. Nihil tamen, neqꝫ Paulus, neqꝫ alij directe respõdent de velocitatibus motuũ an sint comparabiles. Id quod reuera argumẽta, que supra fecimus, vrgere vehementer videntur.

Conclusio Philosop.

¶ Igitur, omissis aliorũ interpretationibus, conclusio Phi. est profecto vera, ⁊ ingeniosa: sed tñ in qua, nisi lector attẽtus sit, facile hallucinabitur. Presupponendũ ergo primum est, nõ esse idem, duarum quantitatũ, vnam esse altera maiorem, aut minorem, ⁊ esse cõmẽsurabiles. Ad hoc enim requiritur, ꝙ sit inter eas rationalis proportio: id est, denominata ab aliquo numero, puta, aut dupla, aut sesquialtera ⁊c. Ad quod quidẽ exigitur, vt vna pars aliquota vnius, sit etiã aliquota alterius, que sit communis vtriusqꝫ mẽsura vt pote, ꝙ medietas vnius sit tertia alterius: vel quinta vnius sit septima alterius. ⁊c. Tunc enim ille quantitates habebunt se sicut numeri, quorũ omnium vnitas est cõmunis mensura: qua ratione sunt omnes commensurabiles. Cuius defectu (vt q. sequenti fiet notum) diameter, etsi longior sit cõsta, non est tamen ei cõmensurabilis. Igitur, ꝙ circularis linea, ⁊ recta non sint cõmensurabiles inde patet, ꝙ non est ambarum eadem mensura: nã rectarum ea longior est cuius extrema magis distant: circularium vero, illa que maior est portio eiusdem circuli: portio nanqꝫ diuersorum circulorum non est regula certa. Hinc ergo preter rationes textus colligitur, neqꝫ motus circularem, ⁊ rectum esse commensurabiles. Illa enim sunt cõmẽsurabilia, que eadem mensura metimur: circularis motus, atqꝫ recti nõ est eadem mensura, ergo.

Commensurationis rõ

Ad probationem minoris notandum est, velocitatẽ circularis motus bifariam penes effectum pensari: vno mõ, si velocitas circũeundi consideretur: alio modo, si cõsideretur simpliciter velocitas motus. Uelocitas enim circulationis attẽditur penes hoc [vt in questione sequenti recolemus] ꝙ in tãto tẽpore tales anguli describãtur circa idem centrũ. Exempli gratia. Si tria mobilia circũirent eodẽ tẽpore hos tres circulos, taliter, vt quo tẽpore infimum mobile mouetur ab a. ad. b. mediũ percurrat ab. c. ad. d. ⁊ supremum ab e. ad. f. equaliter circũirẽt quia in eodẽ tẽpore equales angulos describũt circa idem cẽtrum.




Omnes enim sex ille anguli descripti in tribus circulis sunt equales, quippe quibus idem opponitur in centro: ⁊ ideo eodem tempore singula peragent suos circulos. Sed tamẽ nõ mouentur equaliter: quoniam velocius mouetur medium mobile, ꝙ infimum, multoqꝫ celerius supremum: qm̃ bases illorũ angulorũ non sunt equales: quapropter quanto per maiorẽ circulũ eodẽ tempore vnumquodqꝫ mouetur, tanto maiorem describit lineam. Itaqꝫ celestes omnes orbes equaliter circũeunt: tamen tanto quisqꝫ pernicius, quanto alijs superior: velocitas aũt recti motus non attenditur, nisi simpliciter penes lõgitudinẽ descripte linee: non ergo sunt mẽsurabiles. Multo tamẽ perspicacius res elucebit, dum inter respõdendum ad argumenta eruatur fallaciarum medulla.

¶ Igitur ad primum argumentũ negatur, velocitatem motuum ab effectu attẽdi in motu circulari penes lineam descriptam, sed attenditur penes descriptos angulos: vt dictũ est ⁊ ideo argumentum Phi, non est fallax, sed hoc, qđ contra ipsum intenditur. Et fallacia latet in exemplo de duobus equalibus filis, quorũ alterum extẽdatur in rectum, alterum cõtrahatur in circulum: nam cũ filum illud, nõ sit linea mathematica, sed corpus, necesse est, vt qđ in circulum concluditur, contrahat interiores partes, ⁊ extendat exteriores ⁊ ideo manet prorsus forinsecus eiusdem longitudinis. Linea autem mathematica, que sit indiuisibilis secũdum latitudinem, nõ potest dari actu separata. Et hoc est, quod ait Commen. ꝙ non potest coextendi recte, vt mensurentur. Quod si dicas, Deus cognoscit peripheriam circuli, cui recte sit equalis, damus hoc verũ tamen si duo mobilia per lineas circularem, ⁊ rectam equales mouerentur eadem velocitate, citius moueretur mobile, quod graderetur super rectam, ꝙ quod super circularem: ⁊ ideo motus non essent commensurabiles. Et hoc patet: q: si equali velocitate mouerẽtur, semper in circuitione fieret maior mora. Demonstremus hoc in quadrato. Efformemus, inquã lineam equalem recte in quadratum, tum mobile, quod mouetur per quadratum, dum ad angulum peruenerit, profecto eadem velocitate nõ pertrãsibit tantam portionem angularem, quantam aliud mobile, rectam: ⁊ eadem ratione si eadem linea di-

sponatur in figuram plurium angulorum: eadem velocitate non pertransibit totam eodē tempore. Quo fit, vt non sint hoc modo cōmēsurabiles motus rectus, ⁊ circularis. ¶ Et per hec respōdetur ad 2m principale argumentū. Concedimus nancꝫ omnē lineam cuiuscuncꝫ sit figure, esse equalem alteri, maiorem ve, aut minorem illa: sed hoc tamen negamus, ꝙ circularis, ⁊ recta sint proportionabiles proportione rationali [hoc est enim commēsurari] quia non est ambarum vna mensura: sicut cōtingit diametro, ⁊ coste: vt questione proxima patebit, vbi termini isti innotescēt. Veluti ⁊ in figuris quāuis triāgularis possit cōmēsurari quadrāgulari, tamen area circuli nō conmēsuratur quadrate: licet sit maior, vel minor. Alia vero demonstratio Euclidis: nempe inter figuras polygonias quarū peripherie sunt equales: quanto quelibet plurium est angulorum, tāto aream complecti ampliorem, probat quidem, quod vna figura diuerse speciei maior est altera: non tamen quod sit inter omnes proportio rationalis. Quin vero ex illa sumitur demonstratio occultissima, ꝙ si duarum linearum equalium vna sit circularis, ⁊ alia recta, tunc eadem velocitate nō pertransibitur vtracꝫ in eodem tempore: sed plus temporis consumetur in circulari. Et demonstratio est hec. Si ex eadem linea fieret triangulus, maiori tempore opus esset vt eadem celeritate percurreretur, propter versionem angulorum: ergo si ex eadē fieret quadratum, cū ex hypothesi modo facta, spatiosior esset area, longior esset circulatio: etsi fieret hexagona figura, latior fieret area: et octogona adhuc latior: ergo si circularis, que omnium est capacissima, area esset amplior: ergo mobile, vt eandem lineam circularem pertrāseat in eodem tempore, celeriori motu opus habet: siquidem areā circuit vastiorē. Fit ergo vt motus circularis, ⁊ rectus nō sint commensurabiles. Ad postremam autem cōfirmationem eiusdem secūdi principalis, negatur, ꝙ circuli ad suam diametrum sit exactissima proportio triplesesquialtera, sed est paulo plus minusve. Et quando esset illa iusta, non esset talis proportio inter motus super easdem lineas propter maiorem moram ambiendi, quam recta incedendi, vt expositum est. ¶ Ad aliud, quod post adiecimus Aristotelis testimoniū, ꝙ motus primi mobilis est inferiorum mensura, respondetur, ꝙ non intelligitur de mensura, qua sint omnes inter se motus commensurabiles, sed vult dicere, ꝙ quanto aliquis motus illi accedit propius, est velocior, ac simplicior.

## Digressio de proportionib⁹.

Postea ꝙ in genere de comparatione motuum, quantū est satis, pregustauimus, ordo est, vt ad septem regulas Aristo. que in postremo capite exposite sunt, in specie descendamus. Cui quidē tractationi, ⁊ examini substernere opus est aliquos canones proportionū, sine quorum degustatione adiri dispositio nequit de velocitate motus. ¶ Proportio ergo iuxta nominis etymologiam, idem est quod portionum, seu partium habitudo. Cadit ab eo, quod est partior. At quia partibile est nihil, nisi ratione quātitatis [vt cui proprium est, secundū eam vnūquodcꝫ diuidi: atcꝫ adeo ⁊ equale dici, ⁊ inequale) significanter definitur proportio (vt est apud Boetium ⁊ Nicomachum) ꝙ sit duarum quātitatū certa habitudo. Cū dicitur quātitatū habitudo, subnotatur, ꝙ sit habitudo scdm propriā rationem quātitatis: nempe equalitatis, aut inequalitatis. Nam relatio patris ad filium, non cēsetur

Propor- tionis defi- nit.

hic nomine proportionis. Atqui, duarum, cōsulto adiectum est: quoniam proportio vna, inter duo tātum constituitur extrema. Genere quantitatis vtrāqꝫ ex equo complectimur speciē, tam discretā, quā cōtinuā. Inepti enim sunt, qui aiūt, quātitatū aut numerorum, id quidem falso opinati, ꝙ numerus nō sit legitima species quantitatis. Quātitas vero nō hic constringitur ad eam duntaxat corpoream, que est in mole, sed accipitur vt late ad omnia patet, quibus vlla inest ratio mensure: ac proinde equalitatis, ⁊ inequalitatis, vt est in intensione accidentis, aut quauis alia perfectione. Nō enim solum cubiti ad palmum, ⁊ decem calculorū ad quincꝫ est proportio, sed intensionis alboris niuis, ad eam, que est in papyro, ⁊ perfectionis virtutis aut scientie angelice ad humanam.

¶ Proportio autē (vt inter explicandam definitionem designabamus) primum diuiditur in proportionem equalitatis, ⁊ proportionē inequalitatis. Proportio equalitatis, est ꝓportio duarum quantitatum, quarum neutra alteram superat, vt pedis sinis[illegible] dextrum, ⁊ quinarij digitorū vnius, ad quinariu[illegible]terius. Non diximus, est habitudo, sed est proportio, quod est genus proximum ad proportionē equalitatis. Necꝫ vero subiecimus, quantitatum equalium, ne definitū in definitione poneremꝰ. Proportio inequalitatis, est proportio duarum quātitatum, quarū altera alteram superat, vt cubiti ad palmum, ⁊ denarij digitorum ad oculorum binarium. ¶ Secunda diuisio est proportionis inequalitatis ī proportionem maioris inequalitatis, et proportionē minoris inequalitatis. Proportio maioris inequalitatis est proportio quātitatis excedētis, ad eam, que exceditur. Cuius sunt proxime exēpla posita: Proportio vero minoris inequalitatis est ꝓportio q̄titatis, que exceditur, ad excedētē, vt palmi, ad cubitum, binarij, ad quinarium. Quemadmodū etenim quantitas maior respectu minoris dicitur: ⁊ minor, relatiue ad maiorē, ita proportiones maioris ⁊ minoris inequalitatis correlatiua sunt. Quod proportio, relatio sit, non est, vt in dubium reuocetur, siquidem esse illius, est esse ad aliud. An vero relatio ita realiter distinguatur a fundamento, vt sint due res numero, satis in p̄dicamētis disputatū a nobis est. Credo enī nō esse aliā numero rē, tametsi formaliter falsa sit hec enuntiatio, substātia vel qualitas est ꝓportio. Quare multo minus credo, proportionē, esse nomē collectiuū, quod supponat pro ambobus simul extremis, sed ꝓportio maioris inequalitatis est in extremo maiori: ⁊ minoris, in minori. Quandoquidem primo, est habitudo maioris ad minus: ⁊ secūda, est habitudo minoris ad maius. Membra hec ambo per omnes subsequentes species peruagantur correlatiue, vt pariter subdiuidatur vtruncꝫ. Tertia ergo diuisio est, proportio alia rationalis, ⁊ alia irrationalis. Proportio rationalis est proportio duarum quantitatum, quibus eadem communis est pars aliquota, vt hominis ad cubitum, cubiti ad pedem, pedis ad palmum. Continet enim palmus quatuor digitos pes autē quatuor palmos. Quare digitꝰ est quarta pars palmi, ⁊ sextadecima pedis. Sesquipes autem, id est, pes vnus cum dimidio, facit cubitum. Quo fit, vt palmus sit quarta pars pedis, sexta vero cubiti, ⁊ vigesimaquarta totius hominis. Nam si naturalibus fides est, homo continet quater cubitum suum, ⁊ sexies pedem. Vbi ergo diximus, eadem pars aliquota, nō sensimus eiusdem denominatio.

Diuisio. 1.

Diuisio. 2.

Proportio est relatio.

Diuisio. 3

Humana statura.

nationis,nam alias esset proportio equalitatis. Equalium enim quātitatum quarta vnius,est quarta alterius,& tertia vnius,est tertia alterius,& ita de ceteris. Sed ad rationalem proportionē satis est,vt que est tertia vnius, sit quarta, vel quinta vel quomodocūq; aliquota alterius. Quapropter proportio equalitatis non excluditur ab hac diuisione:nam includitur sub membro rationalis. Et ideo non accepimus pro genere proportionē inequalitatis,sed proportionem. Proportio vero irrationalis,per alterum extremū,est proportio duarum quantitatum,quibus non eadem communis est pars aliquota:vt proportio diametri ad costā eiusdē quadrati:de qua questione proxima recurret sermo.

Pars aliquota. ¶ Pars aliquota,est pars quantitatis,que aliquoties sumpta,complet adequate totum,vt tertia,& quarta &c. Pars vero nō aliquota,est illa,que nō aliquoties sumpta,reddit adequate totū, vt pars in primis quecunq; maior medietate:nam illa bis sumpta,totum exuperat:& pars(verbi gratia)continui,que contineret duas quintas. Quippe,que bis sumpta,nō [illegible] et totum:et si ter multiplicetur,excelleret. Ex quo sequitur primo,q cū numerus ex diuisione cōtinui nascatur,& crescat( vt in predicamentis capitulo de quātitate habetur) fit,vt partes aliquote perpetuo nuncupentur ordine numerorum,vt secūda(que est medietas)tertia,quarta,quinta &c.adeo,vt idē sit pars aliquota,quod pars ab aliquo certo numero denominata. Nisi,q hec non est definitio,veluti superior,eo q nō explicat rationem,& causam definiti. ¶ Hinc sequitur secundo,q sicut in numeris descendēdo datur minimus.s.binarius,ita in continuo datur maxima pars aliquota:(que est medietas)tametsi nō detur maxima pars simpliciter[vt libro primo visum est]at quoniam ascendendo nō datur numerus maximus,fit,vt neq; in continuo detur minima pars aliquota. Tertio consequitur,vt proportio omnis inter duos numeros,sit rationalis:nam saltem vnitas erit pars aliquota vtriusq;. Quamobrem(vt in subsequētibus apparebit)omnis proportio rationalis denominatur ab aliquo certo numero,vel numerus,vt dupla,sesquitertia,superbipartiens tertias &c. Quanuis oratio hec nō sit habenda loco definitionis:(vt aliqui volunt)vt poteque non explicat causam definiti. ¶ Semota nunc

Diuisio.4. irrationabili proportione,quarta diuisio est proportionis rationalis:cuius quinq; sunt species,scilicet tres simplices,& due composite. Cum iam loquimur de proportione rationali,sermo nobis est de proportione inequalitatis:nam illam,que est equalitatis,missam hinc fecimus. Et quanuis proportio maioris,& proportio minoris inequalitatis easdem habeant sibi inuicem respōdētes species, solum tamen explicantur in proportione maioris inequalitatis. Est ergo proportio rationalis, alia simplex,& alia composita. Simplex est, vbi maior quantitas continet,siue minorem aliquoties,siue partem,siue partes. Cuius proinde tres sunt species:vt pote multiplex,superparticularis, et superpartiens. Proportio multiplex, est proportio duarum quantitatum,quarum vna cōtinet aliquoties alterā adequate,vt dupla,tripla &c. Ut pote duorum ad vnū,trium ad vnum &c. Proportio superparticularis,est proportio duarum quantitatum,quarum vna continet semel alteram,& vnam eius partem aliquotam,vt trium ad duo est sesquialtera:& quatuor ad tria,sesquitertia &c. Proportio superpartiens, est proportio duarum quantitatum,quarum vna cōtinet alteram semel,& aliquas eius partes aliquotas,vt quinq; ad tria:nā.5.cōtinet.3.& duas eius tertias:& ideo est superbipartiēs tertias. Cum dico,partes,plane intelligitur que non faciant partem aliquotam,nam alias recideret in proportionē superparticularem, vt.6.ad.4.est sesquialtera:quia numerus maior continet minorem,et duas quartas,que cōstituunt medietatem. Quo fit,vt proportio superpartiēs,duobus numeris nuncupetur,altero scilicet numerāte partes,altero vero eas denominante. Exempla harum specierum in subiecta naturali serie numerorum facile patescunt.1.2.3.4.5.6.7.8.9.vt a quibus ex ordine numeris denominētur singule. Nā si singulos continenter numeros cum vnitate conferas,resultabunt species proportionis multiplicis,que in infinitum crescūt,sicut numeri ipsi. 2.enim ad primā.est proportio dupla.3.ad primā tripla.4.ad.1.quadrupla,et ita progrediendo denominatur vnaqueque proportio multiplex ab eo numero:quoties maior quantitas cōtinet minorem. Eadem ratione si pretermissa vnitate, vnum quēlibet numerum retuleris ad proxime precedētē, cōficies infinitas species proportionis superparticularis. Quarum queque denominatur a parte aliquota,qua quantitas maior superat minorē,vt 3.ad secundā proportio est sesquialtera, quia maior quantitas continet minorem,& medietatem eius. Est enim sesquialterum, idem,quod alterū & semis:ceu sesquipes,pes & semis. Quare nō tam latine dicitur sesquitertia,nisi quod vsu receptum est:vt sesquialtera dicatur totum,& altera pars.s. medietas. Et simili ratione.4.ad tertiam.est proportio sesquitertia,quoniam maior quātitas cōtinet minorem,& tertiam partem eiusdem. Et. 5.ad 4.sesquiquarta. Et ita deinceps. Quod si eadem pretermissa vnitate vnumquēque imparem numerum ad proxime precedentem imparem comparaueris,creabis infinitas species superpartiētis proportionis,percurrente eodem numero numerāte & denominante crescente,vt.5.ad.3.est proportio superbipartiens tertias.&.7.ad.5.superbipartiēs quintas:&.9.ad.7.superbipartiēs septimas. Quādo vero ille partes reddunt alterum tantum, tūc proportio erit multiplex:sicuti quando faciunt partem aliquotam,et it superparticularis,vt.6.ad 3.non appellatur proportio supertripartiens tertias:sed dupla. At.7.ad.4.proportio est supertripartiens quartas:atque.8.ad.5.supertripartiens quintas. Componitur autem multiplex,tum cum superparticulari,tum cum superpartiente. Unde proportio multiplex superparticularis,est proportio duarum quantitatum, quarum vna continet pluries alteram, & insuper partem eius aliquotā vt.5.ad.2.est dupla sesquialtera. Proportio vero multiplex supertripartiens, est proportio duarū quantitatum,quarum vna cōtinet pluries alterā, & aliquas insuper partes aliquotas,vt.8. ad.3.est proportio dupla superbipartiens tertias. De speciebus autē proportionis rationalis minoris inequalitatis nihil amplius est adnotatu necessariū quam quod illa proportio,que est maioris quantitatis ad minorem,supponitur vice versa inter minorem & maiorem,vt.1.ad.2.est proportio subdupla:& ad.3.subtripla &c. Pari modo.2.ad.3.est proportio subsesquialtera:&.3.ad.4. subsesquitertia: & ita ascendendo. Equa ratione.3.ad.5. est subbipartiens tertias:&.4.ad.7.subtripartiens quartas. Nisi mauis inepte dicere, subsupertripartiens.

Sesquialterum.

¶ Haud

¶Haud equidē existimauerim operepretium, regulas hicl mutiplicare huiusmodi species infinitas generandi: cum q̄ nō sit locus hic Arithmetice per suos omnes numeros deducende: tum q̄ per se quisq; id potest speculari, neq; res adeo est vtilis. Sed ne nihil prorsus de hoc ad notemus, radix proportionis cuiusq; sunt termini minimi, atq; adeo primi, inter quos est talis proportio. Quo fit, vt proportionis multiplicis radix sit vnitas, & ille numerus, a quo talis proportio nominatur, vt radix proportionis duple. 1. & 2. & triple. 1. & 3. & quadruple. 1. & 4. &c. Quod si gignere lubet omnes duplas, duplando semper extrema prime radicis, id certo prestabis, vt si. 2. ad. 1. est dupla. 4. ad. 2. est pariter dupla. & 8. ad. 4. & 16. ad. 8. vt ex hac serie liquet. 1. 2. 4. 8. 16. Eadem ratione si iuuat procreare triplas, triplicabis semper extrema prime radicis, vt si. 3. ad. 1. est tripla. 9. etiam ad 3. erit tripla. & 27. ad. 9. Et simili proportione vtere in ceteris. Tripla. 1. 3. 9. 27. Quadrupla. 1. 4. 16. 64. Quintupla. 1. 5. 25. 125. &c. Prima vero radix proportionis superpartientis, est numerus denominans partem cum proximo sibi accrescente. At prima radix sesquialtere sunt. 2. 3. & prima sesquitertie sunt. 3. & 4. & ita ascendēdo. Species autem huius proportionis multiplicantur, si superscriptis in vno ordine omnibus numeris excedentibus se maiori numero radicis, subscripseris respōdent numeros excedentes se numero minori. At q̄r prima radix sesquialtere sunt. 2. & 3. duo hi ordines numerorū, collato superiori charactere, cū eo, q̄d sibi subijcitur, indicabūt tibi oēs sesquialteras.

Radix.

3. 6. 9. 12. 15.
2. 4. 6. 8. 10.

Ex q̄r radix sesquitertie sunt. 3. & 4. in his duobus ordinib⁹ inspecies oēs sesquitertias.

4. 8. 12. 16. 20.
3. 6. 9. 12. 15.

Et simili ratione operaberis in reliquis. Proportionis autem superpartientis prima radix sunt numerus denominans partes, & numerus excedens illum numero numerante. Atq; eadem omnino arte multiplicatur, qua proportio superparticularis, superscribendo numeros excedentes se maiori extremo, & subscribendo numeros excedentes se minori, vt prima radix superbipartientis tertias sunt. 3. & 5. & prima supertripartientis quartas, sunt, 4. & 7. Ecce ergo (si quemlibet supernum characterem cum eo contuleris, qui sibi subiectus est) oēs superbipartientes tertias.

5. 10. 15. 20. 25. 30.
3. 6. 9. 12. 15. 18.

Et hic patēt oēs tripartientes q̄rtas.

7. 14. 21. 28.
4. 8. 12. 16.

Regule enim huiusmodi tenent per locum a commutata proportione. Nempe q̄r sicut se habēt. 3. ad 6. ita se habent. 2. ad. 4. fit vt sicut se habent. 3. ad 2. ita se habēt. 6. ad. 4. Et q̄r sicut se habēt. 5. ad. 10. ita se habeant. 3. ad. 6. fit, vt sicut. 5. ad. 6. ita se habeāt. 10. ad. 6. De proportione vero rationali paulo etiam inferius plura.

¶His vtcunq; preiactis de proportione, subsequitur vt de proportionalitate parumper etiam dicentes, immoremur: cuius ad materiam velocitatis penes causam frequentior vsus est. Igitur quemadmodum proportio, habitudo est inter duas quantitates, ita proportionalitas est proportio inter duas, pluresve proportiones. Quo palam fit, vt quemadmodum proportio inter duas tantum quantitates constituitur, ita non possit ꝓportionalitas, nisi inter plures, quam duas constitui: pro eo, quod extrema proportionalitatis sunt nimirum due proportiones, quarum vtraq; inter duas quantitates constituitur, & ideo aut sunt quatuor, aut tres, vbi media bis sumitur. Interest preterea inter proportionem & proportionalitatem, quod licet proportio non possit esse, nisi habitudo inter duas quantitates: proportionalitas tamen est proportinum proportio, siue duarum, siue plurium proportionum: vt omnes iste proportiones duple. 1. 2. 4. 8. 16. sunt vna proportionalitas. Ex quo fit cōsequens, vt omnis proportionalitas, proportio sit, sed non recurrit, vt omnis proportio sit proportionalitas.

Proportionalitas.

¶Antiqua diuisio proportionalitatis est in tria mēbra, que sunt proportionalitas Arithmetica, Geometrica, & Harmonica, seu Musica. Proportionalitas Arithmetica, est habitudo inequalium proportionum, quarum termini sese pariter continuo vt numeri, excedunt. Nempe per vnitates, aut pares excessus. Et dicitur Arithmetica ratione subiecti, quia non reperitur nisi in numeris, qui subiectum est Arithmetice. Exemplum est in naturali serie numerorum. 1. 2. 3. 4. [illegible] vnuque enim excedit proxime precedentem vnitate, & tamen. 2. ad vnum est proportio dupla. 3. ad. & est sesquialtera, & 4. ad. 3. est sesquitertia. Et ita quanto maior fuerit numerus, minor erit proportio ad sibi proxime precedentem: quia minor erit pars aliquota. Idem est si omnes numeros pares conscribas. 4. 4. 6. &c. aut omnes impares, vt. 1. 3. 5. 7. &c. Aut si se excedant ternario, vt. 1. 4. 7. 10. &c. Proportio geometrica est per oppositum habitudo plurium equalium proportionum, consequenter se habentium, quorum termini inequaliter se excedunt, vt si constituas tres perpetuo, aut quatuor proportiones duplas. 1. 2. 4. 8. 16. aut triplas. 1. 3. 9. 27. &c. Et hec dicitur geometrica, nō quod non reperiatur in numeris: sed quia reperitur quoque in quantitate continua, ea ratione, qua est continua, & subiectum geometrie, vt est inter figuras. Cuius exemplū paulo inferius subscribetur, vbi egerimus d̄ proportione irrationali. Nam & si Arithmetica proportionalitas cōsiderari possit in quantitate continua, illud fit, quando consideratur diuisa in plures vnitates instar numeri. Ut si pedale dissectum cogites in sexdecim digitos, due se habebunt ad primum in proportione dupla, & tres ad duos priores in sesquialtera: et ita gradatim ascendendo, sicuti per numeros. Atqui proportionalitates iste dicuntur equalitates, seu medietates, nam inter tres terminos (vt. 1. 2. 3.) ille, qui quanto excessu excedit minimum, exceditur a maximo [vt puta. 2.] dicitur medium proportionale arithmeticum. Inter tres vero alios [vt. 1. 2. 4.] ille, qui qua proportione excedit minimum, eadem exceditur a maximo, dicitur medium geometricum. Et illa quidem proportionalitas ab equalitate excessus dicitur equalitas, hec vero ab equalitate proportionum.

Proportionalitas triplex.

Quod si fuerint plures termini tribus, continuo proportionabiles, quilibet erit medius inter duo proxima extrema, preter duos extremos. Proportio autem Harmonica, est habitudo inter duas proportiones inequales, terminorum itidem inequaliter se excedentium, taliter tamen, vt qualis sit proportio maximi ad minimum, talis sit inter excessum, quo maximus excedit medium ad eum, quo medius excedit minimum. Ut. 6. 4. 3. Est enim ad. 3. proportio dupla: & talis est inter duo. [quibus. 6. excedunt. 4.] & primo. quo. 4. excedunt. 3. Et dicitur Harmonica, quia in sonis Harmonicis

Harmonica.

vsu venit, cuius nullã hic habituri sumus rationẽ: quoniã nihil ad rẽ attinet presentẽ.

¶ Quod vero in presentiarũ vsui est maxime, est dignoscere proportionẽ proportionũ geometricarũ: nẽpe propositis duabus proportionibus, agnoscere quãta sit inter eas proportio.


Quod inde innotescet, si nouerimus queque proportio, ex quibus proportionibus componatur, et in quas resoluatur. Enimuero quemadmodum latitudo quantitatis diuiditur in partes, que sunt quãtitates, ita et proportio diuiditur in partes, que *Proportio ma. & mi.* sunt proportiones. Igitur ad hanc artem & methodum comparandam primum nosce opus est, quenam proportio sit alia maior, que ve minor. Et quidem in simplicibus, illa quidẽ est maior, cuius maius extremum pluries continet minus, aut maiorẽ eius portionem. Quo fit, vt queuis proportio multiplex maior est quacũq; superparticulari, & superpartiente. Quoniam ad minus continet bis tantũ quo neutra aliarum ascendit, vt maior est proportio. 2. ad. 1. quam. 6. ad. 4. vel. 7. ad. 4. Et inter multiplices illa, que a maiori numero denominat̃, maior est tripla, q[illegible]upla. In superparticularibus autem, que a minori numero denominatur, maior est, vt sesquialtera, quam sesquitertia, & sesquitertia, quam sesquiquarta. Nam pars aliquota quanto minori numero denominatur, tanto est maior. Eadem ratione in superpartientibus: si idem sit numerus numerans, illa cuius numerus denominans fuerit minor, est maior, vt maior est superbipartiens tertias, quam superbipartiens quintas. At vbi numerus denominans fuerit idem, tum quanto numerans fuerit maior, tanto proportio est maior. Ut maior est suptripartiẽs quintas [qualis est. 8. ad. 5.] quam superbipartiens quintas, vti. 7. ad. 5. Sed tamen quando comparatur superparticularis ad superpartientem, est maior difficultas. Quandoq; enim sonitus ipse vocum explicat magnitudinem. Manifestum enim est superbipartientem tertias maiorem esse sesquialtera, quoniã due tertie maior portio totius est, quam medietas Sed nonnunquam est difficultas, vt si interrogeris vtra sit maior proportio, sesquitertia, an superbipartiens quintas. Opus enim tunc est videre, an sint maior portio totius, due quinte, quam vna tertia. Id quod cognosces, multiplicando illos duos numeros denominãtes, vnum per alterum: vt ter. 5. sunt. 15. cuius tertia est. 5. & due quinte sunt. 6. Excedunt ergo due quinte vnam tertiam, per vnã quintam decimam. Obidq; maior est proportio superbipartiens quintas, quam sesquitertia. Eadem methodo in superpartientibus, in quibus tam numerus numerans, quam denominans, sunt dispares, comperies vtra sit maior. Ut maior est proportio supertripartiens quartas, quam suberbipartiens tertias. Quia si. 4. qui est denominans partes vnius multiplices per. 3. qui est denominans partes alterius, conficies. 12. cuius tres quarte faciunt. 9. & due tertie faciunt. 8. vnde constat tres quartas excedere duas tertias eiusdem totius per vnam duodecimam. Per se quisque perpendere ex his valebit, vt operandum sit in proportionibus compositis.

*Nota.* ¶ Preposita igitur arte inuestigandi, que qua sit maior, minorq; proportio, adnotandum est preterea, quod proportiones non se habent in hac parte, vt numeri, nam inter numeros inueniri non potest proportio, nisi rationalis [vt supra dictum est.] Attamen vnius proportionis ad alteram proportionem quandoque est proportio rationalis: quandoque vero non, nisi irrationalis. Est igitur tertio: adnotanda regula hoc iudicandi. Propositis dua- *Regula.* bus quibusuis proportionibus, inter quas conquiritur proportio, si sunt eiusdem denominationis, nulla est questio. Eadem enim proportio est. 2. ad 1. que est. 20. ad. 10. eo quod vtraque est dupla. At si fuerint inequales, tunc constitue minorem, in minimis eius terminis, puta in radice: et super eundem terminum minorem constitue maiorem quoque proportionem, et medium tunc proportionale indicabit tibi, que sit inter eas proportio. Ut interrogatus, que proportio fit inter quadruplam, & duplam, respondebis, esse duplam. Idque demonstrabis, constituta supra vnitatem dupla, & quadrupla, scilicet in his tribus terminis. 1. 2. 4. in quibus liquidum est, quadruplam constare ex duabus duplis, que sunt. 1. ad. 2. & 2. ad. 4. Unde fit hoc modo collectio. Quadrupla constat ex duabus duplis adequate: et omnes duple sunt equales: ergo vtraque est eius medietas: sed totius ad suam medietatem est proportio dupla: ergo quadrupla ad duplam, est dupla. At vero si inde rursus intuleris, octuplam, duplam esse ad quadruplam, eo quod. 8. duplus est numerus ad. 4. fallaciam creas: quia octupla non constat ex duabus quadruplis, sed ex quadrupla, et dupla. Est enim octupla inter. 1. & 8. que constat ex proportionibus. 1. ad. 4. et. 4. ad. 8. Namque cum dicimus proportionem aliquam ex aliquibus componi, sentiendum illud est, tanquam non communicantibus. Constat enim octupla ex duabus quadruplis scilicet. 1. ad. 4. & 2. ad. 8. sed communicant in illa dupla, que est. 2. ad. 4. Igitur cum octupla adequate constet ex quadrupla, & dupla: & dupla (vt proxime dictum est) sit medietas quadruple, sequitur vt octupla sit sesquialtera ad quadruplam. Atque adeo tripla ad duplam: quandoquidem ex tribus componitur duplis scilicet. 1. ad. 2. 2. ad. 4. & 4. ad. 8. Nihil refert duplas explicari per subduplas. Sexdecupla vero dupla est ad quadruplam: vt que constat ex duabus quadruplis. scilicet. 1. ad. 4. & 4. ad. 15. At si quis exquirat proportionem duple ad sesquialteram, tunc quia ex suprapositaregula sesquialtera est minor, constituatur in suis minimis terminis, que sunt. 2. & 3. Et super. 2. constituatur dupla, vt pote. 2. ad. 4. Qua ratione liquebit duplam confici ex sesquialtera, puta. 2. ad. 3. & sesquitertia que est. 3. ad. 4. Et cum sesquialtera (vt prefatum est) sit maior quam sesquitertia, fit, vt neutra sit medietas duple. Nam quando totum componitur ex duabus iuste partibus inequalibus, maior superat medietatem, & minor est medietate minor. Quo tandem fit, vt dupla neque ad sesquialteram, neque ad sesquitertiam sit propositio rationalis, sed irrationalis: quia neutra est pars aliquota duple, nec constans ex aliquoties duple. Quod requiritur vt totum ad talem partẽ habeat rationalem proportionem.

¶ Cui autem libitum fuerit, proposita quacunque proportione inuestigare aliam, cuius sit illa pars aliquota, constituat idem bis aut ter continue in numeris integris, & rem habebit exploratam. Ut si delectat scire duplam ad sesquialteram, quenam sit proportio, construe duas continue sesquialteras. Quod si non poteris super primos terminos, qui sunt. 2. & 3. [eo quod super. 3. non potest addi medietas, sine diuisione vnitatis) tunc duplica semel numerum minorem: accipe inquam. 4. & super illum numerum, prima sesquialtera erit. 6. & secunda. 9. Proportio ergo. 9. ad. 4. que est dupla sesquiquarta, est dupla ad sesquialterã. Et quia super. 9.

non potest constitui tertia sesquialtera, sine diuisione vnitatis, duplica iterum .4. & super .8. constitue tres sesquialteras: videlicet ad .12. ad .18. ad. 27. Proportio ergo .27. ad octo, quę est tripla supertripartiens octauas, est tripla ad sesquialterã. Proportionabili modo si vis constituere duas sesquitertias, quod facere nequis super primis terminis, videlicet .3. & .4. (eo q .4. non habet tertiam sine diuisione vnitatis) triplica semel terminũ minorem, qui est .3. & super .9. facies duas sesquitertias, quę sunt. ad. 12. & ad. 16. & comperies proportionem super septempartiẽtes nonas, quę est. 16. ad. 9. esse duplam ad sesquitertiam. Hęc ex multis exempla pauca subijcienda duximus, in eorum gratiam, quibus ludus hic proportionum cordi fuerit.

¶ Ex his, quę dicta sunt, clarius elucebit exemplum proportionis irrationalis diametri ad costam, quod supra relictum erat. Est enĩ supponendum ex Geometria, q quadratum diametri ad quadratum costę habet proportionem duplam. Nomine quadrati intelligitur absolute ęquilaterum. De illo enim tantum intelligitur, q diametri ad costam sit proportio irrationalis. Duo autem quadrata tunc se habent, tanquam quadratum diametri, & quadratum costę, quando quęlibet costa maioris est ęqualis diametro minoris, vt in hac patet figura, in q sunt tria q̃drata ita gradatim descripta vt costa maximi, puta a b. sit diameter medij: & costa medij .a c. sit diameter minimi. Maximũ ergo, quod dicitur quadratũ diametri respectu medij, habet duplam proportionem ad medium: & eadem ratione medium ad minimum. Et est assertio de areis, non de costis. Hanc autem assertionem non est locus hic Mathematice demonstrandi, sed satis est oculis exhiberi. Vides nanque triangulum, ad b. qui est quarta pars quadrati maximi, esse medietatem quadrati medij: atq; ideo totum medium quadratum esse medietatem totius maximi. Hinc rursus patescit conclusio alia mathematica, videlicet, proportio quadratorum est proportio costarum duplicata. Nam qua ratiõe maximi ad medium est proportio dupla, colligitur, medij quoq; quadrati ad minimum, esse itidem duplam. Quoniam costa medij. s. a c. est diameter minimi. Et per consequẽs proportio maximi ad minimum est quadrupla, siquidem constat ex duabus duplis. s. maximi ad medium, & medij ad minimũ. Sicuti dictum est, in numeris proportionem quadruplam constare ex duabus duplis. Proportio autem coste maximi ad costam minimi est dupla, vt ad oculum patet, nã medietas lineę. a b. est costa quadrati minimi, ac quadruple ad duplam (vt diximus) est proportio dupla igitur proportio quadratorum, est proportio costarum duplicata idest dupla ad proportionem, quę est inter costas. Ex hoc demum retrocedendo concluditur, quod proportio diametri ad costam est irrationalis, hoc syllogismo. Proportio quadrati diametri ad quadratum coste est dupla, vt maximi ad medium in pręsenti figura: ergo proportio cuiuscunq; coste maxime (quoniam omnes sunt ęquales) ad costam medij est medietas dupla, vt proxima conclusione monstratum est. Duplę vero proportionis ad suam medietatem est proportio irrationalis: nam dictum est supra proportionem duplam non posse diuidi in duas medietates. Et per consequens medietas duplę non potest denominari ab aliquo certo numero: componitur enim dupla ex sesquialtera, & sesquitertia, quarum prima est maior, & secunda minor medietate: ergo costę maximi quadrati, quę est diameter medij (vt patet in linea. a b.) ad costam eiusdem quadrati medij est proportio irrationalis. Mittimus hic probationẽ Aristotelis, quam refert Campanus apud Euclidem. libr. decimo. propo. 6. Esse autem irrationalem proportionem hoc significat, quod nulla pars aliquota costę, est aliquota sui diametri. Reliqua de proportionibus vide latissime apud Boetium, Nicomachum, Euclidem, & reliquos. Pręsenti enim negotio hęc sufficiunt, nisi forte plus satis fuerint.




## Quæstio tertia.

¶ VTRVM VELOCITAS motus ab effectu attẽdatur penes quãtitatem spatij, quod pertransitur.

Postquam de proportionibus ea pręstruximus, q̃ negotio pręsenti subseruiunt, ad regulas sub inde Aristotelis descendentes, duas tantum quęstiones compendio tractabimus de velocitate motus: alteram penes effectum: & alteram penes causam. Nam sophismata calculatoria (vt vocãt) quę hic ineptissime, simul ac barbarissime plurimi inculcant, non est vt bonis ingenijs offundamus, sed exempla tantum pauca regulis Aristote. subijciemus. Et quidẽ tertia hęc quęstio libro pręcedẽti super text. 11. sedem habebat propriam, sed consulto huc eam reiecimus, vt iuncta esset alteri, quę est penes causam. Arguitur ergo a parte negatiua. si duo mobilia. a. bipedalis longitudinis, & b. pedalis: moueantur eodem tempore ab vno pariete vnius aulę, vsq; ad alterum e regione oppositũ taliter vt ambo, quę a calce tangebant parietem primum, in fine motus eodem momento a fronte tangant parietem alterum, tunc eodem tempore percurrunt idem spatium. Siquidem. a. perinde tangit vtrunq; terminum, a quo, & ad quem atque b. & tamen. b. velocius videtur moueri, eo q quodlibet eius punctum maiorem lineam describit, nã punctum, quod est in anteriori superficie, respõdebat, dum erant in termino a quo, puncto medio ipsius. a. & in fine motus respondet puncto superficiei anterioris eiusdem. Et est par argumentum de quocunq; alio puncto.

¶ Deinde secunda ratione arguitur. Si duo grauia a turri caderent, vnum per arcum & alterum per chordam, ita tamen vt quocunq; momento motus eque appropinquarent centro terrę, tunc videntur ambo ęquali velocitate moueri, quãdoquidem ęqualiter descendunt, & tamen non ęqualia transmittunt spatia: est enim arcus maior chorda: ergo non attenditur velocitas motus penes magnitudinem spatij.


¶ Tertio denique arguitur sic. Velocitas motus circularis non attenditur penes spatium descriptum tali motu: ergo mensura non est certa. Probatur antecedens. Si id verum esset, maxime quidem deberet attendi penes spatium descriptum a puncto velocissime moto scilicet quod est in superficie cõuexa, in quam sententiam merito consentit maximus philosophorum numerus, quoniam spatium

descriptum tali puncto, describatur a toto (cathegorematice) mobili. Sed quod hoc sit falsum, arguitur. Eadem deberet esse mensura in omni genere motuum, in motu autem alterationis, vbi calor vniformiter difformis extenditur per aliquod subiectum, vt (verbi gratia) a non gradu, vsque ad .8. nō fit denominatio a summo gradu, sed a medio, puta vt .4. cum ergo in rota, que in orbem mouetur,




velocitas motus extendatur a centro ad circunferentiam vniformi difformitate (nam quanto punctū aliquod propius accedit centro, minorem facit circulum) fit, vt velocitas motus totius rote debeat attendi penes punctum medium semidiametri. i. linee ducte a centro ad circunferentiam. ¶ In contrarium ad partem affirmatiuam fuit authoritas Philosophi libr. 6. text. 11. dicentis, id, quod velocius mouetur, in equali tempore transire maius: et in minori equale, et in minori plus.

¶ Circa titulū questionis, quā in duos partimur [illegible]los, adnotādum est, quod cum due sint vie cognoscendi rem aliquam, quas in prologo huius adnotauit Aristoteles. Prima quo ad nos per effectum, quod est nosse: quia est. i. hoc esse hoc, vt videntes ridere hominem, cognoscimus esse risibilem. Et secūda ordine nature per causam, quod est cognoscere propter quod, in quo proprie consistit ratio scientie, presenti questione scrutamur viam ex effectu: tum quia prius tractata est ab Aristotele, tum quod cognitio nostra incipit a sensu per illam, et questione sequenti scrutabimur viam, que est per causam. ¶ Et quoniam tempus (vt lib. 4. dicebamus) est mensura motus, illud est, quod nobis eius velocitatem ostendit. Est ergo sensus questionis. (Sensus q̄s.) Utrum quod hoc mobile velocius moueatur altero, et qua proportione moueatur velocius, attendatur penes proportionem spatij, quod ab hoc transmittitur, ad spatium, quod eodē tempore percurritur ab altero. (Motus vnifor. et diffor.) ¶ Motus autem est duplex, vniformis, et difformis. Et vtraque differentia potest considerari respectu subiecti, et respectu temporis. Respectu subiecti motus vniformis est, cuius omnes partes equa inter se velocitate mouentur, vt est videre in cōtinuo recte moto per planum. Si enim pedalem lapidem trahas super planitiem, omnes eius partes mouentur equaliter. Difformis vero motus quo ad subiectum, est, quo non omnes partes mobilis mouentur equaliter. Qui duplex est: vniformiter difformis, et difformiter difformis. Uniformiter ergo difformis, est motus subiecti, ita difformiter moti, vt cuiuscunque portionis linee secundum talem extensionem punctū medium ea proportione exceditur ab extremo intensissimo talis portiuncule, qua excedit alterum eius extremum remississimum. Qui quidem inter motus locales solum conuenit circulariter motis, et illis omnibus: vt apparet in mola frumentaria. Cuius centrum indiuisibile, immobile staret, si motus esset perfecte circularis: et si circunferentia moueretur, vt. 8. punctum medium inter ipsam, et centrum moueretur vt. 4. et medium inter circunferentiam, et. 4. moueretur, vt. 6. et medium inter. 4. et centrum, moueretur, vt. 2. Alij definiunt, quod sit motus subiecti, ita moti, vt quodcunque punctū quo proportione plus distat a cētro quam alterū, velocius mouet. Hec aūt definitio nō cōuenit spheris, nisi solidis vsque ad cētrū. Orbi nanque celesti (v. g.) lune, quod imaginemur esse q̄dricubitū, cuius superficies concaua moueat vt. 4. conuexa vero vt. 8. minime q̄drat hec definitio: nā pūctū mediū grossitiei, quod est in fine secūdi cubiti, in duplo plus distat a concauo, quam pūctū terminās primū cubitū, et tamen nō mouet velocius, nisi in sesquiquinto, quoniam punctū terminans primū cubitū mouet vt. 5. et terminans secundum, mouet vt. 6. Posset tamen sustineri vtcunque definitio, loquēdo de distantia, a puncto, quod fingeretur immotū, vt si sub cōcauo cogitatione adijcias alia quattuor cubita vniformia vsque ad nō gradū. Sed figmēto nihil opus est, vbi altera sufficit definitio. ¶ Motus difformiter difformis quo ad subiectum, est motus subiecti, ita difformiter moti, vt non cuiuscunque portionis secundum talem extensionem punctum medium equaliter excedit, et exceditur. Ut si quadrupedale ita in vna hora alteret, quod prima pedalitas accipiat calorem vniformiter, vt. 1. et secūda vniformiter, vt. 2. vel vt. 3. etc.



Nam punctū medium talis pedalitatis neque excedit vnum extremum, neque exceditur ab altero. Et licet de hac specie motus alterationis nihil ad presens negotiū, subiecimus tamen hoc exemplum idcirco, quod motus localis haud quaquā esse potest difformiter difformis quo ad subiectum. Quoniam rectus quidem nequit vllo modo difformis: omnes enim partes continui equaliter mouentur: circularis vero, omnis, est vniformiter difformis. ¶ Eadē locum habet diuisio respectu temporis. Motus igitur vniformis quo ad tempus, est ille, quo idem mobile equis portionibus temporis, equas itidem pertransit longitudines spatij, vt in regulatissimo motu celorum perspectū est. Spatij videlicet, veri vel imaginarij, vt secundum philosophos mouetur primū mobile, super quod putant non extare locum. Motus vero difformis quo ad tempus est ille, quo partibus equalibus temporis inequalia pertranseuntur spatia: vel inequalibus, equalia. Et est, vti superior, vel vniformiter difformis, vel difformiter difformis. Motus vniformiter difformis quo ad tempus, est motus ita difformis, vt si diuidatur secūdum tempus (scilicet secundum prius, et posterius) cuiusque partis punctum medium illa proportione excedit remississimū extremū illius partis, qua exceditur ab intensissimo. Hec motus species proprie accidit naturaliter motis, et proiectis. Ubi enim moles ab alto cadit per mediū vniforme, velocius mouetur in fine, quam in principio. Proiectorū vero motus, remissior est in fine, quam in principio: atque adeo primus vniformiter difformiter intenditur. secundus vero vniformiter difformiter remittitur. Motus vero difformiter difformis quo ad tempus, est motus taliter difformis, vt si diuidatur secundum tempus non cuiuscunque partis mediū ea proportione excedit vnum extremum, quo exceditur ab alio: vt si ita res aliqua moueretur per horā, vt per aliquā partem vniformiter moueretur, vt. 1. et per aliam, vt 2. vel. 3. etc. Ut est experiri in motibus progressiuis animaliū. Que quidē species motus crebro accidit in alteratione corporum animaliū, et potest forsan contingere in motu augmenti, et decrementi. De quibus primo de generatione habendus est sermo, hic vero nomine.

¶ His ergo p̄missis distinctionibus, ad questionem respondetur conclusionibus duabus: vna in hoc primo articulo, de motu recto: altera in altero, de circulari. (2. Conclu.) Prima velocitas motus localis recti attenditur penes quantitatem linee descripte. Ita, quod si duo mobilia velocitate

citate

citate cõferantur, qualis fuerit proportio inter lineas eodem tempore transmissas, talis erit proportio inter velocitates. Et eadem est ratio, si motus eiusdem mobilis, quo vno tempore mouetur, cõparetur ad eum, quo mouetur in alio. Ut si. a. mobile in vna hora percurrat pedes quatuor, in quo. b. percurrat tria, mouebitur in sesquitertio velocius, & si. b. percurrat. 2. mouebitur in duplo velocius: & si tantũ vnum in triplo. ¶ Quo fit, vt ad iudicium velocitatis penes effectum nõ sit necessarius vsus proportionalitatis. Nã etsi considerent duę ꝓportiões. s. inter spatia, & inter velocitates, sunt tamen ęquales, & ideo reputantur eędẽ. Aristote. quidem in textu citato lib. 6. tex. 11. nihil meminit proportiõis: sed tantum dixit, ꝙ velocius in ęquali tempore transit maius: & in minori, ęquale: & in minori, maius. Inde tamen manifeste colligitur, talem esse proportionem velocitatũ, qualis est longitudinum pertransitarum.

¶ Igitur ad primũ principale argumentum distinguitur, ꝙ talia mobilia eodem tempore ęqualia spatia cõfecerint: nempe secũdũ se tota, verum est, vt argumẽto persuasum fit. Negatur tñ, ꝙ secundum idem punctũ respectiue in vtroꝗ designatũ, ęquales describantur lineę: & penes hoc debet attendi velocitas motus. Quare cõceditur argumẽto, ꝙ. b. velocius mouetur ꝙ̃. a. nã punctum eius medium lõgiorem lineã describit, ꝙ̃ punctum medium ipsius. a. Idem est de puncto anteriori vtriusꝗ: idemꝗ de posteriori, sed ꝓpter dignitatem iudicium sumitur penes mediũ. Sunt qui dicant, neutrum transire totam longitudinem aulę, licet secundum superficiem posteriorem tangant terminum a quo, & secundum anteriorẽ contingant terminum ad quem. Nam, vt pertrãsirẽt totam lineam deberet (aiunt) idem punctum mobilis tangere punctum termini a quo, & punctũ termini ad quem. At non est cura, cõmuni hominum sensu dissentiamus. Consentiũt enim oẽs, cũ quis calcaribus a tergo primũ tangit parietẽ, & pectore posimodũ attingit e regione oppositum, perambulasset totũ interuallũ. Quare satius est simpliciter concedere, ꝙ illa mobilia transeunt idem spatium: sed quia id non pręstãt secũdũ idem punctũ, non ęqua mouent agilitate. ¶ Ad secundum principale argumentum conceditur, illa, quorũ alterũ cadit ab alto per arcum, & alterum per chordã inęqualia spatia peragere. Refert enim nihil lineam longiorẽ, qui eodẽ tpe transitur, arcualem esse, an rectam, & ideo illa mobilia inęqualiter mouentur. Nec sequitur, Equaliter descendunt: ergo ęqualiter mouentur. Nam velocitas descensus nõ attenditur penes descriptã lineam, sicuti velocitas motus, sed penes accessum ad centrum terrę.

Argũm quo multi torquentur. ¶ Unum hic tamen superest argumẽtum, quod male sophistas contorquet. Si enim (aiunt) Petrus & Paulus super duas pares lineas incipiant moueri, quas sunt vna hora pariter emensuri: instanti autẽ terminatiuo horę, quo punctum anterius pedis debet respõdere puncto intrinseco terminatiuo lineę, Petrus desinat esse per primum nõ esse, Paulo seruato: tunc Petrus & Paulus per totã horam ęqualiter mouentur: nam vna qualibet parte horę secundum illum progressum ęquales portiones lineę demetiuntur (vt in prima medietate horę, primas medietates linearũ, & in tertia quarta, tertias quartas, & ita deinceps) & tamẽ in tota hora non peragunt idem spatium: nam primo instanti, quo Paulus est in termino, Petrus nõ est superstes: si vero tunc non est, nũquam fuit in termino, & per consequens nunꝗ̃ pertransiuit totã lineam. Neꝗ tutum perfugium est quo, quis possit argumentum declinare, negando casum. Nam cum motus [vt lib. 6. disputatum est) per primum non esse cesset, nihil vetat, quin idem instãs sit primum non esse animalis. Sed inter admittẽtes casum, mirabiles versantur responsiones. Aliqui enĩ cõcedunt ambos homines ęqualiter moueri tota hora, licet nõ ęqualia spatia pertransierit, sed satis est (aiunt) ꝙ Petrus tantundẽ trãsisset, si restaret in instanti terminatiuo motus. Est tamen hoc ridiculũ, qm̃ si Petrus aliquid nõ transisset illius lineę, id tm̃ fuisset punctũ terminatiuũ: illud autem est indiuisibile, qđ additũ lineę, nõ facit mai⁹, neꝗ est trãsibile per se: quare intelligibile nõ est, quancunꝗ partẽ lineę esse pertransitã, quin tota linea cathegorematice fuerit pertrãsita. Et cõfirmatur quia Paulus, superstes illo instante, quo primum non est Petrus, nihil transit, neꝗ mouetur: ergo Paulus non plus transit, ꝙ̃ Petrus: atꝗ adeo nihil obstat, non esse tũc Petrũ, quominus tãtundẽ transierit quantũ Paulus. [illegible] ceditur ergo ęqualiter ambos moueri per totã hora [illegible] negatur in tota hora Petrum non trãsiuisse tantam lineam: quantã Paulũ. Et negatur cõsequentia. Petrus neꝗ fuit neꝗ est in termino ad quẽ: ergo nõ peregit totam lineam. Nam satis est, ꝙ attigerit vsꝗ ad terminum ad quem per primum non esse: eo ꝙ punctum & linea non faciunt maius ꝙ̃ lineam.

¶ In articulo secũdo subditur conclusio secunda. Velocitas motus localis vniformiter difformis. i. circularis (qui sol⁹ est vniformiter difformis) attenditur penes punctum velocissime motum, puta penes punctum superficiei cõuexe. Cõclusio est Hẽtisberi, quam merito Philosophi recipiunt: & hac potissimum ratione fulcitur. Concluſ. 2. Linea descripta a peripheria circuli describitur a toto circulari corpore, ergo tãtũ mouetur corpus quanta est illa linea. Consequentia nota est, qm̃ in aliis dimensionibus tam longa est res, ꝙ̃ longissima eius pars, & in motu recto tantũ res mouetur quantũ attingit pars longissima versus terminũ ad quem, ergo penes illam lineam debet attẽdi velocitas motus. Secundo ad idem arguitur: si non attenderetur penes illud punctum, deberet existimari, vt alii volunt, penes punctum medium semidiametri a centro nõ moto vsꝗ ad circũferentiam vt si punctũ circũferẽtię moueretur vt. 8. tota rota moueretur vt. 4. vti medium punctum. Hoc tamen primũ omnium verũ esse nequit in sphęris cõcauis, quales sunt celestes, qm̃ (vt supra dictũ est) vniformitas non extenditur vsꝗ ad non gradum. Sed si detur (. v. g.) rota intus caua, q̃ habeat grossitiem quadricubitam, cuius superficies concaua moueatur vt. 4. & conuexa vt. 8. necesse esset tunc dicere, ꝙ rota mouetur vt. 6. velut punctum medium. Nam dicere ꝙ rota mouetur vt. 4. ac si esset solida vsque ad centrum, ridiculum esset. Primum, quia cum nullus sit verus gradus citra. 4. nullatenus. 4. est medium veri motus. Et pręterea, quoniam si adhuc cõcauitas fieret maior, vt nõ superesset nisi grossities bicubita extera, quę est a. 6. vsque ad. 8. eadem ratione dicendum esset tunc moueri, vt. 4. Quod tamen punctum non est in rota. Quod si dicatur in sphęris, quę non sunt perfectę solidę, pensandam esse velocitatem penes punctum medium inter superficies concauam & conuexam, reciditur in aliam peiorem absurdita

surditatem, nempe ꝙ ex duabus rotis eiusdē ambitus ⁊ magnitudinis circunferentię quę quidem vtriusq; circunferentię ęqualiter mouerentur, illa quę versus cētrum grossior esset, tardius moueretur. Etenim quę (.v.g.) duos tantum haberet palmos latitudinis a.6. vsq; ad.8. moueret vt.7. quę tamen haberet.4.s.a.4. vsq; ad.8. moueretur duntaxat vt.6. Adde, ꝙ si illa quę moueretur vt. 6. cōtinuo dum circulariter mouetur, simul rarefieret versus centrum, continuo tardius moueretur circulariter. Nam cum latitudo cresceret versus non gradum, pūctū medium etiam fieret propinquius nō gradui. Et si alia grossior simul cōdensaret partes internas versus circūferētiam, intenderet velocitatem. Nam pūctum medium fieret distātius a non gradu. Cōsequens autem hoc absurdum est, supponimus enim circunferentias ęquales esse, ⁊ ęquali velocitate circūferri. At primū certe argumentum satis est, quo cōclusio persuadeatur: quare nihil opus plures huc ineptias congeri. Ex hac conclusione sequitur primo, ꝙ vbi sphera, quę mouetur, fuerit perfecta versus omne pūctum, ad modū globi, quales sunt orbes celestes, velocitas non est attendenda penes quodcūq; pūctū superficiei conuexę, sed penes mediū ęquidistās a polis, vt velocitas primi mobilis, penes lineā equinoctialē, quę cōsideratur in superficie cōuexa. Nam illa est maxima linea quę describit motu illius orbis. Sequitur secundo, ꝙ [vt de descensu dictum est] nō penes idē attenditur velocitas circulationis, ⁊ velocitas motus, quę fit per circulū. Velocitas enim circulationis attenditur penes magnitudinem angulorum, qui describitur circa centrum: id quod quęstione precedenti oculari figura monstratum est. Quare omnia puncta rotę tonsoris, q̄ considerentur in linea semidiametri a centro ad circunferentiā, ęqualiter circūeunt, nā eodem tpe cōplent omnia suos circulos: licet non faciant ęquales circulos, ⁊ ideo inęqualiter moueantur: quia inęquales lineas describant, idem vsu venit celestibus orbibus: omnes enim planetę ęqualiter circūeunt, preter paruum illud spatiū, quo vnusquisq; ꝓprio motu retrouertitur. Nam eodem die oēs cōplent suos circulos ad motū primi mobilis: tametsi longe inęquales, ⁊ ideo quanto orbis est inferior, tanto motu diurno morosius fertur. Eadem ratiōe in eadem sphera omnia puncta circūeunt ęqualiter, licet quanto sunt propinquiora polo, tanto minori velocitate mouentur.

Corollariū notādum.

Velocitas circulationis.

¶ Ad tertiū igitur principale argumentum negatur eandem esse rationē motus localis vniformiter difformis, quo ad subm̄, quę est qualitatis. Cū em̄ qualitates cōtrarię simul insint in eodem subiecto, necesse est, vt vbi est remissior calor, ibi sit frigiditas intēsior. Et ideo si pedale subm̄ a non gradu vsq; ad.8. calidum, diceretur totum calidum, vt.8. eadem ratiōe esset frigidum vt.8. si quidem vice versa esset etiā frigidum a non gradu vsq; ad.8. vnde fieret, vt idem simul subiectum cōtrarijs in summo qualitatibus denominaretur. Quocirca penes punctum medium debet illud accidens ęstimari, taliter vt dicatur calidum vt.4. ⁊ vt.4. frigidum: vti primo de generatiōe dicturi sumus. At vero motus locales contrarij nō sunt in eodem subiecto: ⁊ ideo sicut tantum est corpus, quātus est locus, ita tanta est eius velocitas, quāta maximā in tanto tēpore describit lineā. Eodem modo censenda est velocitas motus illius, qđ moueretur super aliquem circulum. At si aliquis homo graderetur super arcum, aut super maximū globum, velocitas illius motus non deberet censeri penes lineam, quam describit pedibus: sed penes illam quam describit capite: vt quę longissime distat a centro. Motum autem super terrā, quanuis physice sit spherica, nō iudicamus, nisi tāquā motum rectum: quoniā globositas non est perceptibilis, nisi in distantia maxima. Eodem modo si baculum manu in orbem circunduxeris, velocitas illius motus attenditur penes lineam descriptam ab extremo baculi plurimū a manu distante. Pergunt hic ridicule ineptire, qui argumentantur de rota infinita, aut de linea infinita versus orietem, hic terminata, quę versus extremū infinitum moueretur in circulum. Tunc enim non posset iudicari velocitas motus penes pūctum velocissime motum. Quoniam nullum est illic pūctum terminās rotā: aut lineā, quod sit citissime motū. Isti, inquā non vident demōstrationem Arist. lib.3. tex.48. ⁊ infra, quam explicuimus. q.3. videlicet infinitum, versus tale extremū, esse immobile. Et sunt itidem nugę, quę de linea gyratiua cōfingūt in columna, cuius prima pars proportionalis, gyrans primam medietatem, moueatur vt.1. ⁊ secunda gyrans tertiam quartam moueatur vt duo, ⁊ ita crescēdo, nō dabitur punctum velocissime motum. Eodem eiꝰ lib. q.4. aduersus istos commonstrauimus nullatenus talem lineam esse separabilem per vllam potentiam, sicut non est possibile, continuum diuidi in omnem suā partem. Breuiter, illic ostēdimus, nō esse possibilem motum infinitum. Sed alia via posset aliquando apparentius fieri argumentum. Etenim si tempore circulatiōis rotę cereę simul eadem rarefieret, tunc non fieret perfecta circulatio: quoniam nullum punctū circūferentię rediret ad idem punctū loci: vnde fuerat digressum: sed ad aliud superius. s. distātius a cētro: ⁊ per cōsequēs nullū punctum faceret perfectū circulū sed ad modū conuoluti colubri. Quare nō videtur, ꝙ velocitas illic attenderetur, sicut in motu circulari. Respōdetur, tamē nihil referre, sed attendēdā esse velocitatem penes lineā quācūq; punctū illud a centro remotissimū descripserit. Et ideo si ęqualibus partibus tēporis rarefactiōis integros circulos rota perageret, tunc semper velocius, ⁊ velocius moueretur, quoniā maiores ⁊ maiores fierēt circuli. Quocirca motus ille vtroq; modo esset informiter difformis. s. ⁊ quo ad tēpus, ⁊ quo ad subm̄. Et si pari modo cōdensaretur, remitteret pariter velocitas.

Infinitum non est mobile.

¶ Motus vniformiter difformis quo ad tēpus eodem ferme modo regulatur, quo motus vniformis: nēpe si duo mobilia ęquales lineas emetiātur in eodem tempore, quanuis vnum vniformiter moueatur, ⁊ aliud quomodocūq; difformiter. s. qđ in prima quarta horę describat pedale, ⁊ in secūda duo pedalia, ⁊c. dummodo in tota hora, tot iuste pedalitates conficiat, quot aliud mobile quod per totam vniformiter mouetur, ęqualiter mouebūtur. Sed vnum est hic dubium. Vtrum velocitas mobilis vniformiter difformiter moti sit denominanda a gradu velocissimo, vt si graue decidat in vna hora velocitate a non gradu vsq; ad.8. dicēdus sit moueri vt. 8. Et videtur pars affirmatiua vera, sane quia legē videt sequi motus vniformiter difformis quo ad subm̄. Respondetur nihilominus, velocitatē motus vniformiter difformis quo ad tēpus ęstimari penes gradum medium, ⁊ ab eo denominari: neq; esse parē rōnem illi: q est vniformiter difformis quo ad subm̄. Nā ratio illic erat, ꝙ lineā, quā describit punctum velocissime motum, totum mobile

De motu vnifor. dif. quoad tempus.

bile ipsum describit: & ideo tam velociter mouetur totum, quam punctum illud. Attamen id, quo vniformiter difformiter mouetur quo ad tẽpus, non tantum spatium pertransit, quãtum pertransiret, si tanto tẽpore vniformiter moueretur ea velocitate, in qua est gradus summus: vt per se est manifestum: & ideo coniicimus respondere gradui medio. Exempli gratia si. a. mobile vna hora moueatur in tendendo semper motũ a non gradu vsque ad. 8. tantũdem spatij transmittet, quantum. b. quod per simile spatium eodem tempore vniformiter moueretur, vt. 4. Hinc fit, quod vbi motus mobiliũ fuerit difformis, reducendi sunt ad vniformitates [. v. g.) si. a. mobile in vna hora moueatur per aliquod spatium taliter, vt in prima quarta hore moueatur a nõ gradu vsque ad. 4. & in reliquis tribus quartis a. 4. vsque ad. 8. b. vero in primis tribus quartis hore moueatur a non gradu vsque ad. 4. & in vltima quarta a. 4. vsque ad. 8. Tunc ambo mouentur in tota hora a non gradu vsque ad. 8. & tamen longe mouentur inequaliter. Velocius enim mouetur. a. maiusque pertransibit spatium, quàm. b. A. enim mouetur in prima. 4. velocitate vt. 2. qui est gradus medius inter. 4. & non gradũ: & in tribus quartis velocitate, vt. b. qui est medius inter. 4. &. 8. Quocirca si in prima pedalitate [verbi gratia) transit duas pedalitates, in tribus sequentibus trãsibit. 18. multiplicatis sex gradibus velocitatis per tres quartas temporis. Quare in tota hora transibit. 20. pedalitates. b. vero in primis tribus quartis mouetur velocitate vt. 2. quod est gradus medius inter. 4. & non gradum, & ideo in quacunque. 4. transibit duas pedalitates. In postrema vero. 4. mouebitur velocitate vt. b. qui est gradus medius inter. 4. &. 8. & idcirco transibit in illa sex pedalitates: atque adeo in tota hora transibit 12. Mouebitur ergo. a. velocius quàm. b. in proportione superquadripartiente sextas: qualis est proportio 20. ad. 12. At subpudet hec prolatare.

De motu velocissimo & tardissimo.

¶Dubium hic tamẽ submoueri solitum, restat. Utrum sit dabilis motus velocissimus: motus ve tardissimus. Et quidem de velocissimo facile respondetur duabus conclusionibus. ¶Prima est. Motus primi mobilis est velocissimus, qui potest esse per naturam. Siquidem [vt lib. 4. dictum est] omnium est mensura corporalium motuum. De spiritualibus enim [vt de actu cogitandi, & angelorum motionibus, qui non dependent a loco & tempore deque motibus corporum glorificatorum, quia dote agilitatis eis competunt] nullus est hic nobis sermo. Secunda, si diuinam potentiam spectes, nullus est motus adeo citus, neque esse potest, quo non possit esse agilior. Hec in propatulo est ijs, qui norunt, non esse possibilem motum velocitatis infinite, vt in. 5. & 4. lib. dictum est. Illo nanque, si modo possibilis esset, neutiquam esse posset pernicior. At citra illum, quocunque dato, cum virtus Dei sit infinita, potest eadem virtute citius quippiam moueri. Nam quocũque tempore dato, quo res aliqua a certo in certum punctum moueatur, poterit in parte illius temporis (quod absque fine est diuisibile) per idem spatium moueri. Quin, quacunque magnitudine data celestis orbis, poterit Deus maiorem orbem desuper creare, qui die naturali peragat circulum diurnum. Qua ratione augeri infinitũ syncategorematice potest velocitas motus. Res est dilucida, veruntamen de motu tardissimo sunt quidã ita sentientes, vt credant, reuera esse in orbe celesti. Aiunt enim aliquam partem (verbi gratia] primi mobilis aliqua tarditate moueri: quod nemini dubium est, postquam nulla est, que infinita velocitate moueatur. Et que in duplo propinquior est polo, in duplo mouetur tardius: id quod pariter concedimus, supposito, polum esse pũctum immotum: quoniam in motu vniformiter difformi incipienti a non gradu, qua proportione pũctum quodque propius accedit non gradui quàm alterum, tardius mouetur. At vero cum sic colligunt, hoc punctum tarde mouetur, & quod in duplo est propinquius polo, mouetur duplo tardius, & quod in quadruplo est propinquius, in quadruplo mouetur tardius: & sic in infinitum: ergo datur punctũ tardissime motum, non solum nulla est consequentia, verum contraria prorsus infertur inde conclusio. Eo enim, quod in infinitum procedit illa diuisio, aliquod punctũ mouetur tarde, & aliud in duplo tardius, & aliud in quadruplo, &c. sequitur quod nullũ dabitur tardissime motum: sicut non dabitur vltima pars proportionalis mobilis versus polum. Stat ergo sentẽtia, quod de potentia absoluta, vt non datur summa velocitas motus, ita neque summa tarditas. Quin vero hoc amplius dicimus de tarditate, quod cum actu nunc detur punctum velocissime motum per naturam [puta in equinoctiali] nullum tamen est actu tardissime motum versus polum. Sed satis ac super de velocitate motus quo ad effectum.

Alber. Saxo. lib. 6. q. 7.

Textus. xxxv. Quoniam autem mouens. &c.

## ¶Quæstio quarta.

VTRVM VELOCITAS motus attendatur ex parte causæ penes proportionem proportionum, quæ sunt velocitatum ad suas ipsarum resistentias.

AD partem negatiuã arguitur, Deus mouet celerius rem vnã, quàm aliam in duplo, aut quauis alia proportione, & tamen varietas illa accidere nequit ex diuersis proportionibus diuine virtutis ad diuersas resistẽtias vt pote, quã absque vlla proportione infinitũ excedit vniuersas, ergo. Quod si rñderis Deũ coagere agẽtibus particularibus iuxta eorũ virtutẽ, ob idque penes eorũ facultatẽ considerandã esse velocitatem, restat dubitatio, quod Deus se solo peculiariter potest eodem modo mouere diuersa mobilia, inter cuius virtutẽ & res illas nulla est proportio. Itẽ intelligẽtia superioris orbis velocius mouet, quàm intelligẽtia inferioris cuius tñ in causa nõ est proportio diuersa sup suas ipsarũ resistẽtias: tũ qa celi nõ resistũt: tũ qa nulla intelligẽtia mouere aliũ põt celerius aut remissius, quàm modo mouet: & ideo nõ põt habere diuersas proportiones ad diuersos orbes. Neque vbi mobilia diuersorũ põderũ mouerent per vacuũ, posset attẽdi velocitas penes proportionẽ proportionũ sup resistẽtias: cũ nulla illic esset resistẽtia. ¶Scdo argr de magnete, quod eadẽ velocitate attrahit ad se ferrũ paruũ & magnũ, dũmõ sit ad vtrũque mouẽdũ efficax: & tñ nõ habet eadẽ proportionẽ sup vtrũque: cũ virtus eadẽ sit, resistẽtie vero, impares. Et tertio argr. Et si Petrus iaciat lapidẽ a proportione dupla inter vim suã motricẽ, & lapidis resistãtia, tñ lanã duplo leuiorẽ, super quã habet duplo maiorẽ proportionẽ, nõ mouebit duplo maiori velocitate, vt experimẽto cõstat. Et cõfirmatur argñ. Si regula esset vera, sequeretur, quod si Petrus

trus aliquem lapidem iactaret per certum spatium, medietatem lapidis, ad quem haberet duplo maiorem proportionem, eodem tempore iactaret per duplum spatium, & quartam partem, per quadruplū: & sic in infinitum: consequēs tamen est contra experientiam, quia non semper minor lapis iactatur ad maius spatium. In contrarium videntur agere septem regule Aristo. quas postremo capite huius libri statuendas curauit.

Quatuor i motu cōsideranda. ¶ Prenotare in primis in quæstionis aditu opus est quatuor esse [vt ait Aristot.] consideranda in motu, scilicet id, quod mouetur, & virtutem, a qua, & tēpus in quo, & spatiū, per quod

Regula. mouetur. Porro autē virtus, idem est, quę virtus effectrix motus: sed id, quod mouetur est resistētia, que a virtute motrice superāda est. Est enim regula hic supponenda, ꝙ a proportione equalitatis aut minoris inequalitatis nulla fit actio, vt lib. 2. dicere ceperamus: nempe vbi resistentia sit equa, aut maior quam virtus agentis: sed solum vbi proportio est maioris inequalitatis agētis ad passum. At ꝙ tam virtus actiua, quam quę resistit, esse potest, aut interne inherens mobili, aut extrinsecus adiacens vt dum graue cadit, grauitas ipsa est interna virtus. Et si quis illud expellat, est extrinseca. Item medium ipsum, per quod cadit, seu aqua sit, seu aer extrinseca est resistentia. In motibus itidem alterationis, & augmentationis exempla etiam sunt, sed que non sunt presentis negotij. Preterea virtus actiua, esse poterit aut spiritualis, aut corporea: naturalis, aut libera: fatigabilis, & corruptibilis (vt in elementis & elementatis) atque infatigabilis & incorruptibilis, vt in corporibus celestibus. Titulus ergo questionis promiscue comprehendit omnes species, tam virtutis, ꝙ̃ resistentie.

Quatuor modi ō motus velocitate. ¶ Atqui varietas dignoscēdi eiusmodi velocitatem motuum, quatuor potest modis estimari. Primo penes proportionem potentiarum motiuarum. Secundo penes proportionem inter resistentias. Tertio penes proportionem inter excessus potentiarum super suas resistentias. Quarto penes proportionem proportionum agentium super suas ipsarum resistentias. Exempli gratia, vt si sint. a. mouens vt. 8. & .b. mouens vt. 4. mouentia pares resistentias: vt. 1. vtrum. a. moueat iuxta primam regulam in duplo velocius quam. b. propterea ꝙ actiuitas, vt. 8. est duplo maior quam. 4. An iuxta tertiam in proportione dupla sesquitertia: propterea quod excessus. 8. ad. 1. est. 7. & 4. ad. 1. est. 3. & inter 7. & 3. est dupla sesquitertia: an vero secundū quartam velocius moueat solum in sesquialtero: ex eo quod proportio octupla, quę est inter. 8. & 1. est sesquialtera ad quadruplam, quę est. 4. ad. 1. vt in proportionibus expositum est. Simili modo si agens a. virtutis vt. 4. moueat resistentiam vt. 2. & .b. eiusdem virtutis vt. 4. moueat resistentiam vt. 3. vtrū. a. iuxta secundam regulam moueat in sesquialtero velocius quam. b. ideo ꝙ resistentia vt. 2. est in sesquialtero minor, quam resistentia vt. 3. an secundum tertiam in duplo velocius, propterea ꝙ excessus. 4. ad. 3. est duplus ad excessum. 4. ad. 3. an vero iuxta quartam plusquam in duplo velocius, idcirco ꝙ proportio dupla. 4. ad. 2. est maior quam dupla ad proportionem sesquitertiam, quę est. 4. ad. 3. Porro autem in prima & in secunda regula, perquam tenuis est probabilitas: sed inter tertiam & quartam relinquitur disceptatio, & tandem quinta est ex mente Aristotelis omnino amplectenda.

¶ Respondetur ergo ad quæstionem quatuor conclusionibus. Prima est aduersus primam regulam. Velocitas motus non est attendēda penes proportionem virtutis vnius agentis ad virtutem alterius. Conclusio in primis patet: quia vbi resistentie essent inequales, nulla esset apparentia, solam esse expectandam proportionem inter virtutes motrices. Quis enim diceret, ꝙ si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt. 1. & virtus vt. 4. resistentiam vt. 2. non moueat virtus vt. 6. nisi in sesquialtero velocius [que est proportio, quam habet ad. 4.] cum ad suam resistentiam habeat sextuplam. 4. vero ad suam, non nisi duplā Sed tamen, & vbi resistentia sit eadem, conclusio nihilominus est notissima: alias si virtus vt. 4. moueret resistentiam vt. 3. aliqua velocitate, virtus vt. 2. subdupla ad. 4. moueret eandem resistentiam subdupla velocitate: quod est impossibile, cum a proportione minoris inequalitatis nulla sit actio. Qua de causa ait Aristote. text. 37. ꝙ non quotiescunque aliqua virtus mouet aliquam resistentiam in aliquo tempore, subdupla mouebit eandem in duplo tempore. Miror tamen quosdam schole nostre, qui aiunt regulam primam, contrariam huius conclusionis, veram esse in vniuersum, posita constantia potentie motiue. Quod est dicere, fixa eadem resistentia, quę sit minor vtraque potentia. Existimant enim idem esse tunc metiri velocitates, aut penes primam regulam, aut certe penes quartam id quod est manifeste falsum. Nam si virtus vt. 8. moueat resistentiam vt. 1. & virtus vt. 4. moueat eandem resistentiam, velocitas motus prioris ad eam, quę est posterioris, secundum primam regulam, habebit proportionem duplam, qualis est. 8. ad. 4. & secundum quartam, habebit tantum sesquialteram: qualis est octuple proportionis ad quadruplam, continet enim octupla quadruplam, & item duplam, quę est medietas quadruple.

Conclu. 1. — Quosdā erro.

¶ Secunda conclusio contra secundam regulam. Neque velocitas motus attendenda est penes proportionem resistentiarum, quę quidem conclusio eisdem penitus rationibus constat, quibus secunda. Vbi nanque diuerse sunt virtutes actiue, palam peccat secunda regula. Nulla enim est apparentia, ꝙ vbi resistentia vt. 2. mouetur a potentia vt. 6. & resistentia vt. 3. a potentia vt. 4. non moueatur prima resistentia velocius quam secunda, nisi in sesquialtero, qualis est proportio inter resistentias, sane cum prima moueatur a proportione tripla, & secunda, non, nisi a sesquitertia. Neque vbi virtus est eadem, habet verum, alias si resistentia, vt. 2. moueretur a virtute vt. 4. aliqua proportione sequeretur quod resistētia vt. 4. quę est dupla, moueretur ab eadem virtute subdupla velocitate. Quod est falsum: eo ꝙ a proportione equalitatis non sequitur actio. Neque si virtus vtranque vinceret resistentiam, certa esset regula. Nam si resistentia vt 1. moueretur a virtute vt. 8. & resistentia vt. 4. ab eadem ipsa, tunc per secundam regulam velocitas prioris motus deberet excellere velocitatem posterioris quadrupla proportione, quę est inter resistentias: & tamen secundum quartam, quę est omnium norma non excellit nisi proportione tripla, qualis est octuple proportionis [quam virtus habet super priorem resistentiam] ad proportionem duplam: quam habet ad posteriorem. Componitur enim octupla proportio ex tribus duplis. ¶ Tertia conclusio aduersus tertiam regulam, in qua plusculū est difficultatis. Velocitas motus ex parte cause non attendi-

Conclu. 2. — Conclu. 3.

attēditur penes proportionem arithmeticam: que est inter excessus virtutem super suas singularum resistentias. Conclusio hec demōstrationem sortitur ex quarta regula Philosophi tex.36. Enimuero si regula tertia huic conclusioni contraria, veridica esset, consequens fieret, vt si a. virtus vt.8. moueret resistentiā vt.4. & b. virtus vt.2. moueret resistētiā, vt.1. velocitas primi motus esset velocitate secūdi quadruplo maior, qualis est proportio excessus prime potentie super suam resistentiam ad excessum secunde super suam, scilicet. 4. ad. 1. cuius tamen contrarium astruit dicta regula Aristotelis quarta que talis est. Si aliqua virtus moueat aliquam resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, subdupla virtus mouebit subduplam resistentiam eodem tempore per idem spatium: & ita deinceps diuidendo virtutem & resistentiam. Quo fit, vt virtus vt.2. eadem velocitate moueat resistentiam vt.1. qua virtus vt.8. resistentiam vt.4. Et huius causa, illud est, q̄ vtraq; virtus mouet suam resistentiam a proportione dupla.

Conclu. 4. ¶ Hinc manifeste colligitur quarta Conclusio, qua stabilitur quinta regula. Velocitas motus penes causam attenditur penes proportionem proportionum agentium super suas ipsorū resistentias. Que quidem proportio [vt tract. de proportionibus prefati sumus] dicitur proportionalitas geometrica. Conclusio est, quam Paulus Venet. Hentisber, & ferme enarratores Aristotelis consentienter affirmāt. Nam & si nusquā fuerit ab Aristotele sub his terminis constituta, colligi eam tamen existimant ex suis regulis septem. Primum ex quarta manifeste [vt modo dicebamus] eo enim, q̄ qualis est proportio virtutis cuiuspiam ad eam quā superat resistentiam, talis est medietas virtutis ad medietatem resistentie, docet, eadem velocitate mouere sub duplam virtutem, subduplam resistentiam, qua tota mouebat totam. Nanque ait eodem tempore per idem spatium eādem mouere. Sequitur item eadem quarta conclusio dilucide ex septima regula. Nempe, q̄ si due virtutes seorsum moueant aliquo vno tempore duas resistentias, virtus composita ex ambabus virtutibus mouebit resistentiam compositam ex ambabus resistentijs eodem tempore per idem spatium: q̄d est dicere eadem velocitate. Cuius profecto ratio est, quam asserit quarta conclusio. Nempe, q̄ talis est proportio ambarum simul virtutum ad ambas simul resistentias, qualis est alterutrius ad suā. Loquit̄ eñ de virtutib⁹ habētibus easdē proportiones ad suas resistentias: siquidem ait mouere easdem eodem tempore. Etenim si virtus vt.6. moueat resistentiam vt.4. & virtus vt.3. resistentiam vt.2. tunc virtus vt.9. que constat ex.6. &. 3. mouebit resistentiam vt. 6. que constat ex.4. & .2. eadem velocitate. Quoniam omnes sunt proportiones sesquialtere. Et idem comperies im omni genere proportionis.

Examinatio regularū Aristo. ¶ At vero contra istam conclusionem, & pro examine regularum Aristote. arguitur primo authoritate eiusdem Arist. primo de celo cap. de infinito. existimantis velocitatem motuum attendi penes excellentiā mouentis ad mobile. Et idem videtur sentire Com. lib.4. tex.70. & lib. hoc.7. tex.35. His tñ locis facile respōsum dedim⁹, Arist. solū affirmare, q̄ quanto excellentia erit maior, tanto motus erit celerior, nihil tamen loquitur de proportionibus, q̄ qualis fuerit proportio excessus ad excessum talis sit velocitas ad velocitatem. Et Commen. text. hic.36. videtur se ipse exponere, vt bene agnouit Paulus, scilicet, q̄ per excessum intelligebat proportionem. Et sic comparando inter se duo agentia, comparat proportionem vnius excessus super suam resistentiam proportioni alterius supra suam. Sed aliter vrgentius sic arguitur. Et si quarta nostra conclusio optime consonet quarte regule Aristotelis: reliquis vero non similiter. Est nanque prima regula, q̄ si aliqua virtus moueat resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadē virtus eodē tēpore mouebit subduplā resistentiam per duplum spatium, id est, dupla velocitate. Et quidem particulariter, vbi virtus mouet resistentiam dupla proportione, consentit quarta conclusio. Etenim si virtus vt.8. moueat resistentiam vt.4. aliquo tempore per aliquod spatium, eadem virtus mouebit resistentiam vt.2. in duplo velocius, quia quadrupla proportio quam. 8. habet ad 2. est dupla ad duplam, quam habebat ad.4. Et per hoc item refutatur tertio iam impugnata regula de excessibus. Qui si essent hic aspiciendi, solum excederet velocitas in sesquialtero: qualis est proportio excessus, quo. 8. excedit. 2. ad excessum quo excedit. 4. At vero non subinde sequitur [salua quarta conclusione] q̄ eadem virtus eodem tempore moueat subquadruplam resistentiam per quadruplum spatium, id est, quadrupla velocitate, sed solum mouebit in triplo velocius: qualis est proportio octuple, scilicet. 8. ad. 1. ad duplam, puta. 8. ad. 4. Qua ratione colligi videtur, q̄ vel quinta nostra conclusio est falsa, vel prima regula Aristotelis. Respondebitur forsan, q̄ regula Aristotelis solum loquitur de medietate resistentie, non tamen subinde procedit ad minores partes. Sed & contra hoc etiam nunc pugnat aperte replica. Si virtus motiua, vt.6. moueat in aliquo tempore resistentiam vt.4. eadem virtus non mouebit medietatem [iuxta quartam conclusionem] eodem tempore per duplum precise spatium, quia non mouebit solum duplo maiori velocitate: ergo. Quarta conclusio repugnat Aristotel. Probatur antecedens. 6. ad. 2. est proportio tripla, ad quatuor vero est sesquialtera, tripla autem ad sesquialteram est maior quam dupla. Constat enim ex duabus sesquialteris, & vna sesquitertia, vt tripla que est. 12. ad. 4. constat ex sesquitertia, que est. 12. ad 9. & sesquialtera que est. 9. ad. 6. & sesquialtera que est. 6. ad. 4. ergo virtus vt. 6. plusquam duplo velocius mouebit resistentiam vt. 2. quam resistentiam vt. 4. Quin i no est regula generalis, q̄ quandocunque virtus excellit resistentiam minori proportione quam dupla, eadem virtus habebit ad medietatem resistentie maiorem proportionem quam duplam: & per consequens mouebit eam plusquam duplo velocius. Et econuerso quandocunque virtus exuperat resistentiam maiori proportione quam dupla excedit medietatem resistentie minori quā dupla, vt si virtus vt. 6. moueat resistentiam vt. 2. aliqua velocitate, non mouebit resistentiam vt. 1. duplo maiori, sed citra. Quoniam. 6. ad. 1. habet proportionem sextuplam, ad. 2. vero triplam, & sextupla ad triplam est minus quam dupla. Constat enim ex dupla & tripla: quare dupla non est eius meditas. Eodem omnino modo patescit, eādem conclusionem quartam non in vniuersum consentire cum. 2. regula Aristotelis, que venit in idem cum prima, videlicet, si aliqua virtus mouet resistentiam in aliquo tempore per aliquod spatium, eadem virtus mouebit subduplam resistentiam per idem spatium subduplo tempore: quod pariter est dicere, dupla velocitate. Quare si quartam conclusionem sustineas, nequibis verificare regulam

gulam, nisi vbi virtutis ad resistentiã fuerit iuste proportio dupla. Tertia vero, & quinta, & sexta regule Aristo. nihil habent hic peculiaris difficultatis.

Argumentorum solutio. ¶ Ad hec igitur argumenta ferme calculatores nihil aliud respondẽt, quàm q prima & secunda regula duntaxat habet verum, vbi virtutis ad resistentiam est proportio dupla, neq maior, neq minor. Nã tũc ad medietatem erit quadrupla, que est dupla ad duplam. Et certe ita necessarium est dicere. Nam in aliis proportionibus, neq si velocitas attẽdatur penes proportionem proportionũ, vt dicit quarta cõclusio & multo minus si attendatur penes proportionem inter excessus, possunt defensari eiusmodi regule. Attamen ne Aristo. videatur tam mancus, qui in solo casu particulari cõstituerit regulas. Et preterea vt quarta nostra conclusio sit vniuersalis, interpretande sunt dicte regule, q nomine medietatis resistentie intelligit illam generaliter, ad quã virtus habet duplam proportionem, ad proportionem, quam habet ad totam resistentiam: vt si virtus vt.6. moueat resistentiam vt.4. aliqua velocitate, eadẽ virtus mouebit subduplam resistentiam, id est illam super quam habebit proportionem duplam ad sesquialteram dupla velocitate: & per consequens eodem tempore per duplum spatium, aut per idem spatium, sub duplo tempore. Proportio autem dupla ad sesquialteram est maior, quàm dupla, puta dupla sesquiquarta, qualis est.9.ad.4. Et pari ratione eadem virtus mouebit tertiam partem resistentie (id est, illam, super quam virtus habet super totam resistentiam) velocitate triplo maiorẽ. Huiusmodi arte patere cuicunq potest via dignoscendi velocitates motus.

Ad primũ. ¶ Ad primũ igitur principale argumentum scite responsum est, q loquimur de agentibus particularibus, cum quibus Deus generaliter concurrit suo ipsorum modo. Quod si se solo moueret duo mobilia, tunc certe id non faceret secundum totam virtutem infinitam: alias moueret infinita velocitate. Qua ratione (vt lib. proximo dicturi sumus) nihil Deus agere potest secundum totam suam virtutem, sicuti agentia naturalia: alias produceret infinita, & infinities infinita, sed agit per intellectum ad volũtatem, iudicio suo & arbitrio. Et ideo velocitas motus tunc attenderetur secundum hanc vel illam applicationem virtutis eius. Eodem modo dicendum de duobus hominibus, quorum robustior lentius ac pro libito segnius mouet, non enim est tunc attendenda velocitas motus penes proportionem vnitatum simpliciter super resistentias, sed penes proportionem virtutum, quas pro sua quisq voluntate applicat. Ad id autẽ, quod de intelligentiis obiectum, est respondetur, illic etiam habere verũ q qualis est proportio virtutis superioris intelligentie ad virtutẽ inferioris, talis est proportio velocitatis motus sui orbis ad velocitatem inferioris. Non tamen proprie dicitur proportio virtutis super resistentias, quoniam celi non proprie resistũt motui, sed quantum quisquam suapte natura est mobilis, tante virtutis applicata est intelligentia. Quare non diceretur inepte q maior moles maior est quodammodo resistentia. At vero regula Aristotelis de proportionata diuisione virtutis motiue & resistentie locũ non habent (vt ait tex.35.) in intelligentiis & celestibus orbibus. Quoniam virtutes ille sunt spirituales, atq adeo indiuisibiles, sed dicitur vna maior quàm alia: sicuti angelus superioris speciei est perfectior angelo inferiori. Quapropter intelligentia verbi gratia, que mouet primum mobile, non potest orbẽ alium celerius motiusue ciere: tametsi possit vnus Angelus mouere lapidem pro suo arbitrio citius, ac lentius. Sed hoc non est presentis negotii.

De motu grauium. In motu vero grauium aut leuium per vacuum vbi nulla est resistentia, supposita veritate illa, quam lib.4. credimus demonstrasse: nempe q tunc etiam mouebuntur in tempore propter finitam virtutem: arbitror locum habere primam illam nostram conclusionen supra impugnatam. Nempe q attendenda sit tunc velocitas penes proportionem virtutis motiue ad aliam virtutem motiuam, eo q illic nulla sit resistentia.

¶ Ad secundũ principale argumentum de magnete, premisso eo, quod diximus lib. secundo & in hoc quest.1. videlicet, q magnes attrahit ferrum per virtutem, quam illi imprimit, respondendum est, q illic habet quoq verum quarta conclusio de proportione proportionum. Nam & si ferrum per illã qualitatem admoueatur magneti, motui tamen resistit, tum medium, tum etiam [nisi sit simplex descẽsus] grauitas ipsa ferri. Cuius signũ est, q si ferrũ sit aut nimis magnum, aut valde distans a magnete, non submouebitur. Quare vnus magnes tanto velocius mouebit quàm alius: quanta fuerit proportio proportionum virtutum ad resistentias. — Ad.2. prĩc

¶ Ad tertium deniq & postremum argũ respondetur, q non semper vbi Petrus iactauerit lapidem per aliquod spatiũ, medietatem iactabit duplo maiori velocitate: neq per duplũ spatium. Primum quoniam leuiori iaculo plus mediũ resistit: & ideo tardius mouetur lana quàm lapis. Deinde, q distãtia, ad quam homo potest iaculari, est finita & limitata: & ideo vltra illam nihil poterit iactare. Fateor hec non esse adeo digna philosophorum nomine. Sed postquam Aristote. hanc tetigit chordam boni consulat lector, si huiusmodi nugis tantillum negotii & temporis concesserimus. — Ad.3. prin.

## Finis septimi Physicorum.

# Reuerendi patris, fratris Dominici Soto Segouiensis, Theologi, ordinis Prædicatorum, super octauum Physicorum Aristotelis. Quæstiones.

QVāquā Philosophi cō textus satis sit fuse per commēta. explicatus, nihilosecius operepretium est nōnullas de more questiones adhibere, per quas rei veritas patentior fiat: atq; eas primū, q̄ de creatione mūdi inter philosophos theologosq; disputantur, in quibus Aristoteles bis per omnia distat a catholica professione. Sit ergo prima questio, tum circa prima duo capitula, vbi constituit semper fuisse motū, semperq; futurum, tum & circa septimum, octauum, & nonū: in quibus iudicio suo demōnstrat, circularē motū esse perpetuum.

## ¶ Quæstio prima.

VTRVM MVNDVM fuisse in temporis initio creatum, sit articulus fidei.

EXistit enim protinus argumentum a parte negatiua ex ipsa conditione fidei. Catholica enī fides naturā non auersatur, sed perficit, quia vtraq; est opus Dei: igitur quod nature luce impossibile demonstratur, id fides nō affirmat: demōstrare hic vero videtur Philosoph⁹ motū atq; adeo mūdū, fuisse semper, vt primis .20. textibus, & fere per totū librū videre est: ergo cōtrariū, nō est articulus fidei. Parti autē affirmatiue attestatur catholicū Symbolū, cuius vna confessio est, Deū esse omnipotētem, creatorem celi & terre, visibilium omnium & inuisibilium.

¶ Disputationis de creatione mundi tres dignoscuntur gradus. Primus de re, Vtrū fuerit eternus, an vero in initio tēporis conditus, idq; vsq;adeo cōstet, vt sit confessio fidei. Secundus de necessitate. Vtrū fuerit necessariū fuisse ab eterno, ita vt pars hec affirmatiua sit naturali lumine demōstrabilis. Tertius de possibilitate. Vtrum fuerit possibile fuisse ab eterno, an contra impossibile: vt sit per alterū extremū, demonstrabilis pars negatiua. Quod si possibile fuit extitisse ab eterno, restabit quarto loco inquirere, quidnam potius cōueniret, vt in tēpore fieret, q̄ ab eterno. At q̄m fides, norma est, ad quā res naturales exigēde sunt, sub priori fidei titulo respondebimus ad duas priores questiones tribus conclusionibus: & de tertia cū sua accessoria adhibebimus secundā questionē.

Conclu. 1.

¶ Sit igitur cōclusio prima. Mūdus fuit fabricatus in initio tēporis. Hec, cū cōsistat in facto, quod non a natura, sed a diuina voluntate pēdet, non aliter confirmari potest, q̄ authoritate, q̄ irrefragabilis est, reuelate scripture, per quam diuina volūtas nobis innotescit, in cuius statim capite ait Moses. In principio creauit Deus celū & terrā. Vbi licet nomine principij alia preterea scrutētur doctores, publica tñ, cōpertissimaq; significatio est de initio tēporis. Vnde Greg. super Eze. Homi. 1. Prophetauit inquit Moses de preterito dicēs. In principio creauit &c. in quo nouitas mūdi traditur. Vbi edocet Greg. solo spiritu prophetico per reuelationem posse ineuitabiliter cōfirmari hanc veritatē. Accedit & illud Ioā. 1. Oīa per ipsum facta sunt, & c. 17. Clarifica me pater apud temetipm claritate, quā habui priusq; mūdus fieret. Et prouer. 8. Dñs possedit me in initio viarū suarū anteq̄ quicq̄ faceret a principio. Potest nihilominus preterea magna rationū probabilitate eadē conclusio elucidari: vt patebit inter disputandū de possibilitate & cognitate eius.

Greg.

Conclu. 2.

¶ Secūda cōclusio. Mundū fuisse in temporis initio creatū est articul⁹ fidei, expresse credēd⁹, & cuicūq; Christiano cōfitēdus. Patet, quia nō solū est veritas asserta in scriptura, quā pceres tenentur nosse, verū est relata inter articulos Symboli, quos totus Christianismus sigillatim pfitetur: vt iā citatū est. Sed cōtra. Illic tm̄ obligamur credere mundū esse creatū a Deo: non autem repugnat fuisse creatū ab eterno, vt paulo post liquebit ergo ex vi articuli non perstringimur credere esse creatum cū tēpore. Respōdetur, ecclesiā articulū hunc nō constituisse de nouo, quasi elicitū ex sacra scriptura, in qua implicitus delitescebat, sed ppo suisset tanq̄ in illa expressum: quare in eodē sensu obligat, q̄ per superiores authoritates explicit⁹ est: nēpe q̄ oīa in tempore creauerit Deus & Angelos quoq;, de q̄bus olim dubitatū fuit, ppterea q̄ in capite legis nō sit illorū creationis peculiaris mentio. Adde q̄d nōdū, vt iacet, fuisse ab eterno, mōstrabitur impossibile, ob idq; confessio, q̄ fuit creatus, infert fuisse creatū in tēpore.

Conclu. 3.

¶ Ex his fit cōsequēs tertia cōclusio. Nulla, neq; oēs simul argumētationes Arist. quas in hoc libro de eternitate mūdi cōcessit, dcq̄ veritatis concludūt: tantū abest vt sint p demonstrationibus habēde. Quin vero oēs sunt heretice, vt ait. S. Tho. 2. sent. q. 1. q̄uis rationes eius aliquanto plus habeant probabilitatis, q̄ aliorum philosophorum commenta.

Non patet mēs Arist.

¶ At ne ortodoxorum ecclesia ethnicis appareat impossibilia pfiteri, respondebim⁹ suis argumētis, verasq; simul adiūgem⁹ rōnes possibilitatis pfessiōis nr̄e. Et primū nōdū dcq̄ cōperti habem⁹, an Aris. rōnes suas p demōstrationib⁹ duxerit. Ait enī. S. Th. 1. q. 46. ar. 1. rōnes ei⁹ nō esse demōstratiōes simpliciter, sz scdm q̄d ad 9dicēdū antiq̄s, docētib⁹ inchoationē mūdi modis īpossibilib⁹. Et insinuat neq; eūdē Arist. estimasse illas, demōstrationū ptio: q̄m primo (inq̄t) lib. Top. inter pblemata dialectica) de q̄bus firmas rōnes nō habemus, & hoc cōnumerat. Vtrū mūdus fuerit ab eterno. Quāuis scdo contra Gene. c. 81. dicat eū expresse posuisse mūdi eternitatē. At vero Albertus magnus hoc lib. tracta. 1. c. 4. ait Aristo. in lib. suo de nat. Deorū (qui aliter inscribitur de substantijs separatis) asseruisse mundum a Deo opifice fuisse creatum

se creatum. At forsan intellexit (nam non visitur iam ille libellus) creatum ab eterno, in hoc sensu, quod habet causam: vt creatio non dicat inceptionem nouam, sed emanationem: & conseruationem quemadmodum ait & Auicenna in sua metaphysica: de quo questio.2. Veruntamen quicquid senserit Aristo., qui, cum Deus non fuerit, vt ait idem Albertus eodem trac. c.14. errare potuit, monstratur eius principia nullum habuisse robur. Primum omnium fuit illud, quod ait.1.phy. text.33. fuisse commune omniũ dogma. Ex nihilo nihil fit. (*Ex nihilo nihil fit.*) Illum autem communẽ sensum inde conceperũt, quod experiebantur in naturalibus actionib⁹, nõ quodlibet fieri ex quolibet, vt illic subditur text. 43. Haud enim homo fit ex quolibet non homine, puta ex ligno, vel accidente, que negatiue sunt nõ homines, sed ex priuatione hominis, puta ex embrione, vbi est vltima dispositio ad hominem. Neque album fit ex musico per se, sed ex nigro, vel ex medio colore affecto. Hac vtique ratione constituebant, principia generationis esse contraria, puta priuationem & formam: indeque adeo colligebant necessarium esse subiectum, puta materiam, que vtrique succensuc termino substerneretur: que quidem per dispositionem effectricis cause destinaretur coaptareturque ad generationem huius rei, potiusquam alterius: ex cuius deniq; potentia educeretur forma. Qua de causa Comment. com.4. (*Commentator.*) ob id asseuerat ex nihilo nihil posse generari, quod nihil non est magis determinatum ad vnam formã quam ad aliam. Quare neque ex nuda materia, si daretur absque omni accidẽte, quicquam gigneretur: eo quod indifferens esset tunc ad omnem formam. Et subdit opiniones Saracenorum, puta nostram, ortum habuisse ex vulgi errore, quod sensu decipitur. Ubi enim, inquit, videt aliqua generari ex re: quam non preuidebat, iudicat aliquid fieri ex nihilo: vt dum ex aere a sole inflammato gignitur ignis. Sic Saracenus ille deridebat nostram fidem. Sed multo est certius opinionem suam & talium philosophorum fuisse plusquam vulgarem & sensualem: vt pote qui de productione totius entis iudiciũ petebãt a sensualibus generationibus particularium rerum. Cum tamen debuissent intellectu assurgere ad naturam prime cause, que sic se habet ad creationem totius entis, vti equus ad procreandum equum, & ignis ad generationem ignis.

(*Ratio.1.*) ¶ Sit ergo prima ratio nostra. Deus est per se ens, vt quod a nemine potest recipere vt sit (hoc quippe sonat nomen Dei) atque ideo causa est vniuersalis omnium entium, & cuiusque rationis entis: vt pote qui eminẽter omnia continet, quinimo qui eminenter est omnia: hoc enim est esse infinitum: quod nec sua substantia sit limitata ad certum genus, nec proinde sua virtus ad certum effectũ. Ergo sicuti calidum est causa particularis faciendi calidum, & equus generandi equum, ita Deus est causa totius entis. Id autem, quod ignitum est, non facit calidum ex calido: vt citatum est ex Aristot. sed ex non calido, nam quod est, non fit: supponit autem subiectũ caloris. Nec ignis facit ignem ex igne: aut equus ex equo, sed ex non igne, & non equo: supponit autem materiam, in qua recipiatur forma, ergo simili analogia, si Deus est causa entis, omnisq; rationis eius: nõ facit illud ex ente, sed simpliciter ex non ente: nam sicut generationi equi non subijcitur equus, ita neque generationi entis vllum substernitur ens. Hac itaq; ratione cõcluditur, Deum esse creatorem omnium, atq; adeo prime materie. Ratio est. S. Thom.1.p.q.45. Que si tibi appareat metaphysica, considera creationẽ nõ esse rem physicam, cum non cõpetat causis particularibus, sed soli per se prime cause, quatenus ratio est totius entis, cuius ideo contemplatio ad solum pertinet metaphysicum. Concedimus ergo philosopho materiam esse ingenerabilem proprie & incorruptibilẽ quia fieri nequit ex alia: cepit esse tamen ex nihilo per creationem. Unde argumentum illud nullum est, quod philosophi nobis tale obijcisit. Omne qđ fit, possibile ante fuit fieri: possibilitas autẽ illa non est nisi in materia ex cui⁹ potẽtia educitur forma: ergo omni factioni presupponitur materia. Negatur enim prior assumpta, si de physica possibilitate intelligatur: satis enim est q̃ fuerit Deo possibile rem gignere, vel creare. De quo adhuc alterũ verbum adhibebimus questione sequenti.

¶ Secunda ratio sumitur ex infinita Dei potentia. (*Ratio.2.*) Deus est infinite virtutis: ergo nullatenus limitatur in modo agendi, neq; ab aliqua vlla causa pendet in agendo: nam cum virtus agentis non modo de substantia facti, sed de modo agendi perpendatur virtus infinita, que eadem est, que illimitata, a nulla alia re in agendo coarctatur: ergo quamuis ignis, exempli gratia, & equus, & cause alie particulares, eo q̃ tales illis limites a natura prescripti sunt, neutiquã possint formas producere, nisi educẽdo de potẽtia materie, poterit nihilominus De⁹ totum ens sine preuio subiecto suo nutu condere absq; motu: alias constrictus esset, ac limitatus, ac si esset causa finita. Et q̃ Deus sit infinite virtutis, (*De⁹ infiniti virtutis*) patet, quia est infinite essentie & perfectionis: vt pote quia nullo dependet, sed omnia ab ipso, tãquam a perenni fonte rerum: nõ solum que sunt, sed que esse possunt absq; vllo termino, dicere nanq; q̃ sit infinite essentie & perfectionis, sed nõ infiniti vigoris, non est philosophi hominis: quia ex infinitate & illimitatiõe essentie, puenit, vt omnia sint in ipso infinita, scilicet, duratio, scientia, potentia, &c. Qđ si Deus est vigoris infiniti: cum non possit facere infinitum (vt.3.physic. latissime demonstrauimus) non potuit eandem virtutem splendidius demonstrare, q̃ ex modo hoc agendi infinito. Quod si nobis obijcias argumentum Scoti.4.dist.in.1. neque (*Scotus.*) hunc modum agendi satis patefacere infinitam potentiam Dei. Nam maxime id inde argueretur, q̃ inter nihil & ens creatum esset infinita distantia, q̃ a sola potentia infinita posset pertransiri: hoc tamẽ est falsum: nã inter nihil & lapidem (.v.g.) non est maior distantia quam est latitudo perfectionis lapidis, que finita est. Respondetur, nõ esse hanc causam. Haud enim imaginamur interuallum infinitum inter nihil & ens, sicuti in spatio infinito: alias neq; a potentia infinita posset pertrãsiri, vt inquit S. Tho.1.p.q.45.artic.2. Sed (vt ait illi art.5.) arguitur potẽtia infinita hoc modo. Educere formã de potẽtia materie est alicuius virtutis: ergo quãta aliqua causa rem extraxerit de minori potentia, erit maioris virtutis, atq; adeo qui eduxerit ex nihilo, erit infinite. Etenim creari non est solum produci formã extra subiectũ: nã anima creatur in subiecto, sed produci ex nulla potentia subiecti. Quam obrem creatura non potest creare. Unde cum dicim⁹ creari ex nihilo, prepositio, ex, designat causam materialem, vt ens creari ex nihilo, sit creari non ex aliquo. Ubi fieri non dicit mutationem, sed simplicem inceptionem virtute alterius. Per hec detegitur falsitas Commentatoris commen.4. negãtis minorem esse virtutem agentis presupponentis subiectum, quam non presupponentis, eo quod putabat hoc esse impossibile. Quinimo Arist. forte inuitus

*Arist. creationem admisit.*

inuitus creationem admisit. Ait namque .ij. de generatione animalium cap. 3. animam humanam, qua parte est intelligens, non educi de potentia materie, sed aduenire de foris: quod intelligitur vel de intellectu separato ab anima ad sensum Commentatoris, qui ait vnicum esse intellectum in vniuersis hominibus, eundemque perpetuũ, vel de singulis animabus, que creantur, dum homines gignuntur: sensus autem Commentatoris indignus est qui a viro Philosopho, ne dicam ab homine mentis compote, audiatur: ergo necessarius est alter de creatione animarum. At quia non est proprius hic locus dicendi de creatione, hec satis sint.

*Ad argumẽtũ Aris.*

Igitur ad illud argumentum Aristo. tex. 4. Omne quod mouetur preexistit motui, & tunc vel illud erat corruptibile vel non. &c. Respondetur, interempto primo antecedente, si intelligatur de preexistentia temporali. Celum nanque creatum fuit mouens, sicuti sol illuminans. Et ideo vt sol natura tantum prior fuit lumine suo, ita & celũ suo motu. Quocirca ad illud, quod subditur, vel mouens & mobile erant generabilia, vel perpetua respondetur, mouens tantum fuisse perpetuum, mobilium vero nullum.

*Nota ea que creata sunt*

Et quamuis aliqua eorum, que primo facta sunt (vt elemẽta) fuissent generabilia, non tamen fuerunt edita per generationem: sed per creationem, que neque est motus, neque illum supponit. Est hic tamen animaduertendum, quemadmodum Deus significator nature ea precise creauit, que aliter edere nequiuerat, vt celos, angelos, & animam, atque elemẽta, eo quod materiam sine forma creare, vel non decebat, vel certe non poterat. Mista vero, quia necessarium non erat vt crearet ex materia, instar propemodum nature, produxit vt hominem de limo terre: mulierẽ de costa viri, lignaque & animalia de terra. Quanuis nõ de seminibus: siquidem lignis & animalibus dedit virtutem seminandi. Etenim simpliciter ens in actu (vt animal, & arbor) prius est ente in potentia: quale est semen. Quo circa necessarium fuit prius fuisse aues, quam oua.

*Aues priores ouis.*

¶ Secundum precipuum argumẽtum contra nos Philosophi extruerẽt a diuino modo agendi. Deus agit per modum nature: ergo quanuis res omnes ab ipso dimanent eas tamen ab eterno protulit, & non ex tempore. Consequentia nota est: quoniam si agit per modũ nature, non fuit in suo arbitrio res condere vt liberet, sed determinato id fecit modo: ergo, vti sol quandiu fuit protulit lumen, ita et Deus res.

*An deus agat per modũ nature.*

Et quia nemo quem viderim exploratum habet, quid de hoc senserit Aris. verbum de hoc vnum subiiciã

*Quid nam de hoc senserit. Aris.*

Notandum ergo primum, ipsum non negasse Deũ agere per intellectum. Ait quippe. 11. metaphysi. cap. 6. Diuinam scientiam esse principium primum & principium maxime, nimirum vniuersi. Neque negasset agere per voluntatem. Docet siquidem. 9. metaphy. text. 10. Intellectum, vt qui indifferens est ad vtramque partem contradictionis, per appetitum & electionem applicari ad opus. Et .ij. Phy. text. 50. Docet Deum & naturam agere propter finem. Et. 12. metaph. text. 52. naturam vniuersi esse optimum quiddam, ordinatum in finem: puta in Deum. sicuti exercitus ordinem habet ad ducem. Que omnia, documenta sunt, Aristotelem haud ignorasse Deum agere per intellectum, & voluntatem. Sed tamen sicuti nos confitemur filium in diuinis procedere per intellectum, et spiritum sanctum a patre et filio per voluntatem, nihilominus vtrunque ex necessitate nature, ita Arist. affirmaret promanare vniuersum a Deo. Qua hic d causa tex. 15. & .ij. metaphy. tex. 4. ait eternorum causam esse necessariam. Itaque sicuti hominem esse animal rationale causa est vt sit risibilis, nihilo secius: effectus hic suam sequitur ex necessitate causam, ita arbitraretur de vniuerso respectu Dei. Atque adeo diceret, Deum ex se omnia protulisse, voluntate quidem complacentie, haud tamen contradictionis libertate, vt potuisset non facere. Atqui causa huius potissima est, sua ipsius Dei immobilitas. Id quod in Comment. 53. adnotauimus. Nam postquam text. 44. constitutum reliquisset, primum motorẽ esse immobilem, post text. 53. docere perrexit, necessarium esse, & ideo primum quoque mobile, esse perpetuum, vnde varietas ac diuersitas horum inferiorum proueniret. Nam id inquit, quod immobile est, nempe Deus, vno semper motu mouebit, cum ipsum non mutetur. Itaque vult arguere, quod si Deus est immobilis, inde fit consequẽs, vt per modum nature agat certo prefinitoque ordine. Quapropter tex. 15. ait, quod infinito tempore quiescere motorem & mobile, & tunc, potius quam prius inchoare motum, non est nature opus. Ubi Cõmen. ait rationabilius nos christicolas, quam Anaxagoram loqui: vt qui hanc causam non in naturam referimus. sed in diuinam voluntatem. At nihilomi[illegible]bilia nos dicere existimat: nam (vt Cõme. 8. prenotauerat) non potest, inquit, antiquus motor nunc facere, quod antea non fecerat, per voluntatem, nisi in ipso mouente aliqua sit noua concupiscentia faciendi, per quam motor ipse mutetur: id quod motori primo repugnat.

*Commẽtator de christianis.*

Et augustin. 11. de ciui. capit. 4. hanc causam insinuat obstitisse Philosophis ne crederẽt Deum in tẽpore creasse mundũ: quia inde putabant consequi, diuinã voluntatem fuisse mutatam. Hec adduxi, vt mentem exererem Aristotel. qui Deum credidit agere per modũ nature, cuius causam commentus fuit ob eius immobilitatem.

*Augustin.*

¶ At ex ipsis nihilosecius nature visceribus depromuntur argumenta in contrarium. Primum. Infinita Dei omnipotentis virtus non definitur, coarctaturque ad vnum, vno ve determinato modo agendi: ergo nõ agit extra se, per modum nature. Antecedens palam est, quoniam agens naturale ex eo limitatur ad faciendum rem hanc, & hoc modo, quia vnumquodque agit vt procreet sibi simile, Deus autẽ nequit sibi simile extra se producere: ergo nulla est cã cur eius prescribatur virtus. Et preterea, quia (vt supra diximus) in hoc cõsistit vt sit infinitus, quod neque genere certo predicamenti concluditur in essendo, neque vllis adeo in agendo ambitur terminis non ergo agit per modum nature. Item tertio (vt iam citatum est 2. Physi. & 12. metaphy.) natura agit propter finem, res autẽ sine cognitione referre se nequeunt in finem: quia hoc est sapientis opus, cognoscentis ordinem ad finem: ergo reduci debent ad vnum primum, a quo dirigantur in suos fines, manifestum ergo est primum motorem singula destinasse in suos cuiusque fines proprios, atque omnia in se ipsum: hoc autẽ est proprium intellectus, & voluntatis: opus ergo non per modum nature, sed per has potentias agit. Ac perinde sicut agit que vult, ita & quando vult. Quod si Philo. respõderit, se nõ negare, quod agat per intellectum & volũtatem, sed tñ affirmare, voluntatem eius de necessitate velle ea, que sunt perpetua: atque adeo ab eterno illa perfecisse, arguitur & contra hoc. Voluntas non fertur de necessitate nisi in illud bonum, quod secum habet proportionem, vt ipsam expleat, sola autem diuina bonitas equatur eius voluntati, quia vtraque est infinita: ergo de necessitate Deus suam tñ amat bonitatẽ, per quã, absque vllo externo bono

*Mõstratur Deum contra libere agere.*

est in se omnino beatus, neq; omnes res mundi vl
lam accessionem faciunt ad eius internam perfe-
ctionē, quippe in qua omnia sunt eminenter. Pre
terea Deus est finis omniū, vt de mente etiā Phi
losophi citatum iam a nobis est. 12. metaph. concu
piscentia autem, electioq; ordinatorū in finem non
sequitur necessario ex voluntate finis, nisi quando
illa sunt media ad ipsum necessaria: rerum autem
creatarum vniuersitas nullatenus necessaria est,
vel ad esse, vel ad felicitatem Dei: ergo ob sui amo
rem non necessario Deus optat res extra se existe
re. Item cum multe sint alie res, rerumq; species,
quas Deus cum potuit producere, nō tamen fecit,
signum est nihil velle de necessitate, sed sicuti pro-
phetauit Dauid, omnia quecūq; voluit fecit. Alias
omnia quecunq; posset, fecisset, sicuti ignis, & id ge
nus naturales cause. Adde q cum libertas agendi
perfectionem dicat in creaturis cecitas esset id
Deo denegare. In summa, Deus in rerum produ-
ctione fuit sicut artifex, qui per ideas in se eternas
extruxit, ornauit, depinxitq; orbem: fecit id ergo
quando sibi placuit. Unde ad argumentum de mē
te Aristotelis & commētatoris obiectum negatur
[illegible]it mutabilis, nam ab eterno pro-
posuit tali tempore mundum creare, & per eternā
illam conceptionem, que sua est essentia, cum fecit
sine sui mutatione. Ob idq; creatio nihil quicq̄ no
ui dicit in Deo, preter solam rationis relationem
ad nouum mundum, sed potestas ipsa eterna crean
di ab eterno decernens creare dicitur dum res cō
dit, ad solam illam relationem, actio. Sed de hoc
Theologi latius.

¶ Illud autem, quod Aristot. subdit tex. 10. & 11. de
nunc temporis. Omne quod fit, fit in aliquo nunc
temporis: omne autem nunc est continuatiuū pre
cedentis partis temporis & subsequentis: ergo an
te illud instans fuit tempus & motus, atq; adeo tūc
non incepit mūdus. Illud, inquam, plane solutum
est in commentis per interemptionem minoris. E-
iusmodi quippe argumēta (vt illic monstrauimus)
non probant, sed falso supponunt eternitatem tem
poris: quā quia Anaxagoras admittebat, in ipsum
limitabant. Nos autem dicimus mundum incepis
se potius cum tempore (vt ait. 11. de ciui. Aug.) q̄ in
tempore: vel incepisse in initio temporis, puta in
instanti, quod nihil precessit temporis. Responde-
tur ergo, q voluntatis Dei, que omnium est causa,
nulla est causa: & ideo nulla reddēda est cur potius
tunc, q̄ antea creauit, & quanuis causam finalem
bene habuit creandi mundum. Fecit enim eum p
pter hominem: hominem autem propter suam ip-
sius beatitudinem, cur autem non antea ipsum pro
duxerit. cum plures forsan potuissent beari, iam
hoc predestinationem eius attingit, cuius nulla
fuit causa.

Volūtatis Dei nulla est causa.

¶ Quod autem Aristote. lib. 4. monstrauit, non es
se possibile vacuum, nequaquam nos oppugnat, vt
qui ante mundi creationem, nec locum fuisse dici-
mus, nec subinde vacuum, siquidem vacuum (vt
illic habetur. text. 60.) est locus non repletus cor-
pore, aptus repleri.

¶ Nec vero id, quod de motu circulari, presenti li-
bro text. 75. & infra demonstrat, vllius vigoris est
contra veritatem fidei: nam rationes ille non tam
ostendūt motum circularem esse perpetuum, q̄ id
nō repugnare figure & progressui eiusmodi motus:
quod non interim admittimus: quanuis questione
sequenti examinabimus de preterito, an aliunde
mōstretur impossibilitas talis motus ab eterno.

De platone quid nā de mundi eternitate docuerit.

¶ Postremum igitur argumentum sit, quod habe
tur. 1. celi text. 109. contra Platonicos, quorū (vt
fertur) professio erat mūdū habuisse initium, haud
tamen habiturum finem. Nullum eorum, que sua-
pte natura virtutem habent vt sint semper, quan
doque est, & quandoq; non est, sed celi & intelligen
tie virtutem habent vt sint semper, sunt enim na-
tura sua res incorruptibiles, ergo falsum est, illa ali
quando, aut tempore imaginario, non fuisse: qua
enim virtute perpetua sunt in posterum, sunt & in
preteritum. Responsio in primis sub iudice est, que
nam fuerit de hac re sententia Platonis. Aristot.
quippe hic text. 10. hanc notam inussit ei, q celum
cum tempore docuerit fuisse exortū, atq; adeo neu
trum eorum fuisse sempiternum: & idem adnotat
Commen. eodem com. & com. 17. idemq; fere inter
pretes tex. cita to. 1. celi. Platonici vero nonnulli
(vt retulimus eodem. com. 10.) aliter suum interpre
tantur magistrum, videlicet, q docuisset tempus &
celum esse factum, atque adeo mundum, eo precise
sensu, q habuerunt causam, ab eterno tamen: sicu
ti Aristo. ipse concedit text. 15. de eternis, que nihi
lominus a prima causa dimanant. Cuius fidem po
tissimum facit Augu. 10. de ciui. Dei. c. 31. vbi ait.
secundum Platonem mundum fuisse factum, non
quidem secundum temporis, sed secundum institu
tionis initium. Veluti si pes ex eternitate semper
fuisset in puluere, semper ei subesset vestigiū, quod
tamen vestigium a calcante factum nemo dubitat.
Hec August. His veruntamen non obstantibus,
haud dubium, quin sententia Platonis fuerit ea,
quam Ambrosius ex Basilio & grecis desumptam
affert in exordio Hexaemeron: nempe Deū, & ideā,
atq; hylē, hoc est materiam, fuisse perpetuā, ex qua
quidem Deus materia ad id earum exemplar con
stituit cum tempore celum & reliquum mundum:
non quidem voluntatis arbitrio, sed ex ipsa idearū
materieq; necessitate. Preter angelos quos imma
teriales faciebat. Nec vero preteribo Commenta
toris verba. 12. metaph. Commē. 44. de Platone.
Id enim, inquit, quod Plato dixerat obscuris ver
bis, q Deus intelligentias manu fecit: quibus pre
cepit vt mortalia ille facerent, vt ipse requiesceret,
dixit causa sabbati positi in lege filiorū Israel. Hec
Commē. vbi allusit ad illud Gene. de Deo, Requie
uit die sabbati. Constat enim Platonem commer
cium habuisse cū Judeis. Exultauit quippe (vt ait
Diogenes) apud Chaldeos, & peregrinatus est in
Aegyptum: vbi multa nostre legis ab Israelitis do
ctus est. Sed quia percipere nondum valuit crea
tionem materie, credidit quidem initium mundi,
nunq̄ tamē plane iuxta catholicā veritatē.

Sententia Platonis.

¶ Restat ergo vt ad argumentum hoc pacto respō
deamus. Res neutiquam a se ipsis habere possunt
perpetuitatem essendi, nisi & ipsum esse habeant a
se ipsis: que autem ab alio naturam ipsam recepe
runt, ab eodē simul receperunt esse, iuxta suas sin
gulorū naturas. Deus ergo seipso perpetuus est,
quia non aliunde recepit esse: cetera vero ab illo p
creantur. Attamen partim vt contingentia sint,
partim altiori genere, vt sint suapte natura neces
saria. Simili modo, quo in scientiis ex vno necessa
rio principio, alia consequuntur necessario, & alia nō
necessario. Fecit ergo Deus intelligentias & ratio
nalem animam, substantias immateriales, atque
ideo ingenerabiles & incorruptibiles: & preterea
celos, quorum nec materia appetitum habet alius
forme, nec forma contrarium vllum. Et ideo quan
uis in initio temporis talem receperint naturam,
sunt nihilominus omnia ex se incorruptibilia, sicu
ti ingenerabilia. Ob idque sicut nō potuerunt in

cipere

cipere, nisi per creationem, solo Deo authore, ita nec possunt esse desinere, nisi eodem annihilante, hoc est suspendente generalem cōcursum. Nec tamen digni sunt, qui inter Philosophos recipiātur authores quidam, nullam aliam naturalem perpetuitatem in angelis & cęlis perscrutātes, q̄ voluntatem Dei, cui placet illa perpetuo conseruare, nō autem hęc inferiora. Est enim natura sublunarium omnium, corruptibilis, tam ratione materię q̄ vi cōtrarietatis, ille vero celestes substantię, minime. Quocirca si Deus me perpetuo cōseruaret, id quidem per miraculum faceret super naturam, speciali concursu: q vero cęlos & intelligentias perpetuo seruet, natura est ipsarum rerum id quod citra miraculum concursu perficit generali. Imo vero si illa annihilaret, illud plane esset miraculū. Igitur ad formam argumēti, si id, quod ais, ea quę suapte natura virtutem habent vt sint semper, nunq̄ posse non esse, intelligeres de virtute simpliciter, quę a nullo alio pendet, concederetur quidem, sed tamen talis virtus non est extra Deum. Si illud tamen intelligas de virtute Physica, aliunde pendente, negatur omnino: nam licet sit, in angelis talis virtus perpetuitatis, possunt nihilosecius per Dei nutum & potentiā, non esse, quippe a quo eandem cum tempore susceperunt virtutem.

Quorūdā hallucinatio.

## Quæstio secunda.

### VTRVM MVNDVM fuisse ab æterno fuerit possibile.

OFfertur nanq; statim in foribus argumētum primū a parte negatiua ex ipsa rerum natura, quam precipui Philosophi cōfessi sunt. Mundus habet effectricē causam, a qua dependet: ergo est factus. Antecedens est omnium consensus de natura loquentium. Nō enim illi tantum, qui mundū fecerūt, vt Anaxagoras, Empedocles & reliqui, causas illi tribuerūt, seu mētē, seu litē (vt lib. 1. & in hoc. 8. frequenter refert Phi.) verū ipse, cuius iudicio mūdus fuit ęternus, generationes omnes, & motus refert ad vnū primū motorē, in quo demonstrando, lib. hic versatur. Cōsequētia autē videtur per se manifesta. Nam si mundus dependens est a Deo, vix potest intellectu aliud capi, q̄ q sit eius effectus, atq; adeo factus ab illo. Ob si factus est, consequitur vt habuerit esse post non esse, ac perinde non fuerit eternus. Nā pro manifesto habet hic Arist. tex. 69. id quod fit, nō esse. Sed nihilominus pars affirmatiua inde colligitur, q non est impossibile apud Deum omne verbum, qd est dicere, omne quod est factu possibile: puta quicquid non implicat contradictionem: nihil autem est in natura rerū, quę Deo est obedientissima, cui repugnet creari, quandocūq; illi placuisset, etiam in ęternitate, vt inter respōdendum ad contraria argumenta liquebit, potuit ergo mundus ab ęterno fieri. Quęstio hęc non simplici, sʒ duplici (vt arbitror) responsione opus habet. Etenim, vt sunt aliquę mundi partes, quibus nihil obstare videtur, quominus cōdi potuissent ab ęterno, ita orbem vniuersum, secundum totam naturam suam considera tum, eternum fuisse, apparet impossibile. Sit ergo prima conclusio, qua sensus quęstionis exponatur. Sic mundum fuisse ęternum, vt neq; a Deo factus sit, non solum impossibile est, verum qui dicerent fuisse possibile, impietatis morbo insanirent. Conclusio est August. 11. de ciuit. Dei. ca. 4. Haud enim sole prophetice voces, verum & mundus ipse ornatissima sua mutabilitate, & visibilium omnium pulcherrima specie tacitus, se factū esse a Deo proclamat, vniuersaq; eius membra psallunt (quod ait propheta) ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ob idq; cęli enarrāt gloriā Dei, & ignis, grando, nix, glacies, faciunt verbum eius tanquam ipsorum cōditoris. Et Aristo. prǽterq̄ lib. pręsenti, vbi constituit vnū primum motorem. xij. quoq; metap. tex. 24. ait primam causam, esse omnium causam. Et. 1. de cel. tex. 100. ait ab illa cęteris rebus, alijs quidē exactius, alijs vero offuscatius ipsum esse, viuereq; dependere. Et text. hic. 6. & 2. metaph. tex. 4. (vt est iā citatum) ait ęternorum esse causam necessariam. Verū est tamen non esse absq; ambiguitate, quid in huiusmodi locis senserit Phi. de emanatione mundi. Est nihilominus conclusio nostra omni procul dubitatione constitutissima. Et ratio eius naturalis, est illa, quam superiori quęstione faciebamus. Nempe, q solus Deus per se est. Nam cum excogitari non possit, vt ab alio esse habeat (alias nō esset summum ens) si per se ipse natura sua non subsisteret, nullatenus posset existere. Cum ergo sit per se ens, fit vt fons sit & origo totius entis, hoc est vniuersorum, quę vllam participant rationem entis: sicuti quod est per se calidum, causa est omnium calorē participātium. At vero an possibile fuerit ab ęterno fuisse mundum factum a Deo, id asciscitur in quęstionem. De hoc ergo, cum triplices sint orbis partes, puta incorruptibiles, & corruptibiles, quarum alię sunt permanentes, & alię successiuę, e quibus vel secundum indiuidua loqui possumus, vel secundum species, statuitur secunda conclusio. Deus potuit mundum ab ęterno condere, quantum ad illas partes attinet, quas superiori quęstione astruximus, esse suapte natura incorruptibiles vtpote angelos, rationales animas, cęlos. Conclusionem hanc probat ratio illa secundo loco quęstionis. Nam quicquid ex parte rerum non implicat contradictionem, potest omnipotens efficere: hoc autem nullam implicare videtur: ergo. Fit autem sic apertior hęc ratio. Deus (vt in quęst. superiori dicebamus) libere agit quicquid extra se profert, & quia infinitus est, nullatenus a tempore pendet in agēdo, quippe cui nihil potest virtutis accrescere, nec iuuamenti. ergo sicut potuit, quo libuisset tempore, res condere vniuersas, ita & in ęternitate, illas, quarum naturę id non repugnaret. Alias sequeretur Deum per infinitum tempus fuisse necessario prępeditum, ne quicq̄ extra se proderet: nam si nō potuit id facere nisi ī tempore: cū quodcunq; temporis momentum antecesserit ęternitas fit per infinitum imaginariū tempus toto illo cogitato spatio, Deum fuisse coercitum, neq; illi fuisse possibile gloriam suam expandere. Pręterea id confirmatur. Si Deus ex necessitate ageret naturę, produxisset mūdum ab ęterno (vt Philosophus autumat) sicuti sol aut ignis (vt ait. 6. de tri. Aug.) si fuisset eternus, ab ęterno illuminasset, & semper calefecisset. alioqui, cum non esset tunc de vno tempore maior ratio q̄ de alio, nullum posset designari per imaginationem tempus, quo illum produxisset: at libertate agere, ampliorem arguit virtutē. quam agere ex necessitate: ergo idem potuit efficere libere. Nec vllo modo obstitisset hoc, quod qui agit libere, agit per electionē pręcedentem opus: quia licet electio in nobis antecedat operi, eo q

Conclu. 1.

Conclu. 2.

tempore consultantes iudicamus, tamen in Deo est eterna absq; motu, cui ideo potuit opus fuisse coeternum. At quoniam de potentia Dei nemo hesitat, sed tota vis est, vt demonstretur non esse a parte ipsarum repugnantia, id demonstremus, soluendo argumenta contraria.

*Ad primū principale*

¶ Ad illud ergo, quod in fronte questionis opponebamus, respondentes, concedimus, primum nullatenus potuisse mūdum existere, nisi a Deo fuisset factus: negaretur verum tamen consequentia ab his, qui defenderent mundum fuisse ab eterno, cū infertur, ꝙ si factus est, habuit esse post nō esse. Et Aristo. tex. 69. vbi ait, id quod fit non esse, solum loquitur de iis, que sunt in tempore per generationem. Secus enim in iis, que essent eterna: nam cū creatio, nec motum dicat, nec successionem, sed momētaneam productionē, sequitur, vt id, quod creatur, nō prius fiat, ꝙ factum sit: sed fit per primum sui esse secundum se totum. Et ideo si fiat ex tempore (vt facta est creatio mundi) concedimus quidem fieri post non esse: non tamen verum est quod dum fit, non est. Nec vero est necessariū ex natura creationis, vt res fiat postquam non fuit: sed potest res creata esse coeterna sue cause: sicuti est lumen coeuum soli, & Dei filius coeternus patri. Tametsi hic nulla sit ratio vel cause vel effectus. Quod si arguas, Si mundus fuit ab eterno, fuit creatus ex nihilo: ergo post non esse. Negatur hec postrema consequentia: quoniam creari ex nihilo, non dicit ordinem termini a quo, sicuti dicimus hominem gigni ex non homine, sed solam negationem subiecti ex quo, puta nō fit ex aliquo. Quando vero creatio fit in instanti temporis tunc fit post nō esse. Et si iterum arguas. Adminus, nō esse, in rebus creatis prius natura est quam, esse, quia hoc videtur sonare nomen creature: alias equipararetur Deo. Quod si verum sit, arguitur hoc modo. Non esse rei, & esse eiusdem, non possunt esse simul: tempore ergo cum, non esse, sit prius natura, debet etiam tēpore antecedere. Respondetur perempto primo assumpto. Nullum enim necessarium ordinem nature deprehendere mente possum inter, non esse & esse. Imo sicuti in Deo nullus est talis ordo, ita nec videtur necessarius in creatura: sed huic accidit, qr producitur in tempore. Et esset preterea necessarius, si produceretur per generationem: nam tunc antequam res esset, necessarius fuisset motus. Nisi quis dicat in hoc sensu conuenire creature prius natura non esse, qr de se, a Deo destituta, in nihilū abiret: verum tamen hoc, solū ostendit creaturam non posse a seipsa sola existere, non tamen ꝙ nature sue natiuū sit atq; prius natura, nō esse. Per hoc ergo respōdetur ad cōsequentiā illā, qua inferebatur quod si admitteretur sempiterna creatura, illa adequaretur Deo. Nulla enim est illatio. Primū, quia eternitas, essentialis est Deo ex sua natura: creature vero, accidentaria: vt que non potest non semper esse ab ipso dependens. Et preterea neque in ppria natura eternitatis par esset ei, vt ait Boeti. in fine de consol. nam eternitas proprie consistit in hoc, ꝙ res eterna sit tota simul absq; successione prioris & posterioris, quod soli Deo conuenit.

*Creare ex nihilo.*

*Nullus ordo inter esse, & nō esse*

*Differt inter eternā creaturam atq; Deū.*

*Corollariū*

¶ Hinc fit primum, ꝙ Deus potuit nullum compositum ab eterno producere productione successiua (v.g.) creando ab eterno materiam, quam successiue disponeret ad productionē rei, vt pote lapidis. Nam si talis successio (exempli gratia) fuisset horaria, tunc fieret consequens, vt vel lapis fuisset ab eterno, quem tamen materia antecessisset per horam, atq; adeo duarum durationem infinitarum altera fuisset maior versus illud extremum infinitū. Item daretur prima hora durationis infinite, quorum vtrumq; est impossibile. Vel si lapidem nō admiseris fuisse ab eterno, tunc eterna materia non antecessisset temporalem lapidem, nisi per horam. Fit ergo, vt illa successiua productio deberet fieri per infinitum tempus contra generationis naturam. ¶ Per hec vtiq; aperiri mens poterit Aristo. que vix dum comperta est de hac rerum perpetuarum productione, puta celorum, & angelorum: nam de animabus post dicemus. Extāt enim ex vna parte testimonia superius allata, quibus asserit res sempiternas, habere causam, puta primum motorem: ex altera vero parte est argumētum, ꝙ illa nō potuerūt produci per generationem, sed per creationem ex nihilo, quam ipse nusquā agnouit. Et ideo aliqui dicunt illum nusquam sensisse mundum fuisse factum, licet actiones rerū ab alio pendeāt. Et re vera cum nūquā fuerit speculatus, quid mūdo acciderit, si actio prime cause cessaret (quia hoc est supernaturale) sed crediderit, Deum agere ex necessitate nature, nil mirum, si ignorauerit legitimam dependentiam mundi, qua scilicet ratione & modo ab illo diminauerit, vt tertia hec nostra subsequens conclusio vrgentius demonstrabit.

*Meus Aristote.*

*Ignorauit Phi. legitimū modū emanationis rerū a Deo.*

¶ Globus hic sublunaris mundi, ex partibus generabilibus ac corruptibilibus constās, nullatenus potuit ab eterno per Dei potentiam creari, neq; vero vlla eius pars, si sue deinde relinqueretur nature. Potuit, inquam, Deus ab eterno hominē, & qd vis aliud corruptibilia edere, si illud infinito tempore sustentaret, quod supra naturam est talis corruptibilis creature: alias vero nequaquam. Cōclusionem hanc Phi. vulgus de muliere pregnāte adstruit, quam aiunt neutiquam ab eterno creari potuisse, nisi pregnans esset infinito tempore. Nam si nono pareret mense, tunc vel illius partus etas, iuānita esset, an finita: si infinita, tunc vnum infinitum esset alio maius versus extremum infinitum: nam mater esset partu senior per nouem menses: que tamen implicatio est contradictionis: esset enī tunc concedendum, ꝙ infinitū illud tēpus, ex quo peperit antecessissent nouem mēses, quibus vterū gestauit. Si autem dederis etatē illā filij esse finitā tunc & matris etas erit finita postquam nō exuperat, nisi per nouē menses, vel necesse est, vt infinito tempore fuerit pregnans. At vero non opus est in particulari conclusionem constituere: est enim ratio pari iure vniuersalis in omnibus corruptibilibus. Enimuero si concesseris, elementum, vel mistum quodlibet ab eterno creatum, percontabor statim, quo tempore fuit corruptum: si respōderis post mille annos a sua creatione, idem recurrit argumētū, quod modo formatū est: nā vel post corruptionē transiuit huc vsq; tempus infinitū, & tunc alterum creationis infinitum erit eo maius: vel finitum, & tunc sequitur quod non fuit creatum ab eterno. Nisi dederis, qd infinito tempore creatio rei precesserit eius corruptionem: quod est supra naturam rei corruptibilis. Ex hac cōsequitur conclusione, ꝙ in lumen naturali nemo potuit Philo. opinari, indiuiduū aliquod corruptibile, fuisse ab eterno, nam quod corruptibile est, non potuit sua pte natura durare infinito tempore. Ex his deniq; videre ego mihi videor exili iudicio meo cōtra Aristo. hanc vere affirmare cōclusionē, ꝙ in lumine naturali, neq; debuit, neq; vero potuit, vel concedere vel opinari, vllam specierum rerum corruptibilium, que species, indiuiduorum successione perpetuatur, fuisse ab eterno. Et ratio mea est hec.

*Tertia Cōclu.*

*Corollariū*

*Cōtra Aristote.*

Species

Species [v.g.] humana vel equina existere non potuit a Deo per vllam ab eo productionẽ, nisi eadem species ĩ aliquo indiuiduo vel indiuiduis produceretur, huiusmodi autẽ indiuidua, vt monstratum est, salua eorum natura & duratione finita, esse non potuerunt ab eterno: & ꝙ supra naturam quodpiam eorum conseruaretur, non est Philoso. admittendum: ergo lumine naturali constat, hanc specierum fabricã non fuisse ab eterno. ¶Profecto tantam vim habet Physica hec demonstratio, vt Aristo. cauillare eam non posset, nisi dicendo, ꝙ huiusmodi species non fuerũt producte a Deo, licet fuerint quodammodo ab eo pendentes. Attamen neqꝫ responsio hec lumini intellectus naturali satisfacit. Nam quod filius in diuinis ab eterno processerit a patre, facile intelligimus, eo quod nullatenus a patre depẽdet, sed est illa simplex emanatio. Et quod vna res, puta celum, vel angelus ab eterno exierit a Deo sicuti lux a sole, vtcũqꝫ etiam mente cernimus: sed tamen ꝙ existat species vlla, que in indiuiduis dimanauerit a Deo ab eterno, & quod Deus non cognoscat, quodnam fuerit illud indiuiduum, quod a seipso ab eterno dimanauerit, fateor me intelligere nequaquam posse. Illo autem admisso, militat argumẽtum nostrum. Sed ais. Nunquid non S. Tho. 1. p. q. 46. arti. 2. simile argumentum soluit de diebus infinitis, si mundus fuerit ab eterno? Ait enim nullatenus repugnare infinitos dies fuisse transactos: quoniam illud infinitum nõ clauditur inter duo puncta: quod est dicere, illam dierum multitudinem nũquam incepisse: nã quod ab eterno est nunquam incepit. ¶Pari ergo modo ais, dissolui potest & argumentum nostrum. Respõdetur nihilominus, multo plus vigoris inesse huic nostro argumento: nam tempus est continuum: & ideo quod ab eterno fuerit productum, sicut celum non est cogitatu impossibile. Haud enim se, tanquã impossibile effert, quod celũ fuerit ab eterno creatum, idemque creari mouens: cuius ideo motus fuerit ab eterno continuus, atque adeo tempus, quod est eius mensura. Species autem humana & equina non est continua: quin vero constat ex diuersis indiuiduis. Neque nos vim facimus in eo, ꝙ ceperit, necne, sed in hoc, ꝙ nõ potuerit a Deo dimanare, nisi in aliquo eius indiuiduo, qđ Deus nouit: & ideo si durauit illud per infinitũ tempus, non fuit conseruatum naturali modo. Si autem durauit tantum finito, non potuit esse ab eterno: alias ab eterno etiam fuisset corruptum, quod nihilominus ante sui corruptionem precessisset infinitis annis durationis. Hoc autem intellectus nõ potest cõprehendere. Igitur licet intelligibile sit motum celi, qui continuus est fuisse ab eterno, cuius ideo nulla fuerit prima circulatio, nõ tamen sic potest intelligi, speciem humanam infinitorum successiue indiuiduorum fuisse ab eterno: quia non est ĩtelligibile, quin fuerit aliquod eius primũ, vel aliqua indiuidua. ¶Quarta conclusio, De specie humana est peculiare, ideoqꝫ insigne (atqꝫ vt reor) insolubile argumẽtum, qđ non potuerit esse ab eterno. Argumentum est triuiale, sed tamen cuius nunꝙ fuit hactenus audita solutio cui intellectus acquiescat. Et nititur immortalitate animarum. Etenim cum anime sint immortales, si species humana fuisset ab eterno, infinite nunc essent superstites anime: infinito autem natura sua repugnat, vt sit per vllam potentiam producibile. Hoc argumentum vno trium modorum deluditur, potius ꝙ soluitur: sunt enim primum qui negant, animas esse immortales, quod tamen neqꝫ Arist. vsꝙ negauit, neqꝫ vero a Philosophis naturalibus audiendi sunt, nedũ a christianis, qđ id negauerint: id quod. 3. libr. de anima pluribus demonstrabitur. Alij vero suffugere conantur ad illam Pythagoricorum dementiam de commigratione animarum in diuersa corpora, vt per illud figmentum sustineant homines vixisse infinitos, cum certo animarum numero. Hec autẽ tum Christianis heresis est manifestaria, tum etiã Philosophis ludicra opinio: vt super epistolã ad Roma. disputatum a nobis est. Tertia igitur respõsio est eorum, qui Auicennam, & Algazelem auscultant videlicet, ꝙ multitudo per se infinita, sit nature repugnãs, non tamen multitudo per accidens infinita. Multitudo per se idem est, quod cõcursus per se causarum, vt ad generationem animalis cõcurrit animal subalternatum celo, & celum subalternatum intelligentie. &c. Hec enim multitudo si infinita esset, nullus vnꝙ sequeretur effectus, vt sepe repetit Aristo. Multitudo autem per accidens est in causis per accidens. Accidit quippe fabro vt vno, vel pluribus, vel infinitis martellis gladiũ cudat. At vero contra hoc est argumentum, quod infinitum, non solum est repugnans in causis, sed per se in rebus ipsis creatis. Secus de infinita essentia & virtute Dei. Etenim vt impossibile est esse infinitum continuum, ita & infinitam multitudinẽ actu, que resultat ex diuisione continui: quoniam infinita multitudo non solum est impossibilis quantum ad id, quod est fieri ex continuo, quod non potest diuidi in omnem suam partem, verum & sua ipsius forma numeri, qui non potest esse actu infinitus. Et licet animarum non sit numerus resultans ex continuo, est tamen vere numerus, qui si esset infinit⁹, careret specie, & intentione agentie. Deus autẽ nihil scit facere, nisi numero, & pondere, & mẽsura. Et re vera pleraqꝫ argumentorũ, que contra existentiam infiniti libr. 3. orditi sumus, eadem vi pugnãt aduersus infinitam animarum multitudinem, qua aduersus aliam quancunque. Quocirca S. Tho. q. modo citata hoc argumento conuictus merito desistere videtur ab opinione Aristot. in vniuersum defensanda. Sed ait, ꝙ licet possit sustineri mundum fuisse eternum, quo ad aliquas eius partes, non tamen quo ad omnes. Atqui demirandum est cum Aristo. tanta inclinatione disputauerit mundum fuisse ab eterno, neqꝫ vero infinitum vllo pacto admiserit, cur nusquam animarum meminerit, quas ipse proculdubio credidit esse imortales. ¶Profecto non apparet modus, quo se hinc valuisset extricare. Quin vero hoc dicere ausim quod nunquam ei fuit satis compertum de animarum productione: & ideo nullibi perspicue de hoc definitam protulit sententiam. Visus quippe est ex vna parte in illo perstitisse antiquorum axiomate. Ex nihilo nihil fit, atque adeo creationem ignorasse. At ex altera parte (vt. 3. de anima patebit) veritate ipsa deuinctus, concedere renuit, animam e duci de potentia materie. Ex quo fiebat illi protinus consequens, illam creari. Sed de his nunc satis.

S. Thom.

Infinitum omnino impossibile.

Mot⁹ celi.

Conclu. 4. de aiabus.

¶Restat ergo ad argumentum partis affirmatiue questionis respondere, ꝙ quamuis nulla appareat contradictio celum cum suo motu, atque adeo tempus, & preterea intelligentias & animas rationales sub finito numero fuisse ab eterno creatas, nihilominus species rerũ corruptibilium successione indiuiduorum defluentium, repugnantia est, quã explicuimus, potuisse ab eterno condi.

Text.xxviij. Eſt maxima moueri ab eo, quod mouetur, &c.

## Quæſtio tertia.

¶ VTRVM OMNE QVOD mouetur moueatur ab alio.

A Parte negatiua ſunt argumenta omnium prima, illa que Philo. ipſe ſibi obijcit. Primum arguitur de grauibus ⁊ leuibus. Lapis, dum cadit, ⁊ ignis, dum aſcēdit, mouentur: ⁊ non ab alio, ſiquidē nullo cogente ſua pte natura feruntur. Ergo. ¶ Secūdo arguitur de proiectis ſagitta ⁊ globus ardenti ſulfure eiectus mouentur: ⁊ nō ab alio: quia maxime a proijciente, quod tamē poteſt prius perire, ꝙ ceſſet motus, vel ab aere deferente proiectum, vt tex. 82. docere videtur Ariſto. que tamen opinio egre probatur, ⁊ egrius creditur: ergo. ¶ Et confirmatur. Dum proiecta occurrunt renitenti, recurrant motu reflexo: ⁊ q illo motu non moueātur ab alio, probatur. Vel affirmas proiectum in puncto reflectionis quieſcere, vel negas. Si negas, contradicis Ariſtote. tex. 70. ſi vero id cum illo affirmas, tunc non mouetur a proijciente, poſtquā eius iam motus ceſſauit: neq; ab obſtaculo: immobilis paries non videtur pilā repercutere. ¶ Tertio arguitur de viuētibus, ⁊ preſertim de animalibus. Hec enim mouentur, ⁊ non ab alio, vt patet in motu deambulationis: ergo a ſe ipſis. Quod ſi cum Philoſo. reſponderis, text. 28. ⁊ tex. 40. in animali deſignari partem per ſe motā ab illa, que per ſe mouetur, hoc non eſt explicatu facile: quoniā ſi pars p ſe mouens affirmetur anima illud eſt falſum: quia non mouet niſi per intellectū qui etiā mouetur per ſpecies ab obiecto. Neq; vero materia eſt per ſe mota: tum quia accidentia nō recipiūtur niſi in toto compoſito: eo tum maxime ꝙ actiones ſunt ſuppoſitorū: ⁊ ideo neq; anima deambulat, ſed totum: neq; laſſitudo recipitur in materia, ſed in toto. ¶ 4. denique arguitur: ſi omne quod mouetur, ab alio moueretur, tūc vel eſſet proceſſus in infinitū, quod eſt contra Phi. tex. 34. vel deueniendum eſſet ad vnum primum mobile, quod ſeipſum mouet, vt colligere ipſe videtur tex. 50. hoc autem ſecundū membrum eſt creditu duriſſimum: nam tunc ſequeretur primum mobile eſſe animal ¶ In contrarium ſtat ſententia Philoſophi.

¶ Titulum quæſtionis non expreſſimus verbis Ariſto. ipſe enim non ait (vt Comment. 28. adnotauimus) niſi omne qđ mouetur, ab aliquo moueri: nam moueri ab alio apud ipſum idē eſt quod ab alio ſuppoſito moueri: at vero quia idē ſit, ab aliquo, intelligit, ab aliquo, vel ſuppoſito alieno, vel ſaltem diſtincto principio, quod ſit intrinſecum rei que mouetur, citra preuaricationem textus reſponderi poteſt omne quod mouetur, moueri ab alio. Eſt autem premittenda diſtinctio, quam ipſe text. 27. preiecit: videlicet tam id, quod mouet, ꝙ id quod mouetur, bifariam moueri ſcilicet, per ſe ⁊ per accidens. Muſicus enim per accidens ſanat, ⁊ ſanatur: accidit quippe tam medico, ꝙ egroto, eſſe muſicum. Quanuis ⁊ moueri per accidens, ſit etiam moueri ad motum alterius: veluti vehitur remiger ad motus nauis, quam cogit ipſe. Per ſe autem contingit ⁊ dupliciter: nam eſt quod mouet per ſe primo, ideſt neq; ratione accidentis, neq; ratione partis ſed ſe toto, vt Deus, dum res ex nihilo condidit, ſed eſt aliud, quod mouet, per ſe quidem, quia non per accidens, ſed tamen non per ſe primo, quia per partem: vt animal pedibus mouet pectus, ⁊ corde reliquum corporis. Rurſus notandum eſt duplicem eſſe motum: alterum Phyſicum, hoc eſt corporeum ⁊ materialem: alterum ſpirituale, quales ſunt intellectus ⁊ volūtatis actus. Et quāuis Ariſt. ſermo de ſolo ſit Phyſico inſtitutus, veritas tamen vniuerſalius patet ad omnē motum, atq; in ſenſu vniuerſali neceſſaria eſt, vt per eā perueniatur in notitiā primi motoris immobilis. Nam intelligentie celorum motrices mouentur quidem, non autem motu Phyſico. At vero ne tot multiplicentur queſtiones, quot eſſe poſſent difficultates, ſeptem concluſionibus ad hanc reſpondebitur, quibus ad vniuerſa fiat ſatis. Prima eſt, eademque vniuerſalis. Omne quod mouetur, ab alio mouetur. Ab alio inquam, vel externo ſuppoſito, vel principio intrinſeco a re diſtincto, que mouetur. Concluſio fuit Ariſtot. in fronte. 7. libr, quam repetit in hoc. 8. tex. 28. ⁊. 24. In cuius cōfirmatione verſatur vſq; ad tex. 50. Eſt autem cōcluſio hec in Phyſica, veluti dignitas. Cuius ratio ſtatim in promptu eſt eādemq; text. 40. ex definitione motus, quam ſtatuerat lib. 3. tex. 8. ⁊. 9. colligit talem Phil. Nihil ſe ipſum ſecundum ſeipſum totum primo mouet: ergo quicquid mouetur, mouetur ab alio. Exponatur antecedens. Poteſt quidpiam ſeipſum per accidēs mouere: vt de remigero diximus, ⁊ de anima patet, que dum hominem mouet, mouetur. Et poteſt ſe res per partem mouere, vt homo corde mouet corpus, ſed tamen quod ſe primo totū non poſſit mouere, patet, quoniam nihil mouet, niſi quatenus eſt in actu, hoc eſt actu habet formā quā in paſſum traducit: nihil enim calefacit, niſi dum actu eſt calidum. Nihil autem mouetur ad aliquā formam, niſi, qua caret, eſt ſiquidem motus actus entis in potentia: vnde: cum mobile recipit totam agentis formam, ceſſat motus. Idem autem ſecundum ſe totum non poteſt ſimul eſſe in actu ⁊ potentia: ergo nihil ſecundum ſe totū eſt ſimul mouens ⁊ motū: ⁊ ideo neq; eſt aliquid, qđ ſeipſum primo moueat, ſubditur etiā exemplū in ſpiritualibus. Nihil enim docens docetur, nam qui docet, iam eſt ſciēs qui autem docetur, caret ſciētia. At contra rationem hanc arguitur. Agens aliquod poteſt in ſe habere virtutem producēdi formam, qua caret: ergo poterit ſe ad illam formā mouere. Exempli gratia, ſol virtute eſt calidus, non autem formaliter: ergo ſi eſſet formalis caloris capax, per virtutem, quā habet, ſe formaliter calefaceret. Et intellect⁹ dormiētis poteſt dū expergiſcitur, per ſpecies ſe reducere in actum intelligendi. Et aqua, dum ſe ex calore reuocat in ſuam temperiē, mouet ſe. Reſpondetur ad primum, ꝙ ſol nō habet virtutē calefaciēdi ſe ſicuti neq; angel⁹. Si tā res eſſet caloris formalis capax, qui calor non eſſet illi naturalis, tunc non moueret ad calorē niſi dum eſſet extra ſuā naturalē diſpoſitionem. Quare illa reductio non attribueretur virtuti proprie, ſed generāti. Sicuti aqua dum ad frigiditatem reducitur, virtute generātis mouetur, cuius intentio eſt illam in ſua naturali diſpoſitione conſtituere. Sol autem eo ꝙ eſt ingenerabilis ⁊ incorruptibilis non eſt patibilis huiuſmodi accidentium. Alias ſi virtute ſe propria calefaceret, iugiter id ſemperque efficeret. Intellectus vero nō a ſeipſo mouetur, ſed ab obiecto, a quo miniſterio ſenſuum ſpecies recipit. Aliquando homo exercitatur

tatur a somno, iam docuit Aristo. text. 20. quomo-
do motus ille prouenit a sedatis humoribus. Et
dum quis vigilans de aliqua re incipit meminisse,
ille motus euenit ab aliquo incidenti euentu eius
modi species commouente.

¶ Clarescet autem magis con
clusio responsionibus per argumentorum respon-
sa. Ad quorum primū Arist. respōdet tex. 32. ꝙ gra
uia, ⁊ leuia per accidens mouentur a remouēte ꝓ
hibens: per se autē a generante. Quā quidē respon
sionem bona ex parte dilucidauimus lib. 2. q. 1. Ete
nim qui de rebus iudicant secundum sensum, cum
videant, graue, sublato impedimento, nullo mouē
te cadere, ne persuadere sibi possint, vt res, que nō
adest, eum moueat, colligunt, graue, ⁊ leue non mo
ueri a generante. Et ideo diuersa excogitāt hic mo
uentia. Alij fingunt, moueri a cęlo per expulsionē:
alij a suis locis naturalibus per attractionē. Itaq;
centrum attrahit ad se graue sicuti magnes, ferrū.
Alij fingunt, medium, puta aerem, vel aquam illa
mouere. Sed sunt hęc omnia adeo ridicula vt nihil
opus sit in eius refutatione tempus vllum terere.
Grego. ista persequitur. 2. senten. dist. 6. q. 1. ipse au
tem ⁊ Scotus eodem lib. dist. 2. q. 10. arbitrantur
hęc corpora a se ipsis moueri. Hęc autem opinio a
pertissime in primis cum Philoso. pugnat, vt pri-
mū patet tex. 27. vbi inter ea, quę per se ⁊ naturali
ter mouentur, distinguit, quod animalia a se ipsis
mouentur, grauia vero ⁊ leuia mouentur ab alio.
Et deinde tert. 28. tanꝙ de re abscondita dicit, du-
bitationem afferre, a quo hęc moueantur. Et si a se
ipsis mouerētur, profecto nulla esset dubitatio. Et
tex. 29. ⁊. 30. quatuor rationibus probat, moueri ab
alio: ⁊ tandem text. 33. aperte concludit, ꝙ per se
mouentur a generante. Neq; vero authoritas Ari
sto. licet sit in hac re grauissima, tanti est ponderis
quāti illa prima ratio, quam affert text. 29. nempe
rem mouere se ipsam, esse proprium officium vitę:
hoc est, esse viuentibus peculiare, atq; adeo per qđ
distinguūtur a non viuentibus. Quod quidem nō
fuit tantum assertū Arist. vt hic patet, ⁊ latius pri
mo de anima, sed fuit indubitata confessio omnium
Phi. vt in Phedro videre est apud Platonē. Ubi
nullū aliud discrimen inter viuentia, ⁊ res inani-
mas constituit, ꝙ ꝙ viuentia habent internū moto
rē, res vero inanime, nō nisi externū. Et vsq; adeo
hoc fuit semper constitutissimū, vt qui dicebant or
bes cęlestes a se ipsis moueri, effugere non pote-
rant, quin ineluctabili consequentia protinus con
cederent, esse animalia. Et re vera illis, qui profitē
tur grauia ⁊ leuia moueri a se ipsis, nullū relinqui
tur interstitium, quo possint viuentia a non viuen-
tibus discernere. Nam quod ait Grego. differentiā
esse, ꝙ viuentia sic mouēt se vt possint se ponere in
illo loco, vnde possint rursus moueri: sed non viuen
tia, cum non moueantur, nisi quando sunt extra lo
cum naturalē, non possunt moueri, nisi ponātur in
eo loco extraneo, vnde moueantur ad naturalem:
hoc inquam cōmētū Grego. est in primis cōtra A-
rist. q non adducit hoc tanꝙ differentiā inter duos
modos, quibus res mouent se, sed tanquā testimo-
niū ad cōcludendū, ꝙ illa, quę sic se ponūt in quo-
cunq; loco, mouent se localiter: alia vero, minime.
E pręterea in sua ipsius ratione deberet inspicere
Grego. quare grauia ⁊ leuia non mouent se. Ex eo,
inquā ꝙ non mouentur in suo loco naturali, sed ad
ipsum, deberet colligere perfectionē supremā gra-
uis non cōsistere in moueri, sed in quiescere: ⁊ ideo
motus ille, quo feruntur ad sua loca naturalia, non
attribui ipsis, sed generanti. Neq; responsio Scoti
satisfacit. Ait enim animalia mouere se ipsa per co
gnitionem: non viuentia vero, minime. Nam si hoc
tantum discrimen Arist. cogitasset, facillime se ex-
pediuisset ab hac dubitatione: cum tamē graue du
bium existimet a quo grauia mouentur. Neq; vero
inquirit quomodo mouentur, hoc est, per cognitio
nem nec ne, sed a quo mouentur. Et pręterea plā
tę etiam mouent se [nutriūtur quippe, ⁊ augentur
a principio intrinseco] licet non per cognitionem.
In summa Arist. pretendit, ꝙ nihil se moueat a lo-
co in locum, nisi per cognitionē. Alia vero differen
tia, quam alij fingunt, nempe ꝙ viuentia mouent
sę ad omnem differentiam positionis: non viuentia
vero, non, nisi ad vnam, profecto accidentaria est, ⁊
extra rem: quoniam licet planta non augeretur ni
si solum sursum, aut solum deorsum, se ipsam nihilo
minus moueret. Potissima ergo, quin tota ratio,
cur compulsi sunt Phi. dicere grauia et leuia mo-
ueri a generante, fuit ne vitam illis tribuerent.
Mens igitur Aristote. est, ꝙ principium naturalis
motus elementorum est duplex: aliud quo, ⁊ aliud
quod, principiū quo, principale est forma ipsa sub-
stantialis: minus autem principale est instrumenta
le, est grauitas ⁊ leuitas: principium autem quod,
est generans. Et ideo ait, ꝙ habent in se principiū
sui motus, non actiuū, sed passiuū. Inepte enim lo
quuntur illi, qui dicunt principium quod mouens
esse formā, ⁊ id quod mouetur, esse materiā. Nā cū
actiones sint suppositorum, id quod mouetur, non
est, nisi totum compositū. Et pręterea cōtra hoc ar
guitur. In illo, quod mouet se, distinguēda est pars
mouens a parte mota, non solum tanꝙ forma ⁊ ma
teria, vt statim in solutione ad tertium patebit, ve
rum tanꝙ distincte partes integrales, ⁊ organice,
quę quidem in rebus inanimis dignosci non pos-
sunt: ergo id, quod mouet, non est intrinsecum gra
ui. Respōdetur ergo ad argū. ꝙ grauia, ⁊ leuia mo
uentur a generante, etiam tunc qū non est presens
re: satis enim est, ꝙ sit presens virtute: sicut filius
gignitur a patre, quādo animatur, tunc enim pro
prie gignit, licet tūc pariter sit mortuus, qr manet
in virtute seminis. Quod si perconteris, cur ergo
animal nō mouetur a generante dū ambulat, post-
quam id agit virtute generantis? Responsum a no
bis est lib. ij. q. 1. vbi ⁊ hanc rem tractauimus, ꝙ cū
perfectio viuentis cōsistat in moueri: tandiu quip
pe viuit quandiu mouetur: ⁊ intentio generantis
cesset, quando genitum constituit in sua perfectio
ne, ille motus animalis attribuitur ipsi genito: sed
quia perfectio ⁊ finis leuis ⁊ grauis cōsistit i quie
scere in proprio loco, intentio generantis est illud
illic sistere: ⁊ ideo omnis motus quoadusque illuc
perueniat, attribuitur generanti. Et per hoc solui
tur aliud argū. quod nonnullos male torquet, ne-
que vero respōdent ad rem. Argumentū est, quod
tunc sequeretur dum ignis calefacit, aut cōburit
lignū, illā actionem transcribendam esse generan-
ti, quin vero primo creato igni, qui quinq; millibꝰ
annorū antecessit: nam iste ignis suscepit virtutē
ab alio, ⁊ ille ab alio ⁊c. Illatio tamen, nulla est: in
terest enim plurimū. Nā ignem calefacere, est pro
pria perfectio ⁊ finis ignis: ⁊ ideo dum generans
dedit illam virtutem genito, tunc cessauit eius in
tentio: qr propter motus, quo ignis calefacit ex
tremum passum, attribuitur ipsi igni calefacienti,
qua ratione deambulatio attribuitur animali. Et
per hoc rursus respondetur Scoto, qui arbitra Scotus.
tur Aristotel. censere, ꝙ graue mouetur a seipso.
Ait quippe text. 32. ꝙ sicut sciens habitu per se ip-

 sum

sum potest actu considerare, nisi impediatur, ita
ignis postq̃ formam substãtialem habet statim cõ
burit nisi impediatur, ⁊ pariter leue postq̃ habet
talem formã, statim ascendit. nisi impediatur, quia
natura eius est esse sursum, vñ colligit Scotus, ꝙ
sicut ignis per se calefacit, ita ⁊ a seipso mouet̃ sur
sum. At deceptio, vel sua, vel mea, est, quod non me
ditate considerauit verbum Philosoph. Dicens
enim, ꝙ natura ignis est esse sursum, sicut ipsum ca
lefacere, docuit discrimẽ, ꝙ mot⁹ ille sursum, quo-
adusque sit in loco naturali, non est effectus ignis
geniti, sed generantis, cõstituentis genitum in sua
perfectione: calefactio autem, quia in ipsa actione
consistit, suprema perfectio ignis, adscribitur cale
Ad secũdũ princ. de ꝓiectis. facienti. ¶ Ad secundum principale argumentum
respondet Philoso. text. 82. ꝙ proiectum mouetur
ab aere circunstante, qui a proijciente propellitur.
Non quidem ab aere retropercutiente, vt nonnul
li cogitant: nam dum iacio ego manu lapidem, non
ferio aerem interclusum inter manum ⁊ lapidem:
quippe cum vel nullus sit, vel per q̃ tenuissimus,
sed ab aere circunstante subtus ⁊ ad latera proie-
cti: qui quidẽ percussus, ipsum secum rapit. Et ꝙ
moneatur per antiparistasin, iam super textum iu
xta mentem Phi. reprobauimus. At vero sunt ple
riq; multi, qui vix sibi possunt hanc opinionẽ Phi
losoph. persuadere. Primum, quia non vident tan
tam virtutem impingi posse aeri a proijciente, vt
possit sagittam, vel aliud ponderosius iaculum mo
uere. Secundo, quia aer, neq; vnciam plumbi susti
nere in altum potest: quomodo ergo poterit ingen
tem globum tanta velocitate, perq; tantũ spatium
non modo sustinere, sed ⁊ mouere? Et preterea ex-
perimur, validissimum ventum nonnunq̃ agitari,
qui tamen nõ valet lapidem se ipso mouere, quem
quidem nos iactatum mouemus: non ergo motus
aeris, causa est, que proiectum mouet, sed iaculator
imo impetus. Et confirmatur hec ratio. Si motus
aeris esset in causa, veloci⁹ raperet, ac moueret plu
mam vel lanam, q̃ lapidẽ, aut ferrũ: eius nos tamẽ
contrarium experientia docet. Tertio arguitur.
Dum impetuosus aer contra te perflat, si contra
eius impetum lapidẽ eijcias, videtur aer tunc non
posse a te retropelli, ⁊ nihilominus lapis mouetur
contra eius cursum, ergo tunc lapis non mouetur
ab aere, se a proijciẽte duntaxat. Item est argumẽ
tum de rota barbitonsoris, que si postq̃ semel fue-
rit in circulum pulsa, dimittatur, mouebitur in cir
culum, ⁊ tamen aer nõ apparet sic circulariter mo
ueri: nam a quo moueretur? Tunc maxime, quo-
modo impulsus non fit in circunferentia rote, vbi
aer circunstans tangatur a pulsore, sed in axe, qui
est in medio. His ⁊ huiusmodi argumentis multi
deuicti docent motum proiectorũ non fieri ab aere
sed ab impetu impresso ipsi eidem proiecto a ꝓijciẽ
te, vel ab eius machina, in ipso proiectionis momẽ
to. Atqui istorum quidam aiunt, non docuisse hoc
loco Aristo. suam ipsius opinionem, sed alienam re
tulisse. At profecto nulla possunt probabilitate sic
Aristo. illudere: tum quia recitata priori opinione
subdit necesse esse sic dicere: tum etiam, quoniã in
de infert motum proiectorum nõ esse continuum.
Ex quo ad considerationem ascendit continui celo
rum motus. Videtur ergo suam affirmare senten-
tiam. Alij vero nihil formidant eum negare. Sed
neq; isti tam validum habẽt argumentũ, vt ei con-
tradicere deberent. ¶ Possumus ergo hisce cõclu
Respõsio. sionibus litem hanc componere. Prima: Negari
non debet, quin iaculator, aut machina, mouendo
proiectum, vna commoueat ⁊ aerem, vt experien-
tia constat in aqua circulariter adiactum lapidis
commota. Idq; potissime verum ostenditur in sul-
fureis machinis, ex quibus aer vna cum globo im
petuosissime excluditur. Ob idq; Phi. cum paulo
ante definisset grauia ⁊ leuia a solo generante mo-
ueri per grauitatem illi impressam, non satis existi
mauit dicere, ꝙ proiectum a solo proijciente mo-
ueatur: nam cum proijciens sit presens, intellexit
vna cum proiecto aerem etiam ab ipso cõmouerit
quod in motu grauium dicere nõ poterat: cum ge
nerans tunc non adsit ad verberãdum aerem. Se-
cunda conclusio: non solus aer est causa que mouet Conclu. ij.
proiectum, verum ⁊ proijciens ipse per impetũ ꝓ-
iecto impressum. Neq; Aristot. credendus est hoc
dubitasse, sed pro comperto reliquisse ex analogia
grauium ⁊ leuium, que est prima ratio affirmandi
huiusmodi impetum. Nempe, ꝙ sicut generãs gra
ue tribuit illi naturalẽ qualitatẽ, que est grauitas,
qua illud permouet vsq; ad centrũ, sic ⁊ proijciẽs
impingat impetũ proiecto, quo ipsum eminus mo
ueat. Unde ⁊. S. Thom. mentis Aristo. sedulus ex
plorator. q. 3. de potentia. ar. 11. Et. q. de anima. ar.
ibidem. 11. palam fateeur huiusmodi impetus im-
pressionem in proiecto. Sed sciscitaris, nunquid sa
tius est dicere proiectũ moueri ab impetu effecti-
ue, q̃ a proijciente remotissimo? Re vera non: quo-
niam (vt text. 33. visum est) ea, que non se ipsa mo-
uent, necesse habent moueri a supposito distincto:
impetus ergo, quia non est suppositum, nõ agit, sꝫ
est virtus agẽtis, puta motoris: quin vero passiua
non actiua, verum est virtus infixa rei mote: sicuti
⁊ de grauitate monstrauimus. Et confirmatur hec
eadem conclusio ex verbis Phil. Ait quippe proie
ctorem dare aeri, vt mouetur, ⁊ vt moueat. Conce
dit ergo aeri imprimi virtttem motricem per mo
tũ: nam dicit, ꝙ prius desinit moueri, q̃ mouere (id
quod super textum expositũ est) ergo maiori ratiõe
imprimitur virtus ipsi proiecto, quãdoquidẽ pro-
prius vehemẽtiusq; pellit̃, q̃ aer. Nã si aerẽ, nihil
de manu eijciendo, verberarẽ, nõ tam ipsum moue
rem, q̃ lapidem, quem eijcio. Secundo in fauorem
huius secunde conclusionis de impetu extãt expe
rientie inter modo arguendum allate. Prima, ꝙ si
solus aer moueret, non moueretur iaculum, cõtra
ingentem aeris flatum. Secũda de motu rote post
violentum tactum axis dimisse: vbi aer non appa-
ret moueri. Et preterea tertia de proiecta pluma,
que si a solo aere veheretur, celeri⁹ q̃ sagitta vola
ret. Est veruntamen alia experientia, que attesta-
tur, aerem etiam in causa esse motus. Experimur
enim sagittam non tanta vehementia ferire obie-
ctum propinquius, quam aliquãto remotius: qua
propter Aristo. 2. celi text. 35. dicit, ꝙ motus natu
ralis intensior est in fine: motus vero proiectorum
neque in principio, neque in fine, sed in medio. Hu
ius autem causam inde quidam eliciũt ꝙ impetus
sagitte nõ subito totus imprimitur, sed post vel in
tenditur, vel extenditur per sagittam, vt vigẽtius
moueat. Hoc tamen non est intellectu facile: quo-
niam non apparet, elõgata sagitta a balista, a quo
impetus intendatur, nam a seipso non potest acci
dens intendi. Et preterea cũ sagitta sit quoddam
continuum, toti simul impingitur impetus: non er
go post extenditur. Et ideo Sanctus Thom. su
per eundem text. ij. celi experiẽtiam hanc merito
tribuit multitudini aeris commoti. Nam cum v-
na eius portio aliam concitet, atque alia subinde
aliam, augetur causa motus. Et eodem tendit
mens Alberti, hoc loco dicentis, ꝙ impetus aeris
quanto est in latiori materia, fortius mouet. Quan
uis. S.

uis. S. Thom. 12. q. 75. arti. 6. alteram quoque pro be adhibeat causam, videlicet, ꝙ cum res queꝗ appetat se conseruari, fit: vt quo maiori obuiat resistētię (dummodo vincere possit) magis intenditur eius virtus: & ideo impetus ipse sagittę a cōtrarietate resistētię potest intendi: sed quia est ab extrinseco peregrinus, statim incipit debilitari. Et hinc possumus causam colligere, cur vehementius & ad maiorem distantiam proijciamus iaculum proportionatū viribus nostris, ꝙ exiguum lapillum. Causa inquam est, ꝙ vbi non est tanta resistentia, non est capacitas tanta imprimendi impetus, propterea ꝙ vires non habent, in quod se obiectū satis effundant. Atꝗ hęc etiam est causa, cur pluma non tanto impetu volat. Et preterea quia non est tam apta ad secandū aerē. De motu autem rotę, quanuis referēdus potissimū sit ad eius ipsius impetū, nihilominus & aer non est negādus rapi vna cum rota in circulum: licet forsan (vt alij dicūt) non intellexerit Arist. circularem motum violentum fieri ab aere, sed illum penitus, qui fit in directū. Motus autē ancipitis trepidationis, dum rota anteꝙ quiescat vltro citroque vertitur & reuertitur, tribuendus est difformi, inequaliꝗ ponderi partiū: nam cum iam languente impetu, cesset motus, nō potest rota sic se fixa sistere, quin partes illuc vsꝗ ascendentes recidant, aliasque alterius lateris eleuent, ac rursus dum alię relabuntur, alias subleuant, quoadusque ponderosiores omnes considāt in parte infima. Si autem admitteretur tam vniformis rota, vt nulla ex parte preponderaret, arbitror, vbi vis cessaret impetus, cessaret vna & motus. Nisi [vt alij comminiscuntur] diceres ꝙ cum partes aeris in fronte ad quam tendit motus, condensentur, extincto impetu rotę, rarefiunt, eamꝗ repellunt ad partem posteriorem: & iterum alter aer ad anteriorem: quoadusque fit debita aeris rarefactio. Concludamus ergo, tam a proijciēte per impetum, ꝙ etiam ab aere moueri proiecta. Id autem quod Aristotel. subijcit, nempe ob motum aeris motum proiecti non esse continuum, profecto egerrime est persuasibile. Ecquis enim credat sagittam, aut globum bombardę motum illum pernicissimum interrumpere. Nisi dicamus sic non esse continuum, quod forsan nō est vniformis: cum portiones aeris [licet nobis insensibiliter] alijs, ac subinde alijs pulsionibus moueantur, vti apparet in vndis aquę.

¶ Veruntamen nonnulla restant dubiola de huiusmodi impetu. Primum est, an distinguatur a suo subiecto. Ad quod libentius respōdebo ꝙ sit qualitas distincta, sicuti grauitas, & leuitas: quandoquidem virtus quędam est agētis, preter motum, nam est virtus, qua mobile mouetur. Hęc etiam locutio non esset adeo ꝓpria, nisi impetus esset qualitas. Neꝗ proprie diceretur impressio. Est autem in illa specie qualitatis, quę est habitus, vel dispositio, estque intensibilis, ac remisibilis: contrarietatem habens cum grauitate proiecti: ab illa quippe remittitur: licet altera sit naturalis, altera vero ab extrinseco. Et ideo nullam pręsefert apparētiam argumentum Pauli Veneti: quo vult inferre, si impetus sit ponendus, motum proiectorum esse naturalem: nā tunc passum conferret vim per qualitatem sibi inherentem. Responsio enim est, ꝙ passum non confert vim motui per quodcunque principium, quod sibi inhęreat, nisi sit a natura sibi ingenitum: impetus autem forinsecus illi adiacet contra eius naturam.

Ad confir. ¶ Ad confirmationem de quiete in pūcto reflexionis Arist. respōdet, esse necessariam. vt patet a tex. 64. vsꝗ. 70. Quod si experiētia contra obijciatur de pila vehementissime proiecta, quę tactu parietis retrouertitur absꝗ vlla perceptibili quiete: respondetur, sensum non percipere subitaneam quietem, nihilominus argumentū est, illic quiescere, ꝙ si pila esset rubro tincta, intingeret parietem, quę tinctio in instanti fieri nequiuit. Longe tamen pugnatius argumentum est, si sagittę sursum emissę occurrat magna moles cadens. Tunc enim palam est, sagittam recidere sub illa mole absꝗ vlla quiete: nam qui admiserit in puncto, quo magnū cadētem lapidem tangit, quiescere, necesse est, vt concedat & mollarem illum lapidem tunc quoꝗ quiescere, quod non solum experientia denegat, verū & ratio abhorret. Respondēt quidā, anteꝙ sagitta pertingat ad lapidē, detinerit antisper ab aere, qui impetu coactus descēdit sub lapide. Neꝗ obstat aliorum argumētū, videlicet, ꝙ sagitta infigeretur in corpus quod cadit, si esset lignū. Nam respōderēt alij, ꝙ infigitur cum cadens lignum tangit quiescētem sagittā. Attamen si ponatur tunc incipere descensum lapidis, quādo sagitta deberet quiescere, nō potest dici ꝙ ab aere, qui nondū mouet, detineatur. Igitur cui hęc nō satis facit solutio, necesse est respōdeat cū Aegidio sup tex. 65. [quē pleriꝗ hoc loco sequunē, sicut & ipse alios se antiquiores] ꝙ cū Aristo. docet, id qđ mouetur in puncto reflexionis quiescere, intelligit qđ per se quiescit, hoc est, qñ deficiēte impetu, sequitur motus naturalis, aut qñ graue caderet motu naturali, et repercuteretur a terra quiescente, quando vero per accidens reflectitur ad motum alterius superiori virtute occurrentis, tunc non est necesse quiescere quiete propria, imo idem numero instās extrinsece terminat vtrunꝗ motum. Est, inquam, primum quo nō ascendit, & primum quo non descēdit. Itaꝗ vsꝗ ad illud extrinsecū instans ascendebat, & inde etiam extrinsece descēdit. Haud quippe do vltimum instās esse ascensus: nam alias, cum illic motus rūpaē, daretur vltimū instans esse motus, quod libr. 5. demonstratum est impossibile. Illa ergo non potest dici quies, sed instātanea motus incisio. Et hoc satis est ad propositū Aristo. constituentis, nullū motum rectū posse esse perpetuū. ¶ In tex. autē 69. ad hoc ꝓpositum miscuit sermonem de generatione, nēpe quicquid generatur, incipere esse per primū sui esse, & quicquid corrūpitur, desinere per primū nō esse: quę quidem non sunt duo, sed vnum instans, sicuti modo diximus de instanti, quo intersecātur ascēsus & descensus. Huius autem examen ad primum de generatione spectat. Ad. 3. prin. ¶ Subsequitur, vt ad tertiū principale argm̄ respondeatur, quę respōsio expositionem requirit sententię Aristo. qua ait, tum tex. 20. tum etiā & 40. id quod seipsum mouet, diuidi in partē per se mouentē, & partē per se motā, propterea ꝙ cum, mouere, dicat actum per formam quę iam habetur, moueri autem receptionem formę qua res caret, ꝗ duo inter se ex diametro repugnant, fieri nequit, vt res aliqua secundū se totam moueat & moueatur. Supponamꝰ ergo ex tex. 20. & tex. 50. animalia esse, quę se ipsa mouent. Sunt autem multi, qui arbitrantur partem per se mouentem, esse animā, partem vero per se motam, esse materiā: quod si ita nude intelligatur, a vera Phi. est alienum. Notādū ergo est, id quod mouet proprie, & mouetur, neꝗ esse formā: neꝗ materiam, neꝗ vero partiū vllā, sed totū compositū: nam actiones inquit Aristo. 1. de anima tex. 64. non sunt nisi suppositorū. Anima enim nō texit, aut ędificat, sed homo

Neq; materia primo augetur aut calefit, sed homo. Et ratio est, quia, agere, nascitur ex eo quod est: esset ideo res, que proprie existit, illa est, q̃ proprie agit, ⁊ patitur: forma autem inexistit: materia vero, substat forme. Atqui accidentia, secundum Aristotelem, non in materia prima, verum in toto cõposito recipiuntur. Igitur cum querimus partem per se mouentem, non intelligimus, illam mouere vt, quod, tanquam suppositum, sed vt, quo, tanquã primum principium, quo fit motus. Et quando inquirimus partem per se motam, non querimus id quod mouetur vt, quod, sed quod est patiendi ratio. Respondetur ergo ad questionem, que in replica tangitur per tres cõclusiones. Prima, pars per se mouens tanquam primum principium quo, non solum in animali, verum in omni viuenti, [vt plantas etiam comprehendamus] est anima, qua ratione est actus corporis Physici. Conclusio est nota, quia mouere dicit actum: actus autem subsequitur esse rei: ergo per id, per quod res actu fit et constituitur in sua specie, habet ⁊ operari: illud autem est anima: ergo. Quinuero ideo anima dicitur actus corporis Physici organici. ⁊c. [vt habet. 2. de anima tert. 4.] quia est pars per se agens. Secunda cõclusio. Pars per se mota est corpus, puta materia, nõ quatenus nuda cõsideratur absq; forma, sed quatenus esse recipit corporeum a forma, aut vegetabile, aut sensibile. Illi, qui multiplicant plures formas in composito, dicerent ꝙ per vegetatiuam mouetur corpus Physicum motu augmentationis: per sensitiuam vero, motu sensitiuo. At vero q̃m reuera vna est tantũ simplex forma in viuente, que dat illi esse corporeũ ⁊ vegetatiuum, vt plante: ⁊ preter hos, sensitiuum, vt bruto: ⁊ preterea rationale, vt homini, dicendũ est, ꝙ ab eadem mouetur omnibus motibus. Est igitur in viuentibus cõsiderare plura motuum genera. Primum est, elementorum, vt calefieri, frigefieri, ⁊c. ⁊ istorum postquam omnino sunt ab extrinseco aere, quibus ideo animal non se ipsum mouet, sed tantum ab alio mouetur, non opus est scrutari partem per se mouentem: quia totum patitur. Alij sunt motus vegetatiui, in quibus pars per se mouens est anima, quatenus vegetatiua. Et pars tunc per se mota, est materia, quatenus organizata capax est vite vegetatiue. Unde in illa definitione. ij. de anima. Anima est actus corporis Physici organici potentia vitã habẽtis, visus est mihi semper Arist. oculatissime designasse ac discreuisse partem per se mouentem, et partem per se motam. Sed sunt preterea in animali perfecto alij motus naturales, in quibus eorum vita cõsistit: vt actio calidi in humidum, palpitatio cordis, inspiratio ⁊ respiratio. Et isti quodãmodo tribuũtur generãti. Etenim sicut ignis natura sua fertur sursum ⁊ graue dorsum, sic ⁊ natura sua animal mouetur his motibus. At quia perfectio animalis non in quiete, sicut perfectio elementorum, sed in his motibus consistit, his etiam motibus mouet seipsum animal: sicuti ⁊ motu nutritionis ⁊ augmentationis: ⁊ ideo etiã in his anima est pars per se mouens, ⁊ corpus (vt dictum est) pars per se mota. Sunt preterea ⁊ motus sensuum in quibus aĩa, quatenus est sensitiua, est pars per se mouens, ⁊ corpus sensibile, puta materia quatenus hʒ esse organicum ⁊ vitam sensitiuam, est pars per se mota. Et qua porte est appetitiua, est pars per se mouens in motu locali, qui fit per appetitum, ⁊ pars per se mota est corpus, inquantũ organis viget aptis ad eiusmodi motum. Ad vero secundum qđ est anima intellectiua, quia põt separari a corpore, ⁊ absq; eius dependentia intelligere, nõ dicitur pars per se mouẽs respectu corporis: nisi ea ratione, qua per intellectum ⁊ voluntatem vna cum apprehẽsione sensus mouet corpus ad motũ aliquem ⁊ negotium particulare. Per hec clarescit mens Philo. qui. 1. de anima constãter disputat contra Platonem, ⁊ alios Phi. qui dicebant animam se ipsam per se mouere, propterea ꝙ mouet: credentes ꝙ nulla res posset mouere nisi per se prius mota. Contra quos docuit Aristote. non esse necessarium, vt quicquid mouet, moueatur: vt patet de primo motore. Quocirca anima non per se mouetur, sed per accidẽs ad motum totius, vel motu locali, vel augmentationis, ⁊ alteratiõis ⁊c. Quo fit vt neq; affectionibus spiritualibus moueatur per se anima, sed totum: vt gaudio, merore, iracundia, misericordia ⁊c. Omnes enim huiusmodi affectus fiunt cum aliquo motu corporali sanguinis ad cor, vel corde: ⁊ ideo sunt passiones: nõ tantum anime, sed totius coniuncti. De similibus aũt affectibus, qui sunt in aĩa separata, alia est ratio. Possumus autem hic adhibere tertiam conclusionẽ. Si loquamur de principio motus, quod veluti organũ, pars per se primo mouens integralis, est cor secundum Arist. vbi spiritus vitales generãtur. Quod si rem altius cõtemplari lubet, in anima etiam ipsa intellectiua quodammodo distinguitur pars per se mouẽs a parte per se mota: que quidẽ distinctio sumitur in eadẽ anima secundũ diuersas potentias ⁊ actus. Ut aĩa per intellectum mouet se ad amandũ ⁊ per appetitũ ad deprecandũ. Et per appetitionẽ finis, mouet se ad vestiganda media. Unde in consultatione primũ figitur intentio finis, ⁊ inde ꝓceditur ad conquirenda media. Sed hec iam lineam Physicorum egrediũtur. Uide apud. S. Thom. 1. p. q. 18. artic. 3. quinq; gradus mouentiũ seipsa. Ad replicã ergo respondeatur negãdo, partem per se mouentem esse animam, aut partem per se motam esse materiam. ¶ Argm̃ quartum duplicem tangit materiã. Prior est: an sit processus in infinitum in motricibus causis, de qua in questione proxime sequenti. Posterior, verũ esto non sit processus in infinitũ, deueniendũ sit ad vnũ primũ mobile, qđ seipsum moueat, an vero ipsum primum mobile nõ moueatur nisi a mouente, ꝙ sit immobile. Tetigimus autẽ particulã huius dubitationis lib. ij. q. 1. quã ⁊ S. Tho. 1. p. q. 70. ar. 3. refert: nẽpe an Arist. fuerit illius mẽtis, ꝙ celũ moueat seipsum. Et punctũ in hoc consistit, qđ mouere seipsum, nõ põt nisi id, qđ cõpositũ sit ex materia ⁊ forma, que quidẽ forma sit principiũ actiuũ motus ipsius, ita vt inhereat mobili, sicuti aĩa viuenti. Unde quicunq; hoc dixerit, dicere subseq̃ter vincitur celum esse animal. Et quidem adeo viguit Athenis placitũ hoc, vt, referente Augu. 8. de ciui. Dei, factus reus fuerit in senatu Anaxagoras, eo ꝙ negauerit, solem esse animantẽ. Et vt illic refert. S. Tho. platonici fuerũt in eadem sententia. Quinuero Augus. super genesin ⁊ in enchiridio dubius mansit. Et Hierony. in partem affirmatiuam inclinauit. At vero nullo est pacto crebile (vt illic optime docet doctor Sãctꝰ) ꝙ vel Plato, vel Aristot. ⁊ multominus, Hierony. vel Augusti. senserint, spirituales substantias, celorum motrices, sic informare celestia corpora, vt animalium formas, ita vt essent proprie animalia. Sed Comment. in de substantia orbis. ⁊. 12. meta. com. 41. nescio quam commentus vnionem intelligentie cum celo, ansam exhibuit, vt hec nota inureretur Aristotel. Qua de causa apud multos male audit, eo ꝙ dixerit celũ esse animal. Est eñ hoc

non so-

Prima cõclusio.

Ad. 4. fm.

non solum contrariũ nostre fidei: quare neq; suspicandum est id cogitasse, neu Hiero. neu Augustinũ verũ ⁊ Phi. naturali aduersaſ. De fide nõ est dubium, quin duas tantum doceat naturas: puta humanã ⁊ angelicam a materia separatã capaces glorie: anima ergo celi non posset esse intellectualis: alias, esset visionis Dei capax. dicere aũt ꝙ tales anime essent irrationales, in primis est contra Aristot. qui eas censet substantias esse intelligibiles. Et preterea ex diametro pugnat cũ ratione naturali: nam cum celum ab omnibus asseratur esse perpetuũ, esset tunc animal immortale, idemq; brutũ. Et preterea cum neq; celum, neq; astra (vt. 1. de ce. tex. 50. docet Arist.) nulla habeant organa motus neq; vero vlla vigeant animalis figura aut sensu, quisnam delirus illa asserat esse animalia? Haud ergo vllo est modo, vel secundum fidem, vel secundũ Physicam scientiam de hac re hesitandum: sed omni procul dubio confitendum, nullum celorum esse animal. Imo vero neq; de Aristot. neq; de sapientiũ vllo arbitrandũ est in ea fuisse opinione. Et de Aristo. sunt ineluctabilia testimonia. Ait enim. 12. meta. tex. 36. ꝙ primũ mouet mouẽs sicut intelligibile ⁊ concupiscibile: nempe sicut obiecta, que nullatenus ipsa mota, mouent potentias. Et addit, ꝙ neq; est mobile per se, neq; per accidens. Et in toto hoc lib. 8. hoc pseuerauit docere, ꝙ primũ mouens est immobile per se et per accidens: sic, vt neque sicuti anima moueatur per accidens ad motũ sui mobilis: id qđ expresse affirmat tex. 46. ⁊ text. 83. Nam aliud moueri per accidens planetarũ explicuimus cõment. 52. Et quod de primo mouente affirmat, id ⁊ de ceteris motricibus intelligentijs docet, quarum singulas singulis orbibus accommodat: vt patet eodem loco. 12. meta. text. 42. At vero si intelligentie informarent celestia corpora tanquam anime, impossibile esset, quin mouerentur per accidens ad motum celorũ. Preterea eodem. 12. meta. motrices causas celorũ appellat substantias separatas: aperte docens, non esse actus corporũ. Et preterea arguitur, cum celo nullus alius competat motus ꝙ localis, neq; aliud prorsus opus vite, nulla est necessitas Physica, vt cã mouens inhereat illi, sed satis est ei applicari cõtactu virtutis motricis: veluti angelus applicatur loco. In summa Arist. hic text. 29. ait, mouere seipsum, proprium esse animalium: in quam sententiam citat eum. S. Tho. 3. p. q. 32. artic. 4. Faciunt tamen dubiam eius mentem nonnulla loca sua, vbi videtur astruere, primum mobile mouere se ipsum. In primis in hoc lib. tex. 34. proponit ordinem mobilium reducere ad vnum quod se ipsum mouet: ꝙ esse nequit aliud, quam primũ mobile. Et tex. 50. cõcludit in processu mouentium, que mouentur, deuenendũ esse ad primũ mobile, quod seipsum mouet: licet simpliciter in ordine mouentium sit deueniendũ ad primũ motorem immobilẽ. Idq; repetit tex. 60. Et. 2. de celo. tex. 13. aperte ait celũ esse animatũ: idẽq; ⁊ tex. 61. resumit dicẽs, ꝙ celũ participat vita: estq; viuẽs. Ad hec aũt rñdẽdũ est cũ. S. Thoma loco supra citato. 1. p. q. 70. ꝙ Aristo. nihil aliud voluit, q̃ ꝙ celi nõ mouenſ a suis motoribus veluti grauia ⁊ leuia a generante: nã hec mouẽtur a re absente per virtutẽ ipsis in sua ipsarũ generatione impressam: celestia vero corpora mouentur a causis intellectu apprehẽdẽtibus rationẽ mouẽdi volẽtibusq; mouere: q̃ idcirco cãe ideo mouent presentes, tangentesq; sua virtute mobilia: ob idq; quodãmõ mouent sicuti anime. Et ideo tex. 43. (vt illic notabimus) dixit, ꝙ mouentis se ipm pars mouens ⁊ pars mota vel debent se inuicẽ tangere, dũ ambe sunt corpora: vel vna alteram, propter celum qđ intelligẽtia tangit: nõ aũt ab eo tãgiſ: q: spũale non tãgiſ a materiali. Atq; hac ratione ait. 3. de trini. Aug. corpora oĩa administrari a Deo per spiritũ vite. Et sic glossandus ipse est, ⁊ pariter Hiero. sicubi visi fuerint vitã tribuere celo. Nã de Platone nulla est ambiguitas, qñ qdẽ ipe nusquã asseruit celũ se ipm mouere: sed animã celi astruebat esse primũ se ipsum mouens, mõ exposito super tex. 34. vt in Phedone compertũ est: vbi nullũ diuisibile ponit se ipsum mouere. Qui vero inde infert aĩam esse indiuisibilẽ ⁊ eternã, ꝙ se ipsam mouet indepẽdẽter a corpore. Neq; vero cẽsebat motorẽ informare celũ tanq̃ animã: sed mouere ad modum anime. Opinabatur enim animã per se moueri, et eo modo, quo se intelligẽdo mouet, puta circulariter vel recte, sic mouere propriũ corpus. De q̃ refuit ab illo dissentiens Aristo. vt proxime dicebamꝰ. Qui negauit aĩam moueri p se, sz aiebat tñ moueri per accidẽs ad motũ corporis: q: nõ mouet illud per nudã intellectionẽ, que proprie nõ est motus, verũ p appetitũ sensitiuũ, ⁊ corporea organa. Qua itidem rõne primus motor oĩno est immobilis. Quin vero in omni gñe motus primũ mouẽs est immobile, ea spẽ motus, qua mouet: qđ perdocte considerauit. S. Th. 3. p. q. 22. ar. 4. Nã sol illuminãs, nõ illuminaſ: neq; ignis calefaciẽs calefit. Hoc igitur pacto intelligẽda sunt Arist. loca, q̃ videnſ cõtraria. Presertim ꝙ loco illo citato. 2. cel. tex. 61. legitimꝰ text. non habet, ꝙ corpora celestia sint viuẽtia, sed ꝙ oportet ea existimare, ac si participarent actione ⁊ vita. Et tex. 13. ob id duntaxat vocauit ea animalia, ꝙ sicut in animalibus dextra pars est, vnde incipit motus, ita dextrũ celi est oriẽs, vnde, si celorũ motus cessaret, inciperẽt rursus moueri. Ex his ergo colligiſ, ꝙ mẽs Arist. nunq̃ fuit reducere ordinem eorũ, q̃ dum mouent, mouenſ, ad vnũ primũ, qđ se ipsum moueat: sed hoc dixit scdm Platonẽ, qui dicebat motorem celi se ipsum mouere. Et ideo text. 50. post hec verba in animalibus tñ et animatis exẽpla eorum posuit, que mouẽt se ipsa. Igitur cũ duo possint cogitari ordines: alter eorũ que mota mouent, alter eorum que simpliciter mouent, prior reducitur ad vnũ primum mobile, quod mouetur ab alio, quod est per se proprie immobile motu Physico: posterior vero ad vnum primum mouentem simpliciter immobilem.

Plato.

Tex. xliiij. Manifestum est igitur ex his quod est primum mouens immobile.

## Quæstio quarta,

### VTRVM PRIMVM MOuens sit immobile, idemque vnum.

A Parte negatiua prioris mẽbri questionis est argumentũ, Deũ esse mobilẽ: quia qñ mundum creauit, cepit esse in loco, vbi antea nõ erat: celũ eñ, inquit, ⁊ terrã ego impleo Hie. 23. incipere autẽ esse in loco nouo, est rem moueri: ergo Deus mouetur. Secundũ argumentum est, ꝙ saltem per accidens moueatur. Est eñ Arist. axioma. 2. Topicor. ꝙ motis nobis, mouenſ oĩa, que in nobis sunt, vt moto corpore, moueſ aĩa: Deus autẽ est in celo, qđ moueſ, fit ergo, vt moueaſ et ipse. Tertio arguitur. Si Deus esset immobilis, fm locũ esset maxime q: est spũs: sed angeli, qui spiritus sunt

hec conclusio optima, ac egregia est

sunt, mouetur secundũ locũ: leguntur enim angeli crebro celitus ad terrã missi, vt ad Abraham, ⁊ ad virginẽ Mariã: ergo nil vetat substantiã spiritualẽ vere moueri. Quarto arguitur: ex commentatore, qui com. hic tenet cõtra Christianos Deũ moueri secundum intellectũ ⁊ voluntatẽ. Deus suam primus essentiã cognoscit, ⁊ per eã res creatas: ergo est in eo aliqua discursus imago: discursus autem, motus quidã est: ergo mutatur scd'm intellectum. Et de voluntate adhibetur quintum argumentũ Voluntas eius est omnipotens, cuius nutui parẽt vniuersa: ergo quando res est, tunc vult esse, et quãdo nõ est, tunc non vult eam esse (v.g.) quãdo dixit fiat lux ⁊ facta est lux, tũc voluit eam esse, quã antea esse noluerat. Et pariter quando ego scribo, vult me scribere, et quando cesso, non vult me amplius scribere: qui autem vult aliquid, quod antea nolebat, habet voluntatem mutabilem. Unde quoniam hęc omnia inferiora eius sapientia fiunt, ac disponuntur, quę tamen inferiora in continuo sunt motu, dicitur de eadem ipsa sapientia Sapien. 7. ꝙ est mobilior omnibus mobilibus. Contra secundũ membrum quęstionis arguitur postremo. Unum est principium numeri: in Deo autem nullus est ꝓprie numerus, vt pote in quo nulla est quãtitas molis. ex cursus diuisione enascitur numerus: ergo si dicas, esse illic vnũ, ꝙ cum ente conuertitur, arguitur contra, quia illa vnitas dicit priuationẽ indiuisibilitatis: in Deo aũt nulla est priuatio: ergo. In contrariũ est Arist. qui tex. 44. ⁊ 45. cõcludit primum motorem esse immobilẽ: text. 48. esse vnum.

¶ Cum liber hic circa mobilia et mouẽtia versetur, et de mobilibus et motu, tres iam quęstiones dederimus absolutas, conuenit, vt et de primo motore duas pręterea adhibeamus. Quinq; etenim definit in hoc octauo libro Aristoteles de natura primi motoris. videlicet quod sit immobilis, perpetuus, vnus ⁊ infinitus, et ideo indiuisibilis. Primum ⁊ Tertiũ breuitatis gratia, propter eorum affinitatem disputabimus in hac quęstione: tria vero reliqua, quę pariter sunt connexa, in quęstione sequenti. At vero de Deo duplici methodo disputatur, videlicet, et naturali, et supra naturali. Atqui posterior hic ad theologorum spectat facultatem. Prior autem est etiam bipartitus: nam exacta Dei cognitio a Metaphysica sciẽtia petenda est, in cuius. 12. libro absolutius atque luculentius edisserit Philosophus de eius vnitate, deq; eius altissimis atq; incalcessis attributis. Ad materiam ergo huius octaui Physicorum illa rei sola pertinet cognitio, quę per motum haberi potest. Haud tamen possumus vnam istarum viarum ingredi, quin reliquas obiter attingamus. Duo ergo sunt huius quęstionis articuli: Ad quorum priorem respondetur vnica cõclusione.

1. Conclus. Deus est omnino immobilis. Quod autem dico, omnino, omnem, quę excogitari potest speciem, quin vero effigiem motus excludit. Itaq; nec est mobilis generatione vlla, aut alteratione, aut quapiam localis motus specie, earum quę lib. 7. text. 10. recensite sunt. Nec vero mouetur per se, aut per accidẽs. De motu enim tantum corporeo locutus est hic Aristoteles. Sed vt accessionẽ nos ad ipsum faciamus, neq; vllo spirituali motu secundum intellectum aut voluntatem mutabilis est. Demonstrationem autem Aristot. huius conclusionis ex solo motu locali extruit. Supposita. n. basi illa in principio septimi ⁊ tex. hic. 28. omne quod mouetur, ab aliquo mouetur: hunc cõstruit syllogismum. Experimur in hoc mundo multa moueri: igitur vel omne quod mouetur, mouetur a se, vel ab alio: non a se omnino: ergo ab alio. Minorem autem eleganter sane probat tex. 40. et deinceps: nam id quod mouetur, necesse est esse in potentia, hoc est, carere illa forma, aut loco ad quẽ mouetur: res autem quę mouet, necesse ẽ esse in actu: nihil enim calefaceret nisi, vel re, vel virtute calidum esset: actus vero et potentia ex diametro repugnãt, neq; esse possunt in eodem subiecto: ergo idem secundum se totum non potest vna esse mouens et motum: obidq; oportet, vt quod se ipsum mouet, duas contineat partes, quarum vna sit mouens, ⁊ altera mota: fit ergo vt quicquid mouetur, moueatur ab alio a se distincto, vel secundum rationem suppositi, vel secundũ partis. Tũc sic. Si omne quod mouetur, mouetur ab alio, vel illud aliud mouetur ab alio, et aliud rursus ab alio, et sic fiet processus in infinitum, processus autẽ in infinitũ est omnino repugnãs motui: nam cum in essentialiter subordinatis primũ magis moueat, quam reliqua (vt ait text. 35. fit) vt primum non mouente, nullum sequatur motus: infinitorum autem nullum est primum [vt ait text. 34.] ergo admisso processu in infinitũ, nullus fieret motus. Hoc igitur syllogismo concludit deueniendũ esse ad primum, quod non mouetur ab alio, sed, vel a se, vel a nullo. Si autem dederis a se moueri, tũc necesse est (vt dicebamus) assignare partem per se mouentem distinctam ab illa, quę mouetur: et tandem deueniẽdum est ad vnam, quę sit purus actus. Etenim si. a. (verbi gratia) pars est mouens, vel illa rursus secatur in mouentem ⁊ mobilem, vel nõ: si secundum dederis, concedis illam esse purum actum: si primum, queram rursus de illa parte mouente, quoad vsq; perueniã ad purum actum. Quãdoquidẽ nullatenus est in infinitum procedendũ Hucusq; videtur Aristot. demonstratio progressa: nusquam tamen in hoc octauo visus est perspicue et lucide inde colligere vnum primum motorẽ per se subsistentem. Attamen si penitius mens eius inspiciatur, profecto (quantum mea fert coniectura) argute id demonstrauit, postquam syllogismus cõuincit, deueniẽdum esse ad aliquod mouens, quod sit purus actus, subinde demõstrauit, illud nõ posse esse partem. Nam pars in compositionem venit compositio autem manifeste dicit actum ⁊ potentiam, quę puro actui repugnat. Igitur si non est pars, erit per se subsistẽs, quin vero ipsa per se subsistentia. Atq; hoc arbitror apprime considerandũ ad venandam Aristote. mentem. Hęc autem demõstratio non tantum de latione secũdum locum procedit, verum ⁊ de omni genere corporalis motus, in quo aliqua sit ratio potentię. Accedit autem et singularis ratio de motu quocunq;, quo rei generatio aut corruptio fit. Est enim per se notissimum primum ens esse ingenerabile. Nam cum quippiam a se ipso generari, manifestam secũ inuoluat contradictionem, si primum ens per se nõ esset perpetuũ, nullatenus excogitari posset a quo generaretur: ⁊ ideo ab omni est exemptũ corruptiua passione. Sumitur pręterea ⁊ alia demonstratio ex illo principio, ꝙ cum videamus rerum omniũ alias esse alijs pręstantiores, necesse est ad vnum simpliciter perfectissimũ conscendere, quod omniũ generũ sit mensura, ⁊ causa, atq; adeo omnium expers peregrinarũ passionũ, quę ab inferioribus possent illi impingi. Velut ignis eo ꝙ est calidiorum oium summus, neutiquã potest ab alijs calefieri. Sed vt ad primũ Argumentũ rñdeatur, singularis ratio quare Deus non est mobilis scd'm locũ, nec de per se, nec

se, nec de per accidens, sumitur ab eius infinita essentia. Inde enim habet, q̄ non sit diffinitus loco, non tm̄ dico, q̄ nō sit circūscriptus: nā circūscribi, conditio est corporis: & ideo neq; angeli circunscribūtur, aut mensurātur loco. Sed qđ dico neq; diffinitur loco: Qđ est dicere. Nō sic est in loco, vt ratione illius existentię repugnet similiter esse in quocunq; alio. Imo sicut soli dum obiectiue est in oculis meis, non repugnat simul esse in aliis oculis: & sicut sono non repugnat simul audiri a multis, ita De⁹ sic ē ī cęlo, vt pariter suapte natura sit vbiq;: atq; adeo simul posset esse in rebus, omnibus, etiā si essent infinita. Ex quo sequitur, q̄ nequit moueri nā q̄ omnē replet locū nec locū mutare pōt, Deus ergo cepit esse in cęlo, nō q̄ ipse mutatus est, sed q̄ cęlū ab ipso factum est: qz nullares esse potest nisi Deus sit in ea. Et ideo neq; moto celo, vllo pacto mouetur ipse. Secus aūt de animę natura, quę licet ī nulla sit parte corporis diffinitiue, eo q̄ simul est in omnib⁹, est tñ diffinitiuę in toto corpore. Ac pari mō angelo cōuenit esse in loco diffinitiue. Nā sic est in vno loco, vt simul non sit in pluribus disiūctis. Et ideo dum ad terras descendit (vt ait Damas) non est simul in cęlo. Igitur respōsio ad tertium trgumētū est, Deo non ideo precise propriū esse, vt sit immobilis: qz spūs, est sed qz infinitus. Motores autem cęlorum, si suis mobilibus vnirentur, veluti nobis animę, cōsequens fieret, vt per accidēs mouerētur, sicuti aīę nr̄e motis corporib⁹: at qm̄ (vt superiori qōne monstratū est) nō illis coniūgūtur vt forme, sz eatenus vt moueant, fit vt neq; per accidens moueant̄ ad motū cęlorū, Cui vero parti orbis assistāt, docuit Phi. tex. 84. vbi ait qđ motor orbis nō est in eius cētro, sed in circunferentia. Neq; vero intelligit, motorē vllum propter primū ad esse scđm substantiā toti circunferētię, & cuilibet eius parti, sicuti anima adest singulis partiū corporis: quoniā vnus angelus, qui finita creatura est, non posset ꝫm substantiā tam vasto assistere loco, vt cuilibet assisteret parti. Neq; vero (vt. San. 1. p. q. 51. & 52. autor est) intelligētia aliquā sibi partem orbis vēdicat, q̄ nunc est in oriente, & postea in occidenti: nā alias moueretur ad motū orbis, sicuti dū inter nos mouent assumpta corpora: sed est in dextra parte cęli, puta in oriente: vnde cęlum mouet, in quo ideo toto dūtaxat ꝫm virtutem. ¶ At vero de Deo ꝫm intellectū & voluntatē tractare, quemadmodū ꝫm hęc est omnino immutabilis, lineas Phy. lōge transcēderet. Satis ergo est superiores rōnes ad hāc quoq; conclusionē extendere. Enimuero vsq; adeo est purus actus, vt nulla in eo excogitari possit potentię rō. Quapropter neque spēs vllas a se distinctas recipere vllo mō pōt, neq; actū intelligēdi, sed per suā simplicissimā essentiā & se ipm̄ intelligit, & reliqua vniuersa. Conclusionē hāc prefacte rōnes cōmōstrant. Primū si tales haberet spēs, vel actus a se distinctos, illa essent eius accidētia. Tūc sic arguitur, vel a sua essentia essent ꝓducta, vel ab alio: non ab alio, qm̄ sicut repugnat sue essentię ab alio gigni, ita & qdq̄ aliūde mendicare: Nā tunc eius perfectio forinsecus illi adueniret intelligere. n. ꝑfectio rei est. Et preterea sicut ipse est perfectus ita qcqd in illo est, alias esset mutabilis: nil ergo aliunde recipit. Qđ illa accidētia a sua essentia nō producātur, probaꝫ. Nā cū recipere, potentiā dicat passiuā quasi materialē, producere aūt actiuā & formalē, necesse esset in essentia Diuina duas distinctas rationes distinguere, quasi materię & formę, q̄ eius simplicitati repugnāt. Est ergo Diuina essentia eminenter oīa, ac veluti oīm speculū, per quā adeo Deus et se ipsum prius natura intelligit, & se intelligendo cuncta cognoscit Quocirca quāuis res tempore succedant, semper sunt tamen ei pręsentes. Enimuero ab ęterno decreuit mundum condere eo tempore, quo cōdidit et res cunctas seruare tēpore quo sunt, et non seruare tēpore quo nō sunt. Et ideo nullus ī eo discursus est. Non eīn per essentiā suam cognoscit creaturas, sicuti nos ex principiis elicim⁹ cōclusiones. Sed simplici intuitu in sua essentia videt omnia, sunt effectus in sua cā, non solū efficienti, sed exemplari, & (q̄ Greci aiunt) in sua Idea. Quapropter cecitas fuit cōmentatoris cōmento citato non posse mēte cernere quō possit Deus ex tēpore res efficere ac mutare sine recenti vlla ac noua cognitione Quod si Plato sic intellexit primum mouens mouere seipsum, pari errore cecutiuit. Arist. enim. 12. Meta. tex. 51. non minus aperte q̄ Theologi asseruit, q̄ Deus seipsum, & omnia per se ipsum intelligit, est q; sua essentia eius intellectio. Atqui vt intellectus eius immutabilis est, eadem ratione & eius voluntas. Quicquid e[illegible]nquā voluit, in suaq; futurum est volūtate, ab eter[illegible] semper voluit. At mundum edere tempore, quo edidi[illegible] reliqua oīa mutare, & gubernare pro suis cuiusq; temporis articulis, & momētis, quib⁹ et generatione adueniūt & corruptione abeūt. Sed hęc iam lineam pręsentis loci pretereūt. Ex his deniq; fit consequēs, sic Deū esse immutabilē, vt illi sit hoc propriū. Nā vt corporea missa faciamus, q̄ cōpertissimū est cūcta esse mobilia, atq; aīas nostras, q̄ motis corporibus mouētur. Spirituales etiā angelorū substātię mutabiles sunt omnino. Non quidem eo prorsus mō, quo res materiales: nam res istę corpore sublunares, sunt quidem naturaliter mutabiles secundum substantiam propter naturalem materię appetentiam alterius formę, quę appetentia cum nō sit in materia cęlorum duntaxat mouetur secundū locū. Angeli vero a materia oīno alieni ingenerabiles quidem sunt, & incorruptibiles, atq; adeo suapte natura perpetui. Attñ ꝫm obedientiā, quę in ipsis est, & potentiā, q̄ est in Deo, sicuti ex nihilo & supra naturam creati sunt, ita possunt & in nihilum redigi. Et p̄terea in eis quodā genus motus ꝫm intellectū, quaten⁹ inferiores a superiorib⁹ illuminanꝫ & ꝫm voluntatē, quatenus per electionem mediorū tēdūt in finē. Sz de his nihil ad p̄sens negotiū.

## ¶ Secundus articulus quæstionis est, đ vnitate primi motoris, ad quē altera conclusione rn̄deꝫ.

Deus est maxime vnus. Cōclusionē hāc, q̄ fides nostra predicat. Ari. tex. 48. duab⁹ rōnibus probat. Prima est illa peripateticorū maxima, Frustra fit ꝑ plura, q̄ fieri pōt ꝑ pauciora: motus aūt vniuersi ad vnū pncipiū reduci possunt: ergo vnū sufficit principiū. Altera rō sumiꝫ ex continuitate motus. Experimur. n. in his inferioribus semꝑ esse motus, quorū alii aliis succedūt, cōtinuatio aūt, quę ex pluribus constat, per accidens est: illa vero, quę sunt per accidens, reducenda sunt ad illa, q̄ sunt per se: vt omnia calida reducēda sunt ad ignē, q̄ ē omniū pncipiū. Necesse est ergo deuenire ad vnū primū mobile, q̄ vno per se continuo motu moueatur: vnū autē mobile ab vno primo motore mouet, ergo. Simili rōne vtitur. 1. đ celo tex. 90. & 12. meta. tex. 49. Verū tñ ꝑspicacioribus aliis rōnib⁹ cōfirmatur eadē cōclusio. Prima est illa supra tacta, q̄ ex ipo Dei noīe sumiꝫ. Est. n. deus pur⁹, ac summus actus, oīm in se ꝑfectiones eminentissime ꝑtinēs: at vero si duos admiseris Deos, necesse est aliquid

aliquid in vno existere, per ꝙ ab alio distinguatur. Nam indiuiduum est (ſm Porph.) cui⁹ collectio proprie tantum nunquam eadem in alio erit: id autem debet esse ad perfectionem pertinens: igitur si eadem re alter caret, non erit summe perfectus, ⁊ ideo neqꝫ Deus. Alia ratio sumitur ex eius omnipotentia. Etenim si duo sint Dij, respondendum est, quō ad suos effectus cōcurrūt. Nam si concurrunt tanquam due cause, vel altera est alteri subordinata, et tūc illa, ꝗ subordinatur, nō est prima, atqꝫ adeo nec est Deus: si autem ex equo concurrunt ꝑ modū vnius, tunc vel vna ꝑ se sufficeret, ⁊ tunc alter Deus esset superuacaneus, ꝙ a natura Dei abhorret. Si autem neuter ꝑ se sufficeret, neuter esset omnipotens, qua vtiqꝫ ratione neqꝫ esset Deus. Eadē pene demonstratio sumitur ex ratione finis Deus. n. notione sua docet esse vltimū omniū finē, duo autē fines supremi esse nequeunt, ergo neque duo Dij. Minor patet: quoniā vel vnus ordinatur, refertur qꝫ in alterum, vel secus: si refertur, ergo nō est Deus: si autem neuter refertur in alterum, neuter est Deus, qui[illegible] omnia referuntur in ipsum. ¶ Ad argumentū autem in cōtrarium, respondetur, Deum esse vnum, nō quidem vnitate, vt est principiū numeri, qui ex diuisione quātitatis conflat: est aūt vnus vt vnū est propria passio entis. Nō ꝙ illic sit proprie priuatio diuisionis, quia priuatio dicit imperfectionem, sed quantum ad apprehensionem nostrā, non cognoscitur nisi per modum remotionis: scilicet quod neqꝫ est hoc, neqꝫ illud, neqꝫ in se habet hoc, aut illud, qđ non sit idem ipse.

Tex. lxxviij. Qđ aūt hoc necesse est in ꝑ se esse

## Quæstio quinta.

¶ VTRVM PRIMVS MOtor & duratione infinitus sit, atque adeò impartibilis.

A Parte negatiua arguitus sic. Si Deus, vel virtute infinitur esset, vel duratione, hoc esset qꝛ sua essentia esset infinita, nā ratione essentie reliquę illi perfectiones attribuuntur, essentia autem eius non est infinita, ergo nec virtus, nec duratio. Minor probatur a signo Si qua res ita esset in vno loco, vt non esset in alio illa esset finita quantū ad locum, nam hac ratione in superiori quęstione diximus (omnem creaturam diffiniri loco) ergo a simili ea essentia est finita, ꝗ ita est hęc, vt sit a quacunqꝫ alia distincta, Deus autem tali ratione est hęc res, vt nulla sit alia, sed a quacūqꝫ distinguat, ergo est essentie finite. ¶ Scđo arguitur sic. Diuina perfectio per suos essectus innotescit, ergo si esset infinitus duratione, ab eterno produxisset mundum: constat autem (vt supra conclusum est) non fuisse nisi in tempore, nulla ergo ratione colligere possumus illum esse duratione infinitum. ¶ Tertio arguitur ex eodē principio. Si Deus esset infinite virtutis, id nobis inde innotesceret, ꝙ potest producere infinitum: illud autē lib. 3. monstratum est esse impossibile: ergo non est infinite virtutis. Et confirmatur argumētum. Si esset infinite virtutis, posset mobile in instanti mouere: nam quo virtus maior est, eo mouet minori tempore: ergo simili proportione illa virtus, quę est infinita, mouebit in non tempore: consequens aūt est impossibile: ergo ⁊ antecedens. ¶ Quarto deniqꝫ arguitur cōtra tertiam partem quęstionis Aristot. nulla alia ratione probat, primum motorē esse indiuisibilē, ꝗ̄ ex eo, ꝙ est virtutis infinitę, quę esse nequit in magnitudine: ergo. Si ratio illa falsa est, fit, vt conclusio sit falsa. ¶ In contrarium est autoritas Arist. qui tex. 49. ⁊ infra docet primū motorē esse perpetuū, tex. aūt. 86. ex perpetuitate motus colligit esse infinite virtutis: ⁊ qꝛ talis esse nō pōt in magnitudine, cōcludit tādē esse ipartibilē.

¶ Questionem hāc, tum quia in cōmentarijs, quantum se extendunt Aristo. rationes, satis est enodata, tum qꝛ firmiores alias adhibere, negotium esset Metaphysicū, atque Theologicum, breuibus expedimus, singulis conclusionibus ad singulas trium partiū rn̄dētes. ¶ Prima est, Deus est sempiterne durationis. Hanc Aristo. ex perpetuitate motus elicuit, cuius demonstrationem habes a textu. 49. ⁊ infra satis expositam. At vero cum rei veritas non admittat mundum fuisse eternum, alia est probatio expetenda. Illud autem principium, ꝙ potuit saltem angelos ⁊ celos ab eterno producere, parum pręsenti negotio deseruit: quādoquidem illud ęternitatem Dei supponat potiusquam probet. Eternitas ergo Dei (vt probe ait. S. Thom. 1. p. q. 10.) ex eius immutabilitate colligitur. Enimuero cū Deus idem sit, quod summū ens, et purus actus, ab omni ratione potētie immunis, fit vt neutiquam sit ab aliquo producibilis: a se autem ipso produci, contradictionem implicat, vt supra dicebam⁹: necesse est ergo, vt sit per se ipse perpertuus. Quin vero necessarium est vt eius essentia intelligi nequeat nisi existens. Nostra enim, ⁊ omnium creaturarum essentia, ⁊ quidditas, non vtiqꝫ sua natura includit existere: nam hominem esse animal rationale, ⁊ quatuor ⁊ tria esse septem, vt ait August. quanuis mundus non esset, haberent perpetuam ⁊ necessariam veritatem: sed tunc huiusmodi quidditates, esse, acquisiuerūt quando mundus conditus est: essentia vero Dei de sua intrinseca ratione includit existere: tum quia Deus omnem cōplettitur perfectionem: ⁊ existere perfectio est: tum maxime, ꝙ si sua essentia non includeret esse, nullus relinqueretur excogitabilis mod⁹, quo posset illud acquirere. Adde, ꝙ Dei ęternitas non solum in hoc consistit, ꝙ neque initium habuerit neqꝫ habiturus sit finem, verum in hoc, quod nulla sit in eo successio, aut mutabilitatis vmbra, sed omnia ibi sint immobiliter permanētia In Deo, inquā, neqꝫ gignere est aliud, quā genuisse: sed semper genuit ⁊ generat: ⁊ ītellexit ⁊ intelligit: voluit et vult: sine aliqua temporis differentia. Hęc autem iam lineas excedunt huius loci. Igitur ad secundum argumentum, quod huic conclusioni obijciebatur, negatur consequentia. Potuit nanque Deus mundum, quantum ad partes eius perpetuas (vt supra disputatum est) condere, non tamen decuit, ob rationes, quas supra explicuim⁹. ¶ Secūda cōclusio. Deus est infinite virtutis. Et hanc quoqꝫ conclusionē Arist. c. vlt. ratione mot⁹ a posteriori demonstrauit, hoc pacto. Deus mouet infinito tempore: ergo posset mouere infinitū mobile, si ex parte rei mobilis esset possibile. Probat consequentia. Mouere infinito tempore: est efficere motum infinitum per accidens: mouere autem infinitum mobile, est efficere infinitum motum per se. Ea autē, quę sunt per accidens, reducuntur tanquā in causam, ad id, qđ est per se: vt ea, quę sunt ac

cidentaliter calida ad ignem, qui est per se calidus: ergo Deus habet virtutem quantum est de se mouendi infinitum mobile: hoc autem arguit infinitam virtutem: ergo Deus est infinite virtutis. Exponuntur ambe partes prioris assumpte. Motum esse infinitum, contingere potest duobus modis, videlicet aut ratione magnitudinis hoc est spatij, per quod fit motus, aut ratione subiecti, quod mouetur. Ratione spatij accidentarium est, quod motus duret infinitum: ex eo scilicet, quod circulare mobile finitum identidem repetit spatium infinities: & ideo sufficit ad hoc virtus finita motricis intelligentie, que sit perpetua, et infatigabilis. Per se autem motus est infinitus, quando mobile est infinitum (verbi gratia) si secundum longitudinem esset infinitum, tunc si transiret per certum signum, nunquam absolueret motum. Concludit ergo Aristoteles, quod primus motor debet quãtum est de se habere virtutem sic mouendi: quanuis repugnet, non solum mobile dari infinitum, verum & ipso dato, repugnet moueri. vt libr. tertio demonstratum est. Hec ergo demonstratio intra lineas naturalium principiorum aliquam habet et energie dignitatem. At vero quanuis diuina attributa vt bonitas, et sapientia, & reliqua per ea que facta sunt intellecta, vt cunque conspiciatur, tamen omnipotentia eius, infinitaque virtus, non plene potest per eius effectum innotescere. Infinitum enim maior est ipsa, quam potentia creaturarum receptiua. Credo enim satis monstratum fuisse in tertio libro nullatenus Deum posse producere infinitum in actu, puta vel infinitam essentiam (nam illa esset Deus) vel infinitam corporis molem, vel infinita actu separata. Non quidem ob imbecillitatem diuine virtutis, sed ex eo quod rebus ipsis creatis ratio infiniti repugnat: sicuti non potest facere, vt res eadem ignis sit simul et aqua: infinita ergo virtus Dei, quam fides nos nostra docet, a priori monstranda est ex essentie infinitate. Primo nanque principio (vt lib. 3. tex. 25. et. 30. visum est) antiqui omnes philosophi infinitum tribuerant: licet errabant, credentes esse corporeum. Ratio ergo infiniti in re materiali imperfectionem dicit Est enim materia de se infinita, idest, non limitata ad certam speciem vel quantitatem: finitur autem per formam constituentem certam speciem, quam certa consequitur quantitas.

Materiã autem sic finiri a forma, est perfici: et ideo infinitum materiale dicit imperfectionem. Ratio autem infiniti in forma vice versa dicit perfectionem: quoniam formam receptibilem esse in materia per quam cuoarctatur adesse huius indiuidui imperfectio est simpliciter. Quocirca ratio infinitatis in Deo hec est quod sua essentia non habet esse quoquo pacto receptum, sed (vti supra dicebamus) sit per se ipsum esse illuminatum, atque adeo eminenter omnes in se perfectiones continens.

Creature etenim materiales habent formas in materia susceptas, atque adeo limitatas: angeli vero esse saltem receperunt in sua creatione participatum: Deus autem per se est ens. Ratio est metaphysica, qua Sanct. Thom prima par. questione septima, vtitur: sed profecto alia ad rem esse nõ potest aptior. Nam munus methaphysice est altissimas contemplari causas: que cum nostris sensibus sint alienissime, nihil nimirum si nõ sint nobis adeo peruie, sicut que sunt ante oculos. Hinc colligunt philosophi, Deum non esse in genere, sed esse extra omne genus, quia per nullam contrahit differentiam: contrahi enim infinitati aduersatur: vt in predicamentis dicebamus.

Igitur ad primum argumentum in contrarium quo arguebatur, ex eo, quod Deus est vna res ab alijs omnibus distincta, esse finitum, negatur consequentia. Non enim distinguitur indiuiduo sicuti inter se creature. Hec enim materialis res differt ab illa numero sub eadem specie: quia habet formam receptam in hac materia hoc loco, et tempore. &c. que faciunt rem esse finitam: angelus autem differt ab alio, quia limitatam habet speciem ab alio distinctam. At vero Deus non sic, sed quia per se abstractus est a quacunque aliorum ratione, differt ab alijs: seu potius alia differunt ab ipso: quia in ipso nulla est differentie ratio. Ad tertium autem iam responsum est, quod non plene eius virtus innotescit per eius effectus: quia neque potest tota extra se effundi: eo quod creatura non est capax infiniti. Et primo modo respondetur ad confirmationem. Negatur enim consequentia. Si Deus est infinite virtutis potest mouere in non tempore: & quia repugnat intrinsece rationi motus fieri nisi in tempore. Potest quidem Deus vnam rem in duobus simul locis ponere, sed quod ab vno per motum transeat in alterum in instanti, non est factibile. Si que autem rationes ab effectu infinitatem Dei, vtcunque monstrare possunt, prima est supposita creationis fide. Aliquid enim ex nihilo producere videtur arguere virtutem infinitam. Neque cauillatio quorundam vim eneruat argumenti. Aiunt enim, rem quampiam, vt lapidem, non excedere ipsum nihil maiori distantia, quam sit perfectio eiusdem lapidis que, est finita: & ideo producere lapidem, nõ arguere nisi virtutem finitam. Quod autem hec cauillatio sit potius, quam responsio patet: quoniam virtus producentis non tantum e re producta estimanda est, verum ex modo etiam producendi alias concedendum esset, non requiri maiorem virtutem ad creandum ex nihilo lapidem, quã ad educendum eum de potentia materie. Igitur si rem educere de potentia materie arguit aliquam perfectionem: educere de minori potentia maiorem arguet, vt inflammare ignum viride, quam siccum. Unde quanto educitur de minori potentia, tanto maior requiritur virtus: ergo producere ex nihilo, arguit infinitam. Alij contendunt id demonstrare ex perpetuitate mundi. Fieri nanque potest per Dei omnipotentiã, vt mundus creatus in tempore perpetuo duret: potest ergo successiue infinitas producere res. Sed hoc profecto, licet arguat virtutem Dei esse sempiternam, non tamen palam monstrat esse infiniti vigoris, etiam si omnes conseruaret: quoniam nũquam peruenietur ad infinita in actu. Illud autem potentius est argumentum ad id demonstrandum: puta quod quacunque rerum specie data potest Deus perfectiorem producere. Etenim quanuis isto modo ascendendo deueniri nequeat ad speciem infinite perfectam, est tamen argumentum quod virtus Dei quemcunque excogitatum perfectionis gradum excedat. Id autem non intelligitur possibile, nisi illa virtus sit infinita. Sed de his satis. Tertia conclusio. Deus est incorporeus, atque omnino indiuisibilis. Conclusio est Aristote. in calce huius libri. Sed non aliter eã demonstrat quam arguendo ex infinita virtute, hoc pacto. Primus motor est infinite virtutis: infinita autem virtus esse non potest in quantitate: ergo est impartibilis. Minor autem innititur illi principio quod virtus in quantitate agit semper ex necessitate nature secundum vltimum 3. Conclu.

vltimum sue potentie: atque adeo produceret infinitum, et moueret in non tempore, quod est impossibile. Et vero probatio hec supponit quod virtus que est incorporea, non possit agere per intellectũ et voluntatẽ libere: sed sicut ignis aut sol. Uerum tamen hoc non est necessarium. Nam licet intellectus et voluntas potentie sint indiuisibiles, haud tñ repugnat esse in corpore, sicut sunt in nobis. Aristote. ergo licet demonstret, quod virtus infinita nõ possit esse forma extensa, non tamen demonstrat Deum non habere corpus sicut habet homo. Demonstratur autem ex alijs eius principijs, que in hoc physicorum opere habentur. Nam res corporea non mouet nisi mota, vt inductio per singula mõstrat. Celi quippe nõ influũt inferiora, nisi moti neque res vlla harum inferiorum mouet, nisi mota. Primus autem motor demonstratus est esse immobilis: ergo est incorporeus. Et preterea cum sit omnium causa, debet carere omnis potentie ratione: corpus autem omne rationem habet potentie: nam quando aliam non haberet, ex eo quod est continuum, esset diuisibile.

Preterea id demõstratur ex eius nobilitate. Deus enim est entium nobilissimum: spiritus autem corpore nobilior: ergo nihil in Deo est, quod non sit spiritus. Quin vero cum neque ex materia et forma componatur, vt res materiales, neque ex quãtitatis partibus, vt forme corporee, neque ex subiecto et accidente, qualis compositio est in angelis, neque aliunde recipiat, neque (vti modo dicebamus) ex genere proprie et contrahente differentia constet, fit, vt non solũ sit impartibilis, verũ, rerũ omnium simplicissimus. In quo nostra est beata felicitas: qua vtinã per eius gratiam perfrui ad eius gloriam mereamur per infinita seculorum secula. Amen.

Finis Quæstionum octaui atque vltimi Physicorum.

Excudebatur Salmanticæ, in officina literaria Andreæ à Portonarijs. S.C.M. Typographi. Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimotertio.

# Arnoldi Schurerij Brabanti
## Caſtigatoris Typographici,
### Δωδεκάστιχον.

Qui volet implexos Phyſicorum euoluere libros,
Inde Labyrinthos fugere & Symplegadas omnes,
Et complexere ſimul quæ Commentaria tradunt
Aedita iam dudum: Phyſices arcana tenere.
Quæ Naturalis docet Auſcultatio diua,
Ardua pars Sophiæ: comites Ζητήματα ſumat
Iſt hæc quæ primúm, ſtudiorum, crede, tuorum
Conſultor Soto, iam perfeciſſe fatetur:
Pòſt non ſit fœtus lambendus vt ille parenti.
Hæc promit fauſto Iani modò menſe peracta,
Excuſa immenſo tibi Portonarius ære.
Hinc ingratorum fugias fac nomina Lector.

F.DOMI
nici Soto. Cō
mēt. in octo
Lib. Phisico-
rum.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm